BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 I
23

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

M

35.3.24.
~~35~~ 35
~~e~~ d
~~24~~
20
13-2, f, 15

Digitized by Google

Digitized by Google

D. MARII GIVRBA

MESSANENSIS IVRISCONSVLTI.

Carceratorum in Tribunali Officij Sacroſanctæ Inquiſitionis (in Regno) à Secretis Aduocati. Senatus Meſſanenſis Conſultoris. Regijque Conſiliarij.


IVRIS FEVDORVM IN PATRIO GYMNASIO PRIMARII INTERPRETIS, & COLLEGII PRIORIS.

REPETITIONES

DE SVCCESSIONE FEVDORVM, INTER ASCENDENTES, ET DESCENDENTES, MASCVLOS.

Ad Capit. 118. Regis, & Imperatoris CAROLI, V.

CVM PRIVILEGIO, ET LICENTIA



MESSANÆ. Typis Io. Franciſci Bianco, 1635.

Expenſis Franciſci Manzo

Digitized by Google

AMPLISSIMO, ET EGREGIO DOMINO D. PETRO CORSETTO

ITALIÆ SVPREMVM CONSILIVM REGENTI
Regij Patrimonij in Sicilia Præſidi de Republica
Benemerentiſſimo

MARIVS GIVRBA. F.

CEruarum eſt, Regens Ampliſſime, fœtus edere cum cælum nubibus ſeptum horribili fragore tonat, & montium antra, valliumq;anfractus bellicis veluti tormentis diſploſis quatiuntur:infælices porrò matres,quibus nõ in lucem ſed in tenebras, non ad vitę delicias, ſed ad mortis horrorem proles videatur educi: dolores illis nouæ ſobolis conſpectus non cicurat, ſed in rabiem ferè vrget, dum quæ ſibi vni pericula impendebant, communia eſſe imbelli pignori certius intuentur:miſera enimuerò incunabula,quę nec ipſę parentes queant geſtientis lætitiæ ſignis, & blanditiarũ honore proſequi. Sed cuipiam fortè quid ſimile huic meĩ ingenij partui obtigiſſe videatur; nec equidẽ abnuo: iam diu opus iſtud cœptum, vel concæptum eſt, cum in celeberrima Meſſanenſi Academia publicè, quæ hic diſcuſio, prælegerem: iam diu etiam ſuis ferè abſolutum, perfectumque numeris eſt; ſed nunc tandem prodit, poſtquam iratum mibi cælum; ſi non percuſſit fauente numine, terrores ſaltem incuſſit, atque horrendùm mugiens meum videbatur caput impetere; inter ærumnas ergo, eaſque plurimas, atque grauiſſimas, veluti inter partus dolores, opus iſtud parturiui. Vltimam verò ſicuti Ceruarum proles adeò perfecta prodit,vt ſtatim ſibi ſufficiat, nec parentis ope indigeat,ita numquam meo huic operi neceſſe ſit ad auctorem redire, vel vt caſtigem, vel vt quaſi lambendo, quod vrſi in ſuis fœtibus

faciunt perfectius efforme, ſed ſe ſe ipſe tueatur in poſterum. Vt vt autem illa ſe habeat ſimilitudo, comparatioque procedat, id profecto hic abſimile fuiſſe nemo inficias iuerit. In Ceruarum partu timor obſtetricatur ille tonitruum fragore non excitatus modò, ſed irritatus etiam, atque celeri pererrantium fulminum ardore incenſus membra, neruoſque, vt fieri ſolet, ſuo frigore diſſoluit, prolemque è difficili vtero excutit: Mihi verò opus iſtud extorſit ea animi vis, quam odioſo forte vocabulo aliqui Audaciam dicent. Ego verò, ſi nimium mihi non plaudo, infractam animi conſtantiam iure optimo appellandam cenſeo. Erigendus ſæpè profecto fuit mihi animus, vt in hac difficillima Feudorum materia opus elaborarem, atque expolirem, quod publicam lectorum cenſuram non horreret his temporibus, cum plures ſunt Momi, quam Lectores, plures qui damnent, quam qui iudicium abſque temeritate ferre velint, difficile autem id eſt, cum curis animus æſtuat, & agitatur, & feruet, quietam nimirum requirunt mentem ſtudia, otiumque expoſcunt: non ideò tamen audaciæ notam in hoc videndo opere ſubeundam mihi eſſe exiſtimaui, licet multis ſimul ærumnis impetitus, & conflictatus animus adlaborarit, etenim cum ſui illum non pudeat ſibi aptus, beneque compoſitus conſtat, otium tranquillitatemq; in ipſo negotiorum æſtu, Alcyonum more, vel reperire, vel facere conſueuit; longa etiam quinquaginta circiter annorum exercitatio in noſtris hiſce ſtudijs verſata diligentiam promouit, diligentia dicendi copiam; rerumque ſupellectilem ſuppeditauit; non temerè ergo de difficillimis Feudorũ quæſtionibus ſcripturus proſilio. Quamquàm verò, qui laboris, diligentiæque fructus eſt, confidam fore vt plauſum mihi non deneget Sapientum theatrum, cui cognitum, perſpectumque eſt quàm difficilè, inexplicabilemque labyrinthum implicent multiplices quæſtionum ſemitæ, tuum tamen patrocinium mihi maximo ære optandum, atque requirendũ fuit, REGENS Ampliſſime, præſertim cum tuæ id iure denegare haud queas; etenim qui Regij conſilij Principem iam diu agis, fouere maxime debes, quæ ad expediendas difficillimas omnium in iure quæſtiones eduntur in lucé, nã nunquã defuturi ſunt, qui aliena carpant, potiùs quod ita velint, quàm quod ita prudenter faciendum iudicent, qui nimirum ſi fucorum more alijs ſint moleſtiæ præclarè ſibi ſuo functi munere videantur, ad hæc feliciſſimè campũ iſtũ decurriſti, cùm eruditiſſima tua Scholia doctiſſimis Parentis tui optimi cõſilijs de Feudorum iure addidiſti, vidiſti quantis lucubrationum laboribus deſudandũ ſit illi, qui iter iſtud ingreditur; tantò ergo facilius, par eſt vt velis, tantòq; felicius poteris tuum in hac re patrocinium impendere: acceſſit demum quod gentilitium illud tuum Liliorum ſtemma, ad quorum conſpectũ colubri, atq; ADVERSA omnia RVVNT, animos mihi fecerit fore vt his temporibus, quę nimis ad-

uerſa

uerſa ſum expertus, tuo patrocinio, cuius vim, auctoritatemq; in Me benigniſſimam hactenus ſentiſſe profiteor, ab ingruenti impendentium procellarum turbine defendar, iiſq; periculis eripiar, quæ vel inuidia conſtruit, vel iratum mihi cælum obijcit, ne animi vigor deſide corpore fractus elangueat. Ita autem Tomum hunc Primum excipias velim, vt Tres alios, quibus ſupremam nunc coronidem addo, mox in lucem edendos expectes, quos tuæ etiam tutelæ velim conſecratos. Satis autem ſuperque patrocinium, quod opto impendes, ſi benignis intueri oculis velis opus iſtud; tuæ enim eruditionis, atque ſapientiæ is fructus eſt, vt quod tute probas, probare Alij teneantur. Diu felix viue, REGENS Ampliſſime, noſtro, & Reipublicæ commodo.

PHILIPPVS, &c.

Vicerex Regni Neapolis, Locumtenens, & Generalis Capitaneus in hoc Siciliæ Regno. V. I. D. Mario Giurba, Regio fideli dilecto ſalutem. Siamo ſtati ſupplicati del tenor ſeguente, videlicet. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore, Il Dottor Mario Giurba della Città di Meſſina, dice che hauendo letto nelli publici Studij di eſſa Città per anni quattro, come publico Lettore de Feudis, condutto con ſuo ſalario da eſſo Senato di detta Città, ha fatto ſtampare à ſuoi diſpeſi, e di Franciſco Manzo la prima parte di eſſa ſua lettura feudale, intitulata de Succeſſione feudorum ad Capit.118. dell'Imperatore Carlo V. quale per mandarla in luce a ſeruitio di Dio, e a benefitio publico, oltra dello trauaglio che ſi ha preſo li è ſtato neceſſario ſpendere bona ſomma di denari per reddurla à ſtampa, & dubitando che alcuni doppo che eſſo la farrà ſpedire, & imprimere vorranno fare lo ſteſſo con riſtampare eſſa ſua opera Feudale, di che ſequirebbe allo exponente molto intereſſe, ſupplica. V.E. ſia ſeruita ordinare, per anni dieci neſſuno preſuma di reſtampare detta ſua prima parte de ſucceſſione Feudorum, o, farla reſtampare ſotto la pena di ſcuti mille, d'applicarſi vna terza parte al Regio Fiſco, vn altra al denunsiatore, & vn altra allo exponente, per lo intereſſe che ni patiſce, che oltre eſſer coſa iuſta la hauerà a gratia particulare da V. E. & ita ſuplicat vt Altiſſimus. del quale Memoriale fattane Relatione per la R.G.C. In cõſiglio di Cauſi Fiſcali per noi detempti Pan. die 13. Martij 1635. prouittimo, quod concedatur, Per eſſequutione della quale noſtra inſerta prouiſta, per le preſẽte vi damo licẽtia & facultà che liberamente poſſiate, & vogliate far ſtãpare, & riſtampare quante volte vi piacerà detto libro titulato prima parte de Succeſſione Feudorum, che noi per le genti ordinamo a tutti & ſinguli offitiali del Regno, e di detta Città di Meſſina, & preciſe alli ſtampatori, & detentori delle ſtampe che non habbiano ne debeano ſenza expreſſa voſtra licenza ſtampare, ne far ſtampare, e riſtãmpare, vendere, ne far vendere detto libro prenominato, e chiamato prima parte de Succeſſione Feudorum, & queſto per anni dieci da cõtarſi della data delli preſenti, non obſtante qualſiuoglia, Pragmatica, atto, & ordine in contrario dictanti, alli quali pro hac vice tantum s'intenda da noi diſpenſato de plenitudine noſtra poteſtatis, & legibus abſoluta, che noi ſopra ciò ve ne damo, & concedimo ogni noſtra, & della Regia Gran Corte authorità, & poteſtà neceſſaria per le effetto ſudetto, & coſſi exequireti & non altrimente ſenza ſpectar da noi altro, ordine, mandato, ne conſulta ad inſtãtia di qualſiuoglia perſona per lo exponẽte, preſentante, cõparente, & ſenſa procura, & exequute le reſtitueretti al præſentante per ſua cauthela quantevolte da eſſo vi ſarranno preſentante per quanto la gratia ſua maeſtà tenete cara, & a chi ſe li può imponere pena ſotto la pena, di docati mille d'applicarſi al Reggio Fiſco. da Palermo die 22. Marcij. 1635.

EL DVQVE ALCALA

Vt. Criſafulli
Vt. Alliata
Vt. Antonius Xirotta

Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Mariano Perdicaro
Viſa per de Criſafulli, Alliata, & Xirotta

FRANCISCVS MARIA SANTIGLIA

Iuriſconſultus, Iudex,

Regius Locumtenens, Pro, Straticoto Meſſanæ

Non ſi malè nunc, & olim, ſic erit
Ad Authorem

PVisa Mamertino bis ternis influit horis
Aſtro, bis ternis vnda repulſa redit
Si nunc ima petit, repetit mox ſumma, nec vſque
Aduerſo certant æquora dira mari
Si ſex ira tibi contermina reſtitit annis,
Aſtra, Mari, totidem ſæcla ſecunda dabunt.

DON ANTONINVS BOTTA, S. THEOLOGIE DOCTOR

Ad Eundem

SOl, ſic Fata volunt, curſum deflectit Olimpo
Et finit immerſum condere ſtagna iubar
Nec tamen infuſum putreſcit in æquore lumen
Sed rurſus lotas explicat ipſe comas
Sat tacuiſſe *Iubar*, ſat iam latuiſſe videris,
Pandat mens nitidas ingenioſa faces.

P. *Frat. Franciſcus Giurba Paulinæ Religionis, publicus Sacræ Theologia interpres, & Magiſter*

Ad Authorem
in Sacroſanctæ inquiſitionis Tribunali à Secretis Aduocatum

NOn niſi terſa nitent flammanti lumina cælo
Nec tenebris maculat nox, vbi clara dies
Quæ tibi ſancta patent, quæſtorum tuta patrono
Ipſa coruſcanti luce referta micant
Nil tibi cum tenebris, nil cum fuligine Nexæ
Qui renuit, nocti iungat & ipſe diem

PETRVS PICCOLO IVRIS VTRIVSQVE PERITVS

MARIVS GIVRBA

Anagramma
Sum Ira, Iubar

SOl geminus ſophiæ gremio procedis, & Orbi
Effers attonito lumina docta *iubar*
Hoſce bibit lucis rores, qui ſuſtinet audax
Quas roſeas docto voluis ab ore faces
At ſi quis lucem tractet male ſanus ocellis
Hunc face perſtrictum clamitet ira rudem.

IVLIVS CÆSAR CRIVELLI IVRIS VTRIVSQ; PERITVS

Liber ad Authorem Sanctiſſima inquiſitionis Cruce donatum

VIx natus perij, teneras vix luminis oras
Attigeram, extremum Fata dedere diem
Sed cruce dum tumulor, ſurgo rediuiuus, & illa
Quæ fuerat tumulus, Crux mihi facta parens
Hæc olim mitis complexa eſt funere vitam
Nil iterum potuit mors, vbi vita fuit:
Hac teneor viuus, viuus ſic Fata perenno
Semper & hoc tumulo, ne moriar, moriar.

D. MAVRITIVS GIVRBA IVRIS VTRIVSQVE PERITVS

Giurba Cruce donatus de Zoilis triumphat

QVod rutilans docto conſurgit pectore Sydus
Quę nouo magnanimo in pectore gēma nitet?
Crux fulget, radijſque micans dum pendula collo
Decidit, hoc *Iurbam* viuere corde docet
Hac feris, hac pellis gladios, hoſteſque triumphas
Hac ruit, & pallens ingemit inuidia
Omnia iam tibi Crux eſt, hæc tartara vicit
Hanc tu dum referes pectore, victor eris.

VITVS FIMIA PANORMITANVS

Giurba de Momo victoriam canit

O Pprimeris, ſurgis, dum te nimboſus Orion
Nube tegit triſti, clarior inde micas:
In te tela ruunt, repetunt ſed tela pharetram
Dum Momus figit vulnera, vulnus habet:
Dic mihi, quæ nobis ſurgunt miracula *Iurba*
Quod tibi pacato nomine Numen adeſt?
Numen adeſt, nec vana, fides ſanctiſſima regnat
Mente diu, hæc dextram ducit, & ingenium,

FRANCISCVS MANZO AVTHORIS COMPATER

Ob Librum, De Feudis

QVilque ſibi copiam fulgentis congerat auri
Et quærat culti iugera magna Soli
Nil hæc ipſe moror, maiores optime *Iurba*
Hic liber aſſiduas nam mihi fundit opes
Illa tamen magni dicuntur munera Regis
Sed tu dum maior, munere, maior eris.

PLACIDVS MANZO

Maledictis nobilior

ASpice ſtellatum dum cælant nubila cælum
Imber & vndanti ex æthere præcipitat
Nunc tellus reparat vires: mox tota vireſcet;
Vndique mox ſparget nobilis illa comas
Sic qui crudeli tellurem verberat vnda
Tellurem dulcis purpurat humor aquæ
Quot te pulſarunt nimbi Doctiſſime *Iurbaè*
Sed tu maiores fundis ab ore ſonos.

IOSEPH GIVRBA IVRIS VTRIVSQVE PERITVS

Ad Authorem

PRoh! fęlix te quãta manet laus? quãta per Orbẽ
Gloria? Fama tuum admirandum
Nomen in heſperias dudum protenderat oras
Prima tuos edocta labores
Mox iuſti, verique tenax te diſcet, & almæ
Virtutis cuicumque decorus
Riſit honos, amplo te quisquis terminus Orbi
Obſtitit extremum reſonabit
Gaude ergo vanoſque tuæ ne finge timores
Famæ, quæ tibi cumque ſuperſit
Neuè petas ſegni duci tuã ſtamina filó
Aut lacheſim fuſum remorari
Viciſti inuidiam, humanis quæ laudibus æther
Limina præſcripſit; ſuperaſti
Ecce fremit, ſtridet Momus, vorat effera corda
Impatiens, ſi fallere detur
Inſanam mentis rabiem exaudire virorum
Laudes indocilis tabeſcit
Hæc tandem ore refert, heu indus Gymnoſophiſtas
Dediſcet Tebæque lycurgum
Dediſceat Magos Perſæ quin Palladis Vrbes
Non patrias laudes patientur
Pluribus heu quos inuidi male ſanus honores
Vni iure querar cumulatos
Conſtitit his intenta themis, plauſitque ſacrore
Tum phrigio plectro, fidibuſque
Sedula te curat clio ſanctaſque ſorores
Et tibi lætum ducere carmen
Parnaſſi an doctæ referunt tua nomina Syluæ
En geminant te concaua ſaxa

Digitized by Google

MARIVS MANZO IVRIS VTRIVSQVE Profeſſor, Authoris filius è Sacro Fonte ſuſceptus

Dialogus Inuidiæ & Momi, ſuper, editi libri, Authore.

Inuid. QVid Momus atri pectoris
Aeger dolorem comprimis?
Age inepte, quid luctus ferũt?
Quid in muliebrem lacrimam abis?
An quia tumeſcant inſolens
Decora inter, & plauſus ſenex?
Mox nulla vela turgeant,
Si ponat aura mollior:
Demiſſus animos contrahet
Simul arma moueris tua.
Age ergo dentem liuidum
Age fac libellus ſentiat;
An integer renideat
Semel ore diſſectus tuo?
An rurſus æquè ſplendeat,
Si tua venena effuderis?
Age noſtra quid vis coalità
Quid & Acherontica legio
in reprimendo audatium
Valeat timore mentium
Videat tumores pectore
Quiſquis gerit mortalium
Mom. Eheu refracta concidit
Iam noſtra virtus; corruunt
Trophea parta: nec iuuat
Reparare bella, dedecus
Niſi forte maius expetat
Sibi parere ignauus furor
Solum fuiſſe reſtat, &
Tantum caput periculo
Fruſtra imperiſſe funeris.
Inuid. Inultus ergo numina
Vt noſtra riſerit impudens?
Sic? ſic abibit? quo malum
Quo triſtis ægrimoniæ
Te adegit æſtus? inertiam

Quin potius excutis ? & tui
Exacuis oris fulmina ?

Mom. Quantum miſella falleris ?
Frenis vtrum, an calcaribus
Opus eſt furenti ? ſed operam
Luſimus, & vmbris prælia
Exanguibus parauimus
Si quando ſectamur hominem
illum laboris horrida
Facies beat, & in arduis
Gaudet; quietis otia
Nullus amat, vſque putribus
Cartis ſenex viget inhians
I,nunc ad arma prouoca
Feret trophea plurima
Non ſecta collum firmior
Exurgit Hydra in Herculem
Atque hic laboris ictibus
Petitus atrox proſilit.

Inuid. Quid ? illa tandem corruit.

Mom. Pugnabat Herculea manus
At nunc refringit impetus
Vi præpotenti Hercules,
Quem nulla vincent tempora
Nec dente Momus liuido.

Digitized by Google

D. MARII GIVRBA
REGII CONSILIARII.
AC IVRIS FEVDORVM IN PATRIO MESSANENSI Gymnaſio Primarij Interpretis, & Collegij Prioris
REPETITIO.

In Cap. 118. Caroli V. Imperatoris De Succeſsione Feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum cognitio ſubtilis, & Lucroſa nimis.*
2 *Feudalis militiæ campus tertiam Siciliæ partem ſolidè complectitur.*
3 *Lites Feudales multæ in ſuccedendo, quas diffinire Cæſaris deciſio (in Regno) fuit neceſſaria.*
4 *Quæ methodus hac in repetitione ſeruetur.*

PRÆFATIO.

NEminem ita rerum vſus expertem, aut in conuectu hominum rudem, & imperitum exiſtimauerim, Qui ignoret, iaculatorum primum illud eſſe, vnum, propoſitumq; vt collineet, quod ſi id fieri non poſſit, vt quam proprius fieri poſſit ſcopum pertingat. Porrò Vniuerſos Iuris interpretes, ſiuè qui de iure interrogati domi reſpōdent, ſiue per Iudicum Tribunalia cauſas agunt, ſiue ex Superiori loco profitentur, Quid ni Sagittarios dixerim? Quam peruigili ſtudio, ſummaq; animi contentione, eò ſuas omnes curas, neruoſq; intendunt, vt vnam rerum agendarum veritatem inter vaſtiſſima iuris prudentiæ ſpacia longè, latèq; inter Iuriſconſultorum oculos fugientem, & qua ſe inter opinionum variarum anfractus occultantem, qua inter rerum, & articulorum minutias, vepribus atq; impedimentis obſepientem, tandem aliquando certo ictu petant, conficiantq;. Certè ego non tantum mihi arrogauerim, vt vnum me omnium maximè verum, germanumq; iuris, & æqui tramitem aſſecutum putem; quando tot clariſſimos Iuris interpretes, tot exercitatiſſimos Anteceſſores, qui, & retroactis ſæculis, & noſtrorū Patrum memoria, Summa cum Gloria, ad omnem poſteritatis honorem floruere, fateri non puduit in inueſtigandis iuris prudentiæ intimis arcanis, non ſe certo ductu trahi, ſed errabundo veſtigio, nec quiſquam hactenus repertus eſt, qui tantum ſibi blandiretur, vt de iure interrogatus, quamtumuis ſolidè, accuratèquè, & ex intimis diſciplinæ principijs, de propoſita re diſſeruerit ipſam rerum veritatem ſe deprehendiſſe dixerit, omnemquè Gordium nodum omnino reſoluiſſe, Niſi qui aut extremè, ſtolidus, aut fumum vendere, videri voluerit. Itaq; cum Illuſtriſſimi Senatus iudicium, grauiſſimum mihi viribus meis longiſſimè impar onus impoſuerit, iura Feudorum interpretandi, & qui meus eſt in Patriam amor ſatius duxerim, cum famæ meæ periculo honorem habere ampliſſimi ordinis voluntati, quam eorum de me, meiſq; in communem Patriam ſtudijs expectationi deeſſe, illico bona fide ſpondere audic, in meq; recipio, vt ſi minus in noſtra hac feudalis iuris diſciplinæ ſcopum ipſum veritatis attingere licebit, non tamen longius aberremus.

Materiæ quidem dignitas, ac præſtantia ea eſt, vt mea commendatione creſcere il-
1 la nō multum poſſit. Vtilitas tanta † quanta nè ex tota quidem iuris prudentiæ diſciplina ſperari poteſt, cum vt non minus verè, quàm eleganter *Iaſon* ſcripſit *in pralud.* Feudorum Controuerſiæ magnos prouentus pariant, maxima emolumenta, vt *Schader.* loquitur, *in prœm. num. 3. 4. Alber.* verò in

repert. iuris canon. verb. feudum. Lucroſam Feu
dorum cognitionem appellet. practicabilē
Rebuff. in arbor. ſua feudal. & ira vberem, ac
locupletem, vt vel vna feudalis cauſa in
ampliſſimas fortunas euehere aduocatum
poſſit. Quæ cum alibi vera, tum in noſtro
Siciliæ Regno veriſſima eſſe, Vſus ipſe, & re-
2 rum experientia docere poteſt, † quippè
cum feudalis militiæ Campus, *ex Petr. Greg.
in proem. de conceſſ. feudor.* tam latè patear,
vt tertiam Regni parrem ſolidè complecta-
tur; cum omnia ferè bona immobilia Prin-
cipum, Nobilium, atq; ex parte etiam Ci-
uium Feudalia ſint. Veſtrum itaq; erit Or-
natiſſimi Adoleſcentes, ad eximiam feuda-
lis cognitionis dignitatem, eximiam quoq;
& non vulgarem diligentiam adhibere, &
pro virili veſtra conari, vt labores mei, at-
què animi contentiones, in feraciſſimo hoc
veſtri ingenij agro, non vulgari, & recepto
prouentu luxurient, ſed certiſſimam vſu-
ram reddant.

Principio igitur aggrediemur interpre-
tationem tituli *De Succeſſione Feudorum.* Qui
Octauus eſt in Vſib. feudor. & licet propriã,
ac peculiarem ſuorum Capitulorum ipſe
habeat materiē. Nos tamen ad illius orna-
tum, in eundem etiam conijciemus pleraſ-
què noſtræ *SICILIAE* municipales leges,
quæ affinem tractationem habent, nempe
Feudorum ſucceſſionem. Quas inter, pri-
mò ſe offert *Tex. cap. ſi aliquem. 28. Reg. Iaco-
bi*, quem cum poſt *Blaſcum Lanceam Ioannem
Aloyſium de Septimo, Saccurafam, & alios an-
tiquiores Siculos Iuriſconſultos*, poſteriori Æuo
perpetuis commentarijs explicarint *Ioſeph
Cumia, & Ioannes Antonius Cannetius.* ſuper-
fluum fuerit rem actam agere. Verum quia
pleręq; quæſtiones ſucceſſu temporis emer-
ſere, quæ illos effugerunt, quæq; proximè
pertineant ad interpretationem *Cap.* 118.
204. 258. *Caroli V. Imperatoris, & Cap. 18. Phi-
3 lippi Regis* illius nominis *Secundi:* Quæ † Leges
Patrum, ac noſtra memoria emanarunt ad
ſedandas plurimas, atq; perpetuas lites, quę
ſæpè Ciues, ſæpius Principes, ſæpiſſimè verò
Nobiles Siculos diù torſerunt: Viſum prop-
4 terea mihi eſt, † has ipſas Leges ſeorſim *per
glos.* interpretari, eaſq; in hunc titulũ *De Suc
ceſſione Feudorum,* reijcere, quas nemo hacte-
nus Noſtrorum tentare auſus eſt, eademq;
opera viam alijs præibo, quo errorum me-
orum orbitam fugientes, meliori fato, &
conſilio, eamdem Spartam ſi velint, illu-
ſtrare, & ornare poſſint. Verum prius quam
contextus ipſius interpretationem ingredi-
amur; Pauca quædam præfari prius liceat
veluti Prolegomina, ex quibus tum com-
munis, cum præſertim municipalis Siculi
nimirum iuris Feudorum cognitio facilior
exiſtat.

SVMMARIVM.

1 *Terminos oportet prius intelligere, quam determinare.*

2 *Vocis proprietas rei quiditatem plerũq; oſtendit.*

3 *Feudum à fædere (verius) à fide, quæ propria eſt feudi ſubſtantia, vt ab eo ſeparari non poſſit.*

4 *Feudum ſine fidelitate conſtitutum liberat ſolum à fidelitatis iuramento, nec propriè feudum eſt.*

5 *Cenſus annuus ſi pro ſeruitio ſoluitur, emphiteuſis potius eſt, quam feudum, & quando ſecus.*

6 *Fidelitas remitti non poteſt, imo ſemper reſeruata cenſetur, num. 9.*

7 *Dominum à Vaſallo non recognoſci, contra ſubſtantiam feudi eſt.*

8 *Pactum, ne vaſallus ob feloniam in committendo priuetur feudo, improbatur.*

10 *Zaſ. in origine feudorum errãſſe probatur.*

11 *Feuda à publico patrimonio cur inuenta.*

12 *Feudale ius ex conſuetudine, & moribus ortum habuiſſe, nec cum hyſtoriæ fide, nec iuris ratione pugnat.*

13 *Legis condendæ poteſtas, ſolius Principis eſt.*

14 *Ius omne conſtat, aut ſcripto, aut non ſcripto.*

15 *Leges conſuetudine abrogantur.*

16 *Conſuetudinis maior eſt, quam Principis poteſtas.*

17 *Princeps, tum conſuetudinem, tum legem abrogare poteſt.*

18 *Conſuetudo etiã contra legem valet, ſi longo tempore diſſimulauit Princeps.*

19 *Lex ſi viget, in conflictu, potior eſt cenſenda aduerſus conſuetudinem, non per omnia approbatam, & ita accipienda eſt,* l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.

20 *Conſuetudines feudales non pugnant cum legibus Romanis, ideo, non ſunt inuicem opponendæ.*

21 *Conſuetudines feudorum ſunt naturales, & ligant Principes, ac pro iure communi habentur.*

22 *Princeps nec ex abſoluta eius poteſtate feudum vaſallo conceſſum ſine cauſa reuocare, aut in parte diminuere poteſt.*

23 *Principis proprium eſt, non reuocare conceſſa, maximè in vim contractus.*

24 *Feudum, ſi ex cauſa reuocet Princeps, ea ceſſante, vaſallo reſtitui debet.*

25 *Princeps ſeparare non poteſt villam, aut Caſtrum à Ciuitate, cui ſubiacet ex priuilegio in vim contractus.*

26 *Feudum ad Principis beneplacitum conceſſum ſi-*

ne

ne iuſta cauſa reuocari ab eo non poteſt, etiamſi precario conceſſum illud ſit,

27 *Clauſ.* Ad beneplacitum, *perpetuam facit Feudi conceſſionem.*

PRÆLVDIM PRIMVM.

Feudi nomen, Vnde fluxerit, & Quò originem ſuam referat.

ABſurdum cuicumquè loquenti eſt, propriã vocem ignorare, & prius

1 † determinare, quam terminos intelligere, *l. vt reſponſum. C. de tranſact. l. 1. ff. de iuſt. & iur. l. 1. ff. de orig. iur. Angel. cons. 110. Georg. de feud. c. 2. nu. 11. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 1. num. 1.* cum omnis ſcientia, omniſq; diſciplina à verborum cognitione incipiat, teſte, *Bald. l. liberti, libertaq;. num. 5. C. de oper. liber. Gallin. de verb. ſignif. lib. 1. c. 1. num. 1.* nam, & vocis

2 proprietas † plerumq; (vt ita dixerim) rei quidditatem oſtendit, *l. 1. ibi, ex re ipſa nomen acceperunt. ff. de tutel. §. 1. inſtit. eod. §. eſt & aliud. inſtit. de donat. §. fin. inſtit. de fideicomiſ. hæred. l. athletas, §. calumniator. ff. de his qui notan. infam. Mantic. d. tit. 1. num. 2.*

3 Feudum itaq; à fædere † dictum opinantur alij, cum ex certis fæderibus in forma fidelitatis, vltro citroq; conſcriptis conſtare poſſit, *ex Zaſ. de feud. p. p. de orig. feud. num. 1. Eygi. Saxon. quæſt. 2. num. 69.* Receptum tamen magis eſt, vt à Fide, ſeu Fidelitate dicatur atteſtantibus ipſis compilatoribus, *ex c. nulla. per quos fiat inueſt. c. veritatis. de iureiur.* quibus, vt Longobardis in re noua fidem deberi maximam arguit, *Gars. de expens. c. 12. nu. 30. 31.* quia fidelitas eſt propria feudi ſubſtãtia, *c. 1. §. fin. per quos fiat inueſt. Iſern. c. 1. §. huius autem generis. n. 9. ex quib. cauſ. feud. amitt. Præpoſ. c. 1. §. ſed nec eſt alia. num. 1. & ibi, Aluarot. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Afflic. decis. 129. decis. 320. num. 4. Thoming. cons. 6. nu. 53. in 1. Maur. alleg. 6. nu. 3. p. p. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quæſt. 9. num. 7. 8. Paris. cons. 21. num. 22. cons. 23. num. 34. in 1. Decian. cons. 19. num. 203. in 3. Carol. Tapp. de conſtit. Princip. p. p. c. 1. num. 28. Cumi. in prælud. c. ſi aliquem. nu. 176. Franc. in prælud. feud. nu. 195. Veſembec. de feud. c. 8. num. 19. Gizzarel. decis. 44. num. 24. Roland. cons. 50. num. 8. in 3. cons. 85. num. 6. 7. in 4. Decian. cons. 19. num. 202. in 3. Roſentall. de feud. c. 2. conclus. 57. c. 10. concluſ. 34. num. 60. Sola. ad Decret. Sabaud. tit. de iur. emphit. p. p. gloſ. 3. num. 3. Schrader. de feud. p. 2. c. 2. num. 25. 33. p. 10. ſect. 7. num. 161. Georg. de feud. c. 56. num. 19. Menoch. cons. 65. nu. 29. Bardell. cons. 26. num. 15. Marta, decis. 200. nu. 13. decis. 201. num. 4. decis. 221. num. 5. clauſ. 6. num. 4. 5. p. 2. & de iuriſd. p. 4. cent. 2. cas. 191. num. 2. cent. 1. caſ. 16. num. 19. Bolognet. cons. 3. num. 47. Peregr. cons. 4. num. 39. in 1. cons. 13. nu. 6. in 5. Vulte. de feud. lib. 1. c. 6. num. 8. Oſaſc. conſ. 38. num. 42.* & extremum eſt à feudo indiuiſibile, *Doct. in c. omnes. ſi de feud. controuers. Franc. c. 1. §. cum autem num. 5. ſi de inueſt. feud. controuers. ſuer. Camill. de Curte. feudor. diuerſ. p. p. § tenor. 12. num. 15.* Cum inſit feudo, vt ſpiritus vitæ, ipſius feudi, *Gizzarell. deciſ. 44. num. 26.*

Hanc feudi etymologyam à fide, ſeu fidelitate, quam vaſallus ſuo iuramento præſtare debet domino, *ex c. 2. per quos fiat inueſtit.* tradidere, *Ardiz. ſumm. feud. c. 4 rubr. vnd. dicat feud. Bald. prælud. feud. num. 7. Aluarot. in proem. feud. col. 4. vers. quare autem. Afflic. in prælud. feud. num. 66. decis. 320. num. 4. Iaſ. in prælud. feud. num. 28. Carol. Tapp. d. nu. 28. Curt. Iun. de feud. p. p. quæſt. 7. cons. 21. num. 8. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. quæſt 7 num. 5. Abb. cons. 82. num. 6. in 1. Eygi. Saxon. quæſt 2. num. 71. Pancirol. cons. 122. nu 22. Soc. Iun. cons. 76. num. 36 in 1. cons. 102. num. 1. n 2. Gizzarell. decis. 44. num. 25. 26. Paris. cons. 21. num. 22. in 1. Thom. Marin. de feud. tit. 5. nu. 2. Bero. conſ. 77. num. 7. in 1. Cephal. cons. 177. num. 11. Bimi. cons. 254. num. 15. 16. Menoch. cons. 804. num. 8. 19. Roland. cons. 85. num. 2. cons. 86. nu. 6. 7. in 4. Thoming. cons. 6. num. 51. 154. in 1. Clar. §. feudum. quæſt. 5. Georg. de feud. c. 2. num. 12. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 1. num. 3. 8. Camill. de Curte. feud. diuerſ. p. p. §. reliquum eſt. 17. num. 72. §. tenor. 12. num. 16. Ponte, de feud. lect. 2. num. 2. lect. 14. nu. 7.* Cum nulli in feudum conſiderari poſſit abſq; fidelitate, *Thoming. d. cons. 6. num. 51. Camill. de Curt. d. p. p. §. nunc de altera. 15. num. 60. d. §. 17. num. 74. Schrad. cons. 13. nu. 55.* Etſi plura haberi poſſint feuda, abſq; ſeruitio, *Camil. de Curt. d. nu. 72. 74. Georg. de feud. c. 56. nu. 9. 15. 19. Vulte. de feud. lib. 1. c. 6. num. 13.*

Solet etiam feudum quandoq; ſine fideli

4 tate † conſtitui, *ad tex. c. 1. per quos fiat inueſt. c. 1. §. 1. ad fin. quæ fuit. prim. cauſ. benef. amitt.* hoſt eſt, vt non teneatur iurare fidelitatem, ſed fidelitatem ſeruare cogitur, *Iſer. c. 1. §. nulla. per quos fiat inueſt. Georg. de feud. c. 56. nu. 7. 8.* Vel dicendum eſt verius, *ex Cumi. in prælud.*

lud.c.ſi aliquem.num.178.propriè feudum il-
lud non eſſe, Ponte, de feud.lect.1.num.20.niſi
dominus voluerit eſſe feudum, Grat. cons.9.
num.120.ad fin.vol.1. Mantic.d.tit.1.num.10.
Caual.decis.36.num.188.p.2. Quod enim ſine
5 fidelitate † conceſſum eſt feudum, ſi pro ſer-
uitio annuus cenſus ſoluitur, Emp hiteuſis
potius eſt, Afflic.in c.1.§.ſed nec eſt.ad fin.Quæ
fuit prim.cauſ.beneſ.amitt. Alex.cons.9.num.7.
in 5. Pute.de reintegr.feud.c.18. Ruin. cons.35.
num.2.cons.42.num.3.in 1. Tuſc.lit.F. conclus.
118.num.27. Intrigl.feud.centur.1.quæſt.10.
num.13.14.Paris.cons.12.nu.20.21.in 1. Cra-
uet.cons.293.num.9.Manent.decis.29.num.23.
Ferret.cons.81.num.1. Bardell.cons.93.num.6.
10.13.14. Burs.cons.85.num.27. Caual.decis.
36.à num.51.p.2. Aldobr.cons.1.nu.281. Becc.
cons.2.num.8.Natt.cons.600.num.1.Borrell.
cons.1.à num.143.Sacca.cons.6.num.60.61.
Decian.cons.58.num.41.in 2.Craſſ.cleric.effect.
4.nu.165.Roſentall. de feud.c.7.concluſ.33.nu.
25. Si magnus ſit cenſus, ſecus ſi modicus,
Gloſ.1.verſ.ſed ſi quid.in §.vaſallus.Vbi Præpoſ.
col.1.vers.quæro cum gloſ.1.Hic fin.lex.Raudens.
decis.42.nu.61.Valaſc.de iur.emphit. quæſt.25.
ſub nu.12.Surd.cons.502.à nu.16. Sola ad De-
cret.Saband.tit.de iur. emphit.p.p.gloſ.3.num.4.
Tuſc.lit. F. conclus.154. Qui verò ſit modicus
à Iudicis pendet arbitrio, Glos.& Bart.l.om-
nino.ff.de impens.in reb.dotal. Rauden. decis.42.
num.61. Sed quid ſi fidelitatis iuramentum
præſtetur, dixi copiosè prælud. 2. Aduerten-
dum tamen putat, Mantic.d.tit.1.num.12.
feudum adhuc cenſeri, quamuis fidelitatis
iuramentum ex pacto præſtandum non ſit:
neque enim repugnat, quod quis fidelitatis
iuramentum præſtare non teneatur, & ta-
men fidelitatem ſeruare cogatur, ſicq; ac-
cipiendus eſt, tex.c.1.per quos fiat inueſt. Fi-
delitas non poteſt à feudo ſeparari, vt dixi
num.3. etſi fidelitatis iuramentum remitti
poſſit, c.1.§.fin.per quos fiat inueſtit.c.1.§.1.
quæ fuer.prim.caus.beneſ.amitt. Afflic.in præ-
lud.feud.num.42.Mozz.de feud.tit.de ſubſtant.
nu.20.Borcholt.de feud.c.7.nu.37.Roſentall.de
feud.c.6.concluſ.68.Vulte.de feud.lib.1.c.7.nu.
31.Cur.Iun.de feud.p.p.quæſt.7. Cumi.in præ-
lud.ad c.ſi aliquem.num.177.de feud. Oſaſc.cons.
38.num.35.Camill.de Curte, feudor.diuerſ.p.p.§.
nunc de altera.15.nu.60. Marta,decis.221.nu.
15.Menoch.cons.804.num.38. cons.65.nu.17.
Burs.cons.127.num.17.Peregr.cons.4.num.39.
cons.16.num.14.in 1.Schrader.cons.13.num.
55.298.de feud.p.2.c.2.num.26.27.28.Zas.de
feud.p.p.nu.8.& ſcripſit.p.12.num.34. quod
ſi à Domino remiſſum fuerit fidelitatis iu-
ramentum, & feudum degeneret, Schrader.
cons.13.num.54. Vaſallus tamen ad omnia
obligatur, quæ in iuramento fidelitatis con
tinētur, Cephal.cons.151.nu.24.Menoch.cons.
181.num.71.Vulte.de feud.lib.1.c.6.num.11.
Schrader.cons.13 num.55.& d.p.2.c.2.nu.34.
Roſentall.de feud.c.86.conclus.6.num 5.quia fi-
6 delitas, quæ eſt ſubſtantia feudi † remitti
non poteſt, Afflic.decis.129.num.2. Cumi.d.
num.177.Aldobr.cons.1.num.257.Paris.cons.
23.num.6.in 1.Menoch.cons.1.à num.28.cons.
65.num.18.Roſentall. de feud.c.2.conclus.66.
num.3.c.6.conclus.35.nu.5. Peregr.cons.4.nu.
39.cons.16.num.14.in 1.cons.13.num.6.in
5.Marta,decis.160.num.17.decis.221.nu.19.
& de iuriſd.p.4.cent.1.caſ.43.nu.21.Thoming.
cons.6.num.158.159.in 1.Decian.cons.19.nu.
203.cons.58.num.47.in 2.Gizzarell.decis.44.
num.26.28.Burs.cons.122.num.11.Oſaſc.cons.
38.num.35.42.Mantic.de tacit.& ambig.lib.
23.tit.1.num.13.tit.22.num.15.Roland.cons.
52.num.8.in 2.cons.1.nu.8.in 4.D.Carol.Tapp.
de conſtit.Princip.p.p.c.1.num.31.Borchol.de
feud.c.1.num.21.Vulte.de feud.lib.1.c.6.num.
11. ipſaq; fidelitas ſemper reſeruata cenſe-
tur, Afflic.d.decis.129.Marta,decis.34.num.7.
decis.210.num.11.Vulte.d.c.6.num.11.Peregr.
d.cons.4.nu.39. Fides enim pro omni feudo
præſtanda eſt, Schrader.de feud.p.2.c.1.nu.5.
adeo vt, nulla feudi inueſtitutura conce-
denda ei ſit, qui fidelitatem recuſat, c.1.per
quos fiat inueſt.glos.c.1.de Capit.corrad.Franc.
in prælud.feud.num.202.Gizzarel.decis.44.nu.
26.Mantic.d.tit.1.num.9.nec eum tenetur
dominus in poſſeſſionem mittere, c.1.quid
præced.deb.inueſt.c.1.de non.form.fidelit.Franc.
rub.ſi de inueſt.fuer.controuers.num.13.& inue-
ſtitum diſueſtiri voluit, Franc.in prælud.feud.
num.203. Quia dominus ſe totum vaſallo
committit, eiuſq; fidem ſequitur, Mantic.d.
tit.1.num.5. Vnde vaſallus pro viribus eum
tueri, & ſeruire debet, c.1.de non.form fidelit.
c.1.de form.fidelit.Camill.de Curte, feudal.diuerſ.
p.p.§.cum igitur.13.nu.30.Oſaſc.cons.9.nu.10.
Georg.de feud.c.56.à num.1. Quare feudum
non ſimpliciter à fide, ſed à fide fidelitatis
appellat, Mantic.d.tit.1.num.6. Neq; fides
intelligitur obſeruari, cum fidelitatis iura-
ramentum præſtatur, ſed cum, operis execu
tio impletur, c.1.quid præced.deb.inueſt. Quæ
enim promittuntur, opere impleri debent,
c.qualiter, de pact. Cumquè feudum à fide,
ſeu fidelitate dicatur, Vaſallus debet do-
mino eſſe fidelis, ac conſequenter eius bo-
nis, honori, & vitæ non inſidiari, feudumq;
ab ipſo domino recognoſcere, c.1.de non.
form.

Digitized by Google

form. fidelit. c. quoniam inter. de probib. feud. alien. per Lotbar. Franc. in prælud. feud. nu. 151. Zaſ. de feud. p. 12. num. 21. Cumi. in prælud. d. c. ſi aliquem. num. 179. Vulte. de feud. lib. 1. c. 7. nu. 21. Mozz. de feud. c. 7. nu. 33. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 5. c. 161. diſput. 8. c. 29. Decian. cons. 57. num. 47. vol. 2. Contra ſubſtantiam feu-
7 di eſt † Dominum non recognoſcere, *Præpoſ. in prælud. feud. num. 34. 37. ad fin. & ibi Albarot. diuiſ. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 1. num. 16. Camil. de Curt. de feud. p. p. §. 7. num. 3. Marta, decis. 160. nu. 17.* Nec validum
8 eſt pactum inter † Dominum, & Vaſallum, quod propter fęloniam, non priuetur feudo, hoc enim contra ſubſtantiam, quoquè eſt, cum ad delinquendum inuitetur, *Borrell. de reg. præſt. c. 64. nu. 158.* qua ratione omne pactum etiam improbatur, *l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. Laudens. c. 1. in princip. qui feud. dar. poſſ. Mantic. d. tit. 1. num. 17.* Si fęlonia in committendo conſiſtat, ſecus ſi in omittendo, *Bald. l. 1. lect. 2. num. 43. ff. de rer. diuiſ. Curt. Iun. de feud. p. p. quæſt. 7. ad fin. Iaſ. de feud. n. 29.* Sicut
9 irritum quoquè † eſt remiſſæ fidelitatis pactum, cum contra feudi ſubſtantiam ſit, *Afflic. decis. 129. nu. 2. Cumi. in prælud. c. ſi aliquem. num. 176. Curt. de feud. p. p. quæſt. 7. Petr. Greg. de conceſſ. feud. p. p. quæſt. 9. num. 7. 8. Camill. de Curte. diuers. feud. p. p. §. 12. num. 19. Menoch. cons. 1. num. 9. cons. 65. nu. 45. Marta, decis. 321. num. 20. & de iuriſd. p. 4. cent. 1. caſ. 43. num. 26. Vulte. de feud. lib. 1. c. 6. num. 10. Schrader. cons. 13. num. 55. Mozz. de feud. tit. de ſubſtant. num. 1. 20. Ponte. de feud. lect. 2. à num. 11.*

10. Cæterum ius feudale † ortum habuiſſe contendit, *Zaſ. in epitom. feudor. p. p. de orig. feud.* à vetuſtis Romanorum moribus, *arg. c. 1. §. & quia vidimus. de his qui feud. dar. poſſ.* Sed mirum videtur, quod nec apud veteres Iuriſconſultos in libris Pandectarum, nec apud Imperatores in libris Codicis Theodoſiani, & Iuſtiniani, vlla feudorum mentio facta fuerit, quæ cum ſpeciali nota eſsēt digna, non fuiſſent ita neglecta, *arg. l. item apud labeonem. §. prætor ait. vers. hoc edicto. ff. de iniur.* præſertim cum Iuſtinianus non fuerit contemptor antiquitatis, *inſtit. de teſtam. in princ.* & quamuis ius feudorum cum iure militię quandam habeant ſimilitudinem, à iure tamen Romanorum non fuit cognitum, *Iſern. in prælud. feud. quæſt. 4. num. 41. 43. & ibi, Afflic. quæſt. 3. col. 2. Aluar. in prælud. feud. quæſt. 7. in c. 1. num. 3. de controuers. int. dom. & vaſall.* Quod reſte, *Clar. §. feud. quæſt. 1.* modicam habet difficultatem, Tum maxime quod feudorum vſus quandam inducit ſeruitutis ſpeciem, non modo rerum, ſed etiam perſonarum, & ſingulis perſonis tribuit iuriſdictionem, quæ ex iure Romanorum apud Principem, vel magiſtratus eſſe debet, *l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Bald. c. quæ in eccleſiarum. num. 21. ad fin. de Conſtitut. Cranet. cons. 241. num. 15. Camill. de Curt. diuerſ. feud. p. p. §. poteſt. 10. nu. 4. Grat. cons. 9. nu. 1. 52. in 1. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quæſt. 2. num. 13. p. 7. quæſt. 2. num. 17. Franc. decis. 527. Capic. decis. 9. num. 15. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 1. num. 25. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. num. 10. Borrell. de reg. præſtan. c. 21. num. 17. Lanar. conſ. 52. num. 4.*

Feuda autē non à feudatario vaſſallo, ſed
11 à publico † originē habuerunt, ſuntq; proprium Regis patrimonium, *§. optimum. auth. de exhib. reis. c. 1. de probib. feud. alien. per Lothar. c. 1. §. præterea. de probib. feud. alien. per Frideric. Gloſ. Conſtit. vt de ſucceſſionibus. Iſern. prælud. feud. quæſt. 4. num. 43. Apen. l. 2. vers. quod autem feuda. C. de fund. patrim. lib. 11. Afflic. decis. 129. nu. 2. decis. 361. num. 40. Gizzarel. decis. 28. num. 46. Anna, allegat. 69. num. 31. & in Conſtit. Diuæ memoriæ. num. 274. Camill. de Curte, Feud. diuers. p. p. §. cum igitur. 13. num. 7.* Cauſa enim militiæ, feuda ſunt inuenta ob ſperatam fidem, *Camill. de Curt. d. p. p. §. 14. num. 93.* & ea quidem ratione, vt Princeps plures habeat milites, qui aduerſus hoſtes poſſent eum tueri: Cogitur enim Vaſallus dominum in bello inſequi, *c. 1. §. fin. de pac. tenen. c. 1. de Capit. corrad. Curte. d. §. 13. nu. 30.* Quia ob ſeruitia militaria regulariter data intelliguntur, *Roſental. de feud. c. 9. concluſ. 44. nu. 8. Bardell. cons. 93. n. 41. Bammacar. c. qui clericus. num. 3. ſi de feud. defunc. conten.* & illi, qui pugnare poſſunt, *Iſern. in prælud. feud. quæſt. 4. Camill. de Curt. Feudal. diuerſ. p. p. §. reliquum eſt. 17. num. 71.* cui conſequens eſt dicere, feuda à Militia (cuius ſumma laus, & vtilitas eſt) Originem habuiſſe, *Caſſan. cons. 60. nu. 10.* Hinc feudatarii dicuntur Milites, *Corſet. cons. 10. num. 12. Roſental. de feud. c. 9. concluſ. 44. nu. 8. Bardell. cons. 93. num. 42.* Adeo vt ceſſante militiæ ratione, ceſſare debeat fœminæ excluſio, *Nori. cons. 1. num. 38. Menoch. cons. 804. num. 68. Bardell. cons. 93. nu. 43. Hartm. Piſtor. feud. quæſt. 34. num. 29. 35.* Hinc *Petr. Gregor.* inquit *de conceſſ. feud. p. p. quæſt. 1. nu. 5. 6. 7.* Feuda pro vita militū deputata eſſe ad Regni defenſionem, Hoſtium propulſationem, ac Subditorum cuſtodiā, eaq; Principis cōcedentis deſtinatione procedunt, *Pern. cons. 12. num. 17. Lanar. cons. 41. num. 12. Camill. de Curt. feudor. diuerſ. p. p.*

§. cum

§.*cum igitur*.13.*num*.8. & obſeruitia milita-
ria cenſentur data, *Roſental. de feud. c.9. con-
cluſ*.44.*num*.8.

His ſic præhabitis, ex recentiori Conſue-
12 tudine, & moribus Ius feudale † originem
traxiſſe teſtantur alij, *ex Bart. l. iuriſgentium.
§.quinimo.ff. de pact. Crauet.cons.* 241. *num*. 3.
Decian.cons. 3.*nu*.229.*in* 4. *Craſſ.cleric. effect*.
4.*num*.138.*Schrader. de feud.p.* 2.*c*. 1.*num*.2.
Cephal.cons.617.*num*.8.*Petra, de princip.poteſ.
c*.32. *dub*. 2. *num*. 110. *Camill. de Curte, diuers.
feud.p.p*.§.1.*num*.21.§.12.*nu*.1.3. *Crinell.do-
lan.decis*.63.*num*.3.*Georg.de feud.c*.1.*nu*.1. *Ni-
zoll.alleg*.1.*num*.31.32. *Becc. cons*.88. *nu*.28.
Intrigl. feud.cent.1. *quæſt*.3. *Tuſc.lit.C. conclus*.
861.*num*.3.*Bim.cons*.162.*num*.6. *Roſentall. de
feud.c*.1.*conclus*.8.*nu*.2. Quod ſanè, cum hiſto
riæ fide, aut iuris ratione non pugnat. Nam
conſuetudinis indicia, & documenta illu-
ſtria commemorat, *Eyg. Saxon. quæſt*.1.*num*.
81.*Tuſc. lit.C.concluſ*.795. vt argumento no-
bis præterea ſit illud quoquè, quod nullus
hucuſquè extitit, qui certi, & determinati
temporis principium, ſeu punctum circa
originem feudorũ poſuiſſe reperiatur, quod
eſt conſuetudinis documentum apertiſſi-
mum. Huius enim ferè ſemper latent ini-
tia, quia ſcilicet vires acquirit eundo, quæ
non niſi ea adulta, & firma ſit, ſentiuntur,
arg.l.ſi arbiter. ff. de probat. Connan.*lib*.1. *com-
ment.c*.10.*num*.15.*Veſemb.in Paratitlis.ff.de
legib.num* 9. Interim non abnuo conſuetudi-
nem à vicinis, quibuſq; paulatim per imi-
tationẽ receptam, expreſſam deniq; appro-
bationem Regum, & Principum meruiſſe.
Cæterum nihil impedit, quo minus vetu-
ſtiores Feudorum natales conſuetudo ſibi
adhuc retineat; primogeniam enim origi-
nem, non accidentariam hic inquirimus,
& alioqui, ſi ſcripturam legis requirimus
potius Longobardorum, quam Francorum
Regibus feuda inſolidum, & pleniſſimè ad-
ſcribenda forent, *Frecc.de ſubfeud.lib*.1.*tit.de
orig.feud.num*.52.83.*Criuell.Dolan. decis*.63.
nu.9.*Schoner.de feud.lib*.1.*diſput*.1.*c*.2.*Soatius.
in prælud.feud.c*.3. licet non negauerim feu-
da ad ſimilitudinem illius clientelę à Ro-
manis vſurpatæ introducta eſſe, *ex Ferrar.de
feud. lib*.1.*c*.1. Sed quamuis feudales con-
ſuetudines initio locales fuerint, vniuerſa-
li tamen, & immemorabili omnium penè
gentium obſeruatione communes factas eſ-
ſe, inquit, *Aluarot. in proem. feud. quæſt*. 4. *&
ibi, Laudens.quæſt*.1.*Præpos.num*.10. *Ias. num*.
4.*Schoner.de feud. lib*.1.*diſput*.1.*c*.3. *Schrader.
de feud.p*.2.*p*.9.*ſect*.3.*nu*.112.123.*Intrigl.feud.
centur*.1.*quæſt*.4.*num*.28.41.81.*Vulte, de feud.
lib*.1.*c*.1.*nu*.5.*Pinell.l*.1.*p*.3.*num*.84.*C.de bon.
mater.Siluan.de feud.recognit.quæſt*.1.*nu*.36.40.
Clar.§.*feudum.quæſt*.3.*nu*.1.*Veſemb.de feud.tit*.
1.*n*.4.5.*Criuell.Dolan.decis*. 63. *n*.8. ſi rationa-
biles ſunt, *Gizzarell.decis*.44.*num*.13. *Roſen-
tall.de feud.c*.1.*conclus*.9.*num*.4.*Rouit.ad R.N.
Pragm.rub. de feud.num*.48.*Borrel.ſumm. decis.
tit*.14.*num*.29. vt pro legibus ſeruentur, *Surd.
cons*.381.*num*.1. *Roſentall.d. conclus*. 9. *num*.1.
3.*Schrader.cons*.12.*num*.324.*cons*. 3. *nu*.111.
1112.*Cephal.cons*.313.*num*.27. *Turret. cons*.8.
nu.57.58.*in* 1.*Tuſc.lit.F. conclus*.159. quia ir-
rationabiles improbantur, *Turam.de legib.p.
p.c*.6.*num*.18.

Supereſt vnum, Quo offendi imperitus
poſſet; nempe inconueniens videri, quod
ſub Principis ſummi imperio affirmatur, cõ-
ſuetudine feuda introducta eſſe, cum penes
13 ſolum Principem † iuris condendi poteſtas
ſit, §. *conſtat. inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.
Turamin.de legib.p*.2.*c*.3.*à num*. 26. & violari
credatur eiuſdem Maieſtas, ſi quis tantum
ſibi audeat arrogare. Ego vero iamdudum
14 didici † omne ius, aut ſcripto, aut non ſcrip
to conſtare, *d*.§. *conſtat autem*. ſed à Magi-
ſtratu ſuam accipit authoritatem, *Modic*.§.
Prætorum quoq; dub.4.*nu*.7. *inſtit.eod*. inuete-
ratam eſſe conſuetudinem pro lege non im-
merito cuſtodiendam voluit, *tex.l.diuturna.
ff.de legib*. quin multa, quæ conſuetudine in-
troducta fuerant, in ius abijſſe, & ſine ex-
preſſa approbatione vim legis habuiſſe, *l.
15 nam imperator.ff. de legib*. Sicut leges † ipſe
conſuetudine abrogantur, *l. de quibus.ff. de
legib. Dec.rub.de conſuet.num*.16.*Rip.c.ex parte.
nu*.37.*de reſcript.Archid.c.Violatores*.25.*quæſt*.
1. *Felin. c. nam concupiſcentiam.num*. 8. *de Con-
ſtit.Grat.cons*.12.*num*.57.*cons*.91.*num*.45.*in* 1.
Natt.cons.574. *ad fin. Borrell. ſumm. decis. tit*.
14.*num*.11. *Tuſc.lit.C. conclus*.806. *Roſentall.
de feud.c*.1.*conclus*. 15. *num*.14. *Piagg. de con-
ſuet.quæſt*.2.*num*.32.*quæſt*.13.*num*.22. *quæſt*.
14.*num*.25.*Putc.decis*.176.*nu*.7.*p*.3.*Ambros.
de immun.eccles.c*.14.*nu*.8.*Nizol.alleg*.1.*n*.32.
16 Quod ſi verè rẽ ipſam æſtimare † volumus
Maior eſt conſuetudinis, quam ipſius Princi
pis poteſtas; Nam præterquam quod, *ſecun-
dum Plautum*. trahunt plerumq; Mores, Le-
ges in poteſtatem ſuam, Pomponium Grã-
maticum Cæſari quandoq; reſpondiſſe le-
gimus, & *ex Macrob. lib*.6.*ſatur.c*.7. *Gell.lib*.
13.*c*.12. poſſe Cæſarem ciuitatem Romanã
dare hominibus: verbis nõ poſſe. At contra
nihil eſt vulgatius, quam vſu valere vocabu-
la, *ex Horat*. qui multa renaſcitura vocabula
ait,

ait, ſi volet vſus; quem penes arbitrium eſt,
& vis, & norma loquendi: certiſſimum etiã
eſt, firmioribus hærere radicibus, quæ con-
ſuetudine, quam Lege nituntur: Legem fa-
cile abroges; Conſuetudo praua hærebit:
talem Tyranno, eam vero, quæ iuſta eſſet,
Regi, comparamus: At deniq; plus valere
videtur, quod ab vniuerſo populo fit, quam
quod à parte, quam Princeps implet, *d.l. de*
17 *quibus.* Illud non inficiamur † conſuetudine
nõ impediri Principem, quominus eam ab-
roget, *Oſaſc.decis.*102. *nu.*6. *Cephal.cons.*617.
*num.*10. & ne dum præteritam, *Decian. cons.*
32. *num.*50. *in* 2. ſed futuram, *Petra, de princ.*
*poteſ.c.*19. *num.*27. idem in Legem illi licet,
vt dicemus, *num.* 20. Quod ſi quæritur an
contra legem conſuetudo valeat, certe ſi
Princeps ab initio non coegerit inobedien-
tes ad parendum Legi, ſed diſſimulauerit
18 longo tempore, † dubitari non debet, le-
gem hactenus quieſcere: Cum & municipa-
les ex Principum diſſimulatione valuerint,
vbi expreſſa approbatio illis deerat, *l.* 3. *§.*
planè. ff. quod vi, aut clam. l. 1. *C. de emancip.*
*liber. l.*3. *§.fin. ff. de decret. ab ordin. facien. l.*4. *§.*
1. *ff. de damn. infect. Vanderan. de priuileg. credit.*
*c.*9. *ad fin. Sot. de Iuſtit. & iur. lib.* 1. *quæſt.* 7. *ar-*
19 *tic.* 2. In ipſo tamen conflictu, † & dum lex
adhuc viuit, & viget, neq; dum conſuetu-
do per omnia obtinuit in iudicio, vel con-
ſenſu omnium; Lex vtiq; potior cenſenda
eſt, Sicq; interpretari ſolet, *l.* 2. *C. quæ ſit long.*
conſuet. l. de quibus. & ibi Anton. Vacca, ff. de le-
*gib. l. ſi ſeruus. §.*4. *ff. ad l. aquil. Cuiat. ad d. l.* 2.
& de feud. tit. 1. *lib.* 2. *Vanderan. d. c.* 9. *Turamin.*
l. de quibus. num. 20. *ff. de legib.*

Verum enim verò feudales conſuetudi-
20 nes † non ſunt contra leges Romanas, cum
in illis, de feudis nihil cautum inueniatur,
proinde non debemus, nec poſſumus, eas
inuicem opponere, *c.* 1. *de feud. cognit.* cum
& feudalis legis defectu, ad ius commune
confugimus, *c.* 1. *de feud cognit. Bald. c.* 1. *de*
ſucceſſ. feud. Schrader. de feud. p. 10. *ſect.* 7. *num.*
45. *cons.* 2. *num.* 7. *Decian. cons.* 83. *num.* 28. *in* 4.
Fab. Anna, cons. 125. *nu.* 67. *Ponte, de feud. lect.*
3. *num.* 15. *lect.* 7. *num.* 14. *lect.* 13. *num.* 27. *lect.*
22. *num.* 4. *Rouit. tit. de feud. pragm.* 11. *num.* 27.
& vbi alias præter legem conſuetudo inua-
leſcit, facilius, hic quoq; procliuiores eri-
mus in eam ſententiam, quæ ſub Principe
eam adoleſcere, & introduci poſſe ſtatuit;
Ac licet idem aliquo, vſquè legibus mino-
rem, & precariam vim illi largiatur: tamen
nequè legi perpetuum robur polliceri poſ-
ſumus: Imo ſunt omnia iura Principi arbi-
traria, *l. ſi quis in principio. ff. de legat.* 3. *l. fin.*
ff. de Conſtit. Princip. cuius ſolius eſt iura tol-
lere, *Tapp. de conſtit. princ. c.* 1. *num.* 74. Feudo-
21 rum conſuetudines rectæ cum ſint, † & natu-
rales, vt ab antiquis ſapientibus inſtitutæ,
Franc. decis. 572. *nu.* 9. (quod notat *Bald. d. §.*
& quia vidimus. nu. 21. contra eos, qui vſum
feudorum in ſe ſapientiam non habere af-
firmant.) Principem etiam obſtringunt, *Man*
tic. de tacit. lib. 23. *tit.* 1. *num.* 30. 32. quia po-
tentius eſt ius naturale, quam principatus,
Bald. c. 1. *§. notandum eſt. num.* 2. *qui feud. dar.*
poſſ. Ioan. Gallic. cons. feud. 2. *nu.* 66. *diuers. Petr.*
de princ. poteſ. c. 24. *num.* 101. 146. *c.* 32. *num.*
37. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 23. *tit.* 1. *num.*
31. Neq; dubium eſt, quin Generales feu-
dorum conſuetudines, pro iure communi
debeant obſeruari, *Bald. c.* 1. *de feud. cognit.*
Petra, de Princip. potes. c. 28. *num.* 15. *Sacca, cons.*
50. *num.* 223. *Gabr. cons.* 81. *nu.* 65. *in* 2. *Camill.*
de Curte, diuers. feud. p. p. §. declarata igitur. 16.
num. 116. *Georg. de feud. c.* 1. *num.* 2. 3. 5. *Curt.*
Iun. cons. 138. *num.* 3. *Schrader. de feud. p.* 9. *p.* 2.
ſect. 3. *num.* 133. *p.* 10. *ſect.* 8. *num.* 11. *Marta, de*
Iuriſd. p. 4. *centur.* 1. *cas.* 16. *num.* 25. Cum ab
Oberto, & Gerardo fuerint conſcriptę, &
compilatæ, *c.* 1. *de cognit. feud. Schrader. de feud.*
p. p. quæſt. 1. *num.* 3. & contraria feudali con-
ſuetudine tolli poſſint, *Bald. l.* 2. *in princ. ff. de*
vulg. Dec. cons. 586. *num.* 4. *cons.* 588. *num.* 16.
Surd. cons. 317. *num.* 30. *cons.* 382. *nu.* 4. *Pacian.*
cons. 26. *num.* 58. *Craſſ. cleric. effect.* 4. *nu.* 139.
Bec. cons. 56. *num.* 31. *Schrader. de feud. p.* 9. *p.* 2.
ſect. 6. *nu.* 30. *ſect.* 10. *nu.* 34. *Decian. cons.* 3. *nu.*
229. *in* 4. *Thoming. cons.* 5. *n.* 117. *in* 1. Feudum
22 verò à Principe † ſine cauſa reuocari non
poteſt, ſi perfectè vaſallo quæſitum ſit, *c.* 1.
de feud. ſine culp. non amit. c. 1. *de natur. feud. c.*
Sancimus. Quo temp. mil. Afflic. decis. 282. *nu.* 7.
Gram. decis. 65. *nu.* 33. *Boer. decis.* 225. *Socc. Iun.*
cons. 76. *nu.* 13. *in* 1. *Petr. Greg. de conceſſ. feud.*
p. p. quæſt. 7. *num.* 1. *Neuiz. cons.* 12. *num.* 141.
Cabed. decis. 51. *nu.* 10. *p.* 2. *Vultc. de feud. lib.* 1.
c. 11. *num.* 55. *Crauet. cons.* 135. *nu.* 40. *cons.* 640.
num. 17. *cons.* 669. *num.* 8. 11. *Gabr. tit. de iur.*
quæſit. conclus. 5. *nu.* 33. *Paris. cons.* 11. *nu.* 107.
cons. 5. *num.* 44. *in* 1. *Anna. allegat.* 50. *num.* 15.
16. *alleg.* 67. *num.* 27. *Rim. iun. cons.* 18. *num.* 27.
126. *Soc. iun. cons.* 76. *num.* 13. *Vol.* 1. *Roſental.*
de feud. c. 10. *conclus.* 11. *num.* 9. *Petra, de princ.*
potes. c. 32. *quæſt.* 3. *nu.* 58. 116. 185. 190. 194.
c. 28. *num.* 24. *Franc. in prælud. feud. nu.* 41. *Surd.*
decis. 189. *num.* 15. *cons.* 573. *nu.* 5. *Decian. cons.*
27. *num.* 7. *in* 1. *Peregr. cons.* 4. *num.* 21. *in* 1. *cons.*
7. *num.* 11. *in* 3. *Borrell. cons.* 1. *num.* 109. *Schra-*
der. de feud. p. 10. *ſect.* 6. *num.* 28. *Mantic. d. tit.* 1.

num.

18 Secundo Feudum nouum † non tribuit nobilitatem, *Bim. cons.109.num.53. Pacian. de probat. lib.2.c.38.num.72.* quæ ictu oculi, non naſcitur *Bald.in præud.feud.diuis.10.& in c.1.§. cæteri. vbi Aluar. Prepos. & reliqui. Quis dicat. dux,* addunt, quod nobilitas attribuitur antiquitati & quod omne feudũ antiquum, eſt nobile, qui autem de nouo feuda acquirunt, ſi plebei ſint, non deſinunt eſſe plebei, *Natt.cons.576.num.4.Dec.cons.53. Tiraq.de nobilit.c.7.num.7.Pereg.cons.3.nu.30. in 2. Roſental.de feud.c.2.conclus.2.num.9.Bocholt.de feud.c.3.nu.14. Bimi.cons. 206.nu.30.* & licet verum fatear, Feudum Dignitatis quamvis nouum eo ipſo nobilitare, ac etiam feudum nouum a Rege datum alicui quamvis non Nobili, virtutibus ſuis ſic exigentibus, eum nobilitare. Secus tamen eſt in feudo empto licet a Rege, quod non nobilitat emptorem, qui nobilis non ſit, *Apen.l. cum neq; C.de incol.lib.10.Tiraq.de nobilit.c.7. num.9.14.Peregr.cons.3.nu.30.in 2.*
19 Tertio, Triplici tantum † iure, Vera nobilitas acquiritur vel à ſtirpe & generatione (& de hac non loquor) cum naturalis, patris nobilitatem non aſſequatur ex peculiari Catanenſi lege. Vel à virtute, & meritis, qui modus cęteris præfertur, *ex Cyn. Bald.& Salic.in l.prouidendum.C.de poſtul.Bart. l.quod.ff.de conſtit.princ.* Vel demum & tertiò ex mera liberalitate, ſincero Principis affectu & iudicio, *l.3.C.de conſulib.& non ſparg. lib.12.l.reſtituenda. ad fin.C.de aduoc.diuerſ.iud. l.1.ibi, nomina anteſcribi oportet eorum, qui dignitatem Principis iudicio ſunt conſequuti. ff. de Alb. ſcriben.l.1.§. his cunabulis. ibi, credidit eum Princeps. ff.de offic.præfec.prætor.* cum nec meritis, aut virtute ſit conſecutus quia precium non pręſupponit merita, *l. ſi forte.ff.de caſtr.pecul.not.in l. ariſto.ff. de donat.* Neque enim mera Principis liberalitate, adepta fuit nobilitas, conſequens eſt, vt emptio, legitimus non ſit titulus ad nobilitatem conſequendam, precium enim ſępe multa facit illicita, & viliora, quę gratuito, vel ob merita, conceſsa forent, *l.furti.§.pactus.ff.de infam.Iuncta, l.eius qui.ff. de iur. fiſc. Bart.l.athletas.§ fin.ff. de his qui notan.infam. Decian.cons.19.nu.13.in 3.* Neque verum & proprium feudum dicitur, aut vera dignitas, quę pecunia redimitur, *c.1.de feud.dat. in vic.leg. commiſſ.* cum vt dixerit, *Bald.in præud.feud.* Feudum nobilitat, ſi poteſt gratia appellari, *Decian.d. cons.19.num.15.*
20 Non obſtat Principem † cum eo diſpenſaſse, *ex l. quidam, conſulebant. ff. de re iudic.* Quia reſpondet, *Rebuff.cons.165.* in ſui, non in tertij pręiudicium potuiſse Regem diſpenſare. Vt nobilitatem ergo Naturalis acquirat in Catanenſis legis pręiudicium noluit Rex diſpenſare, quia alterius iura abrogare velle Rex non pręſumitur. Sed iam ſatis.

Secundum huius Beneficij effectum eſse notat, *Cumi.in c.ſi aliquem. glos.in capite.nu.8.*

21 de feud. Quod ſi maior, † cuiuſque ętas in
anno vigeſimo quinto ſit (iure communi in
ſpecto) tot.tit.ff.de minor. Iure tamen Regni
in anno decimooctauo, Tum, ex auth.ſi capti-
ui.C.de epiſc. & cleric. Caldas. de reſtit. in integr.
gloſ.læſis.num.10.11. Tum ex Regni Conſtit.
Minorum Iura. exornat, Franc.decis.632.de-
cis.650. Tum ex Reg.Carol. cap.78. & Ma-
ſculi tutela decimoquarto ætatis anno, Fœ-
minæ verò in duodecimo, ipſo iure, ſine ho-
minis facto finitur, l.ſi impuberi.§.1.ff.de tut.
& curat.l.à tutoribus.§.1.ff.de ad min.tut.l.1.C.
quand.tut.eſt.deſin.l.niſi.ff.de tutel.& racion.di-
ſtrahen.§.1.inſtit.quib.mod.tutel finit. Dec.cons.
460.nu.22.cons.476.nu.2. Guttier.auth.ſacra-
menta puberum.nu.1.C.ſi aduerſ.vendit.Montan.
de tutel.c.39.nu.35.c.37.nu.1.45. Galganet. de
tutel.lib.1.tit.11.nu.1.Tiraq.de nobilit.c.20.nu.
41.& de reuoc.donat.glos.reuertatur.num.115.
Caldas.de in integrum.reſtit.in princ.n.2.Gualter.
de tutel p.3.rub.1.num.9.ſi expletus tamen ſit
annus integer, nec cæptus ſufficit, §.1. inſtit.
quib.mod.tut.finit.ibi annum completum.l.ſi cui.
& ibi, Bart.ff.de legat.1.Montan.d.c.37.nu.42.
Galganet.d.num.1. Ac inde ſub Curatore eſt,
ad decimumoctauum vſq; annum.

22 Feudatarius verò † cum ſit nobilis com-
pleto quartodecimo ætatis anno, ſit maior,
Vt ſine Balio, & Curatore legitimam ipſe
habeat perſonam ad Iudicia & contractus
ex Conſtit. in aliquibus. Glos. & Iſern. in Conſtit.
Minoribus. verb.minor tenet.col.2.verſ.non prop
ter nobilitatem. vbi Afflic.num.14.& in Conſtit.
Minorum iura.num.15.rub.42.lib.2.Iſern.c.im-
perialem.§.præterea.col.1.de probib.alien.per Fe-
deric.Cumi.d.num.8.Capic.feud.inueſt. verb.ad-
miniſtrant.verſ.deſinunt balij.& verb. feudata-
riorum balij.rub.88. Tiraq.de nobilit.c.20. nu.
41.latè Georg.alleg.16. Maſtrill.decis.13.num.
5.Frecc.de ſubfeud.lib.3.de differen.feud.6. dif-
fer.num.60.Intrigl.feud.centur.1. quæſt.45.nu.
104. Franc.decis.650. Fab. Ann.cons.29. num.
13.quia nobilitas ſupplet ætatem, Tiraq.d.
num.41. Eadem namq; pubertatis ætas ido-
neum, ad fidelitatem præſtandam, illum,
conſtituit, glos.c.1.§.ſi quis deceſſerit.ſi de
feud. defunc.controuer.ſit int. domin. & agnat.
Montan.de tutel.c.37.num.65. Atq; ita fuit in
M.R.C. decisum, pro Barone Roccæ, contra
D. Bernardum la Rocca, Anno 1548. quam
ſententiam confirmauit Tribun. Conſiſtorij
Anno 1550.

23 Ampl. I. in Rege † cuius tutelam, & cu-
ram pubertate finiri probat, Boer.in conſuet.
Bituric.tit.1.§.8.ad fin.Capic.d.verb.feudatario-
rum balij.col.3.vers.& cum rex.Montan.de tutel.
c.37.num.71. Galganet.de tutel.lib.1.tit.12.nu.
16.Intrigl.d.quæſt.45.num.108. poteſt tamen
cogi inquit, Oldrad.cons.52. Ad accipiendum
in conſilium, vnum, vel plures viros ad Re-
gni gubernium aptos, Bertach.in repert.verb.
Rex.num.85.& verb.tutela finitur.in princ.Af-
flic.d.conſtit.minoribus.num.13.Caldas.de reſtit.
in integr.glos.hunc contractum. à nu.46. Pelaez,
de maiorat.p.4.quæſt.38.nu.4. Tuſc.lit.M. con-
cluſ.263.Montan.d.c.37.nu.68. Galganet.d.tit.
12.d num.5. Verum ſi ea ætate ſine Curato-
re adminiſtrans, in aliquo contractu decipi-
tur, reſtitui poteſt, Gugliel.Benedict.in c.rainu-
tius.verb.adiectæ impuberi.num.57.Sfort.de re-
ſtit.in integr.quæſt.23.num.60. Cabed.decis.76.
num.8.p.2.

24 Ampl. II. Vt ſiue Maſculus † ſit Baro, ſiue
Fœmina Baroniſsa, expleto decimoquarto
ætatis anno maior ſit, Afflic.d.Conſtit. minori-
bus.nu.14.Capic.loc.iam cit.Maſtrill.decis.13.In-
trigl.d. quæſt.45.nu.104. Nec mundualdo in-
diget in contrahendo, Afflic.d.num.14. Cu-
ius authoritate, quando contrahant mulie-
res in regno, excutit, Carpan. Mediol.Stat.
328.D.Tap.de iur. Neapol.lib.4.rub.10.de Mun
dual.ad rit.292. Ne irritus ſit cōtractus, Zas.
l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.n.15 ff.de verb.
oblig.Borrell.cons.11.num.14. Marant. de indic.
p.3.num.71.

25 Ampl. III. Vt ſi Fœmina † poſt duodeci-
mum ætatis annum nubat abſolutus eſt Ba-
liatus, ſed in eum reincidet, ſi ante deci-
mumquartum annum fieret vidua, ex Capic.
tradit.Intrigl.d.quæſt.45.num.105.

26 Declar. I. Quod ſi læderetur † feudata-
rius, in integrum reſtitui poſſet, Afflic. d.
Conſtit.minorum iura.num.15.d. Conſtit. Mino-
ribus.num.14.Tiraq.de nobilit.c.20.nu.41. Ma-
ſtrill.decis.13.num. 26. Franc. decis.650. Georg.
alleg.16. cum ſit generale, ex glos.l.1.C.ſi de
27 moment. poſſ. Minorem lege, † vel, ſtatuto
maiorem effectum à beneficio, reſtitutionis
in integrum non excludi, ſequitur ibid.Bart.
num.5.Bald.num.10. Salic.num.9. Angel.num.
4.Boer.decis.350.num.4. Bart.cons. 10. num.3.
D.Tap.de iur. Neap.lib.3.rub.33. de ſuſpic. offi-
cial.ad pragm.5.num.6.Sfort. de in integr. reſtit.
quæſt.15.art.9.quæſt.26.num.7.Canal.de tutor.
num.99.Couar.1.reſol.c.5.num.8. Caldas, de re-
ſtit.in integr.glos. integrum reſtitutio. nu.38. etſi
aliter ſenſerit, & malè, Menoch.cons.cons.478.
28 à num.50. Sed infra † quadriennium petenda
ab eo reſtitutio eſt, l.fin.C. de tempor. integr.
reſtit.c.1.eod.tit.in 6. vbi notant. Glos. & Doct.
Bald.cons.390.num.5.in 5.Capic.decis.109. nu.
5.Alciat.cons.117.num.7.lib.5. Soc. Iun. cons.
128.

*128.nu.156.in 1.Peregr.conſ.94.n.61.in 2.Ce-
phal.conſ.3.n.130.Sfort.de reſtit.in integr.quæſt.*
29 *19.n.18.*Quod incipiet † à decimo octauo æ-
tatis anno, Tunc enim verè eſt maior, *Franc.
decis.650.*cũ pro maiore antea ille habentur
non quod verè maior ſit, *Georg. Videndus,d.
alleg.16.*ita vt actus ſibi præiudiciales gere-
re, non potuerit, *Paſqual.de virib. patr. poteſ.
p.2.c.1.num.106.*Sed vtiles, *Maſtrill. d. decis.
33.num.26.*quod neget, *Caldas,de reſtit.in in-
tegr.gloſ.vel aduerſarij dolo.num.66.*

30 Declar.II.Non procedere ad pęnam † ſub
eundam, quia maiorem eum cenſeri exacto
decimoquarto ætatis anno (ex fictione legis)
eſt, ſed vbi agitur de pœna, ceſſat fictio legis,
*ad tex.l.ſciendum.cum l.ſeq.ff.ex quib.cauſ.ma-
ior.Fachin.lib.1.iur.controuerſ.94.lit.C.* & ma-
gis ad rem decidit, *Aſin.conſ.110.num.12.
13.vol.2.crim.*quem ſi rectius legiſſet, *Carot.
de Minor.in delict.excuſ.quæſt.34.* Negatiue
vtiq; non reſpondiſſet; Ne quod in eius fa-
uorem, *Conſtit.Minorum Iura.*in Regno indu-
xit, retorqueret in odium, *c.quod ob gratiam.
de regul.iur.in 6.Bim.conſ.262.nu.21.Raudenſ.
de analog.c.33.num.15.*

31 Declar.III. Non procedere in filio † Ba-
ronis, qui vt primogenitus, baroniam ex-
pectans ſi contrahat; cum authoritate Iudi-
cis, vel curatoris contrahere omnino debet
iuxta, *Reg.Carol.c.78.* Tum quia, vt maior in
anno quintodecimo is ſit, Baronem eſſe op-
ortet, ſed viuo Patre non eſt Baro, *Afflic.
in Conſtit.proſequentes.num.23.*Tum quia ſtri-
cti iuris ſunt Regni conſtitutiones, quæ Ba-
ronem maiorem reddunt, completo anno
quartodecimo, *Afflict.decis.21.Gram.vot.9.
conſ.35.num.51.Iſern.& Afflict.d.Conſtit.pro-
ſequentes.num.10.*ad caſum fictum trahi ergo
non debent, *Gram.decis.24.nu.3.6.* atq; ita
in M. R. C. decisum audiui pro Rectoribus
Montis Pietatis Vrbis Panormi, contra A-
lexandrum Platamone Baronem Cuto, &
pro Barone Longi contra Baronem Sancti
Fratelli.

Ex his ſolet controuerti, An beneficium,
quod Minor à feudo recipit, vt expleto
quarto decimo ætatis anno Maior ſit; Ad
allodium quoq; iuris ratio extendat, ne cu-
ratorem ſuſcipere, & pati cogatur? Qua
in re, Ponamus quæſo (vt dilucidior ſit re-
ſolutio) id, de quo conſultus ſcripſi.

Patet Filio feudalium, & allodialium
ucceſſori, tutorem, ac (pro tempore) cu-
ratorem teſtamento dederat, inde cum ex
pubertate, Tutela, & Cura in feudalibus
finita eſſet, Quærebatur, an idem quoq;
ſit in allodialibus? Dubitandi cauſam ingeri
32 illa iuris cõcluſio, Vna eademq; † res diuerſo
iure cenſeri non poteſt, *ad tex.l.eum qui. & ibi
Bart.ff.de vſucap.c.cum in tua. & ibi Abb.de
decim.l.1.ff.de rer.permut.Alex.l.in quartam.ff.
ad l.falcid.plenè Tiraq.de nobilit.c.28.num.11.
de reuoc.donat.gloſ.donatione largitus.num.284.
& lib.1.retract.§.1.gloſ.18.nu.20.Molſes.ad
Neapol.conſuet.tit.de Succeſ.ab inteſt.p.4.quæſt.
8.n.9.Schrader.de feud.p.3.c.4.n.52.Marcabr.
conſ.54.num.20.*Sed à rebus ad perſonas, ar-
gui licet, *l.miles ita.ff.de milit.teſtam.l.ſi quis
inquilinos.§.ſi ita legatum.ff.de legat.1.l.ſi quis
filio exhæredato.ff.de iniuſt.rupt.teſtam.l.qui fu-
rere.vbi Bald.& Alber.notat.ff.de ſtat.homin.c.
ſuper quibuſdam.de verb.ſignif.Anchar.conſ.11.
num.7.Bero.quæſt.67.nu.7.Tuſc.lit.A.conclus.
502.num.1.3.Decian.conſ.11.num.25.in 1.Gal
lin.de verb.ſignif.lib.5.c.16.nu.305.Schrader.
de feud.p.2.p.9.ſect.5.num.28.p.10.ſect.3.nu.*
33 *140.* Pubes ergo Filius † Maior in feudis,
Minor in allodio eſſe non debet, ne vno, eo-
demq; ætatis tempore in duplici ſtatu inui-
cem contrario ſit, *l.1.C.de latin.Libert.tollen.
l.ſi pariter.ff.de liber.cauſ.* Bardell.*conſ.138.nu.
4.* Sicut legitimus pro parte, & illegitimus
idem eſſe non poteſt, *gloſ.c.cum inhibitio.§.1.
verſ.ſi ambo.de clandeſt.deſpon.Felin.c.poſtula-
sti.de reſcrip.Afflic.num.21.Bammacar.nu.78.
in c.1.§.naturales.Si de feud.defunc.content.Cra-
uet.conſ.273.num.13.Marta,de iuriſd.p.4.cent.
1.cas.27.num.23.Surd.conſ.337.num.8.Ponte,
conſ.16.num.4.* Nec ſeruus pro parte, & pro
parte liber, *Hieron.à Laurent.l.ſi emancipati.
num.61.C.de collat.bonor.* Nec emancipatus
ad vnum, vel certos actus, & in reliquis
Filiusfam. *Franc.decis.32.decis.546.num.12.*
Adeo, vt nulla ipſo iure tunc ſit emancipa-
tio, *Bald.num.6.Iaſ.num.3.Giiken.num.22.in
l.ſenium.C.qui teſtam.facer.poſſ.Iaſ.num.189.
Crot.num.83.Bolognet.num.206.l.ſi is qui pro
emptore.ff.de vſucap.Iaſ.& alij,l.1.§.filij.lect.
1.num.9.lect.2.num.24.ff.ad trebell.vbi, A-
lex.num.8.& conſ.189.num.6.in 5.Aret.num.
8.Aldobr.num.57.65.in §.præterea.inſtit.quib.
mod.ius.patr.poteſ.ſoluit.Hieron.à Laurent.d.l.ſi
emancipati.num.61.Cagnol.l.frater à fratre.nu.
78.ff.de condict.in deb.Caſſan.conſuet.Burgun.
rub.6.§.3.num.8.Tepat.lib.2.Var.iur.reſol.tit.
de emancip.in princ.Crauet.conſ.273.num.13.
Paſqual.de virib.patr.poteſ.p.p.c.6.num.128.
Carauit.in pragm.ad Macedon.§.12.num.59.Ti-
raq.de reuoc.donat.gloſ.donatione largitus.num.
284.Bardell.conſ.138.num.4.Morot.conſ.52.
num.9.Campeg.de dot.p.p.quæſt.102.num.1.
Boer.in ſingul.tit.vlt.num.13.Cancer.1.reſol.c.10.*

num.8.Carpan. Mediol. Stat. 326. num. 20. p.p. magis comm. Honded.cons.32.num.9.120.129. in 1.Vrſill.ad Afflict. decis.143.nu.11. Aſcan. Clemen.de patr.poteſ.c.fin.num.99.Marta, de iuriſd.p.4.cent.1.cas.27.num.22.magis comm.Intrigl.ſingul.54.lib.2.comm.Gabr. cons.16. num. 39.in 1.Franc.decis.32.num.13.deciſ.546.num. 16.Coſta,de retrotract.c.2.monit.11.num.5. Omnium latiſſimè, Aloyſ.Leo.l.2.nu.12.C.de emancip.liber. Etſi diſſentiāt, Rip.& alij,d.§. in filij. Gomez,var.reſol.1.c.3.nu.21.cum nec ad tempus emancipari poſſit filius, Coſta,d.num.5. nec reſpectu certi territorij: ſicut nec legitimari quis poteſt, Emilian.cons.130.nu.17.Ponte,cons.16.num.4.6.ſcripſi ad Meßan. Statut.c. 3. glos.8.num.47.p.p.

34 Secundo, maius priuilegium † inſpici debet, ex notat.à Bald.auth.habita.§.verum.col.2. C.ne fil.pro patr. Apen.l.ne ad diuerſa. C. de ſilentiar. lib.12.Ruginell.pract. quæſt. 43 .num.12.

35 Ob id ſi aliqua ſunt † bona feudalia in controuerſia hæreditatis diuidi, non debet iudicium, Rim.iun.cons.655.n.51.Sed feudalium, & allodialium cognitio, ad Magiſtratum in feudo competentem ſpectat, Alciat.cons.52. nu.9.lib.6.Ruginell.d.quęſt.43.nu.30. Corſett. forens.quæſt.14.cas.1.nec inſpecta bonorum qualitate difformis erit inſtantia, ſed vtraq; in M.R.C.triennalis, vt in feudis, etſi biennalis alias ſit in allodio, Corſet.d.quæſt.14.

Re tamen ipſa, diligentius perpenſa, Contratium dixi verius, imo Maiorem eum eſſe in feudis, Minorem in allodijs, vt Curatorem à Patre datum ſuſcipere cogatur. Facilioris itaq; doctrinæ gratia, meminiſſe opor-
36 tet; Feuda † ab allodijs diſtincta, & ſeparata
eſſe bona, tex. l.ſi certarum.ff. de milit.teſtam. Marcabr.cons.26.nu.338.349.Paris.cons.3.nu. 3.57.in 1.Raudens.cons.26.num.70.in 1.cons.1. num.85.142.in 2.Anna, alleg.30.nu.21.Ann. cons.53.num.110. Menoch.cons.401. num.74. Lanar.cons.80.num.19. Cephal.cons.523.num. 31.Schrader.de feud.p.10.ſect.19.num.15. Nec vaſalli hæreditate continentur, Bart.l. vt ius iurandi. §. ſi liberi.num.6.ff. de oper.libert. Bald.c.1.quęſt.fin.de ſucceſ.feudor.Dec.cons.78. num.4.5.cons.184.Tiraq.1.retract.§.1.glos.3.à num.31.Paris.cons.12.à nu.53. in 1.Anna, alleg.118.num.7. Alba,cons.661.num.2. Bardell. cons.35.n.23.cons.125.nu.22.Soc.Iun.cons.72. n.47.in 1.Fab.Anna,cons.29.n.11.cons.53.nu. 109. Roſentall.de feud. c.7. conclus.22. c.9.conclus.13.conclus.40.nu.11. Cephal.cons.487.nu. 9. Imo nec appellatione bonorum teſtatoris, Afflic.decis.14.Gozad.cons.26.Cephal.cons. 523.num.32.Surd.cons.446.nu.7.Bardell.cons. 35.num.23. Feudum enim non computatur in bonis ſuis, Menoch.lib.4.præſump.142.nu. 6.7.8.9.Alba,cons.442.num.27.28.32. Bardell.cons.35.nu.20. Duplex eſt feudatarij patrimonium Burgensaticum vnum, Feudale alterum, Bald.l.ſi certarum. ff. de teſtam. milit. Franc.deciſ.1.num.41.Raudens.cons.1.num.142. in 2.Lanar.conſ.80.à nu.14. Anna, cons.53.nu. 110. Adeout feudorum ſucceſſio ſeparatam habeat naturam, à ſucceſſione allodialium, cum deferatur à Lege, contrahentium voluntate, Bolognet.cons.9.num.21.Raudens.cons. 38.num.53.in 2. & diuerſam ab alijs iuris communis ſucceſſionibus, Signorol.cons.218. num.5.Cephal.cons.523.num.6. Si pacti, & prouidentiæ, ſint feuda, quæ ſuam retinent naturam ſeparatam, quam habent ex Communi, vel Francorum, aut Siculorum iure, Secus ſi patrimonialia ſint.

Supponendum præterea eſt, Tutelam, & Curam ipſam diuiduam rem eſſe, Tum ratione patrimoniorum, & rerum pupilli, l. ſi plures.ad fin.l.inter tutores.ff.de adminiſtr.tut.& tot.tit.C. de tutel. diuid. Tum ratione perſonarum, vt arguendo à rebus ad perſonas concludit in term. Bero.quæſt.67.ad fin.Surd.conſ. 428.num.22. Quibus ſic præmiſſis; Multa in contrariam ſententiam me trahunt.

37 Primo, ſi duæ qualitates † allodialis nempe, & feudalis, in vna eademq; perſona concurrant, illa pro diuerſis reputatur, & perinde habetur, ac ſi qualitates ille diuerſis perſonis ineſſent, l.ſi conſul. vbi glos.& Bart.ff. de adopt.l.cum ſemel.ff.de tutel.l.cum quædam.C. de adminiſt.tutor.c.à collatione.& ibi,Doct.de appell.in 6. & magis ad rem, Schrader.de feud.p. 10.ſect.19.num.55. Homo namq; ex diuerſo iure duas repręſentat perſonas, ad tex.c.cum capella.de priuileg.c.cum olim.de re iudic. & ibi, Felin.c.ex literis.de probat. l.fin. ff. de inſtitor. l. apud filiumfam.ff.de manumis. vindic. l. viles.§. pro parte.ff.de legat.2.Ias. l.ſed ſi hac.§. ſi liberta.num.5.ff.de in ius vocan.Sixtin.de regalib.lib. 1.c.4.num.122.Gail, lib.1. obſer.30. num.2. ad fin.& de Arreſt.c.6.num.14.Tiraq. de nobilit. c. 28.num.15. Gabr.cons.195. num.8. in 2. ſcripſi crim.cons.74.num.5. Quod igitur pertinet ad feuda, quorum intuitu vnam, & ſanè diuerſam perſonam ſubſtinet Feudatarius, completo decimoquarto ætatis anno, nedum tutela, ſed etiam cura expirat, quia maior in contractibus, & iudicijs reputatur, ex not. num.22. In allodijs verò, quorum reſpectu minoris perſonam gerit, Ad decimum octauum vſq; annum Curatoris auxilio regi debet, §.1.inſtit.de Curat.l.1.§.2.l.3.§.minorem.

ff.de

Digitized by Google

ff.de minor. Nec antea rei ſuæ adminiſtratio
committenda ei eſt, quamuis benè rem ſu-
am gerenti, *l.1.ff.de minor.* conſtat enim in-
ter omnes fragile eſſe, & infirmum huius æ-
tatis conſilium, multis captionibus ſuppoſi-
tum, multorumq; inſidijs expoſitum.
Secundo, illa eſt † Legis vis, & poteſtas,
38 vt minorem pro maiori habeat, ne dum in
omnibus, *ex gloſ.l.2.ff.de eo quod cert.loc.Bald.
cons.103. in 4.* & alijs *à Tiraq. de nobilit. c.20.
num.42.* Sed in vno tantum actu, *Sfort.de re-
ſtit.in integr. quæſt.15.num.73.* Sicut, & ad v-
num tantum, emancipare filiumfam. lex po
teſt; manente eo in reliquis ſub patris pote-
ſtate, *l.2.ff.ad Macedon.Montier.decis.4.nu.32.
decis.5.num.79.Franc.decis.546.num.17.* & cle
ricus in beneficialibus, non in temporalibus
pro emancipato habetur, *Amat. decis.70.
num.26.* Dignitate quoq; & matrimonio à
Statuto emancipatus, in fauorabilibus erit,
non in odioſis, *Surd.conſ.461.num.17.* Mirum
ergo non eſt, ſi in allodijs minor ſit is, quem
in feudis Regni Conſtit. maiorem conſtitu-
it ad contractus, & iudicia. Nam ſi in allo-
dijs, etiam illum conſtituere voluiſſet, ex-
preſſiſſet, *arg.l.1.§.ſin autem. C.de caduc.tollen.
Roland.cons.55.num.27.in 1. Negus. cons.450.
num.28.Cephal.cons.514.num.36.* & quia fa-
cile ei erat, ergo noluit, *l.ſi ſeruum.§.non di-
xit prætor.ff.de acquir.hæred.c. ad audientiam. de
decim. Sacca, cons.78. num.27. Siluan. cons. 31.
num.2.Crauet.cons.175.nu.5.* Modicum enim
de pargameno illa expreſſio occupaſſet, vt
ſcripſit, *Ioan.Andr.c.inter.de re iudic. & in c.ſu-
per eo. de appell.Oldrad.cons.226.* neq; de tam
modico in ea expreſſione agebatur, vt ne-
gligi deberet, & ſcripto non mandaretur,
*Crauet.cons.175.num.5.Montier, decis.15.num.
44.* Tum quia diuerſi generis ſunt bona, vt
39 dixi, *num.36.* Tum quia nullo ſtatuto † nul
laq; Conſtitutione ius commune correctum
cenſetur, *l.quod conſtitutum.ff.de milit.teſtam.l.
ſi ſeruum.§. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred.
Surd.cons.340.num.2. cons.397.num.15. cons.
143.num.15.Schrader.cons.14. num.128.* & *de
feud.p.10.ſect.17.num.29. Gall.cons.57.num.
1.Aldouin. cons.68.num.9. cons.108.num.12.
Tiraq.de reuoc. donat. glos. libertis.num.4.* Nec
permittitur Conſtitutionum verbis quic-
quam, vel addi, vel detrahi poſſe, *Schrader,
cons.14.num.128.Aldouin.d.num.9.* & vbi le-
gis verba deficiunt, & ipſa quoq; lex deficit,
*l.ita autem. & ibi, Bart. ff. de adminiſtr. tut. Ce-
phal.cons.87.num.1.Aldouin.d.cons.68.nu.10.
Schrader.d.ſect.17.nu.30. Tiraq.d. glos. libertis.
num.2.Crauet.cons.10. num.7. Roland. de lucr.
dot. quæſt.34.* & ſuperſtitioſis non eſt inuen-
tionibus præſumendum, *c. conſuluiſti. 2.quæſt.
5.Bec.cons.23.num.5. Surd.cons.397.num.15.*
Niſi, & quatenus in ſtatuto verbis expreſ-
ſum eſt, *l.præcipimus. & ibi, Bart. C. de appell.
Crauet.de antiq.tempor.p.4.§.abſolutis. num.42.
Roland.cons.80.num.49.in 1.Schrader.de feud.
p.10.ſect.17.num.34.* Vſque adeo, vt corre-
ctio iuris communis nō inducatur etiam per
ſubauditos intellectus, *glos.c.cupientes.§. quod
ſi per uiginti.verb.petere.de elect.in 6.Ias.l.1.nu.
47.ff.de offic.eius. & in auth.quas actiones.num.
21.C.de ſacroſ.eccleſ Crauet.cons.70.num.8.Ro-
land.cons.80.num.49. in 1. Schrader.d.ſect. 17.
n.35.* Neq; per verba generalia, vel vniuer-
ſalia, *Ias.cons.164.in 2.Crauet. d.nu.42.Schra-
der.d.nu.35.* etiam ex maioritate rationis, *Ga-
llin.de verb.ſingnif. lib.8.c.5.n.21.Cephal.cons.
616.num. 89.* Certumq; eſt, omnia ſtatuta
omneſq; Conſtitutiones ita interpretari, vt
quo minus, iuri communi derogent, *l.3.§.
hæc verba. & ibi Bart.ff. de neg.geſt. l. conſtitu-
tionibus.ff.ad municip.l.quod vero.ff.de legib.Ias.
l.omnes.populi.lect.2.n.62.ff.de iuſt. & iur. Al-
ex.cons.2.n.9.in 1.Dec.cons.444.n.15.Maſcard.
de ſtat.interp.conclus.5.nu.248.conclus.12.n.2.
Paris.cons.95.in 1.cons.66.nu.100.in 3.Crauet.
cons.197.nu.6.Aldouin.cons.104.nu.35.Roland.
cons.21.n.21.cons.63.nu.30.in 1.* Etſi verba ad
impropriam ſignificationem detorquere ne-
ceſſe ſit, *Crauet.cons.197.num.6. Gozad.cons.
64.num.11.Aldouin.cons.83.num.20.Tiraq.1.
retract.§.9.glos.2.num.55.57. Roland.cons.21.
num.21.in 1.Schrader.d.ſect.17.num.36.con.1.
num.53.cons.10.num.31.cons.13.nu.155.* Me-
rito igitur ne nimia licentia exultarent ado
leſcentes improuidi; Iuuenilem eorum au-
daciam aliquantulum compeſcere fuit nec
eſſe, & liberam de rebus ſuis facultatem
diſponendi certis legibus aſtringere, vt nec
niſi Curatoris authoritate contractum vllum
inirent, aut in iudicijs comparerent pro al-
lodijs, etſi pro feudis ſecus.
Non obſtat Primum, Quia procedit illa
40 iuris regula niſi † aliud iuris ratio ſuadeat,
vel ex accidenti, vel ex præſumpta mente
legis, aut ſimili modo, *Carot. de patr. dotan.
quæſt. 5. vers. nam primo. ex Aret. cons. 155.*
quem citat; ſed alia ex his vrget ratio, ergo.
41 Reſpon. II. Vna, eademq; † res reſpectu
diuerſarum cauſarum diuerſo iure cenſeri
poteſt, *l.miles.§.pro parte. ff.de legat.2. Abb.c.
cum in tua.num.7.de decim. Bald.l. filium. 4. op-
poſ.C.famil.hercis.Dec.l.in teſtamento.1.num.8.
C.de teſtam.milit.Gomez.§.pœnales.num.35. in-
ſtit.de action.Alciat.l.in quartam.num.3.ff. ad l.
falcid.*

falcid. Rube. *Alexandr. l.pater filium. num.* 148. *ff.de inoff.teſtam.Curt.Sen.num.9.Curt.Iun.num.* 16.*in l.* 2.*C.de in ius vocand.* Rip.*l.fin. num.* 12. 122.*C.de reuoc.donat.Carot.d.quaſt.*5.*vers.ſecum do.Molfes.ad Conſuet.Neap.p.*4.*de ſucceſſ. ab inteſt.quaſt.*8.*num.*9.*Tiraq.*1.*retract.*§.1.*glos.*18. *num.* 22.23.§.8.*glos.*5.*num.* 14. *latè de nobilit. c.*28.*num.*13.*Menoch.recup.poſſ.remed.* 1.*nu.*36. *Teſſaur.decis.*116.*num.*11.*Oſaſc.cons.*47.*num.* 23. *Montier, decis.*4.*num.*32. *decis.*5.*num.*79. *Surd. decis.* 266.*num.*8. *& cons.*397.*num.*27. ſic & vna, eademquè perſona, reſpectu feudi maior ad contractus, & iudicia, reſpectu allodij minor in omnibus eſſe poteſt, eom & lex ad vnum actum emancipet filium, *vt Doct.*loquuntur,*num.*38. & diuerſo reſpectu idem filius cenſentur eſſe ſub patris poteſtate, *l.*2.*ff.ad Macedon.Montier.d.decis.*4. *nu.*32. *decis.*5.*num.*79.Homo vero id facere minimè poſſet, quo ſenſu accipiendi ſunt, *Omnes citati, num.*33.quia fingere legis eſt, *Bart.num.* 23.*Bolognet.nu.*204. *in l.ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.*non hominis, quoad iuris effectus, *l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de legat.* 1.*Bart.d.l.ſi quis pro emptore. num.*14. *Peregr.tract. Var.lib.* 4.*ad t.ex liberis.num.*22.*de Conſuet.*& licet res vna,Feudum,& allodium cenſeri non poſſit, *Sacca, cons.*50.*num.*75.in ijs tamen quibus alteratur,allodij naturam ſapit,*Raudens. cons.* 18.*num.*132.*in* 1.diuerſo reſpectu, *Roſental.de*
42 *feud.c.*1.*conclus.*48.*n.*10.*Manent.deciſ.*29.*n.*18.

Reſpon. III. Vna † eademq; perſona non debet diuerſo iure cenſeri, corporali conſideratione, ſecus intellectuali, *Bald.d.l.*1.*nu.* 3.*C.de ſeru.fugit.Car...d. quaſt.*5. *vers. tertio vnares.Tiraq.d.c.*28.*nu.*12.diuidi enim intellectu res poteſt, remanente vnitate, *Socc.l.*1. *nu.*1.*ff.de offic. aſſes. Montier,decis.* 4.*num,*33.

43 Reſpon. IV. Eadem † res,vel perſona diuerſo iure cenſetur ſi de mente diſponentis conſtet, *Carot.d.quaſt.*5.*vers.quarto eadem res. Curt.Iun.cons.*114 *num.*11.

44 Reſpon. V. Id verum † ſi duas repugnantes perſonas repreſentet, *l.ſi plures.ff.de pact. l.ille à quo.§.tempeſtiuum.ff. ad trebell. l. ſi mandauero.§.ſi hi quorum. ff. mandat.* Si vero compatibiles ſint, aliter concludendum eſt, *l.romanus.* 28.*ff.de tut.& curat.dat. ab his, l.ſi quis.* §.1.*ff.de rit.nupt.Hering.de fideiuſſ.c.*7.*nu.*18.

Non obſtat Secundum, Quia in indiui-
45 duis † id verum, & ne continentia cauſæ diuidantur,res vna alterius naturam aſſumit, Quibus in term.loquuntur, *Rim.Iun.& Rugi nell.illic citati.*Quod dilucidius exeutit,*Corſet. d.quaſt.*14.*caſ.*2.3. Cumq; igitur verſemur nos in feudis, & allodijs, quorum natura adeo diuidua eſt,vt diſtinctæ penitus ſint bonorum ſpecies, *ex dictis num.*36.Conſequens eſt in allodijs Minoris perſonam cum gerere poſſe, in Feudis vero, Maiorem cenſeri, neq; hoc quidem uniuerſim, & generatim, ſed ad contractus, & iudicia, quibus ſi læditur, Minoris inſtar, etiam reſtituitur.

Verum ne quæſtio iſta, quæ obiter ſe huic examini obtulit, obſcuram habere videatur deciſionem, Ampliari certis caſibus,itidemquè declarari eam cenſui: Quo ſecurior nullam impugationem reformidet. Retenta itaq; Negantium ſententia,Beneficium nempè Feudi, quo per pubertatem Tutela, & Cura finitur in feudis, non in allodijs.

46 Ampl. I. Procedere † nedum ſi pater expreſſim,vnum,eumdemq; Tutorem dederit tam pro feudalibus,quam pro allodialibus, ſed etiam ſi genericè, & indiſtinctè aliquem tutorem conſtitnerit, nam & hoc caſu, Tutor intra pubertatem, poterit adminiſtrare tum feudalia,tum allodialia, etſi aliunde,quàm à patre peruenerint feuda, *§.datus. inſtit.de excuſ.tut.l.non ſolum.§. & qui teſtamento.l.propter litem.§. licet datus.l.iuriſperitus.§.cù oriundus.ff.eod.l.teſtamēto.C.eod.Rom. cons.*188 *num.*1.*Afflic.conſtit.Minoribus.num.*2. *Niger. Campan.* R. *N.cap.feudatarius.nu.*14.*Schrader. de feud.p.*10.*ſect.*19.*nu.*14. *Caual.de tutor.nu.* 28.*Borell.de Reg.praſtan.c.*62.*num.* 10. Completo tamen decimoquarto ætatis anno ceſſat cura reſpectu feudalium, non quoad allodialia. Verum ſi feudalia tantum ſint bona, quæ habet Baro, & in eis tutor detur, cum bonorum nomine, Feuda contineantur, *ex Specul.tit.Locat.§.nunc aliqua. verſ.*156 *ad fin.Menoch.cons.*401.*num.*66.88. maximè in Regno, *Fab.Ann.cons.*121.*nu.*23.ſi indefinitè loquatur teſtator, ſeeos ſi dixerit in bonis ſuis, aut bonis teſtatoris,& feuda hæreditaria non ſint,Pubertate tamen ceſſaret tutela,& cura,quia nullum eſt allodium,quod ipſe adminiſtrare exinde poſſit.

47 Ampl. II. Vt vaſſallus † bona habens allodialia, & feudalia, filijs vnum tutorem, ac pro tempore Curatorem reſpectu allodialium, & alium reſpectu feudalium in teſtamento ſuo dare poſſit; Nam etſi certæ rei, vel cauſæ tutor dari nequeat, *§. certæ autem rei.& ibi,glos.Angel.Aldobr. & reliqui, inſtit.qui teſtam tut.dar.poſſ.l.certarum.& ibi,Do ct.ff.de teſtam.tut.Bald.l.*1.*n.*2. *C. eod. cons.*218 *in* 4.*Rom.cons.*188.*nu.*1.*Alber. de ſtatut.art.*5. *quaſt.*30.*n.*118.123.*Oſac.decis.*89.*n.*3.4.*Galganet.de tutel.lib.* 1.*tit.* 2.*nu.*25.*tit.*14.*nu.*9. *Roland.cons.*24.*num.*26.*in* 3. *Schrader. de feud.p.*

10.

.10.*ſect.19.num.15.*Cum tamen diſtincta ſint
feuda, ab allodijs, *Tiraq.1.retract.§.1.glos.3.n.
8.Schrader.cons.6.n.121.*ſintq; diuerſis Iuriſ-
dictionibus ſubiecta, imo Legibus cautum &
à *Doct.* traditum, quod diſtincta habens patri
monia, filio ſuo reſpectu vnius cuiuſq; patri-
monij certos & diuerſos Tutores, & Curato-
res dare poſſit, *l.ſi tamen.vbi glos.Bart.Bald. &
reliqui.ff.de teſtam.tutel.glos.§.certæ rei.& ibi, An
gel.& Doct.inſtit.qui teſtam.tut.dar.poſſ.Oldrad.
cons.169.nu.4.Schrader.de feud.p.10.ſect.19.n.*
15.54.58. Inde cõſequitur, quod etſi propter
pubertatem ceſſet Curator reſpectu feudaliũ
ex d. conſtit.Minorum iura. Non tamen ceſſat
alter reſpectu allodialium, cum certæ rei cu-
rator dari potuerit, *l.etſi ad ſpecies. vbi glos.
& Bart.ff.rem pupill.ſalu.for.glos.l.obſeruare.C.
de curat.furios.Baez.de decim.tut.c.17.num.3.
Molin.de iuſt.diſput.220.verſ.Curator ad cer-
tam.Montan.de tutel.c.29.num.33. Guttier.de
tutel.p.p.c.1.num.35. Schrader.d.p.10.ſect.20.
num.297.*

48 Ampl. III. Vt ab Vno † Magiſtratu feu-
dalem, & allodialem habente iuriſdictio-
nem, Duo etiam Tutores dari poſſint, al-
ter videlicet in feudis, Alter in allodijs,
ad tex.in Reg.Iacob.c.32.& iuris eſſe probat,
Schrader.de feud.p.10.ſect.19.nu.54. Quia bo-
norum vniuerſitati tutor, vel curator dari
poteſt, *l.ſi tamen.ff.de teſtam.tutel.Tuſc.lit.F.con
cluſ.431.nu.5. Montan. de tutel.c.10.nu.41.* Sed
feudum eſt ius vniuerſale, *Franc.deciſ.1.n.41.
deciſ.4.nu.7.* exacto ergo decimoquarto anno
expirat in feudis, non in allodijs.

Ampl. IV. Vt ſi Iudex † habeat iuriſdictio-
49 nem, nedum reſpectu bonorum feudalium,
ſed reſpectu allodialium, Tunc tutela legi-
tima, ita diuidenda eſt; vt ſi a patre proue-
nerit feudum, Balius a iudice dandus ſit is
qui proximior eſt patris: ſi vero ad matrem
illud ſpectet, Balius ſit ex conſanquineis ma
tris, *ad tex. Reg. Iacob.c.32.* in Allodijs verò
ſint ij, qui allodialium futuri ſint hæredes,
Schrader.d.ſect.19.num.56.

Infertur, I. ex His quæ hactenus diſputata
nobis ſunt: Vt teſtamento † pater filio ſuo
50 tutorem reliquerit, curatorem, gubernato-
rem & adminiſtratorem, quouſq; is vixerit.
Hanc curam eo ipſo expiraſſe in allodijs,
quod filius annum decimumoctauum ex-
pleuerit. *Soc.iun.cons.97.in 1.Schrader.de feud.
p.10.ſect.19.nu.131.* Sed in feudis, quia exa-
cto anno decimoquarto, maior eſt (hoc pa
tris præcepto non obſtante) ceſſat tutela
& cura, *argu.tex.§.ſtrenuus.de feud.cognit.Schra-
der.d.num.131.*

51 Infertur, II. Baronibus † habentibus
feuda quaternata, ab eo tantum iudice tu-
torem dandum eſſe, qui de feudis cogno-
ſcet, non ſi feuda Plana, & de Tabula ipſi
haberent, quia in illis quiſq; iudex tutorem
dare poteſt, *ex Andr.de Barul.* tradit *Afflic.in
conſtit.Minoribus.nu.2.Niger.Campan.in R.N.
cap.feudatarius.num.13.Borrell.de Reg.præſtant.
c.62.nu.9.* At ſi pupillus feuda haberet qua-
ternata: vel Plana, & bona Burgenſatica
tunc etſi dixerit, *Schrader.d.ſect.19.num.57.*
Tutorem in feudis datum, burgenſatica ad-
miniſtrare non poſſe, nec datum in allodijs
feuda adminiſtrare. Verius tamen eſt, a Ba-
lio, et Tutore dato, omnia adminiſtrãda eſſe
*Afflic.d.conſtit.Minoribus.nu.2.Niger.d.c.feu-
datarius.num.14.Borrell.d.c.62.num.10.*

Infertur, III. Pro Coronide, quod Mi-
52 nor † curatorem hunc a patre in teſtamen-
to datum inuitus accipere, aut eius con-
firmationem petere, vel illi adminiſtratio-
nem bnorum ſuorum committere non tene-
tur, ſi illum ſuſcipere, & pati nolit, *Dec.l.
l.quo tutela.§.nemo num.3.ff.de regul.iur. An-
char.c.fin.num.4.de iudic.in 6.plenè Corn.cons.
81.num.2.in 4. Soc.iun.cons.97.num.15.in 1.
magis comm. Paſqual. de virib.patr.potes.p.3.
c.9.num.51.Schrader.de feud.p.10.ſect.19.nu.
173.Gabr.cons.25.à num.9. in 2.* cum inuiti
adoleſcentes curatorem non accipiant, *§.i-
tē inuiti.inſtit.de curat.l.3.§.curatores.ff.qui pet.
tut.&* licet, *in §.ſed curator.inſtit.de curat.* dica
tur Curatorem teſtamento datum, confir-
mandum eſſe: intelligitur tamen vbi ado-
leſcentes curatorem illum ſua ſponte velint
ſuſcipere, alias inuiti eum curatorem acci-
pere compellendi non ſunt, contra, *tex.d.§.
item inuiti.* exornat *Pag.de tutel.queſt.2.num.
15.Caldas,de reſtit.in integr.glos.ſine curatore.n.
64. Schrader.de feud.p.10.ſect.19.num.171.Ga
il.lib.2.obſer.96.num.2.*

Non obſtat, *Lopez.l.13.glos.deuelo confir-
53 mar.tit.16.par.6.* aſſerens, Curatorem † à pa-
tre in teſtamento filio datum, ita confirman
dum eſſe a iudice, vt filius teneatur illum
ſuſcipere etiam inuitus, ſequitur, *Pelaez,de
maiorat.p.4.queſt.38.num.2.3.Molin.de iuſt.&
iur.diſput.220.verſ.curator.Guttier.de tutel.p.p.
c.19.num.28.30.* quam veriorem eſſe ſenten-
tiam inquit, *Galganet.de tutel.lib.3.queſt.33.*
Quia *Lopez, Pelaez, & Guttier.* iuxta muni-
cipalem Hyſpanorum Legem loquuntur,
quæ cum localis ſit, ad alios non trahitur.
54 *Galganet.* † verò, *d.queſt.33.* citat ſolum *Pe-
laez,* quem *ex Odofr.& Plate.* ad id moueri
innuit; Sed errat, quia nec *Odofr.* nec *Plate.*

illic citauit, *Pelaez.* niſi, *glos. l. 13. de uelo confirmar.* Cumq; loquamur nos, attenta iuris ciuilis diſpoſitione, imo ex *Anchar. Soc. iun. & Schrader.* contrarium dixerim, illis, aut *Galganet.* deferendum minimè eſt.

55 Verum † quod ſi ſemel pubes filius teſtamentarium curatorē acceperit, illum dimittere non poteſt, niſi exacto prins anno decimooctauo, *Abb. cons. 91. in 1.* plenè *Guttier. de tutel. p. p. c. 19. nu. 18. Molin. d. diſput. 220. verſ. Curator vero. Cancer. 3. reſol. c. 1. num. 236. Spin. de teſtam. glos. 29. nu. 21.* excutit copioſè, *Baez. de decim. tut. c. 3. num. 16. c. 4. nu. 11.* Vel ſi Rex mandet, dari adulto curatorem, tunc enim inuito curator dandus eſt, *Rebuff. ad Reg. Conſtit. tit. de ſenten. prouis. art. 3. glos. 2. num. 10. Guttier. d. c. 19. n. 19.* Reliqua, quę ad limitationem huius corollarij pertinent, cōſultò omittimus cum alibi facile noſtri iuris Studioſis obuia eſſe poſſint.

Quæro, Feudum pecunia emptum à Vaſallo, an Beneficium ſit, vt propriè feudum cenſeatur? Qua in re, multas hinc, inde rationes, excogitarunt, *Doct.* noſtri quas ſubticeo, nihil huic loco profecturas.

56 Primus tamen caſus eſt, de Feudo, † quod ab Alio, quam à Rege emptum ſit: Hoc proprij feudi naturam retinet à ſui origine inſitam, quæ Gratuita fuit, cum non ſub prætextu pecuniæ, ſed honore, & amore Domini acquirendū illud ſit, *c. 1. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. Curt. Sen. cons. 49. num. 4. Curt. iun. de feud. p. p. quæſt. 6. num. 7. Petr. Gregor. Syntagm. iur. lib. 6. c. 2. num. 4. Mangil. de imputat. quæſt. 36. num. 5. Camill. de Curte, diuers. feud. §. 12. nu. 53. p. p. Ponte, cons. 2. num. 154. in 1. Sola, ad Decret. Sabaud. tit. de feud. glos. 1. nu. 7. Fachin. lib. 7. iur. controuerſ. 58. ad fin. Schrader. de feud. p. 2. c. 4. num. 56. Bec. cons. 179. nu. 28. Rim. iun. cons. 513. num. 20. Corſet. ad cons. 28. nu 6. Natt. cons. 216. num. 2.* & vbi de conſenſu Domini vaſallus vendidit, vtilis ſui dominij Ius in manu Domini remiſiſſe videtur, ac breui manu à Domino in emptorem tranferri, *ex l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. Peregr. cons. 31. num. 3. in 1. Lanar. cons. 8. num. 12. 14. cons. 15. num. 10. cons. 82. num. 21.* Vt ſubrogata vna ſit perſona in locum alterius, & tunc dicetur feudum ex gratia Principis, non pecunia quæſitum, *Decian. cons. 17. nu. 40. in 4.* Excipit enim eum Fiducia, vt ſe in dominum recognoſcat, ipſe vero in vaſallorum tabulas referatur, *Knichen. de Veſtitur. pactiſon. c. 3. num. 251. p. p.* cum aſſenſus ſemper ſit gratia, *ad tex. Conſtit. ſiquis poſt. Item. ibi, ſi nobis hoc mandare placuerit.* vbi, *Afflic. not. nu. 11. Dec. cons. 398. nu. 5. Loffred. cons. 7. n. 11. Camerar. in c. imperialem. fol. 18. lit. R. fol. 44. lit. y. Lanar. cons. 15. nu. 16.*

57 Secundus caſus eſt, in Feudo † à Rege pecunia empto, Tunc palam eſt, improprium illud eſſe, & non rectum, ex *Ias. in prælud. feud. nu. 9. Zas. de feud. p. vlt. nu. 19. Soc. cons. 22. in 4. Vrſill. ad Afflic. decis. 72. num. 3.* latè *Camill. de Curte. d. §. 12. num. 53. Cranet. cons. 744. nu. 12. Maur. alleg. 16. num. 39. alleg. 78. num. 2. p. 2. Capiblan. de baron. pragm. 3. num. 68. Natt. cons. 216. num. 3. 11. Botcholt. de feud. c. 4. num. 26. Roland. cons. 23. num. 3. in 1. cons. 48. num. 7. 35. in 4. Petra, de Princip. potes. dubit. 2. nu. 156. 160. Raudens. de analog. c. 35. num. 38. Georg. alleg. 49. num. 3. 4. Fachin. lib. 7. iur. controuerſ. 37. Decian. cons. 19. num. 14. in 3. Cephal. cons. 3. num. 115. Bin. cons. 206. num. 29. Caual. decis. 36. num. 48. p. 2. Schrader. de feud. p. 2. c. 4. num. 55. Surd. cons. 407. num. 20. Burs. cons. 4. num. 15. 16. cons. 46. num. 13. Clar. §. feudum. quæſt. 73. Teſſaur. decis. 14. num. 7. 8. Oſaſc. decis. 38. num. 23. Panczirol. cons. 50. num. 17. Bec. cons. 30. num. 2. Menoch. cons. 709. num. 18. Vultc. lib. 1. de feud. c. 8. num. 45. Mozz. de feud. tit. de diuis. feud. num. 37. Gabr. tit. de feud. conclus. 2. Berret. cons. 33. nu. 16. cons. 78. num. 11. Peregr. cons. 5. num. 6. Surd. cons. 105. num. 10. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 1. c. 54.* etſi venditionis verba donationem ſaperent, *glos. l. fin. C. de præd. minor. Vrſill. d. decis. 72. nu. 3.* Aut ſi verbo indulgemus vtatur Rex; *Maur. d. alleg. 78. num. 2.* Modo iuſtum ſit, & æquiualens eius precium; *Bald. rub. de feud. num. 10. Soc. cons. 4. num. 6. in 3. cons. 22. num. 5. in 4. Nat. cons. 600. num. 39. Curt. de feud. p. 3. limit. 6. Pereg. cons. 56. nu. 8. 9. in 6. Soc. iun. cons. 65. num. 16. in 1. Paris. cons. 16. num. 18. in 4. Rolan. cons. 23. num. 3. 26. in 1. Bec. cons. 30. num. 40. cons. 131. num. 20.* nam qui tantumdem ex ſuo refundit, nullum accipere beneficium intelligi poteſt, *Gail. lib. 2. obſer. 159. ſub num. 4.* Feudum namq; gratis, & amore propriè acquiritur, non precio, *vt dixi, num. 56.* cum beneficium ſit, & Gratia, *Fab. Anna, conſ. 44. num. 56. Surd. cons. 573. nu. 39.* Verum in hoc denegerat feudum pecunia quæſitum, quod non ſit gratuito conceſſum, in cæteris autem Feudum eſt proprium, a recti feudi natura regulandum, *Soc. l. Gallus. §. etiam. num. 6. ff. de liber. & poſth. Ruin. cons. 1. nu. 13. cons. 39. num. 13. in 1. Aret. cons. 14. Zas. de feud. p. 12. num. 3. Schrader. de feud. p. 2. c. 4. num. 73. Roſentall. de feud. c. 2. conlcus. 54. lit. E. Becc. cons. 102. num. 22. Surd. cons. 63. num. 24. Menoch. cons. 331. num. 42. & lib. 3. præſum. 95. num. 2. Fab. Anna, cons. 53. num. 37. Lanar. cons. 57. num. 15. cons. 60. num. 138. Vultc. d. lib. 1. de feud.*

Digitized by Google

feud.c.8.num.53.Pereg.conſ.56.num.11.in 6.

58 Tertius caſus eſt in Feudo † modica pecunia a Rege dato, Tunc proprium erit feudum, ac potius gratuitum, quàm oneroſum *ex l.titius pucrum.ff.de obſeq.libert.* cum ad id cogi non potuerit, *c.1.de feud.cognit. Bald.c.1.de natur.feud.Soc.conſ.4.num.5.6.in 3.Alex.conſ.7.in 7.Dec.conſ.160.Oſaſc.conſ.27.nu.30. Loazeſ,in conſ.pro oppid.Mulæ,dubit.1.fundam.3.num.26.Natt.conſ.610.num.39.Georg.de feud.c.32.à nu.16.Alieg.49.num.72. Bero.conſ.65.num.26.49.78.in 1.Camill.de Curte,diuerſ.feud.p.p.§.18.Peregr.conſ.56.nu.8.9.12.in 6. Petra de Princip.potes.dubit.2.num.110.159.160.Tiraq.de reuoc.donat.glos. donatione largitus.num.335.& lib.1.retract.§.30.glos.1.Gabr.conſ.30.num.16.in 1.* Sic officium pecunia emptum, Gratia adhuc dicitur, *Maur.alleg.72.num.4.p.p.&* tradit, *Rot.decis.457.nu.15.p.p.* Quod ſi ſolutum non æquiualeat conceſſioni, Gratioſa adhuc dicetur conceſſio, *Marta,clauſ.7.num.22.p.2.* Vbi enim ex duobus feudum participat, potentiori attribuitur, *l.quæritur.ff.de ſtat.homin.Soc.conſ.4.num.6.conſ.87.num.13.conſ.22.nu.5.in 4.* Roſentall. *de feud.c.1.conclus.2.num.7.8.Becc.conſ.56.nu.60.* & in quo magis incaleſcit, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.2.quæſt.5.num.4.Rim.iun.conſ.340.num.87.Peregr.conſ.25.num.7.8.num.1.* Cumq; feudatarius præter rem infeudatam nobilitatem aſſequatur quȩ ineſtimabilis itidem eſt, *Georg.d.c.32.nu.19.* Gratuitum erit feudum, etſi diſſentiat, *Bald.c.1,de natur.feud. Maur.alleg.16.num.39.alleg.78.nu.2.p.2.Aret.c.1.col.2.ad fin.de Conſtit.* quem improbat, *Purpur.conſ.18.num.53.54.55.*

Quartus caſus eſt, ſi ad feudum acquirendum pecunia data non ſit, ſed pro conceſſi feudi confirmatione, tunc proprium erit feudum, *Curt.ſen.conſ.49.nu.4.* Alba, *conſ.382.nu.44.Schrader.de feud.p.2.c.4.nu.56.*

Cæterum, quȩ de Feudo dixi, nedum in eo procederent, quod *Pacti, & Prouidentiæ*
59 *eſt*. Sed in hæreditario, † quod licet vnum, & idem corpus ſit inſeparabile cum defuncti patrimonio, *Alex.conſ.19.num.2.19.in 5. Alba, conſ.2.num.28.conſ.3.num.14. Menoch.conſ.1155.num.38.48.* vt res ejus propria, nil differens à bonis liberis, & Burgentaticis, *Frecc.de ſubfeud.lib.3.differen.2.num.3.Rim.iun.conſ.305.num.9.Menoch.d.conſ.1155.num.39. Negus.conſ.153.nu.26.* & quoad Poſteros, *Frecc.d.lib.3.differen.6.ad fin.Crauet.conſ.256.num.4.* attamen cum beneficij nomine contineatur omne feudum, *ex Schrader.de feud.p.7.c.2.num.63.Menoch.conſ.1155.num.50.* eiſdem etiam potitur priuilegijs, quibus & *Pacti ac Prouidentiæ*. feudum, idem quoq; eſt in feudo mixto, hoc eſt ex *Pacto, & Prouidentia* hæreditario.

Nam ſi quæ de feudo, quod propriam, & originalem ſuam ſeruat naturam, nec pactis immutatam habet, vel in iure feudali diſpoſita, vel à Doctoribus tradita reperiuntur, omnia ad feudum *ex Pacto, & prouidentia*, referri, ac concinari poſſe ait, *Hartm.Piſtor.lib.2.quæſt.1.num.15.16.Euerard.Iun.conſ.50.num.10.in 2.* ipſumq; feudum hæreditarium, etſi Degenerans ſit, *ex c.1.de feud.non hab.propr.natur.feud.Schoner.de feud.lib.1.diſp.1.c.55.* Ad illud tamen ea omnia extendunduntur, cum in ea tantum qualitate degeneret, quod ſit hæreditarium, nec feudi natura in omnibus eſt mutata, ſed in expreſſis, *Raudens.conſ.18,num.132.in 1.Manent.decis.2.nu.9.* & alii citati, *Prælud.2.n.48.* & in conſequutiuis ad illa, *Soc.l.gallus.§.etſi parente.ff.de lib.*
60 *& poſth.Lanar.conſ.13.nu.8.* Quò † pertinet, quod alias dicitur, toties feudum conſtitui degenerans, ſiue non rectum, quoties, in vno, vel pluribus, in feudi conſtitutione à communi feudorum natura receditur, *Zas.de feud.p.12.Vulte.de feud.lib.1.c.8.num.38.* Roſentall. *de feud.c.2.conclus.54.*

His ſimilia, multa ſe ſe offerunt pertractanda, quæ conſultò miſſa facimus, vt ad inſtituti noſtri cancellos reuertamur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum in genere, Quotuplex?*
2 *Feudum* Reale, *Quotuplex?*
3 *Feudum in dubio*, ex Pacto & prouidentia, *interpretandum eſt*
4 *Feudi* ex Pacto & prouidentia, *An ad Primũ acquirentem, referri debeat, cuius proximitas inſpicitur. Vel ad Dominum concedentem, nu.5.6. Vel ad Feudorum legem, num.8. Reſolutio, num.11.*
7 *Hæreditaria ſucceſſio non datur in feudis, Nec ex nunc, ſed ex tunc, & iure proprio, num.9.*
10 *Feudales conceſſiones totidem ſunt, quot perſonæ in inueſtitura comprehenſȩ*
12 *Feudi,* ex Pacto & Prouidentia. *Quæ ſint formulæ, recenſentur? & nu.13.14.15.16.17.*
18 *Hæreditarium feudum, quarè ſic dictum?*
19 *Hæreditarium feudum, quid ſit?*
20 *Feudi hæreditarij, quæ ſint formulæ recenſentur? & num.21.22.23.25.26.27.28.29.30.31.32.33.34.*
24 *Hæreditarium feudum in extraneum hæredem tranſit, Lagatarium, & Fideicommiſſarium*

Digitized by Google

35 *Hæredum mentio ſi in exequutiuis facta ſit, Feudum non eſt hæreditarium*

36 *Feudum dicitur* Mixtum, *quod* Hereditatij *feudi, ac* ex Pacto & Prouidentia, *naturam ſapit; & in ea qualitate præualet?*

37 *Succeſſor in feudo mixto, filius & hæres eſſe debet, & num.* 39.

38 *Maſculus præfertur fœminæ in feudi mixti ſucceſſione, non extraneus*

41 *Feudum,* Mixtum, *qualitatem hæreditariam, quatenus aſſumat*

42 Hartman. Piſtor. lib. 2. iur. quæſt. 1. a nu. 57. *reijcitur.*

43 *Feudatarius, cuius hæres eſſe debeat, in feudo mixto, Primi ne acquiſitoris? Vel Vaſalli vltimò defuncti.*

44 *Feudatarius, in feudo* Mixto, *An ſanguinis, vel bonorum hæres eſſe debeat?*

45 *Feudum* Mixtum *quod ſit? ex varijs eius formulis diffinitur, & num.* 47.

46 *Claus.* Pro te, hæredibus tuis, de tuo corpore deſcendẽtibus, *An, faciat feudum* Mixtũ *diſcutitur*

48 *Claus.* Iuris Francorum *ſi addita ſit Clauſulæ* Pro te, hæredibus, & ſucceſſoribus. *Feudum hæreditarium facit* ex Pacto, & Prouidentia Principis.

49 *Claus.* Iuris Francorum. *Cuicumque feudi formæ addita, Feudum conſtituit*, ex Pacto, & Prouidentia Principis. *Ampl. num.* 50. 51. *Declar. nu.* 52.

52 *Inueſtituræ primæ tenor inſpiciendus eſt, ſi quæ ſit Feudi ſpecies contenditur, num.* 57.

54 *Inueſtituræ verba, propriam feudi naturã mutant*

55 *Inueſtituræ certa forma dari non poteſt propter diuerſa pacta, quæ apponi ſolent*

56 *Feudum certam naturam non habet, ſed ex pactis etiam inſolitis & extraneis illam accipit*

58 *Inueſtitura prima radix eſt feudi*

59 *Pacta inueſtituræ, omni iuri, & naturę feudorum derogant*

60 *Feudi Inueſtitura trahit feudum extra naturales eius terminos*

61 *Inueſtituræ tenor, habet vim contractus, qui ſeruandus etiam eſt a Principe, & quando?*

62 *Feudi natura eſt, vt ſuum reſpiciat ſtipitem, & primam inueſtituram.*

63 *Inueſtituræ poſteriores, Prioris ſunt renouationes à qua regulantur, & declarantur ſi quid dubij contineant*

64 *Inueſtitura poſterior, ſi eſt obſcura, a Priori clara interpretatur*

65 *Noua feudi inueſtitura, aliam habens formam, antiquæ non derogat.*

66 *Error poſterioris inueſtituræ præſumitur, ſi prioris inueſtituræ mentio in ea facta non ſit*

67 *Feudum, cuius nulla apparet forma, an Hæreditarium, vel Pacti & prouidentiæ, cenſeatur. Reſolutio. num.* 68. *Declar. num.* 69.

PRÆLVDIVM QVARTVM.

Quotuplex Feudum? & Feudorum Species?

CVm autem Nos iuris feudorum expoſitionem profiteamur, & diſciplinæ forenſis miniſtri ſimus, Noſtraq; ſtudia ad ſocietatem, cultũquè ciuilem referantur: Conuenit, vt variam feudorum naturam (de qua incautè ſæpius ſcripſiſſe alios, teſtatur, *Cephal. cons.* 617. *num.* 56. *Petra, de Princip. Potes. c.* 23. *num.* 9.) à Primis iuris elementis, ac vniuerſalibus principijs, maximè accomodatam, paulò diligentius, Tribus hiſcè Articulis, docendi gratia, repetamus: Qui compendio eſſe poſſunt ad feudorum praxim, & examen.

I. Feudorum ſpecies, quæ ſint?

II. Francorum ius, an ſpeciem conſtituat ab alijs diuerſam?

III. Species vna ab alia, ex Quibus cognoſcatur?

Circa Primum. Vt diſputationem iſtam paucis concludam, non temerè ſenſerim,
1 Feudum in genere † ſumptum, vel eſt ad Hæredes tranſitorium, vel non eſt tranſitorium, Feudiſtæ communiter, *in prælud feud.* ibiq; *Bald. num.* 50. *Ias. num.* 100. *Aluarot.* 10. *dinis.* Illud reale appellant, Hoc perſonale, *Bald. Ias. & Aluarot. iam citati,* Quod iterum, vel perſonale in ſpecie, *Intrigl. feud. cent.* 1. *quæſt.* 33. vel perſonaliſſimum, *Zas. feud. p.* 12. *num.* 12. ſiue maximum perſonale nominatur, *Rebuff. arbor. feud. num.* 12. *Roſental. de feud. c.* 2. *conclus.* 29. & hoc miſſum facimus.

2 Feudum itaq; Reale, † vel *ex Pacto, & Prouidentia*: vel *Hæreditarium*: vel *Mixtum*: eſſe diſtinguit, *Dec. cons.* 183. *num.* 3. *Crauet. cons.* 256. *num.* 8. *Clar. §. feudum. quæſt.* 9. *num.* 2. *Petra, de Princip. potes. c.* 23. *num.* 11. *Vultei. de feud. c.* 2. *num.* 2. *Socinus, de feud. c.* 46. *num.* 1. *Borcholt. de feud. c.* 4. *Hartman. Piſtor. lib.* 2. *iur. quæſt.* 1. *num.* 40. 47. *Surd. cons.* 108. *num.* 10. *ad fin. Cephal. cons.* 617. *num.* 57. Quæ nomina in iure non reperiri, ait *Surd. cons.* 108. *num.* 10. *Petra, d. c.* 23. *num.* 11. Sed ea formaſſe, Iſern.

ex

ex verbis Pilei, *& Bulgar.* vt prius agnouit,
Dec.conſ.445.nu.7.ad fin. vbi ex mente, *Iſern.*
inquit, magiſtralia hæc eſſe, *Doct.* verba, *Petr.*
Greg.de conceſſ.feud.p.2.quæſt.8.nu.1. adeo, vt
3 in dubio ea ſumenda † interpretatio ſit, qua
ex Pacto, & Prouidentia, dicatur feudum, non
hæreditarium, *Decian.conſ.3.num.169.in 4.*

Neapolitani Feudorum ſpecies, aliter di-
ſtinguunt præſertim, *Ponte, decis.11.num.41.*
Aliam nempè, *ex Pacto, & Prouidentia,* Ali-
am, *omnino* Hæreditariam, Aliam *Hæredita-*
rium ſecundum, quid. Negantes *Mixtam*, poſſe
dari feudi ſpeciem: Sed an rectè illi ſenſe-
rint? excutit erudite, *Corſet. in Scholijs ad Pa-*
tris, conſ.6. quem adeas.

Verum priuſquam ulterius Progredia-
mur, non alienum erit hoc loco, imo fortaſ-
ſe neceſſarium, Pauca quædam de vnaquaq;
feudi ſpecie, exquirere, ac prius vnde nomen
iuris deſcendat.

Feudum, *ex Pacto, & Prouidentia;* Inde ap
4 pellatum † eſſe exiſtimant Alij, quod ij, qui
in hoc feudo ſuccedere debent, illud nō tam
à ſe inuicem, quam *ex Pacto, & Prouidentia,*
Primi acquirentis capere videantur, *Thom.*
Marin.de feud.tit.1.num.18.Peregr.conſ.14.nu.
3.conſ.28.num.10.conſ.29.num.1.2.in 1.Mi-
lanens.decis.7.num.20.p.p. Cuius proximitas
attenditur, *Decian.conſ.3.num.161.in 4.Pe-*
regr.conſ.20.num.4.in 2.conſ.5.num.30.conſ.8.
num.21.in 3.Marta, claus.43.num.4.p.2.Surd.
conſ.120.n.15. Intelligitur enim Primus ac-
quirens prouidere ſucceſſoribus ſuis, & in
prima inueſtitura paciſci cum concedente,
vt feudum non ſolum ad ſe, ſed ad deſcen-
dentes eius maſculos pertineat, *c.1.de duob.*
fratrib.l.ſi pactum.ff. de probat. Vnde, & illius
gratijs ſucceſſionem ſuam acceptam referre
dicuntur, etiamſi feudum per mille manus
ambulauerit, *Bald.c.1.num.6.de feud.march.*
Affict.ibid.num.12.& in c.1.num.5.Si vaſall.
feud.priuet.cui defer.Lauden.c.1.§.& quia vidi-
mus.num.38.Præpos.num.67.de his, qui feud.
dar.poſſ.Dec.l.certum.num.5.8.C.vnd.Vi.conſ.
85.num.3.Milanen.decis.7.num.19.p.p.Peregr.
conſ.14.num.7.in 1.Hanneton.de feud.lib.2.c.
5.Vulte.de feud.lib.1.c.9.num.104.112.Paris.
conſ.65.à num.31.in 1. Itaq; hi, tum *Pactum*,
tum *Prouidentiam*, ad ipſum Primum acqui-
rentem referunt.

Alij tamen *Prouidentiam* potius ad Domi-
5 num † concedentem referendam eſſe arbi-
56 *Bimi.conſ.*88.*num.*18.Feudum † certam naturam non habere dicimus, ſed legem accipit à pactis, *Petr.Greger.de conceſſ.feud.p.*3.*quæſt.* 1. *Afflict. deciſ.* 265. *num.* 12. *Gratian. diſcept.* 719.*num.*23.*Burſ.conſ.*131.*num.*90.*Ponte,conſ.* 7.*num.* 16.*conſ.* 12.*num.*41.*conſ.* 17. *num.*12. *in* 2. *Surd.conſ.*440. *num.* 25. *conſ.* 384. *num.* 52. *Manent.deciſ.*2.*num.*6.7.*Granet.conſ.*624.*Mantic.de tacit.& ambig.lib.* 23.*tit.*19. *à num.* 9. vt contractus,*l.*1.*§.ſi conuenerit.ff.de poſ.l. contractus.ff.de reg.iur.*& natura in iis mutant,*l.in emptionibus.ff.de pact.Afflict.deciſ.*91. *num.*14. *Cephal.conſ.*199.*num.*13. *Becc. conſ.*94.*nu.*28. *Surd.deciſ.* 260.*nu.*13.*Couar.* 2.*reſol.c.*17. *Magon.Florent.deciſ.* 117.*num.*47. *Curt. de feud. c.* 7.*quæſt.*6.*num.* 20. *Roſell.de vſur. num.* 59. *Zanett.de iur. feud.c.*6. *Medic. de compenſat. quæſt.* 16.*num.*2.*Moron.de treug. & pac.quæſt.*78. *nu.* 1.*Senterm.de aſſecur.p.*3. *nu.* 44. dixi copioſius *Deciſ.*79.*num.*21. Adeo vt feudi natura conventione alteretur, augeatur, & minuatur, *Manent.deciſ.*2.*num.*7.*Surd.conſ.*384. *num.* 52. *conſ.*440.*num.*25. Hinc vulgi axioma, *Pacta præſtat iuri.* hoc eſt iure ſiue natura rei, quæ ex iure eſt, ſunt præſtabiliora, vt ob id, quod iuris eſt, iuris non ſit, ac vieiſſim, quod ius non eſt, ius ſit, *Vulte.lib.*1.*de feud.c.*10.*nu.* 4.Cum inueſtituræ pactum omne, ne dum pactum ſit, ſed Lex, *Bald.l.quoniam in prioribus.num.*11.*C.de iur.delib. l.pen.ibi, Vt potè imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus. C.de donat.int.vir.& uxor.*Pactum mutat feudi

Digitized by Google

di naturam, *Surd. conſ.484. num.4.* Proinde
inueſtituræ potius, quam generalem feudo-
rum naturam inſpicimus, *c.1.de feud. non ha-*
ben.propr.nat.feud. Manent.decis.1.num.48. de-
cis.2.num.5.8.11. Peregr.conſ.18.num.3. in 2.
Surd.decis.440.num.38. Petr. Gregor. de conceſſ.
feud.p.3.quæſt.1.à num.9. licet inſolitum illud
ſit, vel exorbitans à feudi natura ſit, *c.1.§.*
preterea. Quid ſit inueſt. Oſac. conſ.42.num. 26.
Burs.conſ.131.num.11.90.Becc.conſ.88.nu.17.
conſ.101.num.19.20.21. Alba, conſ.755.num.
2.Surd.conſ.8.num.13.conſ.193.num.12. conſ.
551.num.2.conſ.384.num.52.conſ.440.nu.26.
cum in feudis admittantur pacta, etiam ex-
tranea, quæ Feudorum naturæ non inſunt,
Becc.conſ.27.nu.7.conſ.88.nu.17.Marta, clauſ.
58.nu.14.p.2. & naturę feudi præualent, *Petr.*
Gregor.de conceſſ.feud.p.3.quæſt.1.num.9.
57 Ad tenorem itaq; inueſtituræ † veluti ad
Cynoſuram reſpicere, *ex Bald.in prælud.feud.*
diuiſ.4. ſiue ad ſcopum aliquem collimare iu
bemur, *Gail, lib.2. de pac. publ. c.13. num.4.*
quia prima feudorum origo, maximè in ſuc
ceſſione attenditur, *Burs.conſ.131.num.84.*
Marta, clauſ.43.num.10.p.2. Decian. conſ.3.nu.
165.in 4. inueſtituræ tenor eſt obſeruandus,
Raudens.conſ.26.nu.35.in 1.Manent.decis.2.
nu.8.Surd.conſ.384.nu.52.conſ.440.num.38.
cum ſuis pactis omnibus, *Peregr.conſ.18.nu.*
3.in 2.Pappon.conſ.25.num.2. etſi feudorum
iuri contrarius ſit, *c.1.de feud.non haben.propr.*
natur.Monald.conſ.17.nu.23.in 2.Greg.d.quæſt.
1.nu.1.2.3.Schrader.de feud.p.5.c.2.nu.28.30.
Oſaſc.conſ.42.nu.26.Tuſc.lit.F.conclus.108.nu.
2.Decian.conſ.30.nu.37.conſ.93.num.12.in 3.
conſ.24.nu.72.in 1. Bolognet.conſ.4.num.130.
Manent.decis.29.num.24.Camill.de Curte, diuerſ.
feud.p.p.§.12.nu.67.Burſ.conſ.295.nu.24.Zaſ.
de feud.p.8.nu.49.p.12.nu.41.Gail, lib.2. obſer.
58 *56.nu.15.de pac.publ.lib.2.c.13.nu.5.* Ipſa † e-
nim prima feudi inueſtitura radix eſt, & ſe-
quentium fundamentum, *Bald. c.1.de duob.*
fratr. à Capitan.inueſt. Afflic.decis.195.num.5.
Zaſ.de feud.p.6.c.16.Latè Mantic.decis.373.nu.
1.Monald.conſ.26.nu.9.in 1.Curt.conſ.108.n.18.
Caualc.decis.36.nu.191.p.3.Aldobrand.conſ.15.
num.23.Bolognet.conſ.5.num.50. Roland. conſ.
67.nu.1.in 1.Coſta, conſ.55.nu.1. Pancirol.conſ.
104.num.6.conſ.21.num.18.Decian. conſ.3.nu.
151.165.in 4.conſ.24.num.6.71.in 1. Cephal.
conſ.12.num.1.conſ.167.num.23.conſ.657.nu.
10.23.24.conſ.707.num.4.Oſaſc.conſ.38.num.
6.Burs.conſ.143.num.93. Ponte, conſ.3.nu.54.
in 1.Gratian.diſcept.724.num.10. Corbul. de iur.
emphit.tit.ob non ſolut.canon. ampl.12.num.12.
Peregr.conſ.56.num.3.in 6. Caſanou.inter conſ.
Cauagnol.conſ.71.num.39.in 2.Roſentall.de feud.
c.1.conclus.12.c.6.conclus.69.nu.7. lit.G. Rim.
Iun.conſ.460.num.24.Vulte.de feud.lib.1.c.7.
num.105.Schrader.de feud.p.5.c.2.num.31.36.
licet feudum illud vendiderit Baro, vel Do-
minus, quia ſeruanda ſunt feudalis contra-
ctus pacta, *Peregr.conſ.56.num.4.in 6. Pacian.*
59 *conſ.49.num.31.* Quæ † omni iuri, & naturæ
feudorum derogent, *c.1.§.preterea. & ibi,*
Bald.quid ſit inueſt.c.1.vbi, Bald. & Doct. ae duob.
fratrib. à capit.inueſt.Oſaſc.conſ.23.nu.4. Ma-
nent.decis.29.num.24. Gregor. de conceſſ.feud.
p.3.quæſt.1.num.1.Tiraq.de reuoc.donat glos.li-
bertis.num.9.Bec.conſ.28.num.12.conſ.101.nu.
20.21.Roland.conſ.79.num.18.in 2.Ponte, conſ.
3.num.55.conſ.81.nu.2.in 1.Tuſc.lit.F.conclus.
108.num.24.Natt.conſ.49.nu.19.Decian.conſ.
23.num.34.in 1.Burs.conſ.131.nu.90.Camill.de
Curte, diuerſ.feud.p.p.§.11.num.36.Schrader.de
feud.p.2.p.9.ſect.6.num.30.p.7.c.4.nu.74. Co-
ſta, conſ.8.num.5.Cephal.conſ.26.nu.17.Surd.
conſ.153.num.11. cum in feudi conceſſione
poſſit quis apponere Legem, quam vult, *l.*
in traditionibus.C.de pact.Oſaſc.conſ.57.n.9.Mo
rot.conſ.35.num.7.Bec.conſ.88.nu.16.conſ.101.
60 *num.26.* Inde eſt, vt † inueſtitura trahat fe-
dum extra naturales eius terminos, *Camill.*
de Curte, d.§.11.num.37.Monded.conſ.70.nu.11.
in 2.Oſaſc.conſ.23.num.5.decis.23.num.2.20.
Hinc & à ſui initio poſſit feudum concedi,
vt in extraneos tranſeat, Nec contra feudi
ſubſtantiam eſt, *Tuſc.lit.F.conclus.108.num.*
6.Burs.conſ.295.num.23.
61 Tenor itaq; inueſtituræ † habet vim con-
tractus, & ex eo colligitur quid voluerint
partes, *l.ad probationem. ibi, quæ tenor adiuuat.*
C.de probat.l.fin.ibi, niſi pacti tenor reclamaue-
rit.C.de fideius.Petr.Gregor. de conceſſ.feud. p.3.
quæſt.1.num.1.2.3.Vulte.de feud.lib.1.c.7.nu.
6.Oſaſc.decis.23.num.2.Burſ.conſ.85.nu.1.conſ.
187.num.5.Decian.conſ.24.num.106.in 1. conſ.
58.num.24.in 2.Torniol.conſ.81.num.7. Lan-
cell.Gall.conſ.87.num.4.Menoch.conſ.103.num.
53.Cannet.c.volentes.§. explicitis.14.nu.4.Bor-
rell.Summ.decis.tit.34.de feud.num.599.Fachin.
lib.6.iur.controuerſ.58.Camill. de Curte, d.§.12.
num.65.Teſſaur. lib.1.forens. quæſt.38. num.8.
Coler.decis.88.num.3.Viui.decis.336.num.2.3.
Ipſaq; feudi conſuetudo per inueſtituram
reducitur ad contractum, *Ias. de feud. num.*
39.Afflic.decis.265.num.102. decis.293.num.
3.deciſ.335.num.15.Cephal.conſ.617.num.136.
Decian.conſ.24.num.106.in 1.conſ.58.num.24.
in 2. qui ſeruandus etiam eſt à Principe, *Ce-*
phal.conſ.23.num.51.Soc.Iun.conſ.115.nu.10.
conſ.160.num.50.in 2.Emil.Gall.de ſucces. ab
inteſt.

Digitized by Google

inteſt.tit.4.except.27.num.190.p.2. niſi in ſuæ authoritatis præiudicium ſit, licet minimum ex eo ſequatur damnum, *Natt.cons.614. nu.12.17. Burs.cons.131. num.94.* Vt ab eo recedendum non ſit, *Afflic. & Vrſill.num.6.decis.195.num.5. & Afflic.decis.293. num.2.decis.335.num.15.Dec.conſ.185.num.3.Bero.conſ.72.num.21.cons.113.num.42.in 2 Rouit.ad R.N. pragm.rubr. de feud. num.13.Cephal.cons.27.cons.155. num.10. Menoch. cons.202.num.35. & lib. 3. præſump. 92. num. 2. Magon. Floren. decis.54.num.4. Molin. de primog. lib.1.c.2. ad fin. Vulte.de feud. lib.1.c.7.num.105.Valenzuol. cons 69.num.2.Bec.cons.129.num.95. Horded. cons.86.num.8.in 2.cons.51.nu.137.in 1.Raudens.de Analog.c.16.num.40. Borrell. cons.1.nu.113. & Summ. decis. tit. 34. de feud.num.600. Camill.de Curte, diuers feud.p.p.§.tener erge.num.1.Peralt.Rub.ff.de hæred.inſtit. num.108. Milenens.decis.1.num.132.133.134.decis.8.num.5.6.7.57.p.p. Maſtrill.decis.56 nu.7. Lanar.cons.13.num.13. Ponte, cons.3.num.54.in 1. Roland. cons.23.num.2.conſ.63.nu.5 in 1.cons.50.num.16. cons.55.num.32.in 3.cons.1.num.63.in 4.*

62 Cæterum feudi † natura cum ſit, vt ſuum reſpiciat ſtipitem, *Goffred.c.1.de natur.ſucceſſ. feud. Afflic.c.1.qui ſucceſſ.tenean. Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.3.quæſt.10.nu.1.Boer decis 263. Caldas, cons.27.num.4.Rim.Iun.cons.339.num.90.Camill.de Curte.d.num.67.* & priorem inueſtituram, quæ naturalis eius eſt forma, *Raudens. cons.2 num.268.in 2.* dicendum ſanè eſt

63 poſteriores † inueſtituras omnes, prioris eſſe renouationes, *Cephal.cons.657.num.25. Gratian.diſcept.719.nu.1.* a cuius tenore regulari debent, *Petr. Gregor.d. quæſt.10. num.2. Menoch.cons.191.num.44.conſ.401 num.8.Schrader.cons.1.num.8.Cephal.cons.27.num.1.3.conſ.307.num.73.cons.369. num.104. Decian. cons.43.num.26.vol.3.Rim.Iun.cons.521.num.31.cons.780.nu.7.* & conditiones antiquas recipit, *Menoch.d.præſum.92.nu.5.Rim.Iun.cons.780.nu.31.Schrader.cons.14.nu.317.* nec antiquior poteſt à poſteriori alterari, *Rolan.cons.2.nu.107.in 1.cons.50.nu.60.in 3. Sacca, cons.6.nu.6.Honded.cons.84.num. 74. in 2.* nec per medias inueſtituras derogatur ius quæſitum ex prima, *Crauet.cons.606.nu.9.cons.828.nu.2.cons.960.nu.4.Mantic.decis.373.num.2. Peregr.cons.2.num.15.in 5. Honded. cons.84. nu.24.in 2.* Niſi expreſsè actum ſit, *Corſet. cons.8.num.1.Gratian. diſcept.719.num.1.* cum non ad illius derogationem, licet aliter, quam prima loquantur, *Dec.cons.84.nu.3. Raudens. cons.2.num.267.in 2. Honded. cons.70. num.11. in 2.Tuſc.lit.F.conclus.108.num.12.Morot.conſ.29.num.18.Decian.cons.24.num.8.13.in 1.* Sed ad eius confirmationem fiant, *Petr.Greg.de conceſſ.feud.p.3.quæſt.4.nu.3. Burs.cons.150.n.7.Tuſc.lit.F. conclus.108.num.22. conclus.110. nu.14.Honded.cons.84.num.74. in 2.* adeo vt ſi quid vltra, adiectum in hac ſit, pro non adiecto intelligitur, *Camill. de Curte, d.§.12. num.71.* Quod enim in prima cautum eſt, ſeruandum erit, licet poſteriores contradicerent, *c.1. vbi Aluarot. & alij, de vaſall. decrep. ætat. Bald.cons.215.cons.377.in 2.Alex.cons.9.num.12.in 5.Gregor. d.quæſt.10.nu.4.Pancirol.cons.122.num.9. Cephal.cons.468.num.91. Mantic. decis.373. num.1. Menoch. cons. 986. num.20. Coſta, cons.8.num.20.Celſus, Hug.cons.113.num.10.Rim.Iun.cons.396.num.37.cons.397.num.5.cons.780.num.20.Peregr.cons.2.num.15.conſ.9.num.4.in 5.cons.12.nu.7.in 4. Burs.cons.150.nu.6. Camill. de Curte, d.§.12.nu.71.* Hinc poſterior no tollit primam, *Burs. cons. 160. nu.26.Raudens.cons.1.nu.71.in 2. Petra, de princ. poteſ.c.32.quæſt.3. nu.123.* Sed ab illa declaratur, *Vrſill.d.nu.6. Corbul.de iur. emphit. tit. de cauſ.priuat.ob lin.finit.in princ.nu.8.Crauet cons.828.nu. 17. Gratian. diſcept. 724. num. 2. Rim. Iun.cons.780.num.32.82. Burs.cons.131.num.97.Pancirol.cons.104.nu.10. Cephal. cons.429. num.89.cons.657. num.27. cons.725. num.29. Bero.cons.71.num.18.44.in 1.* vel à Precibus, *Cephal.cons.617.nu.58.* ſi poſterior ſit dubia, *Morot.cons.29.num.7.* quia prioris inueſtituræ vigor influit in ſecundam, *Schrader. cons.14. num. 317. Ponte. de poteſ. proreg. tit. 10. §. de reform. inueſtit. num.2.3. Raudens. cons. 33.*

64 *num. 107. in 2.* & obſcura † interpretationem recipit à clara, *Ruin. cons. 108. num. 20. in 2. Dec.cons.193.ad fin. Soc.Iun.cons.65.num.3.in 1.Rolan.cons.2.nu.171. in 1. Menoch. cons.202.num.34.* niſi poſterior certa ſit, & prioris declaratiua, *Afflic.decif.195.nu.4.5.Coſta, cons.5.nu.8.Raudens.conſ.18.n.34.in 1.Tiſſaur. decis.227.nu.14.Tuſc.lit.F.conclus.110. nu.78.* vel vtraq; in diuerſa perſona ſit. At ſi plures in vna perſona, Poſteriores illi derogaſſe voluit, *Raudens.cons.1.n.71.72.73.in 2.* Hinc no-

65 ua † feudi inueſtitura, aliam habẽs formam, antiquæ inueſtituræ non derogat, *Tuſc.lit.F. conclus.108.num.25.* Sed vna intellectum præſtabit ad aliam, *Rim. Iun.cons. 780.num.34.* ſicut vna pars inueſtituræ aliam declarat, *Sacca, cons.3.num.63.64. Menoch.cons.331.nu.33.Manent.decis.56.num.38.* Imo poſteriores inueſtituræ priſtinum feudi ſtatum immutantes ex errore potius videntur, nec præiudicant, *Natt. cons.322.nu.4.Corbul.de cauſ. priuat.ob line.finit.num.8. Peregr. conſ.8.num.9. in 3.*

in 3. Aldouin.conſ.5.num.7.Schrader. de feud.p. 5.c.2.num.38.Menoch.lib.3.præſum.92.nu.4. Sola,ad decret.Sabaud.tit.de feud.gloſ.p.3.nu.6.

66 Error vel ex eo † maximè præſumitur, quod nulla prioris inueſtituræ facta ſit mentio in hac poſteriori, Bald.conſ.215.in 2. Dec. conſ.498.num.18.Curt.Iun.conſ.181.num.3.de feud.p.2.quæſt.7.nu.42. Siluan. de recognit. feud. quæſt.38.Thom. Marin. de feud.tit.11.num.54. Menoch.conſ.986.num.22.dicam Prælud.5.

Cæterum quod attinet ad feudum informe, An, in dubio hæreditarium † præſumatur, vel ex Pacto, & Prouidentia, forma feudi non apparente? Veterem fuiſſe quæſtionẽ, inquit Schrader.de feud. p. 2.c.3.nu.31. eamq; excutit erudite, Decian.conſ.24.à nu.64.in 1. conſ.9.num.5.in 2. conſ.3. à num.152.ad num. 169.in 4. Qui cum ſatis ſuperq; ſibi contradixerit, Aliorum recenſende ſunt opiniones.

67

Prima eorum fuit opinio, Feudum hæreditarium cenſeri, ex Bald.l.liberti.num.37.C.de oper.libert.Curt.Iun.l.fi.num.83.C.de edict. diu. Adrian.toll.conſ.3.num.4.conſ. 138.num. 150. Brun.conſ.184. Alex. conſ.18. num.9. conſ.26. num.3.in 5. Soc.conſ. 257.in 2. Caſtr. conſ.2. nu. 18.conſ.3.num.9.conſ.311.num.5. in 1. Couar. pract.quæſt.38.num.13. Siluan.conſ.17.num.3. conſ.38.num.19.Zaſ.de feud.p.8.nu.6. Menoch. conſ.104.num.6.Valaſc.de iur.emphit.quæſt.50. num.4. Petra, de princ. potes.c.23.num.26.38. ex comm.Myſing.centur.4.obſer.2. Gabr. tit.de verb.ſignif.concluſ.3.nu.18.Ficard.ad Villalob. lit.F.num.15.Ruin.conſ.15.num.5.conſ.38. nu. 19.in 1. Roland.conſ.97.num.39.in 1.conſ.67. num.23.in 2.Maſcard.de probat.concluſ.767.nu. 8.Cephal.conſ.162.num.55.Pacian.conſ.26.nu. 38.Schrader.conſ.21.num.129. Natt. conſ.501. num.20.conſ.634.num.6.Aldouin.conſ.3.num. 12.18. Neuiz. conſ. 9. num. 8. magis comm. Sacca,conſ.6.num.106.Decian.conſ.24.num.70. in 1.conſ.58.num.27.in 2.conſ.3.num.153.conſ. 83.num.7.8.in 4. Quod maximè Neapolitani affirmant, qui hæreditaria eſſe feuda omnia, in dubio exiſtimant, ex Frec. de ſubfeud lib.1.tit.5.nu.7.Mareſcot.lib.1. reſol.26.nu.18. Amat.conſ.97.n.14.18.40.41.46.& alij,paſſim

Secunda, Eorum fuit opinio, vt Pacti, & Prouidentiæ feudum præſumiatur Iſern. c.1.§. hoc quoq;. de his qui feud.dar.poſſ. Ias.l.1.num. 57.l.2.num.88.C.de iur. emphit. Cammerar. c.1. quæſt. 11. An agnat. vel fil. Fuſe. lit.F. ſing.41. Dec.conſ.78.num.6.Tiraq. de primog. quæſt.35. num.11. Clar.§.feudum.quæſt.9.num.6.Borcholt. de feud.c.4.num. 19. Paris.conſ.5. num.4. conſ. 23.num.114.in 1. Decian. conſ.3.à num. 169.in 4.Ludouis.Rot.deciſ.418.num.13.18. Mattien.l. 5.gloſ.5.num.3.tit.7.lib.5.recop.Ruginell.pract. quæſt.40.ſub num.9. Schrader. de feud.p.2.c.3. num.31.conſ.3.num.96. conſ.6.nu.40. conſ.13. num.359.conſ.39.num.99. Roſentall. de feud. c. 2.concluſ.48.nu.6. gloſ.lit.A. Soc.Iun.conſ.103. num.34.35.in 1.Ruſtic.de fideicomm. lib.3.c.2. num.17.lib.6.c.12.num.30. Myſinger. centur.4. obſer.2. Caſtill.iur.controuers.19.num.229.p.3. Menoch.lib.3.præſum.94.num.7.conſ.987.num. 12.conſ.906.num.8.conſ.812.num.1. conſ.61. num.9.Mantic.de tacit. & ambig. lib.23. tit 29. num.8.Becc.conſ.188.nu.14.Vulte.de feud.lib.1. c.8.à num.33. Couar. pract. quæſt. 18. num.3.4. Cephal.conſ.270.nu. 17. conſ.487.num. 11. Loffred.conſ.1.num.99.Thom.Marin.de feud.tit.1. num.54.Sacca,conſ.1.num.103.conſ.6.nu.106. conſ.50. num.218. Marta, clauſ.10. num.3.p.2. Oſaſc.deciſ.161.num.13. Quia feuda omnia in genere ſumpta, Pacti, & Prouidentiæ, cenſentur, Burs.conſ.148.num.28.ac ita in dubio interpretari debet feudum, dixi num.3.

68 Quid dicendum? Diffinita res † eſt in Siciliæ Regno, ex Alphonſ.Reg.Cap.456. Carol. c.246.forma non apparente, Feudum à Regni lege, propriam habeat naturam, Pro te, Hæredibus, & ſucceſſoribus tuis, ita quod viuant iure Francorum, vt Maſculus fœminæ, & Maior natu, minori præferatur. Cumquè conſueta ſit hæc feudi forma, in quocumq; feudo procedere, ait Cabed.deciſ.34.nu.12.p.2.Schrader. de feud.p.5.c.2.num.45.

69 Declar. I. Vt ſi feudi membrũ † ſeu quota eius pars, præciſam non habeat formam; à Natura capitis, Feudiq; principalioris reguletur, c.1.§.profectò.de leg.Corad,c.1.§. propterea.& ibi,Doct.de capit.Corad.Burs.conſ. 131. num. 10. quia feuda omnia ſui capitis naturam habere intelliguntur, Decian.conſ.32.nu. 29.in 2.ex Dec.conſ.389.num.7.Loffred.conſ.1. num.55.conſ.39. num.34. conſ.46. num.11.12. & à ſuo capite regulantur Menoch.conſ.1094. nu.3. Maximè ſi dignitatis ſit feudum, quod bonis etiam annexis, ſuã tribuit naturam, Sacca,conſ.50.nu.48.quod enim additur veteri feudo, nouum non dicitur, ſed veteris ſortitur naturam, Ardiz.ſumm. feud.c.47. Amat. conſ.39.nu.9. At ſi quota pars feudi, informis non ſit, cum ſpecialem habeat formam, ad capitis naturam, ſeu principalioris feudi formam non recurritur, Burs. d.conſ.131.nu.89. quia proprius eius tenor inſpici debet, Sola, d.gloſ.p.3.nu.2.4.Thomig.conſ.1.n.10.in 1. Roland.conſ.23.nu.2.conſ.67.nu.5.in 1. Bero. conſ. 65.nu.1.conſ.93.nu.11.in 1. Sacca,conſ. 16.nu. 12.Amat.conſ.97.nu.17. Schrader.conſ.1.nu.8. Pappon.conſ.35.n.1.Monald.conſ.17.n.23.in 2.

Digitized by Google

Ponte de poteſ.proreg.tit. 10.§. *de reform. inueſt. nu.*5.*Sola,ad Decret. Sabaud.tit.de feud.glos.p.*3. *nu.*2.4.Sed iam ſatis,maiora nos expectant.

SVMMARIVM.

1 *Feudi natura, quæ ſit?*

2 *Feudi natura pactis immutatur, quia accidentalis eſt, & mobilis.*

3 Rex in *Regno Siciliæ dat formam feudis.*

4 *Infeudandi ius ſolius Regis eſt.*

5 *Princeps feudi formam vaſallo inuito mutare non poteſt. Ampl.nu.*9.10.11.12.13.14.15.*Declar.num.*16.17.18.19.20.21.22.23.24.

6 *Feudi naturam alterare non poteſt* Princeps, *nec in vocatorum præiudicium, ſubuertere.*

7 *Diſſenſus vnius ex* Contrahentibus *non reſoluit contractum.*

8 Bald.l.fin.in princ.ff.de Senator. *declaratur.*

25 *Feudatarius feudi formam in ſui præiudicium, mutare poteſt.*

26 Feudatarius *in Domini præiudicium mutare non poteſt feudi formam.*

27 *Baro, feudale facere poteſt burgenſaticum, ſi quod habet intra feudi fines;* Sed Feudum, *burgenſaticum facere non poteſt.*

28 *Hæreditarij feudi formam in Succeſſorum præiudicium mutare, ac reſtringere poteſt Baro. Ampl. num.*30.

29 H*æreditarium feudum fideicommiſſo ſubijci rectè poteſt.*

31 *Feudi*, ex Pacto, & Prouidentia,*antiqui forma mutari, Vel alterari in Succeſſorum præiudicium non poteſt. Ampl.num.*33.34.*Declar.num.*35 36.37.38.

32 *Maioratus poſſeſſor antiquas Vocationes mutare, aut nouas præſcribere in aliorum præiudicium non poteſt.*

39 *Feudi*,ex Pacto, & Prouidentia, *noui forma à Primo ipſo Acquiſitore mutari, ſine* Regis *aſſenſu non poteſt*. Contrar.*num.*40. *Ampl.nu.*43.*Declar.num.*44.45 46.

41 *Acquiſitor primus non ligatur feudi forma.*

42 *Primogenituram in feudo nouo erigere poteſt Feudatarius.*

47 *Feudi hæreditarij formam mutare* Rex, *& Vaſallus poſſunt.*

48 *Feudi*,ex Pacto, & Prouidentia, *formam in ſui præiudicium* Rex, *& Vaſallus mutare poſſunt. Declar. num.*49.50.

51 *Feudatarius cum* Regis *aſſenſu,feudi*,ex Pacto, & Prouidentia, *forma mutare non poteſt. Declar. num.*52.54.55.56.57.58 59.

53 *Inueſtitura aliter capta à Vaſallo, quàm fuerit originalis, ex errore præſumitur.*

60 *Acquiſitor primus in ſucceſſorum præiudicium mutare poteſt feudi formam cum Regis aſſenſu Ampl.num.*61. 62.

63 *Feudi antiqui forma, etiam cum Regis aſſenſu Feudatarius elargare non poteſt. Declar.nu.*64.

65 *Regis mortui aſſenſus* ex Regni Cap. volentes. *Vel viuentis* Regis, *in formæ mutatione, An requiratur?*

PRÆLVDIVM QVINTVM.

Feudi forma, augeri, minui, alterari, vel mutari, An poſſit? & à Quo?

NOndum generalis Feudorũ cognitio in tranquillo verſatur, ſed dũ eò viam ſternimus, nõ leue negotium ea quæſtio faceſſit, *An augeri minui, alterari, vel mutari feudi forma poſſit?* ac potiſſimum excutiendum contingit, *à Quo poſſit*. Cuius ratio tanto expeditior futura videtur quod *Præludia*. quæ facilioris doctrinæ gratia ſuſcepimus, conſectando, non minima controuerſiarum parte, quæ circa Commentaria hæc, ſe ingerere ſolent, defuncti ſimus, Vt ergo conuenienti ratione, & ordine diſceptationem hanc, & inde naſcentes quæſtiones, ac difficultates expedire poſſimus, omiſſa anxia, & ſcrupuloſa eius inquiſitione, Memoria in primis repetendum eſt, Quæ ſit natura feudi?

Natura feudi, inquit.*Bocer. claſſe* 4. *diſput.*
1 14.*theſ.* 33.eſt,Accidens † tantum, ſiue adiuncta quædam eius qualitas, *Bocer, de ſubſtan.natur. & accid.feud. c.*2. *num.* 2. ac virtus illius, *ex Bald.l.*1.*C.commod.* non ſubſtantialis,Vagn.*diſput.feud.*3.*theſ.*4.ſiue indoles quędam accidentaria feudo inhærens, *Alſot. diſput. feud.* 2.*thes.* 6. atq; innata à principio generationis, *Bald.in prælud.feud.diuiſ.*4. *Tap. de Conſtit.princ.p.p.c.*1.*num.*25.*Cannet. c. Volentes.c.*3 *num.*3.*Schoner.de feud.lib* 1.*diſput.*1. *c.*11.Legis authoritate,*Bocer.d.diſput.*14.*theſ.* 33.*& de ſubſtan.natur.& accident. feud.c.*2.*nu.* 2. Quæ quamuis regulariter obſeruetur, ſi aliud inter partes conuentum non ſit, *arg.l. cum quid. ff. ſi cert. pet. l. ex empto. vers.quod ſi nihil.ff de action.empt. Tap. d. num.* 25. *Cannet. d.nu.*3.*Schrader. de feud.p.*2.*c.*2.*à nu.*45.*Thom. Marin.de feud.tit.*18.*num.*2. *Roſentall. de feud. c.*2.*conclus.*54.*num.*1. *Andr.Kobl. de ſeruit. feudal.*

dal. p.p.tit.1.num.7.Surd.cons.484.num.4. vnde & communis feudi ratio, *c.1.§.præterea. ibi, ſi aliquis tenor præter communem feudi rationem. Quid ſit inueſtit.* tum etiam conſuetudo feudi, *d.§.præterea. ibi, per pactum ſpaciale contra feudi conſuetudinem.* ac Regularis, & conſueta feudi qualitas appellatur, *Bocer. d.c.2. num. 4.* nec ita priuatiuè illi eſt præfixa, vt ſpeciali contrahentium pacto immutari, ſiue (vt *Bald.* in deſcriptione eius loquitur) impropriari non poſſit, *d.diuiſ.4.* ac per tenorem inueſtituræ fuerit ei inſita, *c.1.§.filia verò.de ſucceſ.feud.Oſaſc.cons.16.num.8. Camil. de Curte, diuerſ.feud.p.p. §.12.num.66. Ponte, conſ. 13.num.13.conſ.52.num.14.in 1.Schrader.conſ. 1.num. 16.* inueſtitura formam tribuit feudo, *Camill.de Curt.diuerſ.feud.p.p.§.11. nu.40. ad fin.§.12.num.1. Honded.cons.70. num.11.in 2.* ipſaq; feudi natura pendet ab inueſtitura, & pacto potius, quam à iure cõmuni, *Tuſc. lit.F.conclus.108.nu.5.Oſaſc.cons.57.nu.9.Pappon.cons.1.nu.27.* imo pactum trahit feudum extra naturales eius terminos, *Rouit.ad* R.N. *pragm rub.de feud.nu. 16.& alij à me citati Prælud.4.nu.60* cum, vt ſupra memini, regulariter omnia pacta in feudis, licita eſſe dignoſcantur, quamuis eorum naturæ ſint contraria, modò non ſint contra ſubſtantialia, *Roland.cons.16.in 2.Mozz.de feud. tit. de acciden.feud.num.1.* licet ſint inſolita, *Schoner.de feud.lib.1.diſput.5.c.82.* quia feudalis contra-
2 ctus natura † pactis immutari poteſt, *Petr. Gregor.de conceſſ.feud.p.3.quæſt.1.à num.9. Bimi. cons. 38.num.8.Surd.cons.193.num.11.* eaq; feudis dant legem, *Schoner. de feud. lib. 1.diſput.5.c.82.* Accidentalis enim eſt, & mobilis eorum natura, *Marta, de iuriſd.p.4. centur.1. cas.16.& de ſucceſſ.p.3.quæſt.9.art.2. num.16. Intrigl.de feud.centur.2.art.30.nu.21.*

Præſciendum, & Secundo eſt, Feudi naturam eſſe genus, Formam verò ſpeciem, quæ derogat generi, *Sola, ad decret. Sabaud. tit. de feud.gloſ.p.3.num.1.Gregor.de conceß.feud.p.3.*
3 *quæſt.1.nu.8.* Sed † ſolus Rex dat formam feudo, *c.1.§.ſimiliter.de leg.Corrad. Conſtit.poſt mortem.rub.32.lib.3.Iſern.in prælud.feud. quæſt.4.in c.1.nu.10.de controuers.apud par.termin. in c.1. §.ſi quis de manſo.de controuerſ.inueſt.c.1.n.7.de his qui feud.dar.poß.Pern.cons.6.n.23. cons.18. num.5.Afflic.in Conſtit. Conſtitutionem. nu.64. Petr.Gregor.de conceſſ.feud. p.p.quæſt.2.num.2. p.3.quæſt.2. num.1.7. quæſt.6. num.5. Cumi.in prælud. ad c. ſi aliquem.num. 169. Intrigl. feud. cent.1.quæſt.13.num.7.quæſt.18.num.6.quæſt. 31.num.30.quæſt.45.num.225. Cannet. c. volentes.§.At non erit.nu.2.38.§.Sed neceſſaria.nu. 18.19.Corſet.cons.5.nu.4.conſ.18.nu.27.28.29 Peregr.cons. 31. nu.16.in 1.Caſanon. inter conſ. Canaguol.31.nu.40.in 1. Milanens. decis.8. nu. 13.43.1.p.Gizzarell.decis.28.nu.47.* vt curandum non ſit de verbis contrahentium, cum ad eos non ſpectet dare formam, *Cannet. d. §.ſed neceſſaria.num. 23. Corſet. cons.5. num.4.*
4 *Peregr. d.num.16.* Imo ſolius † Regis eſt proprium, res quaſcũq; infeudare, *Gregor.d.quæſt. 2.nu.3.Cannet.d.c.ſi aliquem.in princ. Marcabr. cons.55.num.141.Bolognet.cons.5.nu.20.* Hinc Epiſcopus non infeudat, ſed in emphiteuſim concedit, *Corſet. cons.18. num.27.28.29.* & cum perpetua eſſe debeat cuiuſq; rei infeudatio, *Georg.de feud.c.55.nu.17.Burs.cons.131. nu.80.82.Menoch.cons.804.nu.45. 76.* & irreuocabilis, *Petra, de Princ.poteſ.c.32.quæſt.3.nu. 118.Oſaſc.cons.59.nu.4.Ponte.cons.32.nu.1.in 2.Georg.d.c.55.n.21.* mutata feudi natura nõ præſumitur, *Afflic.c.1.nu.2.de probib. feud. alien.Schrader.de feud.p.5.c.2.nu.2.37.44. Piſtor.cons.40.nu.13.14.in 1.Veſemb.cons.41.nu. 113.cons.74.nu.43.85.Schoner. de feud.lib.1.diſput.5.c.147.Surd.cons.474.n.1.* Sed pactũ feudi naturæ contrarium, ita interpretandum eſt, vt minus ei deroget, *Surd.cons.551.nu.5.*

His ſic præmiſſis. Ne cõfuſione quadam ſingularis, & egregia quæſtio hæc obruatur, diſtinctius procedendum erit; Regulis quibuſdam conſtitutis, vt eundem retineamus in explicando ordinem, quem in alijs multò ad intellectum facilioribus, docendi gratia ſequuti ſimus.

5 Prima eſt iuris Regula, in Principe † qui vaſallo inuito, in Eorum præiudicium, ex prima inueſtitura vocatorum. Feudi formam mutare non poteſt, *c.1.de alien.feud.pater.c.1.de natur.feud.Iſern.in Conſtit.honorem.in princ.rub.39.lib.1.Bald.l.1.col.pen.C.quand.non peten.part.cons. 327. in 1. Dec. cons. 185. ad fin. cons.25.Intrigl. feud. centur. 2.artic.2.nu. 352. Greg.de conceſſ.feud.p. 3.quæſt.4.num.1. Peregr. cons.6.nu.9.in 4 Schoner.de feud.lib.1.diſput.5. c. 82.148. Cumi.c. ſi aliquem. verb. antiquis.nu. 143. Raudens.cons.53. num.97. in 1. Schrader. cons.6. num.146. Gizarell. decis. 28.num. 49.*
6 Nec feudi naturam † alterare in eorum præiudicium, *Gozad.cons.26.num.40. Clar.§.feudum.quæſt.41.Cels.Hugo.cons.113. num.10. Intrigl. feud. centur.1. quæſt.10. num.35.36.45. Tuſc.lit.F. conclus. 110. num.9. Paſet.cons.17. num.8.9.Menoch.cons.103.num.56. cons.181. num.42.85. Valenzuol.cons.69.nu.171.Schrader.de feud.p.5.c.2.nu.39.Carol.Tapp.de Conſtit.princ.p.2.c.9.num.25.Decian.cons.24.num. 13.in 1. Schoner. de feud.lib.1.diſput.5.c.148.*

Bertaz. ciuil. cons. 89. *num.* 29. *Gabr. tit. de iur. quæſit. conclus.* 5. *num.* 36. *Gail. lib.* 2. *obſeru.* 49. *Veſembec. cons.* 41. *num.* 106. 124. Nec ſucceſſionum iura ſubuertere, *Gozad. cons.* 9. *num.* 43. *Soc. Iun. cons.* 95. *num.* 95. *in* 3. *Burg. de Paz. cons.* 9. *num.* 29. *cons.* 26. *num.* 7. *Peregr. cons.* 4. *num.* 10. *in* 1. *cons.* 4. *num.* 11. *in* 4. *Cephal. cons.* 23. *num.* 46. *cons.* 617. *num.* 101. *Menoch. cons.* 443. *num.* 75. 77. *Roſentall. de feud. c.* 5. *conclus.* 5. *num.* 2. 5. 6. *conclus.* 25. Aut diminuere, *Peregr. cons.* 4. *num.* 11. *in* 4. *cons.* 135. *num.* 10. *in* 5.

7 Diſſenſus enim vnius † non reſoluit contractum nominatum, *l. ab emptione. & ibi Doct. ff. de pact. Tot. tit. C. quand. lic. ab empt. diſced. c.* 1. *de reg. iur. l. nihil tam naturale. ff. de cod. l. ſicut. C. de act. & oblig. Ozer. rub. inſtit. de empt. & vendit. num.* 2. *Schrader. §.* 1. *nu.* 6. *inſtit. de oblig. quæ ex conſens. Peregr. de fideicomm. art.* 51. *num.* 44. *Oſaſc. decis.* 34. *num.* 5. *Bardell. cons.* 69. *num.* 5. *Petroc. in reſpon. de reſolut. contract. num.* 47. Etſi Princeps is ſit, *Paſer. cons.* 17. *nu.* 9. *Schrader. d. num* 39. Vel Imperator, *Bald. cons.* 326. *num.* 4. *in* 1. *Schrader. d. num.* 39. 40. *Roſentall. de*
8 *feud. c.* 10. *conclus.* 11. *lit. G.* & licet † dixerit, *Bald. in l. fin. ff. de Senator.* poſſe Principem nouum ſuccedendi modum feudo præſcribere, intelligendum hoc tamen eſt, ex *Menoch. cons.* 1156. *num.* 39. Si parum lædat ius vaſalli. Sicut nouas conditiones Maioratui addere nec poteſt Princeps, *Menoch. cons.* 993. *num.* 4. *Pelaez, de maiorat. p.* 2. *quæſt.* 4. *illat.* 8. *nu.* 14. Vaſallo inuito, *Afflic. deciſ.* 282. *num.* 7. *Pariſ. cons.* 1. *num.* 21. 98. *cons.* 23. *num.* 148. *in* 1. *Menoch. d. cons.* 993. *num.* 19. *Schrader. de feud. p.* 5. *c.* 2. *num.* 41. *Pelaez. d. num.* 14. Quas verò à principio adiecit concedens, ſeruandæ ſunt conditiones, quæ ſibi magis placuere, *Gratian. diſcept.* 724. *num.* 3.

9 Ampl. I. Vt prima feudi natura † in Succeſſorum præiudicium mutari à Principe non poſſit, *Bald. l.* 1. *C. quand. non peten. part. cons.* 15. *in* 2. *Soc. cons.* 19. *in* 1. *Soc. Iun. cons.* 76. *num.* 33. *in* 1. *Clar. §. feudum. quæſt.* 8. *num.* 5. *Tiraq.* 1. *retract. §.* 32. *glos.* 1. *nu.* 39. *Iacob. Gall. cons.* 38. *nu.* 66. *Ponte, de poteſ. proreg. tit.* 10. *de diuerſ. proiuſ. §. de reformat. inueſt. num.* 7. Nec in alterius præiudicium, *Raudens. cons.* 18. *nu.* 107. *cons.* 53. *num.* 98. *in* 1. alias per errorem id actum cenſetur, *Alex. cons.* 9. *num.* 12. *in* 5. *Dec. cons.* 93. *num.* 6. *Crauet. cons.* 291. *Menoch. lib.* 3. *præſump.* 92. *Aldobr. cons.* 151. *dub.* 1. *Teſſaur. decis.* 227. *num.* 7. *Cephal. cons.* 27. *num.* 2. *Surd. cons.* 410. *num.* 49. *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.* 3. *quæſt.* 10. Proinde ſi facultatem conſtituendi primogenituram alicui concedat Princeps, & is eam conſtituit, reuocari à Principe non poſſet amplius, *Caſtr. cons.* 164. *nu.* 16. *in* 2. *Dec. cons.* 468. *num.* 28. *cons.* 498. *num.* 19. *Soc. Iun. cons.* 108. *num.* 3. *in* 2. *Molin. de primog. lib.* 4. *c.* 3. *num.* 15. *Menoch. conſ.* 331. *num.* 88. *Pelaez, de Maiorat. p. p. quæſt.* 20. *ad fin.* ob id pluries obtinuiſſe inquit, *Frec. lib.* 2. *de Subfeud. quæſt.* 12. *num.* 15. quod inueſtituræ, ſeu aſſenſus reformarentur, iuxta formam primæ.

10 Ampl. II. Vt ſi renouandum † ſit feudum, Dominus in alterius præiudicium, mutare non poſſit formam antiquitus inſtitutam, *Bald. & Rom. l.* 1. *quæſt.* 11. *C. quand. non peten. part. Tiraq.* 1. *retract. §.* 32. *glos.* 1. *num.* 39. *Burs. cons.* 131. Nec feudo ad Regem deuoluto, ſi alteri inde concedatur, *ad tex. l.* 1. *§. permittitur. ff. de aqu. quotid. & æſtiu.* Noua forma ab eo, tunc dari poſſe, inquit, *Capic. feud. inueſt. rub. feud. gener. col.* 46. *verſ. quaternatum. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.* 3. *quæſt.* 2. *nu.* 9. cum noua non dicatur infeudatio, ſed Prioris continuatio, *Intrigl. feud. cent.* 1. *quæſt.* 53. *nu.* 48.

11 Ampl. III. Nec poſſe vaſallum † feudum Domino renuntiare, vt eius formam mutet, & inueſtiatur, in Agnatorum præiudicium, *glos. c.* 1. *de vaſall. decrep. ætat. vbi Afflic. nu.* 22. *Caſtr. cons.* 290. *num.* 1. *p.* 2. *Ferret. cons.* 396. *nu.* 4. *p.* 2. *Iaſ. cons.* 136. *in* 4. *Milanens. decis.* 8. *num.* 11. *p. p. Valenzuol. cons.* 69. *num.* 80 *Roland. cons.* 2. *num.* 106. *in* 1. *cons.* 41. *num.* 14. *in* 2. *cons.* 3. *num.* 2. *in* 4.

Ampl. IV. Quod cum conceſſionis for-
12 ma † non apparente, certa in Regno cuiq; feudo, ex Alphonſ. Rege, in c. 456. data ſit forma, qua à ſui initio conceſſum illud cenſetur, *Pro te, hæredibus tuis, de tuo corpore legitimè deſcendentibus, ita quod viuant iure Francorum, vt Maſculus præferatur fæminæ, & maior natu minori.* Mutari amplius à Rege de plenitudine etiam poteſtatis hæc forma non poſſit: cum ſi *Pacti, & Prouidentiæ* hoc feudum eſſe dixerim, nec à Principe in vocatorum præiudicium mutari poſſet, *Thom. Marin. de feud. tit.* 2. *nu.* 39. latè *Menoch. cons.* 331. *à num.* 63. *cons.* 986. *num.* 26. *Paris. cons.* 11. *nu.* 116. *in* 1. *Schrader. cons.* 6. *num.* 146. Nec à vaſallo, *Menoch. cons.* 986. *nu.* 21. *cons.* 1133. *nu.* 6.

Contrar. voluit *Peregr.* ſi de abſoluta eius poteſtate, illam mutare velit Princeps, *Peregr. cons.* 4. *à num.* 12. *in* 1.

13 Ampl. V. In feudi forma † Gratis, & amore conceſſi, vel pecunia empti, vt nec alterari, aut mutari poſſit, *Cumi. ad c. ſi aliquem. glos. antiquis. num.* 151.

14 Ampl. VI. Feudum † pro maſculis, & fæminis conceſſum mutari, aut alterari à Principe non poſſe, reſtricta ad maſculos ſolum

-ſum eius forma, *Rutn.conſ.7.num.29.in 1.Mi-lanenſ. deciſ.8. num.11.p.p. Menoch. conſ. 331. num.87.* Proinde inueſtituræ renouatio pro maſculis tantum facta non nocet fœminis à priori feudi inueſtitura vocatis, *Bald. conſ. 72.in 1.Zabarell.conſ.12.Siluan.de feud.recognit. quæſt.38.Menoch.conſ. 331. nu. 88.* Nec am-pliari poteſt feudi forma, à Maſculis, ad fœ-minas in Agnatorum præiudicium, *Siluan.d. quæſt.38.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.3.queſt. 4.num.3.Menoch.conſ.993.nu.5.*

15 Ampl. VII. Nec Principis † ſucceſſorem id poſſe, ex multis à *Schrader.conſ.6.num.146.* Nec Proregem, *Pern. conſ. 3. num. 3. Cerſet. conſ.6.num.8.Lanar.conſ.15.num.9.15.* etſi ali-ter à Prorege ſeruatum alias in Regno fuiſſe teſtetur, *Milanenſ.deciſ.8.num.71.76.p.p.*

16 Declar. I. Non procedere † ſi mutata feu di forma, Princeps parum læderet ius vaſal-li, vt contra *Bald.* notat *Menoch. conſ. 1156. num.39.* quia iuri tertij in modico lædere po teſt Princeps, *Peregr.conſ.2.nu.16.in 1.*

17 Declar. II. Non procedere, † ſi Rex ex poſt facto enormiter læderetur, præter eius mentem: Tunc enim ne dum mutare, ſed eius conceſſionem omnem reuocare ipſe po terit, *Aret.& Felin.in c.nouit.de iudic.Cumi.d.c. ſi aliquem.gloſ.antiquis.nu.164.*

18 Declar. III. Non procedere, † Vaſallo conſentientr, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.3. quæſt.2. num.14.Soc.Iun.conſ.35.num.18.in 4. Manent.deciſ.1.num.15.19.Valenzuol.conſ.69. nu.80. Schrader.de feud.p.5.c.2.nu.39.40.41.*

19 Subdeclar. I. Murari à Principe † feudi formam non poſſe, ſi Procurator ipſe ad ſu-ſcipiendam feudi inueſtituram, conſenſerit *Menoch.conſ. 331. num.89.* qui indiuiduum, vel ſpeciale ſaltim ad id non habeat manda tum, *Bald. c.1.§.fin.per quos fiat inueſt. Archid. c.tibi domino.63.diſtin. Afflic.c.1.§. in generali. ſi de feud. defunt. fuer. Siluan.de recognit.feud. quæſt.94.ad fin.* quæ enim magni ſunt præiu-dicij ſpeciale exigunt mandatum, *Crauet. conſ.297.Paris.conſ.31.num.113.in 1. Menoch. conſ.331.num.90.Tuſc.lit.M.conclus.52.nu.75.*

20 Declar. IV. Niſi Dominus † aſſentiens feudi alienationi, eius formam alteret, & modificet, *Petr.Greg.de conceſſ.feud.p.3.quæſt. 6.Milanenſ.deciſ.8.nu.55.p.p.Iutrigl.feud.cent. 1.quæſt.51.num.272.295.Alba,conſ.382.num. 45.conſ.568.num.9. Manent. conſ.43. num.73.* Addit & *num.79.ex Caſtr.in l.ſi mihi.num.2.ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* Paria ſunt, quod pater pro ſe, & vno filio feudum acquirat, vel ex poſt facto, vni filio tantum concedat, vel re-nunciet, repetit *Manent.deciſ.1.nu.25.*

21 Declar. V. Non procedere, † ſi Rex mu-taret formam ſui Regni, in quo directum ipſe habeat dominium, Secundogenitum in eo ſucceſſurum ſtatuens, quod ſolus Rex fa-cere poteſt, *Cumi.d.gloſ.antiquis.num.165.* etſi in ſtrictiori forma illud ſit, ad Primogeni-tum (ſui natura) peruenturum, *c.1.§.præterea. de prohibit.feud.alien.per Freder.*

22 Declar. VI. Mutari à Rege † poſſe feudi formam, ſi de ſolo eius præiudicio ageretur, *Dec.184.num.8.Ruin.conſ.108. num.28.in 2. Peregr.conſ.4.num.10.lu 1.Paris.conſ.6.nu.11. in 1.Tuſc.lit. F. conclus. 108. num. 17. conclus. 110.num.74.*

23 Declar. VII. Niſi hæc mutatio † ſiue in-nouatio inueſtituræ, fauorem vaſalli reſpi-ceret, *Schrader.de feud.p.5.c.2.num. 41.* Tunc enim licet mutatio hæc fuerit à Domino feudi facta, vaſallo à principio inſcio, vel errante, ſi tamen exinde vaſallus hoc ratum habeat, hæc mutatio in præiudicium domi-ni feudi, & in fauorem vaſalli rata erit, *Pariſ. conſ.6.num.11.in 1.Caſtr.conſ.191.in 2.Schra-der.de feud.p.5.c.2.num.41.*

24 Declar. VIII. Niſi mutatio † formæ ad filiorum, & agnatorum fauorem tenderet, qui vel nati, aut naſcituri ſint, *Paris. conſ.6. num.24.in 1.Schrader.d.c.2. nu.43.*

Secunda iuris Regula eſt, in Feudatario, an feudi formam mutare ſolus poſſit? Qua in re, Tres excutiendi ſunt iuris Caſus.

25 Primus eſt, Si de ſui agatur præiudicio, Tunc cuiuſq; ſpeciei ſit feudum, in ſui præ-iudicium mutari ab eo poteſt eius forma, *Cumi.d.gloſ.antiquis.num. 166.* & alienari pro ſui vita, *Iſern.c.1.§. hoc quoq;. de ſucceſſ. feud. Rouit.ad R. N. Pragm.rub.de feud.num.40.*

26 Secundus caſus eſt, ſi de præiudicio † Do-mini agatur, Tunc mutari feudi forma abſ-què Domini aſſenſu, à Feudatario non poſ-ſe, inquit *Cumi.d.gloſ.antiquis. num.167. Grz-zarell.deciſ.28.num.49.* quia deteriorem Do-mini ſui conditionem vaſallus facere non poteſt, *Iſern. num. 9. Afflic. nu. 5. c. 1. §. è con-trario.de inueſt.de re alien.fact.Bald.c.1.§.illud. nu.1.de prohib.feud.alin.per Freder.& conſ.331. in 5.Becc.conſ.101.num.67.Paris.Pate. de rein-tegr.feudor.c.97.num.2.Oſaſc.conſ.23.num.15.*

27 inde eſt, † vt Burgenſaticum, quod intra fines feudi eſt, Feudale facere poſſit Baro, quia melior tunc fieret eius conditio, *Pate. d.c.97.num.3.* quod poteſt inuito etiam do-mino, *Becc.d.nu.107.* Feudum verò, Burgen-ſaticum facere non poſſet, quia deterior fie-ret Domini conditio, *Pate.d.c.97.* Addit & meritò, *Afflic.c.1.num.1.quib.mod.feud.amitt.*

Vaſallum

Vaſallum nihil vltra conuenta in præiudicium Domini facere poſſe, *Oſaſc. cons. 23. num. 16.* Niſi conſenſerit Dominus, aut ex poſt facto ratum habuerit, *l. in concedendo. ff. de aqu. pluu. arcend. Euerard. Iun. cons. 29. num. 117. 120. in 1.* cum iuris ſit, eum qui conſentit iura ſua perdere, *l. cum quædam. ff. de admin. tutor. l. ſicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pign. ſoluit.* conſenſus poteſt ſubſequi.

Tertius caſus eſt, An in ſucceſſorum præiudicium, mutari à Feudatario poſſit feudi forma. Hoc in caſu diſtinctius agendum puto.

28 Aut feudum † eſt Hæreditarium, tunc in ſucceſſorum præiudicium mutari, ac reſtringi feudi forma rectè poteſt, vt ex *Pacto, & Prouidentia* ſit, *Pern. not. 4. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 5. num. 7. 8. 11. quæſt. 6. nu. 12. 13. Cumi. d. gloſ. antiquis. num. 170. Cannet. c. Volentes. §. At non erit. num. 82.* Milanens. *decis. 8. num. 17. p. p.* Intrigl. *feud. centur. 1. quæſt. 38. nu. 18. Centur. 2. art. 7. nu. 43. Bero. quæſt. 45. nu. 3. Alba, cons. 568. Schrader. cons. 1. num. 625. de feud. p. 5. c. 2. nu. 42. Manent. decis. 1. nu. 13. 16. Menoch. cons. 1033. num. 5. Molin. de primog. lib. 2. c. 10. num. 71.* Nam ſi illud in extraneum poteſt diſponi, *ex Iſern. & aliis. in c. 1. de feud. non haben. propr. natur. feud. Thom. Marin. de feud. tit. 30. tit. 31. num. 2. 3. Bolognet. conſ. 4. num. 30.* Fortius ergo, & ad commodum Domini, mutari eius forma ab eo poterit, *Menoch. cons. 1033. num. 5.* Nec tunc priori inueſtituræ ſtandum eſt, ſed poſteriori, *Pern. cons. 4. num. 41. Crauet. pro Gener. num. 227. conſ. 912. ad fin. Sola, ad Decret. Sabaud. tit. de feud. glos. p. 3. num. 8. Surd. cons. 573. nu. 30.*

29 Hinc hæreditarium † feudum fideicommiſſo ſubijci rectè poteſt, *Alex. l. ſi patroni. in princ. ff. ad trebell. cons. 10. in 3. Curt. de feud. p. p. quæſt. 8. p. 4. quæſt. penul. & cons. 1. num. 13. Iacob. Gall. cons. 96. num. 31. Ruin. cons. 37. num. 11. in 1. cons. 105. num. 18. in 2. Peregr. cons. 5. num. 24. cons. 29. num. 19. in 3. de fideicom. art. 6. num. 18. Decian. cons. 23. num. 41. in 1. cons. 93. num. 10. in 3. Bertaz. ciuil. cons. 5. num. 3. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 4. Menoch. lib. 4. præſum. 197. num. 10.* quia melior fieri feudi condictio ſemper poteſt, vt dixi, *num. 27.* cum fauorabilis ſit reditus ad ius commune, *Paris. cons. 16. num. 28. in 1. Gozad. cons. 8. num. 27.* Rauden. *de analog. c. 10. num. 25. Becc. conſ. 101. num. 10. Bardell. cons. 93. nu. 10. Surd. cons. 407. num. 6.* ſicut odioſus eſt receſſus, *l. ius ſingulare. l. quod vero. ff. de legib. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Bald. l. non ſine. num. 5. C. de bon. quæ liber. Crauet. cons. 606. num. 3. Rim. Iun. cons. 679. num. 87.* ſic feudi alienatio alias prohibita, permittitur, ſi melior fieret feudi condictio, *Alba, cons. 97. num. 16. Cumi. d. glos. antiquis. num. 171.*

30 Ampl. I. Vt feudi hæreditarij † forma reſtringi, & alterari poſſit, ex Conuentione inter feudatarios ipſos, vel Agnatos inter ſe, tum inter viuos, tum in vltima voluntate, *Capic. decis. 64. num. 8. Cannet. c. volentes. §. at non erit inutile. num. 81. Intrigl. feud. centur. 1. quæſt. 38. num. 78. Manent. decis. 1. num. 16.* & addit, *num. 17. 30.* Agnatorum nomine contineri filios, *Glos. §. fin. vers. ad legitimam. inſtit. de legit. agnat. ſucceſ. Sola, ad decret. Sabaud. tit. de feud. glos. 3. p. 2. nu. 5. Decian. cons. 45. num. 13. in 5. Tuſc. lit. A. conclus. 244. nu. 12. 31. Oſaſc. decis. 175.*

Elargari verò hereditarij feudi forma; An poſſit? Contendunt, *Petr. Greg. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 6. & Cumi. d. glos. antiquis. num. 172.* quos conſulas.

Aut, ex *Pacto, & Prouidentia*, eſt feudum, Tunc duæ excutiendæ ſiint Concluſiones.

31 Prima eſt iuris Concluſio, ſi feudum † eſt antiquum, mutari, vel alterari in Succeſſorum præiudicium eius forma non poteſt, *l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Bald. l. 1. col. pen. C. quand. non peten. part. Afflic. decis. 240. à num. 7. Rom. cons. 135. nu. 1. Pinell. l. 1. p. 3. num. 99. C. de bon. matern. Bero. quæſt. 45. num. 3. quæſt. 95. nu. 6. Intrigl. d. artic. 7. num. 41. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 6. Milanens. decis. 8. à num. 4. p. p. Cumi. d. glos. antiquis. num. 174. Pappon. cons. 21. num. 23. Paris. cons. 2. conſ. 17. num. 17. cons. 22. num. 8. cons. 23. num. 65. cons. 106. num. 2. in 1.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 10. nu. 71. Borrell. ſumm. decis. tit. 34. de feud. num. 611. Sacca, cons. 50. nu. 152. Schrader. de feud. p. 5. c. 2. ſub num. 42.* Pancirol. *cons. 21. num. 18. Rim. Iun. cons. 18. nu. 170. Magon. Floren. decis. 54. nu. 3. 4. Viui. decis. 141. num. 9. Surd. cons. 571. num. 18. Decian. cons. 16. num. 7. in 4. Valenzuol. cons. 69. num. 158. Mareſcot. 2. reſol. c. 120. nu. 7. Burs. cons. 356. nu. 16. 17.* etiam teſtando, aut aliter diſponendo *Zabarel. cons. 100. ad fin. Peregr. cons. 5. nu. 23. in 3. Valenzuol. cons. 69. n. 161. Tuſc. lit. F. conclus. 108. num. 29.* Cum nec ſuccedendi ordinem poſſit ab eo peruerti, *c. 1. de ſucceſ. feud. Soc. Iun. cons. 72. nu. 35. in 1.* nec filijs præiudicium inferri, *ʿacca, cons. 50. num. 172. Schrader. conſ. 1. num. 68.* nec feudum diminui, *Turret. cons. 61. num. 40. in 1.* & feudum antiquitus conceſſum maſculis, & fæminis, reſtringere non poteſt Pater ad ſolos maſcnlos, *Zas. de feud. p. 6. nu. 22. 23. Paris. cons. 9. num. 27. cons. 12. num. 13. cons. 16. num. 2. cons. 22. nu. 3. cons. 23. num. 46. in 1. Dec. cons. 193. num. 3. cons. 428.*

num.

num.27.Siluan.de feud.recognit.quæſt.38.num. 3.Veſemb.cons.74.num.43.84.Tuſc.lit.F.conclus.110.num.14.Bero.cons.95.num.14.in 1. Menoch.cons.148.num.32.Schoner.de feud.lib. 1.diſput.5.c.148. Nec ſi conceſſum ſit pro maſculis elargari poteſt ad fæminas, *Tuſc.d. conclus.110.num.16.Dec.cons.185.num.3.* & vbi fœminæ poſt maſculos ſunt vocatę, atq; ita ipſis maſculis ſubſtitutæ, non poteſt vnus maſculorum nouam in earum præiudicium ſuſcipere inueſtituram, *Menoch.cons.986.nu. 21.* quod enim à Genere habet filius, auferre ei non poteſt pater, *l.3.ff.de interdic.& releg. l.cum filius fam.ff.de milit.teſtam.l.non tantum.§. ſi emancipatus.ff.de bonor.poſſ.contr.tabul.Bald. cons.215.in 2.Menoch.conſ.986.num.20.Coſta, cons.8.num.14.* nec detrimentum ei fieri, *c.alteri.de reg.iur.in 6.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.ff.de adopt.Affl.decis.112.decis.248.Gabr. cons.163.num.16.in 1.Menoch.cons.226.num. 217.cons.1156.num.46.Caſſanat.cons.45.nu. 143.* Certiq; iuris eſt feudum non à Patre, ſed à concedente in filium tranſferri, *Fulgos. nu.6.Caſtr.nu.4 in l.adoptiuum.§.patronum.ff. de in ius.vocand.Kobl.exercit.3.ſub nu.28.Thoming.decis.27.nu.21.22.Ruin.cons.149.n.14. in 1.cons.117.n.19.in 3.Borrell.ſum.decis.tit.34. de feud.nu.337.Valenzuol.cons 69.n.154.162. Sacca,cons.50.num.17.* & iure proprio, *Farin. quæſt.25.nu.87.Bardell.cons.101.nu.144.* edo-
32 cuit † & eleganter, *Molin.lib.1.de primog.c.8.n. 21.* vltimum maioratus poſſeſſorem priores vocationes mutare, aut nouas apponere non poſſe, quia ſanguinis iure ad ſucceſſorem ſpectat maioratus. Nec antiqua inueſtitura à poſteriori mutari poteſt, *Molin.d.c.8.nu.22. Menoch.cons.801.num.47.48.49.*

33 Ampl. I. Vt mutari feudi † forma non poſſit, ſi ſub claus. *Iuris Francorum*, conceſſum illud ſit, *Bolognet.cons.12.num.43.Milanens. decis.8.num.4.p.p.*

34 Ampl. II. In Vaſallo, † qui ſi de Filijs deſperatus feudum paternum, vel auitum Domino renunciet, vt formam mutet, vel alteret, non præiudicat agnatis, *Alber.l.filia mea.num.2.ff.ſolut.matr Rim.Iun.cons.572.nu. 23.Milanens.decis.8.num.11.p.p.* in quorum fraudem, cum Domino colludere ille nec poteſt, *Bald.c.1.§.porrò.num.4.qualit.feud.alien. Rim.Iun.conſ.572.nu.24.Sacca,conſ.50.nu.14.*

35 Declar. I. Non procedere † ſi conſenſerint filij, vel Agnati, *Petr.Gregor.de conceſſ. feud.p.3.quæſt.6.quæſt.10.Bammacar.c.1.§.omnes filij.num.40.ſi de feud.defunc.conten.fuer.Cumi.c.ſi aliquem.glos.antiquis.num.176.Dec.conſ. 185.Crauet.cons.679.num.4.Euerard.Iun.cons. 21.num.78.79.in 1.Sacca,cons.50.nu.54.122. Monald.conſ.26.num.13.in 1.Mareſcot.lib.1.reſolu.120.nu.7.Intrigl.feud.centur.2 artic.7.nu. 42.* cum deteriorem feudi conditionem ſine agnatorum voluntate facere, nec poſſet vaſallus, *c.1.§.1.de inueſt.de re alien.fact.Valenzuel. cons.69.nu.153.* ſic inueſtituram Maſculis ſolum conceſſam (eorum conſenſu) mutare poteſt Princeps, vt fœminas complectatur, *Menoch.cons.1.n.124.cons.1043.n.13.* de eorum certa ſcientia, quorum intereſt, mutetur forma, *Corſet.cons.6.nu.5.11.* qui nec alijs nocent, *Polid.Rip.obſer.369.nu3.*

Ampl. I. Siue tacitus, ſiue expreſſus ſit eorum conſenſus; *Curt.de feud.p.4.num.137.Euerard.cons.29.num.119.in 1.*

Ampl. II. Vt ex poſtfacto mutatæ formæ accedere, Agnatorum conſenſus poſſit, quia vbi actus eſt nullus fauore certæ perſonæ ratificatio eius ſuperueniens validat actum, *Bart.l.1.§.ſi filius.ff.de legat.3.Curt.de feud.p.4.nu. 138.Euerard.Iun.cons.29.num.117.in 1.*

36 Declar. II. Non procedere † ſi feudum ad francum allodium ſit conceſſum, cuius formã mutare poteſt vaſallus, *Intrigl.d.artic. 7.nu.45.Gregor.d.p.3.quæſt.5.Milanens.decis. 8.num.17.p.p.Cumi.d.glos.antiquis.num.177.*

37 Declar. III. Non procedere † ſi immutetur feudi forma, conſuetudine, quæ hominum memoriam excedat, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.3.quæſt.6.Milanens.deciſ.8.num.18. p.p.Cumi.d.glos.antiquis.num.178.Corſet.conſ. 6.num.5.Cuman.cons.163.Burs.cons.356.num. 19.Intrigl.d.art.7.nu.46* quia inueterata conſuetudo, pro expreſſo eorum pacto habetur, *Roland.cons.2.nu.21.in 1.Manent.decis.1.nu.50.* Idem ſi decennio inducta conſuetudo fuerit, eo addita ſententia, *Gregor.d.quæſt.6.Cumi.d. glos.antiquis.num.178.Schrader.de feud.p.5.c. 2.num.43.*

38 Declar. IV. Non procedere, † ſi tantumdem de bonis allodialibus relictum ei ſit, cui mutatio formæ præiudicium inferret, *Intrigl. d.art.7.nu.44.Gregor.d.quæſt.6.nu.16.Cumi.d. glos.antiquis.nu.180.Milanens.decis.8.nu.19.p. p.Manent.decis.unu 14.* Heres enim patris mutantis, vel alterantis formam, & ordinem ſuccedendi in primogenitura, contrauenire non poteſt, *Molin.de primog.lib.1.c.8.n.35.Talaez. de maior.p.4.quæſt.16.Portoles,de Conſort.c.28. nu.22.Salon.de Paz,cons.14.n.25.Menoch.cons. 993.nu.26.cons.1154.nu.21.cons.1196.nu.11. cons.1204.nu.10.Caſſanat.cons.34.nu.16.Fuſar.de fideicom.quæſt.557.nu.3.4.*

Secunda eſt iuris Concluſio, † Quod ſi Feudum, *Pacti, & Prouidentiæ*, Nouum ſit, à Pri-

à Primo ipſo acquiſitore mutari ſine Regis aſſenſu non poteſt eius forma, *Peregr. cons.* 102.*num.*12.*in* 4. *Becc. cons.*56.*num.*12. ſicut nec poteſt filijs præiudicare, *Menoch. cons.* 801.*nu.*41. *Schrader. cons.* 1.*num.*625.& ſcripſit *Molin. de primog. lib.* 1.*c.* 8.*num.* 34. quod maioratus conſtituti, & ordinati, vt primogenitus ex eo matrimonio ſuccedat, non poteſt mutari forma, & alterari, vt alio ordine, & forma ſuccederet, *Menoch. cons.*801. *num.* 50. Proinde primus feudi acquiſitor etiam inter comprehenſos in inueſtitura teſtari de feudo, & fideicommittere non poteſt, ſi Mixtum illud ſit, aut *Pacti, & Prouidentiæ*, niſi omnino hæreditarium eſſet, *Peregr. de fideicom. art.*6.*num.*18.*cons.*5.*num.*24. *in* 3. addit, & copioſius, *Decian. cons.*83.*num.* 26.*in* 4. Feudum empticium, ne dum in Agnatos, ſed in extraneos etiam tranſire.

40 Contrar. dixi Verius, Imo primus † feudi Acquiſitor mutare, augere, alterare, ac minuere poteſt feudi formam, *Afflic. decis.*112. *nu.*6. *decis.*282.*num.*7. *Pern. cons.* 6.*cons.*12.*nu.* 12.*cons.*22.*num.*12. *& notab.*4.*nu.* 46.50.52. *Paris. cons.*2.*num.*9.*in* 1. *Bero. quæſt.*45.*num.*3. *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.*3.*quæſt.*7.*num.*8. *Milaneus. decis.*8.*n.*23.25.26.*p.p. Intrigl. feud. cent.* 2. *artic.*7 *nu.*48. *Cannet. c. volentes.* §. *As non erit inutile. nu.*81. *Monald. cons.*38.*nu.*4.*in* 1. *Cumi. d. glos. antiquis. nu.* 182.183.249. *Surd. cons.* 573.*num.* 27. *Camill. de Curte, diuers. feud. p.p.* §. 12.*nu.*71. *Soc. iun. cons.*102.*num.*21. 24.*in* 2. *Schraden. de feud. p.*5.*c.*2.*nu.*42. *Pappon. cons.*1. *num.* 36. Imo inuito filio, ſeu nepote ex filio ſucceſſore, alienare à primo acquiſitore illud poſſet; *Iſern. c.* 1. § *ſi libellum. num.*9.10.11. *de alien. feud. patern. in c.* 1. §. *quid ſi titius. ad fin. ſi de feud. fuerit controverſ. in c.* 1. §. *quid ergo. num.* 8. *de inueſt. de re alien. fact. Clar.* §. *feudum. quæſt.* 41. §. *emphiteuſis. quæſt.*16. *Cornaz. decis.* 40.150. *Rit. Lucens. diuers. decis.*47.117. *Gamm. decis.* 84. *Nat. cons.* 475.*cons.*501.*cons.*505.*nu.*14. *Roniſ. pragm.*1.*num.*126. *de titul. abus. in ſcriben. ſublat. Thom. Marin. de feud. tit.* 2. *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.*3.*quæſt.*7. *Intrigl. feud. centur.*1.*quæſt.*10. *num.*75. *Milaneus. decis.* 8. *num.*40.42. *p. ſi. ex Cannet. & alijs*; etſi feudum ſit cum clauſula Iuris francorum, *Corſet. cons.*3. *num.*15. *cons.*

41 8.*num.*10.*cons.*10.*nu.*8.9. quia primus † ipſe acquiſitor non ligatur forma, *Corſet. in ſcholijs cons.*6.*num.*2.3. nec feudum nouum habet agnatos, *Corſet. cons.*8. *num.*13. *& in Scholijs, num.* 1. *ex Pern. cons.*6. *Anna, ad Conſtit. Diuæ memoriæ. nu.*119. Proinde diſponit de feudo pro velle, *Iſern. c.* 1. *num.* 2. *de alien. feud. pater. Clar.* §. *feudum. quæſt.*40. *Becc. cons.*56.*nu.*20. *Kobl. exercit.* 2. *ſub num.* 12. *Pancirol. cons.*51.*num.* 16. 17. *Surd. cons.* 440. *num.* 31. *conſ.* 427. *num.*8. *Scholiaſt. ad Corſet. cons.*12.*nu.*70.*cons.* 17.*num.*5.6.7.8. In præiudicium etiam comprehenſorum in inueſtitura, *Marta, claus.*31. *nu.*14.*p.p. Vot.*189.*nu.*11. *Franc. decis.*368.*nu.*

42 5. & † primogenituram in feudo nouo erigere poteſt, *Marcabr. cons.*54.*num.* 63.64. 84. *Cephal. cons.*12.*num.*16. *cons.*152.*num.*51. *Menoch. cons.*161. *Surd. cons.*440.*num.*31. quia primogenitura non alterat naturam feudi, ſed operatur, vt quod poterat ad plures tranſire, ad eorum alterum perueniat, *Peregr. cons.*12.*num.*12.14.*in* 1. *Manent. decis.* 1.*nu.* 3. & poteſt plures gradus ſubſtitutionum facere, feudi formam reſtringendo, *Corſet. in Scholijs, ad cons.*6.*num.*9.*conſ.*11.*num.*6.

43 Ampl. I. In feudo † cum clauſula *Iuris Francorum*, vt eius formam Primus acquiſitor mutare poſſit, *Corſet. cons.*6.*num.*7. Primus autem feudi acquiſitor, nedum is eſt, qui feudum acquiſiuit, ſed qui nouam feudi formam obtinuit, ita poſt Noſtrates, deciſum fuiſſe, anno, 1508. *refert Maſtrill. decis.*56.*n.* 21. diſponere tamen in eos poteſt, in quos feudum ſui natura tranſire poſſet, aliàs ſecus *Cannet. c. volentes.* §. *ſed neceſſaria. num.* 28. *Intrigl. d. artic.*7.*num.*49.50.

44 Declat. I. Non procedere † ſi *pro ſe, & filijs*, acquiſitum ſit feudum; Sed eiuſdem filij contemplatione, tunc mutari, aut alterari feudi forma in eius præiudicium non poteſt, *Molin. de primog. lib.* 2.*c.*10.*num.*71. Filij autem contemplatione quæſitum illud dicitur, ſi proprium eius nomen fuerit expreſſum, *vt ex Clar. & Cephal.* ſcripſit, *Honded. cons.* 90. *num.*18.*in* 1. *Intrigl. feud. centur.* 2. *artic.* 1. *num.* 63. *artic.*9. *num.* 14. *Maſcard. de probat. conclus.* 767 *num.*6.

45 Declar. II. In feudo nouo † iure antiqui feudi conceſſo, in quo Pater præiudicare nec poteſt filijs, *Ruin. cons.* 45. *num.* 17. *in* 1. *Clar.* §. *feudum. quæſt.* 8. *num.* 2. *Pacian. cons.*36. *num.* 187. tunc enim naturam, & antiqui feudi effectum, per omnia induit, *Afflic. c.* 1. *num.*56. *de alien. feud. pater. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.*5. *quæſt.* 3. *in princ. Paris. cons.* 5. *num.* 10. *cons.* 17. *in* 1. *Vigel. meth. feud. c.* 2. *quæſt.* 4. *diuis.* 3. *Dec. cons.*194.*num.* 3. *Curt. de feud. p. p. quæſt.* 8. *Pern. cons.* 4. *nu.*69. *Ruin. cons.*9. *ad fin. in* 1. *Natt. cons.*467.*num.*4. *Gabr. tit. de feud. conclus.* 1.*num.* 3. *Berett. cons.*78.*num.* 17. *Shoner. de feud. lib.* 1. *diſput.* 1. *c.* 19. *Marta, Claus.* 31. *num.* 12.*p.* 2. *Borcholt. de feud. c.* 4.*num.*6. *Siluan. de recognit. feud. quæſt.* 37. *Alciat. regul.* 3. *præſum.* 28.*num.* 2. *Crauet. de antiq. tempor. p. Vlt. nu.* 13.

cons.

Digitized by Google

*conſ.95 2.num.6.conſ.972.num.6.conſ.624.nu.
3.conſ.639.num.9.Roland.conſ.60.num.5.16.
30.in 1.conſ.12.num.7.in 3.conſ.3.num.7.in 4.
Burſ.conſ.4.num.24.Emill.Gall.de except.ex te-
ſtam.p.p.tit.1.except.1.num.67.Piſtor.conſ.6.
num.7.17.in 1.Cephal.conſ.12.nu.3.conſ.173.
num.8.conſ.302.num.50.conſ.617.num.53.
Schrader.de feud.p.2.c.3.num.72.Intrigl.feud.
centur.1.quæſt.24.Menoch.lib.3.præſum.93.nu.
16.conſ.202.nu.5.conſ.160.nu.25.conſ.304.nu.
11.conſ.513.ad fin.conſ.1033.num.19.Marta,
vot 189.nu.9.& de ſucceſſ.leg.p.3.quæſt.3.artic.
2.n.5.Becc.conſ.151.nu.2.conſ.188.nu.8.Anna
ſing.*205.& licet diſſentiant alij, hanc tamen
plures teſtantur, *Comm. Ias.in prælud. feud.
nu.90.Villalob.comm.opin.Verb.feudum.nu 18.
Viui. lib.1.opin.282.Chrychon.lit.F.verb.feu-
dum nouum.Craſſ.lib.2.verb.feudum.Suarez,re-
cept.ſenten.lit.E.num.62.Myſing.centur.4.obſer.
84.Gail.lib.2.obſer.50.num.1.magis comm. Ias.
conſ.1.num.3.conſ.136.in 4.Mozz.de feud.tit.
de acciden.feud.c.4.nu.6.*nec ab ea in iudicãdo
recedendum, *Curt.d. quæſt.8.num.8. Vultc. de
feud.lib.1.c.8.nu.5.Schrader.de feud.p.2.c.3.nu.
64.*Si clauſula illa in diſpoſitiuis proferretur
Anna,conſ.44.nu.62. ſecus ſi in enunciatiuis,
*nu.63.conſ.66.nu.37.Alciat.reg.3.præſum.28.
Lanar.conſ.60.nu.86.Galv.tit.de feud.concluſ.1.
num.7.* Vel ſi conceptis verbis in actu inueſti
turæ non exprimatur, *Gail.lib.2.obſer.50.nu.
1.Vultc.d.c.8.nu.5.*Sed an rectè limitent alij,
diſcutiendum erit, alibi.

46 Declar. III. Vt ſolus † ipſe primus feu-
di acquiſitor mutare poſſit eius formam,non
alij, *Corſet. conſ.23.num.13.*

Tertia eſt iuris Regula, Si Rex, & Vaſal-
47 lus † formam mutent, Tunc eos poſſe, ait,
*Bald.l.2.§.fin.num.5.C.de ſuis & legitim.Prepoſ.
c.1.num.2.An agnat.& ibi.Aluarot.Loffred.conſ.
3.nu.40.Dec.conſ.185.num.3.Georg.de feud.c.
10.num.2.Curte,diuerſ.feud.p.p.§.12.num.71.
Lanar.conſ.15.nu.4.Schrader.d.p.2.c.5.nu.39.*

Quod uerum intelligo,in feudo hæredita
rio, ſed in Feudo, ex *Pacto, & Prouidentia*,
ſubdiſtiguendum cenſui.

48 Primus caſus eſt,ſi de ipſius Regis † præ-
iudicio contennitur, Tunc feudi Dominus,
mutatæ formæ conſentiens ſibi præiudicaret
*c.1.§.titius.ſi de feud.defunct.content.Frec.de ſub-
feud.lib.2.quæſt.4.num.3.Manent.decis.1.num.
28.*quia à feudi forma ex poſtfacto recedi
poteſt Domino,& Vaſallo feudi acquiſitore
conſetiente, ſiuè de receſſu agatur, ſiue de
mutatione, aut alteratione, *Frec.de ſubfeud.
lib.2.quæſt.38.num.4.Manent, decis.1.num.19.*

49 Declar. I. Id verum, ſi conſenſus † ad
hunc effectum ſit præſtitus, vt ſibi præiudi-
caret Rex, *Cumi.d.c.ſi aliquem.glos.antiquis.nu.
199.ex.l.fideiuſſor.§.pater.ff.de pignor.l.ſicut.§.
venditionibus.ff.quib.mod.hypot.ſolu.*

50 Declar. II. Ex conſenſu † nullum Regi o-
riri præiudicium,ſi clauſula ipſe vtatur. *Na-
tura, & forma feudi in aliquo non mutata*. ita
ediſſerit, *Cumi.d.gloſ.antiquis.num.204.*

51 Secundus Caſus eſt,ſi de eiuſdem † Feuda
tarij præiudicio agatur, tunc forma feudi
cuiuſq; mutari ab eo poteſt, accedente Re-
gis aſſenſu, *Petr.Greg.de conceſſ.feud.p.3.quæſt,
6.Cumi d.gloſ.antiquis.num.210.*

52 Declar. I. Non procedere † ſi ex errore
capta fuerit feudi inueſtitura: Vaſallus nãq;
credens conceſſionis formam non habere, ſi
inueſtiturã obtineat, *ex Reg.Alphon.c.456.Ca
rol.246* Pro te,& hæredibus de tuo corpore
legitimè deſcendentibus, *Ita quod viuant iure
Francorum.* Tunc originalis feudi forma non
mutatur, *Cumi.d.gloſ.antiquis.num.211.*Inueſti
53 tura aliter habita † quam ſit originalis, ex
errore præſumitur, *c.1.§.1.de ſucceſſ. feudor.
Alex.conſ.55.nu.17.18.in 4. Curt.de feud.p.3.
quæſt.2.num.23.Bald.conſ.215.nu.4.in 2.Petr.
Greg.de conceſſ.feud.p.3.quæſt.10.Cumi.d.gloſ.
antiquis.num.212.*vt nec noceat, *Caſtr.conſ.61.
conſ.176.num.3 in 1.Natt.conſ.322.conſ.505.
Schoner.de feud.lib.1.diſput.5.c.146.* Rim.Iun.
conſ.780.num.10. Coſta, *conſ.55.num.2. Tuſc.
lit.F.concius.110.num.77.Gail.lib.2.obſer.49.
num.23.Schrader.de feud.p.5.c.2.num.38.Ve-
ſemb.conſ.41.num.104.conſ.74.num.86.Surd.
conſ.349.num.38.Menoch conſ.103.num.61.
lib.3.præſum.92.num.4.Morot.conſ.29.nu.28.*
& vt erronea reuocari ſemper poteſt, *Rau-
dens.conſ.2.num.331.in 2.*

54 Subdeclar. I. Niſi originalis † conceſſi feu
di forma, tanti temporis ſpacio ſit altera-
ta, Quod hominum memoriam excederet.
Tunc poſterior præualet inueſtitura, *Petr.
Gregor.d.quæſt.10.nu.7.& quæſt.6.n.24.Intrigl.
feudal.centur.2.art 7.num.46.Cumi.d.glos.anti-
55 quis.num.178.*

Subdeclar. II. Vt prima † feudi inueſtitu
ra deperdita. Poſteriori ſtandum ſit, *Tuſc.lit.
F.conclus.108.num.1,2.21.*Cum nec primam
oſtendere teneatur vaſallus, *Raudens.conſ.2.
56 num.379.in 2.*Sed an Regiè dicemus alibi.

Subdeclar. III. Niſi poſterior † inueſtitu-
ra ad domini concedentis præiudicium fiat,
*c.1.de eo.qui fin.fec.agnat.Paris.conſ.6.nu.11.in
57 2. Tuſc.lit.F.conclus.110.num.74.*

Subdeclar. IV. Niſi † ſecundæ inueſtituræ
(ex certa recipientis,& dantis ſcientia) noua
apponantur pacta, *Corſet.conſ.8.num.1.*

H Sub-

58 Subdeclar. V. Si mutatę † feudi formæ conſenſerint omnes, quorum intereſt, *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 10. num. 8. Decian. cons. 73. num. 50. in 2. Corbul. de emphit. ob li ne finit. in princ. nu. 97. 101. Cephal. cons. 27. nu. 2. cons. 152. num. 66. cons. 155. num. 9. Natt. cons. 505. num. 27. Roland. conſ. 67. num. 6. in 1. Rim. Iun. cons. 522. num. 58.*

59 Declar. II. Non procedere † ſi feudataria ſit mulier, & obtenta ab alio fuerit inueſtituræ confirmatio; Tunc enim ignorantia præſumitur, & feudi forma non mutatur, *Cum. d. glos. antiquis. num. 211.*

Tertius caſus eſt, ſi de ſucceſſorum præiudicio agatur; Tunc ſubdiſtinguendum eſt, aut Nouum eſt feudum, Aut antiquum.

60 Priori in caſu, ſi ſolus † ipſe primus acquiſitor feudi formam in ſucceſſorum præiudicium mutare poteſt, eo magis & cum Regis aſſenſu, *Cumi. d. gloſ. antiquis. nu. 214.* quia feudi noui acquiſitor poteſt filijs, cæteriſq; deſcendentibus præiudicare, accedente Domini conſenſu, *Pern. cons. 12. Cephal. cons. 608. nu. 34. Pappon. cons. 1. nu. 38. Corſet. cons. 9. nu. 22. Alex. cons. 18. n. 5. in 5. Monald. cons. 38. n. 4. in 1.*

61 Ampl. I. Strictam † Feudi formam in ſucceſſorum præiudiciũ, primus eius acquiſitor cum Regis conſenſu elargare poterit, *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 5. Mangil. de imput. quæſt. 37. num. 9. Craſſ. §. legitima. quæſt. 21. Franc. decis. 368. nu. 5. Intrigl. deciſ. 16. nu. 9.*

62 Ampl. II. Etſi feudi forma † cum clauſula ſit *iuris Françorum*, ita edocuit, *Pern. cons. 25. Petr. Gregor. d. quæſt. 5. Milanens. decis. 8. nu. 28. 29. 30. p. p. Cannet. c. volentes. §. An non erit. num. 83. Intrigl. decis. 16. num. 10.*

63 Poſteriori in caſu, ſi Feudum † eſt Antiquum, non poteſt feudatarius, Regis etiam aſſenſu feudi formam elargare, in ſucceſſorũ præiudicium, *Bald. c. 1. §. ſi vero. ad fi. de ſucceſſ. fratr. in c. 1. de eo qui ſib. & hæredib. ſuis. & in c. 1. §. fin. de feud. guard. Borcholt. de feud. c. 1. nu. 29. Sonsb. de feud. p. 9. num. 25. Zas. de feud. p. 8. num. 22. Schrader. de feud. p. 5. c. 1. nu. 39. 40. Curt. Iun. cons. 24. num. 8. in 1. cons. 73. num. 49. 50. in 2. Chiccon. comm. opin. lit. F. verb. feudi dominus. Gail. lib. 2. obſeru. 49. num. 43. Veſemb. conſ. 41. num. 102. 105. in 2. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 5. Cannet. c. ſi aliquem. §. permittendum. nu. 73. & ibi, Cumi. glos. antiquis. num. 143. Ponte, decis. 40. num. 20. Tiraq. 1. retract. §. 22. gloſ. 2. nu. 39. Intrigl. decis. 16. nu. 8. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 5. c. 148.* At ſi prima feudi inueſtitura late pateat *pro ſe, & hæredibus quibuſcumq;* reſtringi poſſet, vt *pro ſe, & hæredibus maſculis*, ſit in poſterum, *Alba, cons. 568. nu. 9.*

64 Declar. I. Niſi noua † qualitas in feudi cõfirmatione, ſit addita quæ tunc in toto feudi corpore non infunditur, & licet feudum non mutetur, ſeruanda tamen eſt illa noua qualitas; quod enim veteri pacto additur, vel detrahitur, nouum conſtituit pactum; & ſeruandum eſt, ſi per illud, iuribus antiquis, quibus, alijs agnatis ius ſpe quæſitum eſt, non detrahitur, *Afflic. in Conſtit. cum circa. nu. 12. sub. 71. lib. 1. Cumi. d. glos. antiquis. num. 214.*

Cæterum quæ de Feudo *Pacti, & Prouidentia*, hactenus diſſerui, in feudo *Mixto*, etiam procedere intelligo, cum feudum *Mixtum*, in omnibus illi aſſimiletur excepta qualitate hæreditaria, non bonorum, ſed ſanguinis, vt dixi Prælud. 4. *num. 40.*

65 Quæro Regis mortui † aſſenſus, *ex c. volentes. 28.* An ijs in caſibus ſatis ſit, quibus feudi forma mutari poteſt, vel neceſſarius ſit viuentis Regis conſenſus? Qua in re, *Cumi. d. glos. antiquis. nu. 249. 250.* Regis mortui aſſenſum, *ex d. c. volentes.* ſatis eſſe, inquit.

Contrar. Imo aſſenſum illum non ſufficere, ſed Regis viui requirendum eſſe ſcripſit. *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 8. à num. 1. Cannet. d. c. volentes. §. ſed neceſſaria. num. 18. Corſet. cons. 7. ſub num. 12. Intrigl. decis. 16. nu. 12.* Qui, *Cumi. d. nu. 249. 250.* increpat, etſi de more ſe inuoluat, *Milanens. decis. 8. à n. 47.* & an Proregis aſſenſus in mutanda forma ſufficiat, *num. 71. p. p.* ſed negat, *Lanar. cons. 15.* ad quos Lectorem mittimus, quippè qui eadem ſæpius repetere omnino grauamur.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum commune ius ſeruatur in hoc Siciliæ Regno.*

2 *Inueſtitura ſi diuerſum non ſtatuit ſuccedendi ordinem; is ſeruatur ordo, quem commune feudorum ius præſcripſit.*

3 *Feudales cauſæ, quo iure terminandæ ſint? num. 5. 6. 7.*

4 *Feudale ius ligat Laicos, Clericos, & Eccleſias.*

8 *Succeſſio omnis ex Iure ſanguinis in feudis exiſtimatur, non iure hæreditario, Vt de primi acquirentis ſanguine ſit, & num. 11.*

9 *Feudum, etſi per mille manus ambulauerit, Vltimus ſemper eſt ſucceſſor Primi.*

10 *Agnatus ad antiqui feudi ſucceſſionem ſi admitti velit, probare debet, ſe à primo acquiſitore deſcendere.*

12 *Feudum, etſi iure ſanguinis deferatur ex pacto tamen in inueſtitura conſtitui etiam poteſt, vt iure hæreditario in eo quis ſuccedat.*

13 *Mixto in feudo, quis ſuccedat? & cui?*

Feudo

14 *Feudo in hæreditario ſuccedit Vltimi defuncti hæres, qui vniuerſalis eſt in allodijs.*
15 *Proximitas primi acquirentis inſpicitur in feudo non hæreditario.*
16 *Francorum ius, Sexus, & ætatis prærogatiuam ſeruat.*
17 *Ætatis prærogatiua inter fœminas etiam ſeruanda eſt, & quando?*
18 *Ius Francorum regulariter non præſumitur.*
19 *Fœmina, iure communi feudorum, regulariter excluditur à feudo etiam eccleſiaſtico, ſed iure Francorum admittitur.*
20 *Feuda omnia (de iure communi feudorum) ſunt diuidua, in quibus æqualiter ſuccedunt filij, niſi inæquali inſtitutioni à Patre factæ, ipſi conſentiant.*
21 *Feuda omnia, Francorum, & Siculorum iure, ſunt indiuidua, num. 29.*
22 *Francorum ius, quid ſit.*
23 *Primogenitus ſolus ſuccedit in feudo.*
24 *Primogenitus in ijs ſuccedit, quæ vni deferuntur.*
25 *Tranſuerſales in feudo nouo regulariter non ſuccedunt, niſi ex pacto.*
26 *Feudum per ſaltum non defertur, de Fratre in fratrem, inſpecto communi feudorum iure: ſecus de iure Francorum, num. 27.*
28 Feudales *conſuetudines, Contraria conſuetudine tolluntur, à Qua vires aſſumunt, & legem.*
30 Tex. c. volentes. de feudo, *loquitur, quod à ſui initio Rex integrum conceſſit, ſecus ſi ipſe diuiſit vt vna pars ſit vnius, altera vero alterius.*
31 *Feudum cum* ex c. volentes. *integrum ſit, & indiuiſum, ad Maiorem natu ſpectat.*
32 *Feuda in regno ſunt alienabilia, allodialium inſtar.*
33 *Feudi alienandi licentia, aut aliter diſponendi à Rege data de toto feudo intelligitur, non diuiſim in plures.*
34 *Feudum,* Iure communi feudorum, *alienari non poteſt ſine Domini conſenſu, nec de eo teſtari quis poteſt, etiam pro anima.*
35 Cap. volentes. *an procedat in feudo, in quo viuimus Iure Francorum.*
36 *Deſcendentibus non relictis, Tranſuerſalis de iure Siculorum admittitur ad Feudum, qui proximior ſit.*
37 Cap. 1. de ſucceſ. feud. *explicatur.*
38 *Sexus, & ætatis prærogatiua ex iure Francorum in omni feudo procedit, ſiue inter deſcendentes, ſiue inter Collaterales, non tamen inter Aſcendentes, & ab inteſtato.*
39 *Aſcendentes in feudo prædefuncti filij non ſuccedunt.*
40 *Feudi forma inſpicienda eſt in primis: vt nec ab ea recedendum ſit.*
41 *Ius Francorum præſumitur in feudis, quæ in hoc Siciliæ regno quiſq; poſſidet.*

PRÆLVDIVM SEXTVM.

Quo iure Feudorum, viuat, & ad feuda ſuccedat Baro, in hoc Siciliæ regno? excutitur.

CVm omnia (teſte Philoſopho) quæ natura agimus, vel Iudicio, ſemper certum ſibi finem habeant, vt eius quod actum eſt, vſum aliquem aſſequantur: deo abſolutis pleriſquè ijs, quæ ad generalem feudorum cognitionem pertinent, conſequens etiam eſt, de eorum vſu, nonnihil videamus.

A Longobardis ius feudorum promanaſſe (relatis aliorum ſententijs) cenſuit, & verius. *Fachin. lib. 7. iur. controuers. 1.* quod ius commune feudorum, *ex Conſtit. Puritatem. rub.*
1 *60. lib. 1.* eſſe cenſui, *prælud. 1.* eoq; viuimus† in hoc Siciliæ regno, donec aliud ſancitum videatur; nam ſi initio locales eſſe conſuetudines feudales dixerim; Vniuerſali tamen, & immemorabili Omnium penè Gentium obſeruatione, communes factas eſſe conſtat, quod & in materia feudali (deficiente cuiuſq; loci particulari Conſuetudine) reliquo iuri ciuili derogaſſe, ſcripſit, *Veſemb. de feud. tit. 1. num. 4. 5. Griuell. Dolan. decis. 63. num. 8. Pacian. conſ. 149. nu. 101.* Vbi enim ius commune pro aliquo eſt, fundatam is habet intentionem, niſi aliud probet ius ſpeciale, *c. omnes baſilicæ. 16. quæſt. 7. Iſern. c. 1. §. præterea. n. 37. de probib. feud. alien. per Frider. Tern. cons. 1. cons. 13. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4 quæſt. 1. num. 2.* Hinc *tex. c. 1. de feud. cognit.* ſi per in-
2 ueſtituram † diuerſus quoad deſcendentes, & agnatos non reperitur conſtitutus ordo, is ſeruandus omnino eſt, quem ius commune præſcripſit, *Alex. cons. 55. num. 7. in 4. Pereg. de fideicom. artic. 30. num. 21.*

3 Proinde cauſæ feudales † Secundum regni iura in Primis terminandæ ſunt, inde ex communi feudorum iure, *Marant. in prax. p. 3. num. 85. Tuſc. lit. I. conclus. 590. num. 5 Siluan. de recognit. feud. quæſt. 1. num. 57.* Etſi improprium ſit feudum, *Clar. §. feudum. quæſt. 16. Bimi. cons. 38. num. 5. Corbul. de iur. emphyt. tit. d. caus. priuat. ob non ſolut. canon Ampl 12. n. 17.* Vel eccleſiaſticum, *Becc. cons. 101. num. 15. Bampacar. c. 1. §. qui clericus. num. 129* ſi de

feud.defunc.conten.Peregr.Tract.Var.lib. 2. de
Iudic.ad c.cæternm.num. 18. Aldonin.cons 6.nu.
4 3.quia ius † feudale ita ligat laicos,& eccle
ſiaſticas perſonas, imo eccleſias, ſicut ius ca-
nonicum: Feudorum conſuetudinibus con-
ſenſetunt eccleſiaſtici, & clerici, ſicut laici,
ex comm. Mandos.cons.8 2.Tuſc.d.conclus.590.
num.8.& lit.F.conclus.169.num.20.27.Clar.§.
feudum.quæſt.3.ad fin.quæſt.90.num.4.9. Niſi
de iure canonico, Specialis deciſio ſuper ijs
reperiretur,Curt.iun.de feud.p.p.quæſt. 2. Eue-
rard.Iun.cons.30.num.4.in 2.& hoc commune
5 feudorum † ius præualet iuri communi Rô-
manorum, Marta,vot.166.num.11.niſi aliud
ſancitum ſit,c.1.de feud.cognit.Bald.c.1.num.4.
de ſucceſſ. feud. Petr. Gregor.d. quæſt.1.num.3.
Schrader.cons.2.nu.7.cons.3.nu. 37.Roland.cons.
6 68.nu.30.cons.80.nu.50.in 1.Atſi quid † ſpe-
cialiter non eſt diſpoſitum,deciſio fiet ſecun-
dum ius commune,c.1.§.Strennus.& ibi,Doct.
de feud. cognit.Maran.in prax.p.3.nu.86.Ponte,
feud.lect.13.nu.27.Schrader.cons.3.nu.37.Tuſc.
lit.I.conclus.590.nu.4.lit.F.conclus.169.nu.10.
14 Euerard.Iun.cons.18.n.5.in 1.etſi ius com-
mune ſit per argumenta, vel ſimilitudines,
Alex.cons.5.n.4.in 5.Tuſc.d.conclus.169.n.17.
& vbi conſuetudo, & ius feudale extat, du-
bium debet interpretari ſecundum ius com-
mune,Bald.cons.327.ad fin.in 3.Tuſc.ibid.num.
7 18.ſin autem iuxta † illius loci conſuetudi-
nes in quo ſitum eſt feudum,c.1.§.hoc quoq;
de his,qui feud.dar.poſſ.Paris.cons.13.nu.18.in 1.
Schrader.cons.13.num.122.cons.12.nu.170.Con
ſuetudo, optima eſt feudorum interpres, Bi-
mi.cons.162.num.7.

Inſpecta itaq; naturali ipſa, & propria
huius contractus feudalis indole, quam à
communi feudorum iure conſtitutam ha-
8 bet,omnis † ſucceſſio exiſtimatur ex iure ſan
guinis, Bald.c.1.de eo, qui ſibi, vel hered. ſuis.
Ardiz.c.1.§.item quæritur. de ſucceſſ. feud. Sil-
uan.cons.3.num.66. Ruſtic.de fideicomm. lib.6.
c.12.num.31.Gail,lib.2. obſer.154. num. 2. Bar-
dell.cons. 101. num. 144. Pacian.cons.36. num.
26.Schrader.cons.13.num. 200. Bimi.cons.215.
num.19.non iure Hæreditario, Iacob.à S.Ge-
org.inueſt. feud.glos. & promiſerunt. num.34. ad
fin.Paris.cons. 23.nu.154.in 1.Decian.cons.3.nu.
171.in 4.cons.16.num.51.in 1.Oſaſc.decis.161.
num.7.ad tex.c.1.§.fin.quib.caus.feud.amitt.c.1.
de natur.ſucceſſ.feud.iuncto,tex. c.1.de feud.non
haben. propr. natur. & de Primi acquirentis
ſanguine ſucceſſor eſſe debet, Iſer. c. 1.§. hoc
quoq;.num.6. de ſucceſſ. feud. Bald.c.1. de eo qui
ſibi,& hæredib.Zas.de feud.p.8.nu.6.Vulte.lib.1.
de feud.c.8.num.26.Borcholt.de feud.c.7.num.
93.Raudens.cons.34.num.6.in 1. eumq; ſolum
reſpicere,Bald.c.1.§.fin.de ſucceſſ.feud.Laudenſ.
c.1.de eo qui ſibi, & hæred.Intrigl.feud.centur.
1.quæſt.51.num.301.Ruin.cons.142.num.6. in
3.Paris.cons.65.num.21.in 3. Quia in feudis
ſanguis conſideratur, Anna,c.1.num.172. de
9 vaſall.decrep.ætat. Dici, & propterea † ſolet
in feudo,etiam, quod per mille manus tran
ſierit, ſemper vltimus eſt ſucceſſor primi, &
ab eo cauſam habet, à quo feudum habuit
radicem, Angel.cons.110.Bald.num.6.Afflict.
num.12.in c.1.de feud.march.in c.1.num.5.ſi va-
ſall.feud.priuet.Præpos.nu.67.Laudens.nu.38.c.
1.§.& quia vidimus.de ijs qui feud.dar.poſſ.Dec.
l.certum.n.8.C.Vnd.vi.& cons.85.nu.3.Hanne-
ton.de feud.lib.2.c.5.Pern.not.13.nu.4.5.Vulte.
de feud.lib.1.c.9.nu.104.112.Cephal.cons. 301.
num.89.cons.313.num. 20.cons.329.num. 69.
cons.399.num.41.Gail.lib.2.obſer.149.num.3.
obſer.154.num.4. Rim. iun.cons. 246. num. 63.
Socc.iun.cons.62.num.30.in 1.Marta, de ſucceſſ.
legal.p.p.quæſt.23.artic.3.num.52.Peregr.cons.
14.num.7.in 1. Euerard.iun.cons.50.num.12.in
2.Schrader.cons.6. num. 27.Sacca, cons. 50.nu.
10 116.Proinde agnatus † ad antiqui feudi ſuc
ceſſionem admitti cupiens,probare debet, ſe
deſcendere ex primo illo feudum acquiren-
te,c.1.de ſucceſſ.fratr.vel grad.ſucced.Alex.cons.
150.nu.13.in 6.Curt.de feud.p.p.nu.6.7. Zas.de
feud.p.8.in princ.Euerard.cons.45.num.22.in 1.
cons.39.n.3.in 2.ad centeſimum vſq; gradum
Bimi.cons.38.nu.2.vel milleſimum,Sacca,cons.
50.nu.102.103.Nec aliter admittitur,Eue-
rard.iun.d.cons.39.num. 2.

11 Licet autem ea ſit feudiſticæ ſucceſſionis
natura, vt feudum iure ſanguinis, ſiue vt
Caſentin.inquit,Puriſſimo Sanguinis riuulo,
de Caualc.& ſeruit.feudal.c.13.nu.26.p.2.tan-
quam ex propria feudi natura proficiſci te-
ſtentur Omnes, in c.1. An agnat.vel fil. Alſt.
diſput.feud.2.theſ. 13.Vulte.de feud. lib.1.c.8.
num.25.& irrupta maſculæ ſucceſſionis ſerie
Pyermaier, diſquis.feud.c.15.num.18. ad hære-
des tranſeat, atq; id, de ordinaria feudi na-
tura eſſe affirmet, Alſt. diſput.feud 6. theſ.8.
12 minimè tamen ambigendum eſſe † videtur,
quin in ipſo inueſtituræ contractu, ſpeciali
pacto hanc ſucceſſionis indolem alterare,at-
què adeo conuenire poſſint contrahentes,vt
in feudum,non iure ſanguinis, ſed hæredita-
rio ſuccedat, Doct.c.1.An agnat.vel fil.& in c.
1.de feud.non haben.propr.natur.feud. Niell. di-
ſput.feud.1. theſ.10.lit. B. Euerard. iun.cons. 10.
num.29.in 1.Vulte.d.c.8 num.25.Hartman. Ti-
ſtor.lib.2.quæſt.1.nu.3. Kircheu. de inueſtit.pa-
ction.c.2.nu. 15.ex tex. c. 1. de feud. non haben.
propr.

propr.natur. quem de hæreditaria feudi ſucceſſione, *Doctor. ibid.* exaudiunt. Quia feudi natura pactionibus mutari rectè poteſt, *Bimi. cons.* 38.*n.*8.*Georg.de feud.c.*11.*n.*1. pacta dant legem feudis *Schoner.de feud.lib.*1.*diſput.*5.*c.*82.

13 In feudis vero mixtis † licet Deſcendens, vel agnatus non ſuccedat, niſi ſit hæres, non tamen feudum accipit ex ſucceſſione, ſeu iure hæreditario, ſed iure ſanguinis, Adeo vt dempta ſola illa hæreditaria qualitate, in cæteris, ex *Pacto, & Prouidentia*, erit feudũ, *Rimin. iun. cons.*18.*nu.*62.*Surd.cons.*63.*n.*12.*cons.*108.*nu.*10.11.12.*de alim.tit.*4.*quæſt.*18.*num.*22.*Menoch.cons.*690.*nu.*4.*Bardell.cons.*93.*nu.*52.*cons.*101.*nu.*139.*Morot.cons.*83.*nu.*5. vnde ſuccedere dicitur iure proprio, vt ex tunc, & vt primi, non vltimi inueſtiti hæres per intermedias aliorum perſonas, *l. qui per ſucceſſionem. ff. de reg.iur. Soc.iun.cons.*42.*num.*8.*in* 3.*Schrader. cons.*13.*nu.*200.201.*Decian.cons.*17.*num.*24.*in* 4.*Bardell.cons.*101.*num.*140.*Surd.cons.*63.*nu.*18.19.20.*cons.*108.*d.nu.*11.*Euerard.iun.cons.*20.*num.*21.22.*in* 2. mediatè, vel immediatè, *Marin.de feud.tit.*3.*nu.*19.*Kobl.exercit.*2.*ſub nu.*12.*Bimi.cons.*212.*num.*52. & alij, *in prælud.*4.*nu.*43. cum illud quiſq; recipit à concedente, *l.ſi arrogator.*§.1.*ff.de adopt. Fulgos.num.*6.*Caſtr.num.*4.*in l.adoptiuum.*§.*patronum.ff. de in ius vocan.cons.*312.*nu.*3.*in* 1.*Roland.cons.*15.*n.*23.*in* 4.*Intrigl.feudal.centur.*2.*artic.*31.*num.*2.*Crauet.cons.*622.*num.*7.*Valenzuol.cons.*69.*nu.*154. vel ex pacto inter primum acquirentem, & feudi Dominum inito, *Euerard. iun. cons.*50.*num.*12.*in* 2.*Toming.decis.*27.*num.*21.22. nec vnus ab alio cauſam habet, *Crauet. cons.*197.*nu.*1.*Soc.iun.cons.*72.*nu.*30.*in* 1.*Cephal. cons.*4.*n.*43.*Paris.cons.*65.*nu.*18.*in* 3.*Hartman. Piſtor.lib.*2.*quæſt* 6.*num.*9.*Kobl.exercit.*3.*num.*28.*Schrader.de feud.p.*10.*ſect.*20.*num.*72. Proinde alia eſt inueſtitura vnius, alia inueſtitura alterius, *Bardell.cons.*101.*nu.*141.*Schrader. cons.*1.*nu.*46. quot enim ſunt perſonæ, totidem ſunt inueſtituræ *Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quæſt.*23.*artic.*3.*num.*58. Tot conceſſiones, *Paris. cons.* 23.*num.*129.130.*in* 1.*cons.*65.*nu.*17.*in* 3.*Gratian.diſcept.*247.*nu.*11. Frecc. *de ſubfeud.lib.*3.*quæſt.*20.*Menoch.cons.*1034.*nu.*2.*cons.*985.*num.*2.*cons.*1153.*num.*3.*Peguer.decis.*113.*num.*2.*Gamm.decis.*174.*nu.*21.*Auendan. l.Thaur.*40.*glos.*1.*n.*17.37.*Did.Burg.ciuil.quæſt.*10.*nu.*40.*Bardell. cons.*101.*num.*142.*Euerard. Iun.cons.*50.*num.*12.*in* 2.*Raudens. de analog.c.*32.*num.*52.*Fab.Ann.cons.*67.*nu.*52. Tot ſunt feuda, *Menoch.cons.*1094 *nu.*11. Addit, *Ruin. cons.*38.*num.*16.17.*in* 1. Agnatos non ſucceſſionis, ſed conuentionis iure feudum, licet Mixtum, accipere, *Pute.de reintegr.feud.c.*284.*num.*3.*Peregr.cons.*14.*num.*8.*in* 1.

14 Illud etiam † in feudi hæreditarij ſucceſſione obſeruandum inquit, *tex.c.*1.*& ibi, Iſern. de natur.ſucceſ. feud.* vt non primi acquirentis ſed vltimo defuncti proximitas inſpicienda ſit, *Bald.cons.*200. *ad fin.in* 5.*Socc.cons.*86.*ad fin.in* 3.*cons.*74.*num.*16.*in* 4.*Dec.cons.*445.*nu.*19.*Surd.cons.*317.*num.*36.*Caldas, cons.*27.*num.*3.*Menoch.cons.*1276.*nu.*19. Vel quod vltimo defuncti hæres ſit, *Curt.iun.cons.*138.*num.*24.*Alciat.cons.*1.*num.*27.*lib.*3.*Aldouin.cons.*3.*nu.*13.*Euerard.iun.cons.*20.*num.*21.*in* 2.*Bim.conſ.*212.*num.*53.54.55.*Oſaſc.cons.*52.*num.*8.*Coſta, cons.*8.*num.*5. nec ad eos tranſit, qui allodialium hæredes non ſint, *c.*1.*An agnat. vel fil. Bald.l.cum virum.C.de fideicom. Rip.l.in quartam.num.*180.*ff.ad l.falcid. Ginot.*§.*quædam actiones.num.*13.*inſtit.de action. Iacob.Franc.de feud.nu.*110.*Clar.*§.*feudum.quæſt.*8.*Crauet.cons.*256.*ad fin. Gabr. tit. de verb. ſignifi. conclus.*3.*Gail.lib.*2.*obſer.*154.*num.*10.*Craſſ.*§.*hæreditas. quæſt.*11.*num.*5.Menoch.*cons.*89.*num.*27.70.*cons.*104.*num.*34.*cons.*158.*num.*4.*cons.*191.*num.*8.*cons.*202.*nu.*67.*conſ.*321.*num.*41.*cons* 400.*num.*57.68.*cons.*454.*num.*18.*cons.*464.*num.*11.*cons.*498.*num.*8.*cons.*640.*nu.*17.*cons.*772.*num.*6.7.*cons.*930.*num.*43.*cons.*931.*num.*81.*Franc.decis.*1.*num.*22.*Fuſc.lit.F.ſingul.*58.*Medic de Morte, p.*3.*num.*121.*Molin.de iuſt. & iur.diſput.*472.*Fachin.lib.*7.*iuris.controuerſ.*5.*Peregr.de fideicom.artic.*36.*num.*108.*cons.*7.*nu.*1.*cons.*8.*n.*37.*cons.*9.*nu.*9.*in* 1.*cons.*16.*nu.*15.*in* 2.*Gizzarell.decis.*36.*num.*21. & Vniuerſalis, *Euerard.iun.cons.*10.*num.*59.*in* 2.*Dec.cons.*185.*num.*5.*Paris.cons.*16.*num.*13.*cons.*23.*nu.*189.*in* 1.*Aldouin.cons.*4.*num.*12. 29.*Schrader.cons.*1.*num.*405.

15 In feudo † autem non hæreditario, Primi acquiſitoris proximitas attenditur, *Caldas, cons.*27.*num.*4. repræſentationis iure, quæ in infinitum datur, vt filius ſubintret in locum patris, *Gabr.tit.de ſucceſ.ab inteſt.conclus.*1.*nu.*7. quod indubitatũ affirmat, *Tiraq.de primog. quæſt.*40.*num.*18.*Decian.cons.*9.*num.*5.*in* 2.*Latius cons.*55.*num.*12.*in* 3.*Petra, de fideicom. quæſt.*11.*nu.*151.*Ponte, feud.lect.*12.*nu.*17.33.42.*Sacca, cons.*50.*n.*117. quia ſuccedit primo

Cæterum, ius hoc à Longobardis diutiſſime obſeruatum, à Francis pluſculum primogenijs fauentibus, immutatum reperitur, *c.*1.*in princ. &* §.2. *Conſtit.feud. Lothar. c.*1.§.*& quia.vbi, Cuiac.de his qui feud.dar.poſſ. Thom. Marin.de feud.tit.de feud.iur.francor. Suarez, l. quoniam.dub.*1.*ad fin.C.de inoff.teſtam. Carol.Sigon. de regn. Ital. lib.*8.*hyſtor.* Conrad. *Can-*

ter.

nèt.c.Volentes.§.2. num.1. Minad.*ad Conſtit. in aliquibus.num.24.Marta, claus.34. num.7.p.2.*
16 Fuitq; in hoc Siciliæ regno, ſpeciale, *Francorum* ius inſtitutum † continens in ſe prærogatiuam ſexus, & ætatis, vt inter duos coniuntos vaſallo defuncto ſuccedere contendentes, Maſculus fœminam præcedat, & Maior natu Minorem, *ad tex.d.Conſtit. vt de Succeſſionibus.& d.c.ſi aliquem.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.4.quæſt.1.num.4.p.8.quæſt.6.num.2.* Commune ergo feudorum ius, in ijs feudis, locum non habet, in quibus iure Francorum viuimus, *Bolognet.cons.9.nu.31.* Cuius clauſulæ effectus eſt, vt ſolus primogenitus in eo ſuccedat, *c.1.§.hoc quoq; de ſucceſſ.feud.Angel.conſ.287.num.8.Bolognet.d.num.31. Marta.claus.34.num.1.p.2.* quod ampliatum
17 eſt in Regno † ad Fœminam primogenitam, *ex d.Conſt.vt de Succeſſionibus.& d.c.ſi aliquem.* Niſi maritata ſit & dotata, quæ à ſecundo genita in Capillo excludereretur, *d.c.ſi aliquem.& ibi,Cumi.glos.maritata.d.nu.355.380.Afflic.d.conſtit.vt de ſucceſſionibus.Gregor.p.4.quæſt.5.Ponte,cons.10.cons.21.nu.33.Goerg.alleg.9.n.11.18. Manent. decis. 1.num.36,Marta,claus.34.num.2.p.2.Bolognet.cons.8.num.22.Corſet.ad cons.26.* Sed quando? dicemus copioſè, *ad Reg.Carol.c.204.* Interim, *Maſtrill.* adeas *ad Pe-*
18 *tr.Gregor.d.quæſt.5.lit.C.* & cum ſpeciale † ſit *Francorum ius* non præſumitur, *Iſern.c.1.§.præterea.de probib.feud.alien.per Freder.Afflic.decis.248.Pern.cons.3.nu.1.cons.14.nu.7.cons.18.nu.3.Maran.p.3.princ.nu.131.Intrigl.feud. centur.1.quæſt.6.nu.16.63.Marta.claus.34.nu.12.p.2.Capic. feu lal. inueſt. verb. iure francorum. Cumi.in prælud.c.ſi aliquem.nu.31.Frec.de ſubfeud.lib.1.tit.de orig.feud.num.87.Cannet. c. volentes.§.ſed Operæpretium. num. 6.* Illudq; Alleganti probandi onus incumbit, *Iſern.d.§.preterea.Bald.l.filium quem habentem.C.famil.hercisc.Marcabr.cons.54.num.4.Marta,d.claus.34.num.12.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.4.quæſt.1.Ponte.feud.lect.12.num.3.Cumi.d.num.31.* Niſi notoria ſit in loco conſuetudo, *Iſern.in Conſtit.Puritatem.Afflic.decis.248. Vrſill. ad Afflic.decis.119.nu.3.Thom.Marin.de feud.tit.de feud.iur.francor.num.7.Marta, d. clauſ.34.num.13.*

Speciale hoc Francorum ius, in eo quoq; iuri communi feudorum derogat, quod com-
19 muni iure filia fœmina † regulariter à feudi ſucceſſione excluditur, *c.1.§.filia vero.de ſucceſſ.feudor.Cumi.in prælud.c.ſi aliquem.num.73.Bero.cons.108.num.7.in 1.cons.152.num.38.in 4.Schrader.cons.12.num.1.Menoch.cons.443.num.37.cons.587.nu.17.Intrigl.feud.centur.1.quæſt.6.nu.15.Pacian.lib.2.de probat.c.39.nu.11.c.36.num.39.Decian.cons.24.num.1.in 1.* Imo & à feudi eccleſiaſtici ſucceſſione repelluntur fœminæ, *Fulgos.cons.4.cons.222.Curt.de feud.p.p.3.p.num.4.Schrader.cons.12.nu.3.* è Francorum tamen iure ad feudi ſucceſſionem admittitur fœmina, *Bart.l.iuris iurandi.§.ſi liberi.num.5.ff.de opert.libert.Corn.cons.199.num.37.in 2.Valenzuol.cons.97.num.114.Tiraq.d.primog.quæſt.10.num.3.Molin.de primog.lib.3.c.8.num.9.Gregor.de conceſſ.feud.p.4.quæſt.1.nu.8.quæſt.2.nu.2.p.6.quæſt.14.nu.11.quæſt.16.num.2.7.Maſtrill.decis.56.num.1.Pacian.cons.26.num.65.66.Surd.conſ.384.nu.23.* ſeruata Sexus prærogatiua, Quo maſculus fœminæ præferatur, *d.c.ſi aliquem.Petr.Gregor.d.conceſſ.feud.p.4.quæſt.1.num.7.8.* licet fœmineum ſit feudum, *Pacian.cons.49.num.8.68.* dumodo Maſculus in eodem ſit Gradu, ſi verò iu remotiori, ab eo fœmina non excluditur, *Corſet.cons.24.num.1.Milanens.decis.8.num.229.p.p.*

At cum propria feudi natura de iure communi hæc ſit, vt ius perpetuum tribuat, &
20 ad maſculos hæredes æqualiter † transeat ſintq; feuda omnia diuidua, *c.1.§.item illud.de ijs, qui feud.dar.poſſ.c.1.§.omnes filij.ſi de feud.defunc.fuer.content.c.1.de Succeſſ.feud.Cuiac.de feud.lib.3.tit.1.Valaſc.de iur.emphit.quæſt.38.n.12.Bolognet.cons 9.num.30.Mareſcot.lib.2.reſol.120.num.1.Euerard.iun.cons.21.num.78.in 1.Clar.§.feudum.quæſt.44 nu.2.Tiraq.de primog.quæſt.4.n.22.Polidor.Rip.de indiuid.p.2.quæſt.2.à num.2.* Niſi inæquali feudi diſtributioni, à Patre factæ conſentiant filij, quorum intereſt, *Euerard.iun.d.cons.21.num.79.* Speciali,
21 tamen, Francorum iure ſunt † Feuda omnia indiuidua, *ex Afflic.decis.219.num.2.decis.254.num.4.Bammacar.c.1.§.beneficium.n.99.ſi de feud.defun.content.fuer.Georg.de feud.c.49.nu.3.* Vt ad vnum perueniant, ſeruata Sexus, & primogenij prærogatiua, *ex d.Conſtit.Vt de ſucceſſionibus.& d.c.ſi aliquem.Afflic.decis.11.decis.28.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.4.quæſt.1.nu.9.Valaſc.de iur.emphit.quæſt.40.nu.*
22 *13.Bolognet.cons.9.nu.31.* Nihil enim † aliud eſt *Ius Francorum*, quam prærogatiua primogeniti, *Iſern.c.1.§.omnes filij.ſi de feud.defunc.content.& in c.1.§.præterea.de prohib.feud.alien.per Frider.Georg.de feud.c.49.num.5.6.Ponte,feud.lect.12.num.3.Cannet.in c.ſi aliquem.§.Textus in iure Francorum.nu.1.Corſet.cons.11.n.23.Burſ.cons.148.num.38.* Cum ſolus primo-
23 genitus † ſuccedat in feudo, *Bolognet.cons.9.num.31.Larath.cons.3.num.5.6 Franc.decis.4.num.3.16.Ponte,cons.3.num.43.in 1.* Vt nec auferri poſſit, non enim à Patre, ſed à Lege

ius

ius hoc habet primogenitus, *l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. ff. de adopt. Emil. Gall. de except. in ſucceſ. ab inteſt. excep. 2. nu. 52. p. p.* cum
24 ſit regulare, vt in ijs, quæ † vni deferuntur, Primogenitus ſuccedat, *Peralt. l. vnum ex familia. §. ſed ſi quis fundum. nu. 19. ff. de legat. 2. Menoch. cons. 158. num. 42. Surd. cons. 279. num. 19. cons. 369. num. 13.*

25 Verum inſpecto cõmuni † feudorum iure, Tranſuerſales in feudo nouo regulariter non ſuccedunt, niſi ex pacto, *c. 1. de benef. fratr. c. 1. de duob. fratrib. de nouo. benef. inueſt. gloſ. in c. 1. de ſucceſſ. fratr.* quæ cum dixerit, Feudi ſucceſſionem deferri ad deſcendentes (ſubdit) Deſcendentes autem ideo dixi, quia ad lineas ex tranſuerſo non porrigitur, *Alex. cons. 204. in 2.* certiq; iuris eſt, per ſaltum non de-
26 ferri feudum † de Fratre nempè in Fratrem *gloſ. §. in his autem. verſ. primo quidem ani. v. in Proem. Digeſtor. Siluan. cons. 30. ſub num. 21. Anton. Monach. Florent. decis. 54. num. 19.* licet deſcendentes ex primo inueſtito non ſint, ſed ad Dominum reuerteretur feudum, *Angel. cons. 110. nu. 4. cons. 287. nu. 7. Euerard. iun. cons. 44. nu. 1. in 1. Pacian. cons. 26. nu. 108. & de probat. lib. 2. c. 38. num. 62.* Rim. iun. *cons. 513. num. 68. cons. 339. nu. 89. cons. 410. nu. 35. Burs. cons. 128. nu. 24. Tuſc. lit. F. conclus. 103. num. 10.* etſi iure antiqui feudi conceſſum illud ſit, *d. 1. §. & quia vidimus. de his qui feud. dar. poſſ. Iaſ. cons. 152. nu. 23. in 1. Schrader. cons. 1. num. 248. Pacian. cons. 26. num. 109.* qui periculoſum hoc eſſe ſubdit.

Speciali tamen *Francorum Iure*, tranſuerſa-
27 les † vſq; ad certum gradum in feudo ſuccedunt, *d. Conſtit. Vt de ſucceſſionibus. & d. c. ſi aliquem. Perri. cons. 12. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. queſt. 1. num. 16. Milanens. decis. 8. num. 64. 65. p. p.* proinde feuda regni Siciliæ, inquit, *Angel. cons. 110. num. 5.* per ſaltum deferuntur de fratre primo inueſtito, in fratrem etiam vterinum, *ex Reg. Carol. cap. 258. Tuſc. lit. F. conclus. 103. num. 11.* & tunc licet de linea in lineam fiat tranſitus, ſucceſſiuus tamen inter Collaterales ipſos ſeruari dicitur ordo, *l. fin. C. de verb. ſignif. c. 1. de natur. ſucceſ. feud. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 68. Anton. Monach. Florent. decis. 54. num. 20.* In alijs autem non expreſſis, concordat Francorum ius, cum communi feudorum iure.

His, & Tertio ius Siculorum ſuperuenit, quod medium ius eſt, ſeu media iuris prudentia, continens in ſe mixturam quamdam in ſucceſſione, & alienatione feudi, cum communi feudorum iure, & cum ſpeciali Francorum iure, quia partim conuenit vtrique, partim diſcrepat ab vtroquè. Proinde in hoc Siciliæ Regno, nec mero iure Feudorum viuit Baro, quia in pluribus derogatum ei eſt per ius Siculorum (de quibus mox dicemus) Nec mero iure Francorum: Speciale enim ius eſt, nec obtinet, niſi vbi ex forma conceſſi feudi, hoc expreſſum reperitur, cum feu-
28 dales † conſuetudines contraria conſuetudine derogentur, *Dec. cons. 39. nu. 12. Paris. cons. 13. nu. 20. in 1. Theming. cons. 5. nu. 117. in 1. Pacian. cons. 26. nu. 58. Schrader. cons. 13. num. 122. 208.* & ab ea vires aſſumunt, *Rimi. cons. 162. nu. 6.* & legem, *Decian. cons. 24. nu. 2. in 5.* ſi eius loci conſuetudo ſit, vbi ſitum eſt feudum, *Pacian. cons. 149. num. 101. Griuell. decis. 63. nu. 8.* ſiue generalis, vel particularis, *Becc. cons. 129. num. 13.*

29 Siculorum itaquè iure Feuda ſunt indiuidua, ex *Iacob. Reg. Cap. volentes. 28.* ibi, *Feudo ipſo Indiuiſo, & integro perdurante.* Quod noſtri intelligunt, Tum reſpectu partis integralis, Tum partis ſubiectiuæ, *Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. queſt. 1. nu. 11. 12.* Tum reſpectu corporis Tum reſpectu adminiſtrationis, quæ Maiori natu competit, *Surd. cons. 403. num. 67.* etſi aliter ſenſerit, *Bart. in l. inter tutores. ad fin. ff. de admin. tutor. Rim. Iun. cons. 513. num. 14. Decian. cons. 29. num. 29. in 5.* Intereſt enim Domini feudum præſeruari integrum, *Larath. cons. 2. num. 13.* ne obligatiò, & ſeruitium diuidatur, *Curt. de feud. p. 4. num. 143. ad fin.*

30 Sed hoc verum † in feudo (à Principio) integro, Quod tamen diuidi non poteſt, *d. c. volentes.* Secus ſi à principio feudum vnum in plura feudorum corpora diuiſerit cõcedens, cuius vna pars, poteſt eſſe vnius, altera alterius, nec incompatibile eſt, *Albert. Brun. cons. 127. Corſet. cons. 18. num. 30.* quia Rex vnum diuidit in plures, & è contra, *l. 1. C. de metrop. beryt. lib. 11. §. illud. Auth. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag. Brun. cons. 54. nu. 4.* & de vno feudo plura, à principio potuit conſtituere, *Iſern. de controuerſ. feud. apud pares termin. num. 11. Frec. de ſubfeud. lib. 1. de orig. baron. num. 30. Ponte, cons. 57. num. 8. Larath. cons. 3. num. 10.*

In hoc ergo, Siculorum ius diſſimile eſt à iure communi feudorum, quo iure feuda omnia ſunt diuidua. Simile eſt iuri communi Francorum, quo feuda ſunt indiuidua, ex *d. Conſtit. Vt de ſucceſſionibus. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. queſt. 16. Ponte, decis. 40. nu. 21.* & licet ius Siculorum expreſſam non induxerit, Sexus, & ætatis prærogatiuam, illam tamen commune Francorum ius ſupplet, cū
31 enim † Feudum integrum, & indiuiſum remanſerit, neceſſe eſt, vt ad vnum perueniat

natu

natu maiorem, *Balzcran.c.1.num. 28. de gradib ſucced. in feud. Pern.cons.4. Rim.iun.cons.256. num.21*, Prærogatiuæ ergo Sexus, & ætatis ratione, ius Siculorum iuri Francorum conuenit.

32 Feuda omnia † in hoc Siciliæ regno, Siculorum iure effecta ſunt alienabilia, Allodialium inſtar, *ex c. volentes. Bolognet.cons.5. num.37. Burs.cons.150.num.60.* Tum inter viuos, Tum in vltima voluntate, abſq; alia viuentis Regis licentia, dummodo in vnam eamdemq; perſonam digniorem, vel æquè dignam (quod non procedit in fæmina, quæ licet æquè nobilis ſit, non erit æque digna ratione ſeruitij, quod præſtare etiam poſſet per ſubſtitutum, *Ponte, decis.40.num.21.*) integrum, & indiuiſum transferatur, *d. c. volentes. Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.4. quæſt.1. nu.15.*

33 Proinde † licentiatus ſimpliciter ad vendendum alienandum, vel diſponendum de feudo, dicitur licentiatus de toto feudo in vnicam perſonam, non autem viri iter, vel diuiſim, ſeu pro parte, in plures perſonas, *Frec. de ſubfeud.lib.2.quæſt.6.8 Ponte, cons.57.nu.31. in 1. Corbul.de caducit.emphit.ob alien. Ampl.3. Fuſc.lit.L.ſingul.25.ad fin. Gratian. diſcept.229. nu.7. Mozz.de feud.rub.ex quib.cauſ.feud.amitt. nu.168. Schrader.de feud.p.8.c.4.nu.15.16. Roſentall.de feud.c.9.conclus.33.à num. 9. Intrigl. feudal.cent 2 artic.2.nu.291.artic.5.nu.35, 80. Bardell.cons.35.nu.14. Canuet.c.volentes.§.explicitis.nu.17.24.& §.ſed quia permittit. num. 10. Surd.decis. 188.num.1.2.* haberet enim Dominus tali in caſu plures vaſallos, & obligationem diuiſam, eiuſq; domini conditio deterior redderetur, ob tardiorem ſeruitij exactionem à pluribus faciendam, & minutatim, *l. plane.ff. famil. hercisc.* & difficiliorem feudi deuolutionem, vel caducitatem *Frecc. d.quæſt.6.8. Bardell.cons.35.nu.15.* imo obſtaret natura feudi, quam ex *c. volentes.* diuidi prohibitum ſatis eſt, cum nec feudi conditionem deteriorem facere poſſit vaſallus, *Becc. cons.101 nu.66* nec ſingularibus rebus feudalibus, ſed ipſi vniuerſitati feudi ſeruitium incumbit, quod pro rata nec tranſit, *glos. in Conſtit.conſuetudinem.verb.de quibus. Lanar.cons. 30.num.16.cons.40.num.2.cons.92.num.13.*

34 Sed in hoc diſcrepat † ius Siculorum à iure communi Longobardorum, quod expreſſim omnem prohibet alienationem totius, vel partis ipſius feudi, nemo enim poteſt abſquè Domini permiſſu de Feudo diſponere, *c.1.de probib.feud.alien.per Feder. c.1.§. donare. qualit.olim.feud.alien.pot. Pacian.cons.26.num. 1. Aldouin.cons.5.num.15. Surd.decis.11.ad fin. Polid.Rip.obſeru.370.num.3. Cephal.cons.694. num.35. Becc.cons.151.num 8. Georg. Alleg.18. num.29.* etiam Teſtando, *c.1.ibi, nulla ordinatione defuncti manente, vel valente. de ſucceſſ.feud. c.1.§.donare. qualit.olim. feud. alien.poter. Socc. cons.19.in 1. Curt.de feud.p.4.num.125. Decian cons.3.nu.155.cons.7.nu.10.in 4.cons.71. num. 11.in 5. Euerard.iun.cons.29.num.123.in 1. Pacian. de probat.lib.2.c.39.nu.40. Portoles, de Conſortib.c.13.nu.3. Ponte, decis.40.nu.11. Georg.alleg.12.nu.44.* nec pro Anima, *c. imperialem. de probib.feud.alien.per Frider. Abb.num.18. Felin. num.70.71. Dec.num.146. Bero. num. 198. in c. quæ in eccleſiarum.de Conſtit. Dur.reg.327. Burs. cons.291.num.90.cons. 171. num. 58. Euerard. iun.cons.30.num.2.in 2. Gratian.reg.190. Surd. cons.305.num.3.cons.382.num.40. Decian.cons. 3.num.193.in 4. Portoles, de Conſortib.c.50.nu. 4.12.13. Roland.cons.42.nu.2.in 1. Paris.conſ.7. nu.13.in 1. Schrader.de feud.p.7.c.2.num.4. Roſental.de feud.c.7.conclus.2.num.7.* exceptis caſibus, *à Clar.§. feudum. quæſt.40.* Imo Principis conſenſus, viuo diſponente interuenire debet, alias nulla eſt diſpoſitio, *Cephal.cons. 617.num.165.*

Diſſimile etiam eſt à iure Francorũ, quod in hoc concordet cum iure communi Feudorum, *vt in Conſtit. Diuæ Memoriæ. in princ.* Nec, *c. volentes.*

35 procedit † in feudo, in quo viuimus, Iure Francorum, quia conceſſionis forma, ex Iuris Francorum clauſula, Feudi alienationi repugnat expreſſim, *Petr. Gregor.d.quæſt.1.num.17.* Quod verum in feudo antiquo, ſub forma iuris Francorum, non in feudo nouo, de quo diſponere primus acquiſitor poteſt, Tum inter viuos, Tum in vltima voluntate, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud. p.3.quæſt.7.p.4.quæſt.1.num.18.* Proinde ius Siculorum in feudo nouo, Iuri Francorum adhæret, in feudo antiquo diſcrepat ab illo.

36 Porrò ius Siculorum deficiente † legitimo hærede per lineam deſcendentem etiam in feudo nouo admittit Tranſuerſales proximiores vltimo decendenti ad ſucceſſionem feudi, vſq; ad Trinepotem, & ſic vſq; ad ſextum gradum incluſiue, *ad tex.c. ſi aliquem.* Quod à Federico Rege *ex c. Conſtitutionem. 30.* declaratum, ampliatumq; exinde vidimus, vt procedat etiam in feudo nouo *Pern.cons.8.* Corrigit ergo ius commune Feudorum, quo iure frater in feudo nouo non ſuccedit fratri, niſi ex pacto, *vt dixi num. 25.* & ampliat ius Francorum vſq; ad trinepotem in ſucceſſione Collateralium, tum in nouo, tum in antiquo feudo, Item ius Siculorũ in hoc Regno locum habet ex teſtamento

vel

vel qualibet alia vltimæ voluntate, non repu
gnante conceſſionis forma, *ex d.c. volentes.*
Ideo filio ſecundo, vel tertio genito relin-
qui poteſt feudum, ſi mixtum ſit; Certi e-
num iuris eſt, licitam eſſe ætatis poſtergatio-
nem in feudo formæ mixtæ, *ex Menoch. cons.*
61.nu.5.cons 504.nu.7.cons.401.nu.16.Burs.
cons.295.nu 77. quod in Regno dubium non
eſſe innuunt. *Pern. cons. 4.conſ.13.nu.7.Gregor.*
de conceſſ.feud.p.2 quæſt.10.num.37.p.4.quæſt.
6.num 9.p.6.quæſt.10.num.20.quæſt.15.num.
6.Cumi in c.ſi aliquem.glos.antiquis.num.87.88.
Intrīgl.de feud centur.2.artic.41.num.8.Corſet.
cons.6.num 16.& ibi *Don Petr filius.in Scholijs.*
nu.8. & in cons. 8.num.5. Vel extraneo ſi hæ-
reditarium illud ſit, dummodo relinquatur,
perſonæ æquè dignæ, ſi nec aliter conceſſio-
nis forma repugnet: Et in hoc penitus diſcre
pat à communi feudorum iure; Quo feuda
non iure hæreditario deferuntur, ſed ex con-
37 cedentis † prouiſione, & ab inteſtato, *Aluarot.*
c.1.de ſucceſ.feud. qui ſic explicat *tex.c.1.de ſuc*
ceſſ.fratr. dū in eo dicitur, *Per ſucceſſionem quoq;*
ſicut per inueſtituram beneficium ad nos pertinet.
Exponit, ibi, *Aluarot.* per Succeſſionem, ſcili-
cet ab inteſtato. Cum ex teſtamento non ac-
quirantur, quia feudi ſucceſſio agnato proxi-
miori competit, defuncti teſtamento, non
obſtante *Afflic.in Conſtit.Diuæ memoriæ.not.1.*
Cumi.in c.ſi aliquem glos.antiquis.nu.126.Anna,
rub.de Vaſall.decrep.ætat.nu.98.Georg.alleg.12.
num. 10.alleg.19.nu. 13.14 cum debitum illi
ſit feudum ex neceſſaria quadam reſtitutio-
ne, *nu.17.* quod capere poteſt Primogenitus
ex ſe ipſo, contra teſtamentum, *Georg. alleg.*
18.nu. 20.Ponte, decis.40.nu.10.13.Gizzarell.
decis.28.à nu.2. nulla enim ordinatio in ſuc-
ceſſoris præiudicium fieri, poteſt in teſtamen
to. *Aret.conſ.164.col.4.Rim.iun.cons.141.nu.*
57.cons.410.nu.36.Purſ.cons.131.nu.42.
Ab inteſtato, *Ius Francorum*, Locum ven-
38 dicat † vt Maſculus, vel maior natu, Tum in
nouo, Tum in feudo antiquo ſuccedat: Tum
in deſcendentium, & in Collateralium ſucceſ
ſione, *Corſet.cons.7.num.8.Intrigl.feud.cent.1.*
quæſt.50.num.210. non inter Aſcendentes,
Intrigl.d.quæſt.50.num.219. qui in prædefun-
39 cti † filij feudo indiuiduo regulariter non ſuc
cedunt, *c.1.de natur.ſucceſſ.feud. Mozz.de ſub-*
ſtant.feud.nu.7.Schrader.de feud.p.7.c.6 Cephal.
cons.151.num. 19.cons.641.num.18.Vulte.de
feud.lib.1.c.9.nu.101.Intrigl.feud.centur.2.artic.
4.num.1.Roſental.de feud.c.7.conclus.27.Cumi.
in prælud.c.ſi aliquem.num.39.& ibi Cannet.§.at
non erit.num.7.Ponte, feud.lect.13.nu.50. Tho-
mas.Marin.de feud.tit.2.à num.19.Lanar.cons.
68.num.15.Mantic.de tacit.& ambig.lib.23.tit.
10.num.1.Georg.alleg.16.à num.9.
Quod ius francorum à iure Siculorum
fuit in hoc introductum, *ex d.c. ſi aliquem*
& d.Conſtit.Vt de ſucceſſionibus. quæ ab inteſt-
to tantum loquitur & tam in feudo cōceſſo,
quàm in concedendo, *Pern.cons. 8. latè Petr.*
Gregor. de conceſſ.feud.p.4.quæſt.1.num.22.
Imo addunt, Quod dicitur, in hoc Siciliæ re-
gno, viuimus iure francorum, intelligendum
(ab inteſtato) eſſe, *Pern.cons.4.Petr.Gregor.de*
conceſſ.feud.p.4.quæſt.12.Intrigl.feud.centur.1.
quæſt.6.num.69.Corſet.cons.7.num.8. cuiuſ-
cumq; formæ ſit feudum, *Cannet.c.ſi aliquem.*
§.ſed præſtat.num.4.11.Intrigl.d.quæſt.50.num.
108. Quia in expreſſa diſponentis voluntate
locum habet, *d.c.volentes.* Imo dici poteſt
quod etiam ab inteſtato ſuccedet, & locum
habeat ius Siculorum. Cum enim feudum
integrum, & indiuiſum peruenire debeat ad
vnum, & digniorem; ceſſante expreſſa feu-
datarij diſpoſitione, ſuccedet tacita Regni
Legis diſpoſitio, qua feudum ad vnum per-
uenire debeat, & digniorem, & ſic ad Ma-
ſculum, vel ad Maiorem natu, ac per con-
ſequens, ex diſpoſitione iuris Siculorum, &
ex d.c.volentes. ſuccedit tacita iuris franco-
rum diſpoſitio, vt ab inteſtato, Sexus, & æ-
tatis prærogatiua ſeruetur, *Petr.Gregor.de*
conceſſ.feud.p.4.quæſt.1.num.23.
His ſic poſitis, infertur, Quod licet in hoc
Siciliæ regno regulariter viuamus iure Fran
corum, exceptis ijs ſolum caſibus, in quibus
aliquid expreſſim fuerit à Regni, *Conſtitut.*
Prag.vel Capit. prouiſum, in his viuimus Iu-
re Siculorum, à quo vt poſteriori derogatum
illi fuit, *arg.c.1.de conſtit. in 6.l.pacta nouiſſima.*
C.de pact.Rip.in c.1.num.55.Felin.c.non vili.nu.
4.de reſcript.Ias.l.barbarius. num. 44.ff.de offic.
prætor.Lanar.cons.23.num.4.Menoch.recup.poſſ.
remed.9.num.391. & lib.4.præſum.40.à num.
17.Tuſc.lit.L.conclus.260.nu.19.lit.P.conclus.
451.Gonzal.Cancell.regul.glos.9.§.1.num.51.
Pute.decis.164.num.2.in 2.Gabr.de iur.quæſit.
non tollen.conclus.1.num.77.conclus.21.nu.26.
Tum maximè ſi poſterior lex priori ita ad-
uerſetur, vt duo eſſent pugnantia, *ex Bart.*
num.5.Ias.num.54.ff.de legib.Corſet.ſingul.cor-
rectio.ad fin. Menoch.recup.poſſ.remed.9.num.
344.ad tex.l.ſed & poſteriores.vbi, Turamin.ff.
de legib. Verum ſi in feudi conceſſione ex-
preſſum ſit, quod in eo viuamus iure Fran-
40 corum, ſeruandum illud erit Ne à † conceſſi
feudi forma recedere videamur, *c.1.de duob.*
fratrib.à Capit.inueſt.Alciat.cons.133.num.41.
in 5.Roland.cons.78.num.12.in 4.Pappon.cons.

97. *num.* 2. *Lanar. cons.* 1. *num.* 13. *Caball. crim.*
reſol. 182. *nu.* 2. *Mareſcot. Var. lib.* 1. *c.* 26. *num.* 7.
Alba, cons. 383. *nu.* 6. *Thoming. cons.* 8. *num.* 74.
cons. 14. *nu.* 42. *in* 1. *cons.* 2. *nu.* 31. *in* 2. *Becc. cons.*
193. *nu.* 9. *Canal. decis.* 36. *nu.* 191. *p.* 2. *Rim. iun.*
cons. 556. *nu.* 54. *Gratian. diſcept.* 372. *num.* 1. *di-*
ſcept. 663. *nu.* 5. *Oſaſc. decis.* 23. *n.* 2. *Lancell. Gall.*
conſ. 87. *nu.* 6. cum veluti caſus legis ſit, & in-
ſtrumenti, *Bald. cons.* 215. *nu.* 3. *in* 3. *Lancellot.*
Gall. cons. 84. *nu.* 31. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.*
13. *tit.* 19. *nu.* 10. Feudi enim lex ab inueſtitu-
ra ſumitur, *c.* 1. *& ibi, notat, Bald. de duob. fratrib.*
à Capit. inueſt. & in prælud. feudor. n. 47. *Lancell.*
Gall. cons. 87. *nu.* 4. 7. *Mantic. d. lib.* 23. *tit.* 19. *nu.*
1. Imo & feudi qualitas, *Monald. cons.* 17. *num.*
18. *in* 2. *Canal. decis.* 36. *n.* 194. *p.* 2. *Raudens. cons.*
2. *nu.* 168. *vol.* 2. *Gizzarell. decis.* 28. *num.* 35. ac
Succeſſio, *Thoming. d. cons.* 8. *num.* 97. 74. *Teſ-*
saur. Forens. quæſt. 100. *num.* 14. *lib.* 1. *Morot.*
cons. 29. *num.* 3. *Mantic. d. lib.* 23. *tit.* 8. *num.* 8.
cuius formam alterare nec poteſt Princeps,
Teſaur. d. quæſt. 100. *nu.* 18. *Seraph. decis.* 325. *nu.*
2. *Pinell. l.* 2. *9. p. c.* 2. *num.* 18. *ad fin. C. de reſcind.*
vendit. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. *tit.* 20.
num. 1. 5. Proinde in omni controuerſia illius
tenorem inſpici, *ex Afflic. decis.* 195. *nu.* 5. *Pet*
ris. cons. 2. *num.* 24. *cons.* 17. *num.* 16. 17. *cons.* 23.
num. 65. *in* 1. *Roland. cons.* 23. *nu.* 2. *in* 1. *Ceſtas*
cons. 8. *nu.* 20. *cons.* 55. *nu.* 1. *Alba, cons.* 754. *nu.*
2. *Burs. cons.* 3. *num.* 34. *cons.* 85. *num.* 1. *Fachin.*
lib. 7. *iur. controuers.* 58. *Negus. cons.* 158. *num.*
19. *Lancell. Gall. cons.* 12. *num.* 1. *Camill. de Cur-*
te. diuers. feud. p. p. §. 12. *num.* 67. *Schrader. cons.*
12. *num.* 103. & Punctim ſeruari, neceſſe eſt
Cant il. decis. 11. *num.* 36. *p.* 3. *decis.* 36. *nu.* 243. *p.*
2. *Iacob. Gall. cons.* 38. *num.* 3. *Borrell. cons.* 1. *num.*
115. *Bertaz. eluil. cons.* 39. *num.* 14. *cons.* 90. *num.*
1. *cons.* 113. *nu.* 1. *cons.* 116. *nu.* 25. *Thoming. cons.*
14. *nu.* 42. *in* 1. *cons.* 40. *nu.* 8. *in* 2. *Burs. cons.* 193.
nu. 93. *Raudens. cons.* 3. *nu.* 66. *vol.* 2. *Alba, cons.*
755. *num.* 4. Cuius tenor ſi deficiet, ſupplet
Regni, lex *Amat. cons.* 97. *nu.* 45. *cons.* 98. *nu.* 8.

Cumq; omnes in Regno fierent in fou-
dationes, quibus Primogeniti præferuntur,
adeo vt in eis Iure Francorum viuamus, *ex*
Isern. c. 1. §. *præterea. de probib. feud. alien. per Fe-*
der. Acſi in omnibus feudorum priuilegijs,
adiecta ſit clauſula, *Iuris Francorum*: Imo in re
nouationibus, ſeu nouis feudi inueſtituris
plerumq; à Fiſci patrono, Clauſulam Iuris
Francorum conſueuit apponi; *Intrigl. feud. cen*
tur. 1. *quæſt.* 50. *nu.* 213. *Marta, claus.* 34. *nu.* 1. *t.*
p. p. maximè non apparente, Feudi forma.
Tum, *ex Alphonſ. cap.* 456. Tum, *Carol. cap.*
146. quibus vtimur, Proinde in dubio præ-
ſumitur, *Pro ſe, & hæredibus de suo corpore legi-*
time deſcendentibus; Ita, quod viuant Iure Fran-
corum. Hinc eſt, vt Ius Fracorum præſumatur
41 in hoc † Siciliæ regno; ius enim generale eſt,
ex Cumi. in prælud. c. ſi aliquem. n. 8. *& gloſ. Fran*
corum iure. nu. 16. 31. *gloſ. antiquis. nu.* 139. *Can-*
net. c. volentes. §. *ſed operæprecium eſt. num.* 6. *&*
in c. ſi aliquem. §. *ſed præſtat quærere. nu.* 11. §. *ſed*
iuxta prædicta. num. 1. *Bammatar. c.* 1. §. *omnis*
filij. num. 64. *ſi de feud. defunct. content. fuer. Ca-*
pic. in c. imperialem. §. *firmiter. ad fin. de probib.*
feud. alien. per Feder. Anna, alleg. 41. *num.* 5. 23.
& ſing. 692. *& in addict. ad ſingul.* 592. *Georg.*
de feud. c. 49. *num.* 7. 8. *Ponte, cons.* 3. *nu.* 59. 48.
in 1. *& de Potes. proreg. tit.* 8. *de refutat.* §. 16. *in*
princ. & nu. 8. vt cauendum ſit, *à Maur. alleg.*
42. *num.* 4. *p. p. & alijs, à Georg. d. num.* 7. qui ius
ſpeciale hodie eſſe, dixere, vt probandum ſit.

Cæterum de Feudis Quaternatis noſtra
erunt commentaria, non de Feudis planis,
& de tabula, Quorum ſucceſſio à iure com-
muni regulatur, non à iure feudi; *Afflic. c.*
1. §. *& quia. num.* 18. *de his qui feud. dar. poſ.*
& in Conſtit. Diuæ memoriæ. num. 64. *Thom. Ma-*
rin. de feud. tit. 12. *de feud. frater. ſub nu.* 24. *Fret.*
de ſubfeud. lib. 2. *differen.* 1. *num.* 4. *Intrigl. feudal.*
centur. 1. *quæſt.* 45. *num.* 50. *latè Georg. de feud. c.*
9. *Cumi. in rub. de ſucceſſ. ad c. ſi aliquem. num.* 72.
& gloſ. ſubfeudatarium. num. 26.

Ex quibus omnibus, ſatis ſuperq; conſtat,
ius Feudale, quo in præſenti, Siculi vtuntur,
Mixtum quoddam ius eſſe, ex iure Longo-
bardorum, Fracorum, & Siculorum. Longo-
bardorum quidem, vt potè, quod in re feu-
dali pro communi iure habetur. Francorum
itidem, quod magna ex parte correxit ius
ipſum commune feudorum, nempe Longo-
bardorum: ac Tertio tandem conflatum eſt
ex proprio, & municipali Siculorum iure,
quod ſimiliter, & iuri Longobardorum, &
Francorum in multis derogauit; Ex his, quæ
hactenus excuſſimus.

Et hæc quidem videntur mihi ſatis eſſe
ad Generalē feudalis ſucceſſionis, cognitio-
nē, quæ vniuerſalium Præludiorū loco erunt.
Reſiquum nunc eſt, vt Textum aggredia-
mur, quē tripliciter partiti ſumus, iuxta tres
ipſius partes, in Prima enim ponitur Species
controuerſiæ, quæ apud Siculos nata erat.
In ſecunda affertur conſultatio, ſecundum
quam Regni Proceres, controuerſiam ter-
minari capiebant, In Tertia ponitur ipſius
Principis reſponſum, & deciſio. Tres igitur,
§§. conſtituimus, quos Hiſce noſtris commen
tarijs conuenienti ordine per Gloſas (Ad ma-
iorem Dei, ac Deiparæ Virginis Tutelaris
Noſtræ, Gloriam) explicabimus.

IN

Digitized by Google

IN SVCCESSIONE FEVDORVM Filius Primogenitus primogeniti præmortui præferatur ſecundogenitis Reg. Caroli Capit. 118.

ITem, per cauſa che in lo detto Regno ſuccede molteuolte, che morendo alcuni Marcheſi, Conti, & Baroni, & feudatarij del detto Regno: in lo tempo di loro morte loro figlij primogeniti, che ſi trouano præmortui: laſciando figlio legitimo, & naturale lo figlio ſecundogenito di detti Baroni pretenda ſuccedere in li detti Marcheſati, Contati, Baronie, & feghi, & alcune volte li detti ſecundogeniti hanno hauuto di detti ſtati refutationi, & poſſeſſioni, & inueſtitura da loro patre; per lo che prætendino hauer maggiori ragioni, della qual coſa ne ſono nati, & naſceno continuamente in detto Regno grandiſſimi litigij: & per leuarſi ogni dubio de cætero in detti ſuccceſſioni. Supplica Voſtra Maieſtà ſi degni dechiarare, ſtatuire, & ordinare, che de cetero, accadendo in detto Regno morti di detti Marcheſi, Conti, Baroni, & feudatarij, trouandoſi nepoti figli dello primogenito mortuo ſuccedano, & ſiano præferuti in detti ſtati, & feghi alli figli ſecondogeniti di detti Marcheſi, Conti, Baroni, & feudatarij: Non obſtante che li detti figli ſecundogeniti haueſſero hauuto la real, & actual poſſeſſione di quelli in vita di detti loro patri: & non obſtante, che detti nepoti, & figli dello detto primogenito foſſero di minor'età dello detto figlio ſecundogenito, poi della morte di loro aui ſi intenda in quelli continuata la poſſeſſione di detti Marcheſati Contati; Baronie, & feghi.

Placet ſuæ maieſtati.

ITem, quia in eodem regno contingit ſæpe, quod morientibus aliquibus Marchionibus, Comitibus, Baronibus, alijſq; feudatarijs eiuſdem regni, eorum mortis tempore, filij eorumdem primogeniti iam præmortui, relictis filijs legitimis, & naturalibus, filius ſecundogenitus eorumdem Baronum prætendit ſuccedere in dictis Marchionatibus, Comitatibus, Baronijs, & feudis; Ac quandoq; ijdem filij ſecundogeniti obtinuerunt eorumdem, feudorum, & ſtatuum refutationem poſſeſſionem, & inueſtituram ab eorum Patribus, Ac propterea prætendunt ſe maius ius fouere: Quare maximę ortę ſunt lites, & continuò naſci ſolent in dicto regno. ad omnes de cætero dubitationes præcidendas circa eaſdem ſucceſſiones: Petit à Catholica Maieſtate, vt dignetur ſtatuere, iubere, & declarare, Deinceps, Marchionum, Comitum, Baronum, & feudatariorum morte ſuccedente, ſuperſtites nepotes ex Primogenito præmortuo ſuccedant, & præferantur in eiſdem ſta-

tibus, & feudis, filijs ſecundogenitis prædictorum Comitum, Marchionum, Baronum, & Feudatariorum, non obſtante, quod ijdem ſecundogeniti conſequuti eſſent realem, & actualem poſſeſſionem dictorum feudorum in vita eorum Patrum. Non obſtante, quod prædicti nepotes, & filij ex Primogenito, minores ætate eſſent dicto ſecundogenito, poſt Auorum mortem, in ipſos continuata intelligatur poſſeſſio eorundem Marchionatuum, Comitatuum, Baroniarum, & feudorum.

Placet Regia Maieſtati.

SVMMARIVM.

1 Reg. Iacob. cap. ſi aliquem. 33. de ſucceſſione *Tranſuerſalium loquens, Procedit etiam in ſucceſſione Deſcendentium.*

2 *Repræſentatio excluditur in primogenijs, ſi ad ſucceſſionem proximior eſt vocatus. Contrar. num. 9.*

3 *Proximior ſi à ſtatuto admittitur, excluditur repreſentatio etiam in feudis. Contrar. num. 10.*

4 Cap. ſi aliquem. *Superſtites ad feudum admittēs repræſentationem excludit. Contrar. num. 11.*

5 *Claus.* Salua gradus prærogatiua, *Repreſentationem excludit etiam in Statutis, num. 6. Contrar. num. 12. 14.*

7 *Feudorum in ſucceſſione repræſentatio admittitur.*

8 Carol. Reg. Cap. 118. *repræſentationis cauſa, fuit editum, & vt ei faueret.*

10 Marta, de Succeſſ. legal. p. 3. quæſt. 1. artic. 2. num. 34. *reijcitur.*

13 *Gradus prærogatiua repreſentationem nō excludit.*

15 Cap. ſi aliquem. *repræſentationem excludens, correttum eſt à Reg.* Carol. cap. 118.

16 *Derogatio operatur, quatenus expreſſis repugnat.*

17 *Derogare cenſetur vltima Lex priori, licet de illa mentionem non faciat, & quando?*

18 *Dictio,* Item, *repetit, & continuat præcedentia, ſed quando? num. 19. 20.*

21 *Dictio,* Quia, *Cauſam, & rationem denotat.*

Item, à cauſa che in lo dicto Regno ſuccede molteuolte.

Item, quia in eodem Regno contingit ſæpè. Glos. 1.

PEculiare legis officium eſſe inquit, *tex. l. nam ad ea. ff. de legib.* ijs præſertim quæſtionibus occurrere, quæ frequenter in foro Aduocatorum ingenia exercent, iudicum animos facilè contorquent, quaſi circa eaſdem magis aptè ius dicatur, magiſq; apertè, propter finis aſſequutionem cæteraſq; rationes, quas commemorat illic, *Turamin.* Inde videlicet ſunt illa Tex. noſtri verba, *Item quia in eodem Siciliæ regno contingit ſæpè.* Quod autem ſæpiſſimè inter feudorum ſucceſſores iurgia, & lites excitare ac frequenter in cōtrouerſiam deducere, fuit ſolitum, ex *Iacob. Reg.* conſtitutione deprehensū intelligimus, *in c. ſi aliquem.* 33. quod repræſentationem denegat.

Primo, in feudorum ſucceſſione, eum preferri voluit, qui vaſallo defuncto, mortis tempore, ſit proximior, *in Tex. ibi, ille qui tempore mortis ſuperērit defuncto proximior, in feudo ſuccedat.* confert *Tex. Conſtitut. Vt de ſucceſſionibus. rub. 24. lib. 3.* Quæ licet in ſucceſſione Tranſuerſalium loquantur; locum tamen ſi-
1 bi † etiam vendicant in ſucceſſione deſcendētium, vt proximior præfeſatur, *Pern. cons. 4. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. quæſt. 10. nu. 22. Corſet. cons. 19. num. 3. & cons. 20. num. 2. & in Scholijs ad cons. 10. num. 27. Cannet. c. ſi aliquem §. ſed hic tractandum. à num. 1.* Sed vbi proxi-
2 mior in ſucceſſione eſt admittendus † excluditur repræſentatio, tum in fideicommiſſis, tum in primogenijs, *§. cum filius. vers. nec qui gradu proximior. Inſtit. de heredit. quę ab inteſt. §. 1. vers. in hoc enim ordine graduum. §. ſi igitur defunctus. vers. hos proponi volumus. §. ſi vero neq; fratres. vers. viciniores gradu. Auth. de hæred. ab inteſt. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. ſignif. l. ſi libertus præterito. §. 1. ff. de bon. libert. l. Iuriſconſultus. ff. de gradib. §. ſi plures. inſtit. de legit. agnat. ſucceſ. Peralt. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. nu. 19. ff. de leg. 2. Paris. cons. 30. num. 58. cons. 37. num. 57. cons. 40. num. 25. in 2. Craſſ. §. fideicommiſſum. quæſt. 11. num. 9. Molin. de primog. lib. 3. c. 8. nu. 11. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. nu. 10. Port. cons. 54. nu. 23. 34. conſ. 128. n. 8. Barz. decis. 93. nu. 6. Roland. cons. 68. nu. 33. in 4. cons. 100. in 1. Gabr. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. conclus. 2. nu. 20. Couar. pract. quæſt. 38. nu. 3. Decian. conſ. 1. nu. 375. cons. 5. nu. 391. cons. 37. ad fin. in 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 95. nu. 21. cons. 269. nu. 49. cons. 357. nu. 3. 24. cons. 668. n. 7. Raudens. cons. 24. à n. 40. Inter cons. vlt. volum. in 2. & de Analog. c. 18. n. 19. Petra, de fideicom. quæſt. 11. n. 100. 126.*

126.Gabr.cons.112.num.25.in 2.Marta. Clauſ.
74.num.3.p.3.Oſaſc.cons.72.à num.10.Cephal.
cons.489.num.24.Teſſaur.decis.61.num.1.2.
Intrigl.de Subſtit.centur.3.quæſt.87.num.18.
Caldas, de nominat.emphit.quæſt.17.num.24.
Peregr.cons.63.num.21.in 2.cons.113.num.3.
in 3.Honded.cons.63.num.18.in 2.Palaez, de
3 Maior.p.2.quæſt.9.num.12. Atq; † ita in term.
ſtatuti, vel conſuetudinis proximiorem ad
ſucceſſionem vocantis, vt excluſa ſit repræſen
tatio, teſtantur, Grat.cons.27.nu.10.in 2.Paris.
cons.90.num.48.in 1.Marta, de ſucceſſ.legal.p.3.
quæſt.1.artic.2.nu.34.Mantic.de coniectur.vltim.
volun.lib.8.tit.9.n.10. & magis conſpicuè pro
bat in feudis Iſern.c.1.Vers.his vero.Vers. niſi
deferatur proximis.de Gradib.ſucced.in feud.in c.
2.col.1.Imper.Lothar.Afflic.nu.17.in c.1.§.om
nes.filii.ſi de feud fuer controuers. int. dom. & a-
gnat. & ad tex.c.ſi aliquem.deciſum refert, ibid.
Cannet.§.An filius.nu.10.12.19.& Cumi.gloſ.
gradu.nu.82.100.& gloſ.eodem ordine.nu.7.Bo
lognet.cons.9.nu.46.Petr.Gregor.de conceſ.feud.
p.8.quæſt.6.nu.6.Milanen.decis.8.nu.205.226.
p.p.Intrigl.feud.centur.2.artic.42.num.6.

Secundo, proximiores ſuperſtites vocat,
tex.d.c.ſi aliquem.ibi, Qui ſupererit defuncto pro-
4 ximior. Sed ex vocatione † filij ſuperſtitis, ne
pos ad ſecundogeniti excluſionem ex repræ-
ſentatione parentis non admittitur, gloſ. l.
qui plures.verb.ad ſuperſtites.ff.de vulg. & pupill.
l.lucius.§.pater puerum.Verb.pertinere.ff.ad tre-
bell.l.cum quidam.verb.heredes eius.& Verb. no-
tat.ff.delegat.2.l.heredes.mei.§.peto. verb.ſuſce-
piſſet. & verb.vel vni.ff. ad trebell. comprobans
Azon. Gofred. Bald. Caſtr. Anchar. Corn. Ber-
trand.Cuman.Alex.Soc.Aret.Rip.Rom.Ias.Dec.
Sadolet.Ruin.Anton. Rube. Soc. Inn. Bero. Rim.
Sen.Gozad.Caſſan.Alciat.Natt.Port.Alba, Va-
laſc. Acoſt. quos cum alijs in hac partem
expendit, Molin.de primog.lib.3.c.8.num.20.
Curt.iun.cons.57.num.9.Paris.cons.37.num.50.
51.55.in 2.Rim.iun.cons.75.num.18.Cephal.
conſ.465.nu.5.Burs.cons.41.nu.6.Gabr.cons.121.
nu.22.in 1.Honded.cons.63.nu.15.in 2.Peguer.
decis.114.num.13.14.40.Menoch.lib.4.præſum.
95.num.22.cons.124.nu.95.cons.200.num.36.
cons.269.nu.54.cons.793.nu.18.cons.795.dub.
1.cons.886.num.17.Peregr.cons.40.nu.20.in
1.de fidcicom.art.21.num.23.28.Couar.pract.
quæſt.38.nu.4.Auendan.l.Thaur.40.gloſ.8.nu.
37.Gabr.tit.de fideicom.conclus.3.num.8.magis
comm.Craſſ.§.fideicommiſſum.quæſt.11.num.10.
Fuſar.de fideicomm.quæſt.485.à num.60.ad nu.
64.65.Petra, de fidcicom.quæſt.11.num.134.
Simon.Prat.de interpr.vlt.volunt.lib.3.interpr.
3.dubit.4.ſolut.vlt.num.24.26.Raudens.de ana-
log.c.15.num.275.& in append.p.p.num.168.
Hieron.Leon.Valent.decis.52.num.9.Magon.Flo
ren.decis.16.num.44.Carot.decis.38.num.7.In-
trigl.de Subſtit.centur.3.quæſt.87.num.20.Rot.
Auenion.decis.37.à num.12.Seraph.decis.1281.
Mantic.de coniectur.Vlt.volunt.lib.8.tit.9.num.
5. Atq; ita in feudis reſoluit, Maluas. cons.
22.ex num.30.& ad tex.d.c.ſi aliquem.firmat.
Milanens.decis.8.num.207.208.p.p.

5 Tertio, Repræſentatio † non admittitur,
ſi ſalua gradus prærogatiua, ſuccedendum ſit,
Bart.Fulg.Caſtr.auth.defuncto.C.ad Tertul.Dec.
cons.1.num.6.8.pro quo Romæ iudicatum ip-
ſe refert, cons.408.nu.11.12.Paris.cons.30.
num.55.cons.37.num.69.cons.40.num.25.in 2.
Ferret.cons.272.num.4.9.in 2.Soc.iun.cons.20.
ad fin.vol.3.Gramm.decis.1.num.2.5.Crauet.
cons.67.num.5.Couar.pract.quæſt.38.num.4.
Molin.de primog.lib.3.c.8.num.16.Gabr.tit.de
fideicomm.conclus.3.num.3.Fuſar.de fideicomm.
quæſt.485.num.25.Burs.cons.61.num.5.cons.
170.num.43.Noni.cons.34.num.4.5.Canalc.
decis.9.num.53.p.2.Raudens.cons.2.in ſucceſſ.
Regni Portug.num.51.alias cons.142.à num.51.
inter.cons.vltim.volun.in 2.Oſaſc.cons.72.nu.14.
Gratian.diſcept.487.num.2.Mantic.de coniect.
vlt.volun.lib.8.tit.9.num.9.Craſſ.§.fideicommiſ
ſum.quæſt.11.num.8.Valaſc.de iur.emphit.quæſt.
50.num.7.37.Rim.iun.cons.75.num.29.cons.
499.num.34.Decian.cons.10.num.16.64.cons.
44.num.66.in 3.Pancirol.cons.170.num.16.
Surd.cons.403.num.56.Peregr.de fideicomm.art.
21.num.3.Simon.de Prat.lib.3.interpr.3.dub.
4.ſolut.3.nu.23.Marzar.de fideicomm.quæſt.33.
Honded.cons.60.num.76.in 1.cons.63.num.19.
in 2.Tuſc.lit.C.conclus.325.nu.1.Rot.decis.708.
num.8.9.p.p.Cephal.cons.489.num.22.Petra, de
fideicom.quæſt.11.num.126.Barz.decis.93.nu.
23.Marta, clauſ.131.p.p.clauſ.74.num.1.p.
3.Caſtanat.cons.34.num.15.Gabr.cons.112.
nu.26.in 2.Barbos.Clauſ.81.nu.2.Menoch.lib.4.
præſum.95.nu.20.cons.124.nu.85.cons.200.nu.
39.40.cons.215.nu.138.cons.269.nu.51.cons.
277.n.34.cons.357.nu.31.cos.482.n.15.cons.
668.num.8.Neguſan.cons.533.num.19. Imo
excluſum cenſeri ius repræſentationis ait,
Decian.cons.1.num.384.in 1. ſi ex ſtatuto
6 ſuccederent † vocati, ſecundum gradus præ-
rogatiuam Fuſar.de fideicom.quæſt.485.num.
27.ſicut ad tex.d.c.ſi aliquem.concludit, Mila-
nens.decis.8.num.299.p.p.cum diſpoſitum, in
d.c.ſi aliquem.ſit, de gradus prærogatiua, ibi,
Primogenituræ Prærogatiua ſeruetur. Idem-
què in feudis tradit, Iſern.c.1.§.his vero.de gra
dib.ſucceſſ.Lanar.cons.69.num.29.Marta, clauſ.
74.num.2.p.3.

Cum-

Digitized by Google

Cumq; ex his, Sæpiſſimè apud ſuprema
Siciliæ tribunalia dubitaretur; An ſecundo-
genitus, cui pater in vita feudum refutaſſet,
quiq; feudi poſſeſſionem, viuo patre, nactus
eſſet, vti proximior eſſet præferendus Ne-
poti ex Primogenito præmortuo? Eam ob
cauſam ſatis dubij & incerti iuris videbatur
controuerſia, commodum itaq; exiſtima-
runt Siculi, & ex Reipublicæ vtilitate, in
generalibus Comitijs, præſentem Legem
obtinere à Carolo Imperatore illius nominis
Quinto. in feudorum ſucceſſione repræſen-
7 tationem † admitti, etſi *Pacti*, *&* *Prouiden-*
tiæ ſint ex veriori, *Doct.* ſententia, quam pro-
bat, *Mohed. decis.* 1. *alias.* 38. *de feud.* *Roland.*
cons. 68. *num.* 29. 52. *vol.* 1. *Rim. Iun. cons.* 410.
à nu. 28. *Ponte, feudal. lect.* 12. *Sottom. iur. contro-*
uers. 19. *nu.* 223. *p.* 3. *Georg. alleg.* 12. *nu.* 33. *Bec.*
cons. 81. *nu.* 1. *Mantic. de tacit.* *&* *ambig. lib.* 23.
tit. 30. *à num.* 11. Rot. *decis.* 912. *p.* 3. *Intrigl. feud.*
centur. 2. *artic.* 36. *Spin. de teſtam. glos.* 1. *n.* 46. *Gra-*
tian. diſcept. 456. *n.* 24. *Teſſaur. lib.* 1. *Foren. quæſt.*
35. *n.* 12. 13. *Roſentall. de feud. c.* 7. *conclus.* 41. *n.*
conclus. 56. *num.* 19. *Menoch. lib.* 4. *præſump.* 95.
num. 45. *cons.* 200. *num.* 56. *cons.* 498. *num.* 21.
Molin. de primog. lib. 3. *c.* 6. *num.* 47. *Schrader. de*
feud. p. 7. *c.* 5. *nu.* 37. *Vini. decis.* 502. *n.* 6. *Hieron.*
Leon. Valen. decis. 109. *Petra, de fideicom. queſt.* 11.
à num. 144. *Caldas. de nominat. emphit. quæſt.* 17.
num. 28. 29. Molfes. *ad Conſuet. Neap. p.* 4. *de ſuc-*
ces. queſt. 35. *num.* 7. 8. *queſt.* 36. *num.* 2. Vel ſi
Mixta ſint feuda, *Alex. cons.* 129. *num.* 8. *in*
5. *Natt. cons.* 127. *num.* 7. *Purpur. cons.* 390. *nu.*
13. *in* 2. *Menoch. d. præſump.* 95. *num.* 46. *latè*
Gratian. diſcept. 456. *num.* 26. Vt filius nempè
primogenitus, primogeniti præmortui præ-
feratur ſecundogenitis. Feudi refutatione,
& poſſeſſione in eum tranſlata, non obſtante.
Sed licet, *Tex. d. c. ſi aliquem.* de Collaterali-
bus loquens, ad Deſcendentes quoq; amplia-
ri dixerim *num.* 1. Repræſentationem tamen
inter eoſdem Deſcendentes excludere nō po-
tuit: Quod cum inter *Doct.* controuerſum ſa-
tis fuerit, hoc Cap. 118. à Carolo impetrare
8 fuit neceſſe, cuius vna fuit ratio † Subintra-
tionis nempè filij in locum patris *Corſet. cons.*
18. *num.* 19. & ne huic ſubintrationi fraus fie-
ret, voluerunt Regni Proceres, ſimiliter pro-
uidere aduerſus ea, quæ contra nepotem ex-
cogitare potuiſſet patruus, in habenda poſ-
ſeſſione in vita Patris, ob idq; fuit particu-
lariter diſpoſitum in continuatione poſſeſ-
ſionis in nepotem, nulla peculiari agna-
tionis habita ratione, cum in vtroq; quoad
hoc par militet ratio, ſed quia ita voluit Rex
hoc in caſu particulari, ad altam illam quæ-
ſtionem componendam, cum repræſentatio-
ni locus non ſit, niſi in caſibus à iure expreſ-
ſis, *Did. Spin. de teſtam. glos.* 1. *num.* 44. *Valaſc.*
de iur. emphit. quæſt. 50. *num.* 6. *Azeued. l.* 5. *nu.*
6. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop. Auend. l. Thaur.* 40. *glos.* 16.
nu. 4. *Decian. cons.* 1. *nu.* 398. *in* 1. *Paris. cons.* 37.
à nu. 1. *in* 2. *Anton. Anguiſſ. cons.* 3. *num.* 49. *in* 4.
Conar. pract. quæſt. 38. *num.* 4. Mattien. *l.* 5. *gloſ.*
1. *nu.* 5. *lib.* 5. *recop. Cancer.* 1. *reſol. c.* 5. *num.* 7. *Cal-*
das, de Nomin. *emphit. quæſt.* 17. *num.* 9. *Molin.*
tom. 3. *de iuſt.* *&* *iur. diſput.* 626. *num.* 2. vt in du-
bio dixerint alij, repræſentationi locum non
eſſe, ex *Menoch. cons.* 200. *num.* 41. *cons.* 269. *nu.*
61. *&* *lib.* 4. *præſum.* 95. *num.* 3. *Aldouin. cons.*
102. *num.* 24. *Emanuel, Coſta, de patr.* *&* *nepot.*
p. p. num. 15. Raudens. *cons.* 141. *nu.* 45. *int. cons.*
vlt. volunt. in 2.

Non obſtat verbum illud, *Proximior.* Quia
9 probarunt † Alij & verius, repræſentationem
non excludi, licet teſtator vocauerit proxi-
miorem, *Bald. cons.* 488. *in* 3. *Zanch. l. hæredes.*
mei. §. *cum ita. p.* 4. *nu.* 100. 146. *ff. ad Trebell.* A-
lex. cons. 88. *nu.* 2. *cons.* 137. *num.* 1. *in* 1. *Dec. cons.*
1. *num.* 4. *cons.* 27. *num.* 4. *&* *cons.* 527. Corn.
cons. 24. *ad fin. in* 2. *Ias. cons.* 215. *in* 2. *cons.* 159.
in 4. *Soc. cons.* 252. *in* 2. *Grat. cons.* 27. *num.* 6. *in*
1. Ruin. *cons.* 171. *num.* 17. *in* 2. *Port. cons.* 55. *nu.*
42. *Crauet. cons.* 568. *num.* 1. *ad fin.* *Cephal. cons.*
465. *num.* 13. *cons.* 489. *num.* 60. *cons.* 537. *num.*
14. *Decian. cons.* 7. *num.* 80. *in* 1. *cons.* 9. *num.* 48.
58. *in* 2. *cons.* 45. *num.* 44. *cons.* 56. *num.* 2. *in* 3.
Menoch. lib. 4. *præſum.* 95. *num.* 21. *cons.* 357. *nu.*
27. *cons.* 528. *num.* 26. *cons.* 668. *num.* 9. Molin.
de primog. lib. 3. *c.* 8. *num.* 11. *Burs. cons.* 1. *num.*
25. *cons.* 67. *num.* 9. *cons.* 71. *num.* 1. *Peregr. de fi-*
deicomm. artic. 21. *num.* 17. Gam. *decis.* 285. *num.*
9. *Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 485. *à num.* 33.
37. *Turret. cons.* 38. *num.* 8. *in* 1. *Sotom. Iur. con-*
trouer. lib. 2. *c.* 20. *num.* 7. *lib.* 3. *c.* 19. *num.* 302.
Surd. cons. 325. *num.* 15. *ex comm. Teſſaur. decis.*
65. *Roland. cons.* 68. *num.* 31. *in* 1. *&* *à* Rot. de-
ciſum in feudis refert, *Farin. decis.* 426. *nu.* 5.
10 Proinde minus rectè † ex *Grat.* probat, *Mar-*
ta, de ſucceſſ. legal. p. 3. *quæſt.* 1. *art.* 2. *nu.* 34. ſtatu-
to *Proximiorem* vocante, repræſentationem
excludi. Quia contrarium verius inquit, *Dec.*
l. 1. *not.* 14. *C. de ſecund. nupt.* *&* *cons.* 484. *cons.*
527. *Alex. cons.* 88. *in* 1. *cons.* 124. *num.* 3. *in* 7.
Ias. cons. 159. *in* 4. *Tiraq. de primog. quæſt.* 40. *nu.*
20. *Turret. cons.* 55. *nu.* 3. *in* 1. *Cephal. cons.* 537.
num. 14. Fuſar. *d. quæſt.* 485. *num.* 38. *Surd. cons.*
325. *num.* 15. *Menoch. d. præſum.* 95. *num.* 11. *De-*
cian. cons. 55. *num.* 45. *in* 3. *Vini. decis.* 502. *nu.* 6.

Reſpon. II. Filium locum patris, nō ſubin-
gredi in ſtatuto *de proximiore* loquente, niſi ex
ſucceſſionis cauſa agatur, *Caſtr. cons.* 164.
num.

num.5.in 2.Turret.cons.38.num.7.in 1. Sed de
ſucceſſione aui, hic agitur, ergo.

Reſpon, III. Id verum in diſpoſitione
hominis *Lanar.cons.69.nu.29.* non in diſpoſi-
tione legis, cum ex ea ſubintret filius, etſi vo-
cētur proximiores, *Bald.l.cum ita.§.in fideicom-
miſſo.ad fin.ff.de legat.2.Alex.conſ.88.nu.2.in 1.
Cephal.cons.16.nu.32.Marzar.de fideicom.quæſt.
18.Menoch.lib.1.præſum.46.num.45.Gabr.tit.
de fideicom.conclus.3.Rot.Bonon.decis.88.nu.1.
& Macerat. lib.2.reſol.57.cas.7.* Tum quia di-
ſpoſitio legis verificatur in caſu ficto, ſed non
illa hominis, *l.fin.C.de his qui ven.ætat.l.ſtatius.
§.Cornelio.ff.de iure fiſc.* Sed repræſentatio ex fi-
ctione prouenit, copiosè; *Didac.Spin.de teſtam.
glos.1.num.44.* Tum quia in diſpoſitione Le-
gis, non conſideratur teſtatoris affectio, ſi-
cut in teſtamentaria, *Thob.Noni.cons.34.nu.
8.* Imo in teſtamentaria primogenitum vo-
cante, concludit *ex magis Comm. Viui. decis.
502.num.7.* à Nepote excludi patruum, *Gabr.
cons.107.à num.5.in 1.*

11 Non obſtat Secundum † ex verbo *Super-
ſtites.* Quia negat, *Fulgos.cons.cons.15.num.3.*
repræſentationem ob id excludi, ſequuntur,
*Cuman.conſ.13.Gozad.cons.67.Dec.cons.369.
Barbat.cons.61.in 1.* Quibus adſtipulantur, *Ro-
man.Bellamer.Corn.Alex.Ias.Crot.Ruin.Grat.Ri-
min.Soc.iun.Paris. & alij, à Molin.lib.3.de pri-
mog.c.8.nu.20.Crauet.cons.306.n.3.Sfort.cons.
54.num.2.Sottom.iur.controuers.19.nu.341.
p.3.Mattien.l.5.glos.6.num.2.tit.7.lib.5.recop.
Guttier.lib.3.pract.quæſt.67.à num.35.P.Mo-
lin.de iuſt.& iur.diſput.629.num.5.tom.3.Flo-
res.de Mena, ad Gamm.decis.308.*

Reſpon. II. Quod ſi regulariter (quando
teſtator vocat ſuperſtites) filius non repræ-
ſentet perſonam patris: Hæc tamen coniectu-
ra ceſſat, ſi teſtator vocat ſuperſtites, & eo-
rum filios: Tunc enim etſi vnus illorum, qui
ſuperſtes eſſe debebat, deceſſiſſet: eius filius
admittitur: Quæ admiſſio dicitur ex propria
eius perſona, *Menoch.lib.4.præſump.95.num.
22.ex Alex.& Ruin.* quos citat *Paris.cons.37.
num.56.in 2.Peregr.de fideicom.artic.21.num.
28.vers.limita.Hieron.Leon.Valent.decis.52.
num.28.* Sed tex. filium filij vocat, ergo.

12 Non obſtat Tertium, excludi † repræſen-
tationem ex Claus. *Salua gradus prærogatiua.*
Quia contrarium, verius teſtantur, *Alciat.
l.cum ita.§.in fideicommiſſo.num.12.ff. de legat.
2.Caſtr.cons.454.in 2.Dec.conſ.322.num.2.Pa-
ris.cons.36.num.13.119.in 2.cons.59.num.20.
in 3.Socc.iun.cons.126.num.11.in 1.Decian.conſ.
14.num.18.in 5.Cephal.cons.489.num.8.Port.
conſ.55.num.64.66.105.Surd.conſ.325.à num.
7.Menoch.cons.124.num.86.cons.668.num.10
Peregr.de fideicomm.artic.21.num.18.cons.63.
num.10.in 4.Gabr.cons.86.num.3.in 1.Farin.
decis.426.num.4.p.4.Caſtill.Sotom.iur.contro-
uerſ.lib.3.c.19.à num.317.* Vbi enim per re-
præſentationem filius ingreditur locum pa-
tris, conſeruatur gradus, *ex Bald.l.1.C.de ſe-
cund.nupt.Alex.cons.26.nu.10.14.in 1.Ruin.
cons.63.in 1.Gabr.cons.130.nu.32.vol.2.Socc.
Iun.cons.116.num.28.in 1.Port.cons.35.num.
83.Dec.cons.527.nu.8.Paris.cons.90.num.49.
in 2.Menoch.cons.200.num.44.& lib.4.præ-
ſump.95.num.5.Decian.cons.43.num.17.18.in
2.cons.55.num.45.in 3.* Proinde omnes qua-
litates aſſumit, omneſq; prærogatiuas, quas
pater rationes illius gradus habebat, dum
viueret, & modò habuiſſet, ſi vixiſſet, *Ro-
land.cons.68.num.26.in 1.Gabr.cons.130.à nu.
31.in 2.Petra, de fideicomm.quæſt.11.num.129,
Honded.cons.70.num.49.50.in 1.Molin.de pri-
mog.lib.3.c.6.à num.48.Auendag.l.Thaur.40.
glos.17.num.2.3.Lopez,& Humad.l.2.glos.17.
nu.7.tit.15.part.2.Guttier.lib.3.pract.quæſt.67.
num.21.quæſt.68.num.25.45.*

13 Nec gradus † prærogatiua repræſentatio-
nem excludit in feudis, *Aret.conſ.162.col.fin.
Surd.cons.325.num.11.12.15.Decian.cons.55.
14. num.45.in 3.* Nec ſi poſita ſit in lege, vel † ſta-
tuto, *Crauet.cons.703.num.3.Decian.cons.
9.num.6.in 2.Surd.cons.325.num.11.* etiam
iuris correctorio, *Decian.d.cons.9.num.2.Surd.
cons.325.ſub num.12.* Quo minus filius in lo-
cum patris ſubintret, vbi agitur de hæredi-
tate aui, *Marta, claus.131.p.p.Tuſc.lit.C.con-
clus.325.nu.1.Ricc.collect.1197.p.4.Rot.decis.
708.p.p.Barbos.claus.81.num.4.* Licet ſecus in
diſpoſitione hominis, *Lanar.cons.69.num.29.*
Nec omnes collectiuè admittuntur, ſed Pro-
ximiores in gradu, *Brunor. à Sole, in loc.comm.
verb.clauſula.num.45.*

Non obſtat, repræſentationem *à cap.ſi a-
15 liquem.* abnegatam † pænitus cenſeri, Quia
cum receptum hoc fuerit in Regno, à Nouiſ-
ſimis hiſce Regis Carol.Cap.118.204.258.
& Philip.Cap.18. Illud corrigi neceſſe fuit,
ex Corſet.in Scholijs, ad cons.10.à nu.31. Illius
tamen correctionis ſpecie, quam abrogatio-
nem appellant, *Doctores*, cum non in totum,
quoad materiam ſubingreſſionis, *d.c.ſi ali-
quem.* diſpoſitionem remoueāt, ſed certis tan-
tum caſibus; Lex enim certos caſus ab alia
lege incluſos detrahens, ſuſtuliſſe non cenſe-
tur, niſi expreſſos, *ex c.alma mater.§.fin.de
ſenten excomm.in 6.& ibi Dominic.num.4.* habe-
turq; per eundem clarius, *in c.ſi apoſtolica.nu.
5.de præbend.in 6.* cum ſcripſerit, ſecundam
con-

Digitized by Google

conſtitutionem in Certo expreſſo caſu, pri-
mam corrigente, alios caſus, in quibus illa
locum habeat corrigere non intelligi, *Mon-
tier.decis.15.num.3.Crauet.conſ.540.nu.15.Mo-
rot.cons.1.nu.30 31.* Alioquin derogatiua di-
cerentur, *ex Bolognet.l.omnes populi.num.175.
ff. de Iuſt. & Iur. Corſet.in Scholijs, ad cons. 10.
nu.37.* Sed cum, an derogatio vel abrogatio
ſit, quæſtio nominis videatur in his immo-
16 randum non eſt. Derogatio † eatenus ope-
ratur, quatenus expreſſis repugnat, *Bart.l.1.
§.fin.num.3.C. de latin.libert.tollen Felin.c. non-
nulli.nu.27.de reſcript. Alex.cons.7.nu.17.in 7.
Bardell.cons.9.nu 23.Tuſc.lit. D. conclus. 216.
nu.70.Ruin.cons.69.num.3.in 1.Viui decis. 491.
num.7.Boer.de potes. legat.à later. num.96.Gon-
17 zal.Cancell.reg.glos.50.num.9.* ipſaq; lex † vlti-
ma priori derogare ſemper cenſetur, in eo
præſertim, in quo priori aduerſatur, licet de
illa mentionem non faceret, *c.1.& ibi, Go-
mez.de Conſtit.in 6. Gonzal. Cancell.regul.glos.
5.§.3.nu.58.glos.9.§.1.num.51.Gabr.tit.de iur.
quæſit.non tollen.conclus.1.num.77.conclus.21.
num.26.Menoch.lib.6.præſum.40.à num.17.* co-
pioſè diſtinguit, *Tuſc.lit.D.conclus.216.* Tum
maximè ſi vna lex adeo aduerſatur alteri, vt
duo pugnantia videantur, *Menoch.recup.poſſ.
remed 9.nu.344.Tuſc.lit.L.conclus.260.nu.19.*

Reſpon, II. repræſentationem, *ex d.c.ſi
aliquem.* non excludi voluit, *Blaſc.Laez.quæſt.
3.* Quod adeo verum eſt, *vt licet Cumi.d.c.
ſi aliquem.glos. Gradu.num. 72. vers. hoc vero.*
Pro Patruo reſoluat: in Clauſula tamen, *Iu-
ris Francorum,* pro Nepote decidit, *d.glos.gra-
du.num.9.vers.limitari tamen.& vers.ſed hæc li-
mitatio. Rouit. ad tit.de feud.pragm.11.num. 66.*

Qua in re non debuit Legiſlator aptius
aliud, & conuenientius ſibi verbum vſurpare
18 quàm verbum, *Item,* cuius eſt, vt † continuet
& repetat præcedentia, *l.item. ff.de procur. l.
item eorum.ff.quod cuiuſq; Uniuers. nom. Bart.l.
in repetendis.ff.de legat.3 Rip.l.ſi ita ſcriptum.nu.
9.ff.de legat.1.Rebuff.l.labeo.14.vers.item.ff.de
verb.ſignif.Torniol.cons.11.nu.11.Decian. cons.
35.num.19.113.in 3. Menoch.lib.4.præſumpt.
180.à num.5.cons.352.num.22.cons.1157 nu.
24.Bertaz.inſtrum.claus.20.glos.1. Vulpell. de
præpos.& aduerb.dict.item.Azeued.l.2.num. 1.
tit.1.lib.6.recop.Guttier.lib.3.pract.quæſt.8.nu.
28 Garz.de nobilit.in diuis.num.53. Cened. ſing.
31.num.1.Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 10.
tit.6.num.12.Coſta,de ſcien.& ignor. centur. 2.di-
ſtinct.86.num.9.Surd.cons.455.num.12.Turret.
cons.73.num.8.in 1.Gratian.diſcept. 563. num.
62.Gonzal.Cancel.regul.8.glos.1.num.5.Galga-
net.de condict.& demoſtr.p.2.c.1.quæſt.18.num.
1.Grat.cons.114.num.24.in 1.Marcabr.conſ.37
num.54.cons.68.num. 78.79. Bimi.cons. 202
num.12.cons.212.num.15.Tuſc.lit.D. conclus
303.num.1.lit.R.conclus. 186. Albe. conſ. 374.
num.16.Anguis.cons.37.num.40.54. Rim. iun.
cons.459.num.41.Cephal.cons.157.num.5.Ca-
uagnol. Montisferr. decret. 2.§.1. num.1.Schra-
der.de feud.p.10.ſect.20.num.314.*

19 Repetit ſi præcedenti † orationi adijcia-
tur oratio imperfecta, *Menoch. d. præſum.
180.nu.10.12.15.17.Bertaz.d.claus.20.glos.
1.num.2.Gonzall.d.glos.1.nu.4.Tuſc.d.conclus.
303.num.2.4.Maluas.conſ.96.num.5. Macerat.
lib.2.reſol.29.num.12.13.* Tum maximè ſi ea-
dem ſubeſt ratio, & æquitas, *Curt. iun. cons.
153.nu.7.Turret.d.cons.73.n.9.* & hoc in caſu
refertur dumtaxat ad illa, *d.c.ſi aliquem.* ver-
ba, *de cætero præcipimus obſeruari.* Quia in reli-
quis noua conſtituta eſt legis diſpoſitio, *ex
not.in l.cum delanionis.§.Aſinam.ff. de fund. in-
ſtruc.Cauagnol.ad Montisferr.Decret.2.§.1.nu.1.*

20 Si verò in Capitulo † ponitur prorſus di-
ſtincto, quod ſeparatam habeat orationem,
tunc præcedentia ſolum continuat, non re-
petit, *ex comm.Zaſ.l.hæredes mei.§.cum ita.nu.
1266.ff.ad trebell.Alex.cons.158. num.2. in 6.
Tuſc.d.conclus.303.num.10.Maluas.cons.90.nu.
51.Menoch.d.præſump.180.nu.13.14. Maſcard.
de probat.conclus.1265.num. 11.Galganet.d.p.
2.c.1.quæſt.12.num.16.Burs.cons.97.num. 10.*
Cumq; *ex d.c.ſi aliquem.* repræſentationem in
feudis excludi videretur, & hoc Capit.118.
inter deſcendentes illam admittat: Conti-
nuatiuè, ergo, *ad d.c.ſi aliquem.* poſitam fuiſſe
dictionem, *Item,* concludimus.

Sed cùm nulla omnino lex reperiri poſſit,
quæ non ob certam, & adæquatam ratio-
nem condita ſit, quæ Legiſlatorem impule-
rit ad ita ſtatuendum, ſubdit propterea Tex.
21 verbum illud. *Quia.* Certam † ſui natura
cauſam, & rationem denotans, *l. hac actio.
ff.de calumniat.l.ſi is qui.vbi not.ff.de acquir poſſ.
c.quia propter.de reſcript.c.quia fruſtra.de ſenten.
excomm.c.quia periculoſum.de elect.in 6. Bart. l.
demonſtratio.§.quod autem.num.11.ff.de condict.
& demoſtr.Vulpell.de præpos.& aduerb. in dict.
quia.Menoch.cons.134.num.19.Bimi cons.150.
nu.60.Tuſc.lit.D.conclus.352.Decian.cons.7.nu.
16.in 1.Azeued.l.1.num.1.tit.1.lib.6.recop.&
Finalem,Tiraq. ceſſan.cauſ.limit.1.nu.82.87.
Aldouin.cons.80.num.16.Burs.conſ.304.nu.18.*
Cauſam huius Cap.118. commonſtrat, Tex.
hic, Tum ex verbis illis; *Sæpè contingit*, Le-
gis namq; munus eſt, ijs occurrere, quæ fre-
quenter in foro controuerti eueniet; quaſi
circa eadem magis aptè iudicatur, Tum

ex alijs, quæ Tex. ſubdit, *Della quale coſe ne ſonno nati & naſcino continuamente in detto Regno grandiſſimi litigij, & per leuarſi ogni dubio in detti ſucceſſioni.* Lites itaq; ſunt fugiendæ tamquam execrabiles, *c. conſtitutione. §. ſtatutum de verb. ſignif. in 6. Tuſc. lit. L. conclus. 384. nu. 1.* expedit enim lites dirimi, *l. quidam eſtimauerunt. ad fin. ff. ſi cert. pet. l. æquiſſimum. ff. de vſufr. l. congruit. ff. de offic. præſid. Decian. cons. 3. nu. 268. in 4.* Sunt enim fructus litis, diſpendia, & rerum conſumptiones, optimè, *tex. l. ſi procurator. ibi,* eo *quod litigat, quod conſumit, quod aduocat, quod damnatus ſoluit. ff. rem rat. haber. Anchar. cons. vlt. num. 8. Tuſc. lit. L. conclus. 384. num. 14.* cum litigare damnum ſit & intereſſe, *l. minoribus. ff. de minor. Gloſ. §. neq; tamen verb. neq; vllum. Inſtit. de author. tutor. Dec. c. cum M. num. 3. de conſtit. in c. in nomine domini. num. 15. de teſtib. in c. vt debitus. n. 3. de appell. Alex. cons. 34. ad fin. in 3. Cauagnol.* ad Montisfer. *decret. in proem. §. 2. nu. 1. Decret. 1. nu. 12. Tuſc. d. conclus. 384. nu. 11.* & reſtitutionis in integrũ cauſa, *Sforz. de reſtit. in integ. quæſt. 4. nu. 79.* Satiſq; commodum recipit, qui a lite diſcedit, *Butr. c. 1. de empt. & vendit. Alex. cons. 222. in 2. Tuſc. d. conclus. 384. nu. 10.* Cumq; ex litibus Reſpublica plurimum læderetur, *l. ſi quis. §. in ciuilibus. ff. de capt. & poſtlim. reuers. Anton. Sola. in Proem. Nouar. Sabaud. Conſtitut. nu. 29. Burſ. cons. 364. nu. 9.* Nulliq; magis conueniat ſalutem reipublicæ tueri, ac populorum concordiæ proſpicere, quam Principi, *ad tex. l. 3. ff. de offic. præfect. vigil. Cauagnol. Montisfer. Decret. 2. §. 1. num. 6.* Quam vt facilius aſſequeretur, inſtante Regno, conceſſum Hoc à Carolo fuit, *Capit.* 118. Quod cum ad lites extinguendas fuerit editum, Fauorabile cenſendũ eſt, & ampliandum, *tex. l. properandum. & ibi, Ias.* in ſtatuto loquens, *C. de iudic. Purpur. conſ. 551. nu. 22. in 2. Montier. decis. 38. n. 46.* Laudabilis eſt litiũ execratio, *l. item. §. fin. ff. de alien. Iud. mut. caus. fact. c. 2. de Verb. ſignifi. in 6. Roland. cons. 39. num. 30. in 2. Burſ. cons. 406. num. 7. Tuſc. lit. L. conclus. 384. num. 1. Bimi. cons. 275. num. 16. Cauagnol. Montisfer. Decret. 1. §. 1. nu. 10. 11. Anton. Sola, d. proem. num. 20.* Eſt enim inquit, *Cicer. 2. de Offic.* non modò liberale paululum, non nunquam de iure ſuo decedere, ſed interdum etiam fructuoſum.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio ex teſtamento defertur, vel à Lege, ex tacita morientis voluntate.*
2 *Succeſſio, quæ ab inteſtato prouenit, Legitima eſt*
3 *Succeſſio ex teſtamento, inteſtatam excludit ſucceſſionem.*
4 *Succeſſio ab inteſtato præualet in feudis*
5 *Teſtari, de feudis non poteſt vaſallus, etſi teſtandi licentiam conceſſerit Princeps, num. 7. & quando ſecus, num. 9. Diſtingue, num. 22. 23. 24. 26.*
6 Tex. c. 1. de ſucceſſ. feud. ibi, manente, vel valente. *explicatur.*
8 *Teſtari de feudo non poteſt vaſallus, etiam pro anima in vna candela.*
10 *Succeſſionis nomine in Statuto, inteſtata ſucceſſio continetur.*
11 Caroli Regis, *Cap. 118. An de feudi ſucceſſione* ab inteſtato *loquatur, vel ex Teſtamento, num. 13. 19.*
12 *Inteſtatus non decedit, qui inter viuos de bonis ſuis diſponit*
14 *Lex interpretans, ad* Legis *interpretatæ terminos trahenda eſt*
15 *Lex noua addens, vel detrahens* Legi *antiquæ, intelligenda eſt ex* Lege, *cui addit, vel detrahit.*
16 Iacob. Regis cap. ſi aliquem. 33. *repræſentationem excludit*
17 *Repræſentatio in ſucceſſione ab inteſtato admittitur.*
18 *Lex poſterior, a Priori ſuppletur.*
20 *Abſurdi vitandi cauſa, à ſtricta diſputandi ratione recedimus*
21 *Princeps teſtamentum iure factum reſcindere non poteſt, nec defuncti voluntatem euertere, nec conditionem ferendi nomen, & arma, remouere*
25 *Feudum ex pacto & prouidentia Nouum, non habet Agnatos ex teſtamento.*
27 *Feudo ex pacto & prouidentia, ſuccedimus iure ſanguinis; ſed in Hæreditario ſecus.*
28 *Succeſſio feudi ex iure ſanguinis fit Primo acquirenti, ſed ſucceſſio iure hæreditario fit vaſallo proximè defuncto*
29 *Succeſſor ad feudum iure Sanguinis, venit vt ex Tunc; ad Hæreditarium admittitur ex Nunc*
30 *Feudum iure ſanguinis defertur, vt quid diſtinctum ab hæreditate allodiali: Hæreditarium vero, vt res hæreditaria perſe, & tanquam res Burgenſatica*
31 *Feudo pacti & prouidentiæ ſuccedunt tantum Maſculi non Feminæ: in hæreditario ſuccedunt etiam Feminæ*
32 *Extraneus in feudi ſucceſſione quis dicatur?*
33 *Hæreditarium feudum, rei hæreditariæ inſtar exiſtimatur, ſed ſub regula feudali*
34 *Hæreditarij feudi ſucceſſor, ad ſeruitia tenetur Domino, & ad iurandam fidelitatem*
35 *Perſonæ induſtria in feudo hæreditario non conſideratur.*

36 *Feudo ex Pacto, ſuccedunt omnes æqualiter, licet inæqualiter in allodijs fuerint inſtituti: in hæreditario ſecus, attento iure communi*
37 *Fratres ex vno, vel vtroq; latere coniuncti, ad feudi ſucceſſionem pariter admittuntur, ſed in feudo hæreditario, coniunctus ex vno latere, ab vtrinq; coniunctis excluditur*
38 *Repræſentatio locum non habet in feudis ex* Pacto *ſed in* Hæreditario, *& An verum?*
39 *Feudi ex* pacto, *ſucceſſio ex iure feudali regulatur: hæreditarij, à iure communi*
40 *Feudi ex pacto impropria ſucceſſio eſt:*
41 *Dictio,* Aliquibus, *Cuius ſit natura.*

Che morendo alcuni. Quod morientibus aliquibus. Glos. 11.

SEd, & illud memoria repetendum eſt, Teſtatum aliquem mori, vel Inteſtatum: Omnis enim
1 ſucceſſio, † aut ex teſtamento defertur, aliauè vltima defuncti voluntate: Aut lege, ex tacita morientis diſpoſitione, *l. conficiuntur. ff. de iur. codicill.* quæ legitima dicitur ſucceſſio, *l. lege obuenire. ff. de verb. ſignif. Craſſ. de ſucceſſ. §. 1. num. 11. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 18. num. 7.* ſcripſi *ad Meſſ. ſtat.*
2 *c. 5. glos. 4. à num. 5.* eiuſq; nomine † continetur ſolum, quæ ab inteſtato prouenit, *Sapi. num. 17. Cagnol. num. 1. Curt. num. 1. in l. 1. C. quand. non peten. part. Pinell. l. 2. num. 5. C. de bon. mater. Craß. d. §. 1. num. 12. Tiraq. de morte, p. 2. declar. 7. num. 6. 8.* & quamuis (iu-
3 re ciuili inſpecto) Prima † ſucceſſionis cauſa ſit ex teſtamento, quæ inteſtatam excludit *l. quandiu. l. in plurium. l. illud. ff. de acquir. hæred. l. quandiu. ff. de reg. iur. Mangil. de imput. quæſt. 61. num. 20. Borrell. cons. 37. num. 1. Gallia, cons. 103. num. 26. Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quæſt. 13. artic. 1. num. 9.* Forſter *de ſucceſſ. c. 7. num. 12. c. 12. num. 5. c. 26. lib. 1.* Roſentall. *de feud. c. 7. conclus.*
4 *2. num. 1.* In feudis tamen † præualet ſemper ſucceſſio ab inteſtato, *Bald. c.* Imperialem. *nu. 19. de probib. feud. alien. per Feder. Aluarot. c. 1. de ſucceſſ. feudor. Alber. Brun. cons. 18. n. 14. Loffred. cons. 38. nu. 10. Marta, de ſucceſſ. legal. p. 3. quæſt.*
5 *3. art. 1. nu. 10.* Tum quia de eis † teſtari non poteſt vaſallus, *c. 1. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. donare. qualit. olim. feud.* Clar. *§. feudum. quæſt. 4. nu. 1. 3. quæſt. 74.* Roſentall *d. conclus. 2. num. 1. Veſemb. de feud. c. 6. num. 9. Ponte. de ſucceſſ. feudor. lect. 13. num. 2. 4. 14. 17. cons. 20. num. 6. 7. Pancirol. cons. 41. num. 20. Intrigl. feud. cent. 2. artic. 47. num. 9. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 6. c. 48. Peregr. cons. 5. num. 23. in 3. cons. 160. à num. 5. in 5. Borcholt. de feud. c. 7. num. 61. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 28. num. 6. Schrader. de feud. p. 7. c. 5. num. 12, Sonſb. de feud. p. 9. num. 61. 62. 166.* Nec ſuccedendi ordinem poteſt peruertere, *Craſſ. §. legatum. quæſt. 14. num. 18. 19.* ex *tex. d. c. 1. de ſucceſſ. feud. vbi, Aluarot.* explicans
6 verba † illa, *manente, vel valente.* inquit dixiſſe Tex. quod diſpoſitio non valet, etſi fier, non permanet, *Ponte, decis. 40. nu. 12.* non ob-
7 ſtante, quod teſtandi † Licentiam de feudo antiquo Princeps conceſſerit, *Sacca, cons. 10.* Addit & merito, *Pancirol. cons. 1. nu. 10.* nec ſi
8 pro anima teſtari † velit, *Surd. cons. 382. n. 40. Roſentall. d. conclus. 2. nu. 7. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. tit. 11. num. 1. 5.* etiam in candela vna, *Cumi. in c. ſi aliquem. glos. antiquis. num. 344. Roſentall. d. num. 7. Anna, alleg. 126. nu. 10. Roland. cons. 71. num. 11, cons. 75. nu. 8. in 2. Vulte. de feud. lib. 1. c. 9. num. 71. Schrader. de feud. p. 7. c. 2. num. 25.* Cum reditus feudi, nec in gallina vna ad præiudicium agnatorum remittere poſſit Baro, *Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 48. nu. 11. Petra, de princ. potes. c. 15. nu. 12.* niſi pa-
9 cto inueſtituræ † ſtatuto, vel conſuetudine, teſtandi facultas vaſallo conceſſa ſit, *Vulte. d. c. 9. nu. 121. Oſaſc. cons. 16. nu. 8. 9. 10. Schrader. d. c. 2. n. 13. 14.* Tum quia ſtatutum ſimpliciter de ſucceſſione loquens, de ea intelligi-
10 tur, quæ ab inteſtato, non † quæ ex teſtamento, defertur, *Cagnol. & Bolognet. in l. fin. C. de pact. Brun. de ſtat. exclud. fæmin. art. 8. quæſt. 8. Euerard. iun. cons. 13. nu. 37. in 2. Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quæſt. 13. artic. 1. nu. 10. Muſcul. de ſucceß. conuent. clas. 1. membr. 3. conclus. 7. lit. G. num. 365. Caſſanat. cons. 45. num. 43.* nihilq; refert, an ſtatutum de inteſtata ſucceſſione loquatur, vel de ſucceſſione ſimpliciter, *Carpan. Mediol. ſtatut. 278. nu. 38. p. p. Caſſanat. d. nu. 43.* Vt ius commune minus corrigatur, *Oſaſc. decis. 167. nu. 19.*

Ex his in Quæſtionem venit, Tex. noſter,
11 An de eo loquatur, † Qui inteſtatus moritur, vel de eo etiam, qui teſtatus deceſſerit? Qua in re, reſpondendum videretur, Tex. in eo procedere, qui teſtatus etiam obijt, cum ſupponat factam à patre in filium fuiſſe feudi refutationem, ibi, *Et alcuni volti li detti Secundogeniti hanno hauuto di detti, ſtati refutatione, poſſeſſioni, & inueſtitura da loro patre.* Quæ contractus inter viuos, naturam induit, *Anna ſen. rub. de vaſall. decrep. ætat. num. 322. Anna, iun. cons. 41. n. 15. 20. Ponte. de poteſt. proreg.*
12 *tit. 8. de refutat. §. 1. num. 17.* Sed † docuit,

Bimi.

Bimi.cons.7.in 1. ab inteſtato decedere non
dici eum, qui inter viuos de bonis ſuis di-
ſponit, ſentit, *Angel.cons.159.col.mihi, 2.vers.
non ergo.* Nihil enim intereſt, an inter viuos,
vel in vltima voluntate quis diſponat, cum
vtroq; caſu ſequatur idem effectus, ergo.

13 Contrar. Imo in ſola † ab inteſtato ſucceſ
ſione procedere Tex. hunc opinantur, &c.
merito, *Cumi. in c.ſi aliquem glos. gradu.quaſt.
8.num.135.Intrigl.feud.centur.2.art.47.num.4.*
14 Tum quia lex † interpretans, ſecundum ter-
minos legis interpretatæ accipienda eſt, *§.
tertia vero.Auth.de filijs natur.ant.dotal. inſtru-
ment.Bart.l.nihil.ff.de coniug.cum emancip.liber.
Crot.rub.ff.ſolut.matrim.n.60.Tuſc.lit.L.conclus.
259.n.5.Ann.cons.92.n.64.Intrigl.decis.43.nu.
32.*& vt minus corrigat, *Caual.decis.9.n.8.12.
p.3,*Sed, *c.ſi aliquem,* (quod, Lex noſtra, inter-
pretatur, & moderatur) Proximiorem ad
ſuccedendum admittit ab inteſtato, non au-
tem ſi Baro de feudo diſpoſuiſſet, vel inter
viuos, vel ex teſtamento, *Cumi.d.c.ſi aliquem.
glos.maritata.num.180.184.glos.mori contingat.
num.1.Intrigl decis.43.num.9.* confert, *Reg.Fe-
d r.c.conſtitutionem.30.ibi, ab inteſtato.rub.de ſuc
15 ceſſ.feud.*Tum quia † lex noua addens, vel de-
trahens aliquid legi antiquæ, intelligitur ſe-
cundum legem cui addit, vel detrahit, *Rip.
l.2.nu.18.ff.de vulg.Tuſc.d.conclus.259.nu.14.
Ferrer ad Conſtit.Cathalon.tit.los impubres.glos.
2.num.161.Guttier pract.quaſt.29.num.3.in 3.
Bouadill.lib.3.polit.c.4.n.19.*Sed *in c.ſi aliquem.*
16 repræſentationem † excludente, ex verbo
Proximiorem. vt dixi, *Glos. 1. num.3.* ex ver-
bo, *Superſtites.* vt dixi, *Glos. 1. num.4.* & ex
verbo, *Primogenituræ prærogatiua,* tradit *Pere-
gr.cons.129.nu.2.in 5.*& alij à me citati, *d.glos.
1.num. 5.6.* illam admittendam addit *Tex.*
17 noſter, ipſaq; repræſentatio † in ſucceſſio-
ne ab inteſtato admittitur, *§.cum filius.inſtit.
de hæredit.quæ ab inteſt.defer.* Glos. *Faber. & a-
lij in §.multis.Inſtit.de ſucceſſ.liber. Decian. cons.
9.nu.4.in 2. Menoch. cons.124.nu.56.& lib.4.
præſum.95.nu.6.7.Fuſar.de fideicom.quaſt.387.
nu.17.p.2.Molin.de primog.lib.3.c.7.nu.6.* Tum
18 quia nouum nec eſt, Vnam † per aliam legem
ſuppleri, *l.non eſt nouum.ff.de legib.Bart.l.1.nu.
4.ff.de offic.præfec.vigil. Mantic.de tacit.lib.23.
tit.34.nu.18.19.lib.24.tit.4.num.2.Ferrer. ad
Conſtit.Cathalon. los impubres.glos.2.num.161.*
ac reſtringi, *Mantic.de Coniect. vlt. volun.lib.
11.tit.18.num 25.*etiam per antiquam, *Hon-
ded.cons.9.nu.11.in 2.Tuſc.lit.L.conclus.259.nu.
2.10.*& poſteriores Priori lege interpretari, *l.
ſed & poſteriores. ff. de legib. Soc. Iun.l.ſcien-
dum.nu.140.ff.de legat.1.Turret.conſ.97.nu.29.
in 2.Oſaſc.decis.167.num.8.Gonzalez, ad regul.
Cancell.§.7.proem.nu.7.glos.9.§.2.n.12.Lanar.
19 cons.43.nu.21.* Tum quia † ſi *Tex.* hic pro-
cederet ex teſtamento, abſurdum ſeque-
retur, quod feudatarius in filium, aut fra-
tem de feudo diſponere non poſſet, contra
tex.c.volentes. vt mouet *Intrigl. feud.cent.2.art.
47.nu.8.Cumi.d.c.ſi aliquem.glos.gradu.nu.135.*
Sed abſurda ſunt euitanda, *ex l.præcipimus.
C.de appel.l nam abſurdum.ff.de bon libert.Franc
decis.207.num.5.Tuſc.d.conclus.259.num.22.
Honded.cons.89.num.27.in 2.* etiam in Statu-
tis, *Oſaſc.decis.59.num. 3. Maſcard. de ſtat. in-
20 terpr.conclus.2.nu.258.*Adeo vt à † ſtricta di-
ſputandi ratione, recedendum ſit, *Soc.cons.
122.num.2.in 1.Grat.cons.54.num.28.in 2.Gon
zal.ad Cancell.regul.glos.4.num.186.Gabr.cons.
18.nu.7.in 2.Caſtanat. cons.45.num.138.Alba,
cons.417.nu.9.Ruger.cons.48.num.39.Roland.
cons. 23.num.32. in 4. Cephal. cons. 478. num.
78.Pancirol. cons. 1. num. 86. Decian. cons. 31.
num. 83. in 1. Honded. cons. 15. num. 23. in 2.*
21 nullaq; eſt † Principis poteſtas, ſi teſtamen-
tum iure factum, reſcindat, *l.ſi teſtamentum.
C.de teſtam.* aut ſi defuncti voluntates im-
mutet *Menoch. cons. 20. num. 1.27. cons.108.
num.52. Petra, de princip.poteſt.c.15.num. 64.*
vel ſi conditionem ferendi nomen & arma
remouere velit, *Teſſaur.decis.270.num.6.Pe-
tra.d.n.64.*quia prudens teſtantis conſilium
ſequi cogimur. *l.lucius.ff.de hæred.inſtit.*

Non obſtant Contrar. in quorum reſolu-
tione, diſtinctius eſt agendum. Aut feudum
eſt Hæreditarium, aut Pacti, aut Mixtum.

22 Si hæreditarium recte, † in eo procedet
*Cumi.& Intrigl.*opinio, quam probauimus
num.13.vt Tex. hic locum habeat, ſi ab in-
teſtato ad illud quis admitti velit, ex *Cumi.
d.c.ſi aliquem.glos.gradu.nu.135.ad fin.Intrigl.
feud.centur.2.artic.47.num.9.* At ſi de feudo
teſtatus is ſit etiam inter viuos, *ex Bimi.cons.
7.* Tunc ſtandum eſt, ab eo factę diſpoſitioni,
Surd.cons.573.num.14. quia nemo in eo ſuc-
cedit niſi hæres ſit, *Gregor.de conceſſ.feud.p.2.
quaſt.10.n.22.26.27.29.Schrader.cons.3.n.76.
cons.52.n.55.cons.13.n.108.Burs.cons.148.n.12.
Oſaſc.decis.23.nu.33.cons.52.nu.8.* & Omnes.

23 Si verò *Pacti, & Prouidentiæ,* eſt † feudum
*Tex.*noſtri diſpoſitio, tunc procederet, *ex Cu-
mi.& Intrigl.iam citat.*cum de eo in proximio-
ris præiudicium, nec inter viuos diſponere,
nec teſtari poſſit feudatarius, *c. 1. de ſuc-
ceſſ.feud.Intrigl.feud, centur.1.quaſt.40.nu.15.
Ponte, decis.40.num.12.13.Surd.cons. 382.nu.
31.cons. 571.num. 18. Oſaſc.cons.7.num. 22.*
vbi enim feudum eſt ex pacto, tunc licet ne-

mo ex teſtamento ſuccedat, neque ab inte-
ſtato, ſed alio feudorũ iure ſucceſſorio, *Frec.
de ſubfeud. lib. 3. differen. 20. num. 1. Ponte, decis.
40. nu. 10. Menoch. cons. 986. nu. 17. Canet. c. ſi
aliquem. §. eſt præterea. nu. 6.* eſt tamen quaſi ab
inteſtato ſucceſſio, *ex c. 1. vbi, Aluarot. & alij,
de ſucceſſ. feud. Bald. d. c. imperialem. nu. 19. Brun.
cons. 18. num. 14. Intrigl. d. cent. 1. quæſt. 29.
num. 44. Marta, de ſucceſſ. legal. p. 3. quæſt. 3.
artic. 1. num. 10. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4.
24 glos. 12. num. 5.* Niſi feudum † ex Pacto &
prouidentia, Nouum ſit, de quo teſtari pri-
mus acquiſitor poteſt, vt de allodio, *Soc.
iun. cons. 72. nu. 35. in 1. Siluan. cons. 15. Peregr.
cons. 8. in 1. cons. 160. nu. 7. in 5. Petr. Gregor. de
conceſſ. feud. p. p. quæſt. 5. num. 7. Surd. cons. 440.
nu. 31. cons. 395. nu. 10. cons. 305. nu. 32. Mila-
25 nens. 8. nu. 322. 323. p. 2.* Quia agnatos † illud
non habet ex teſtamento, *Corſet. cons. 8. nu. 3.*
ſed ab inteſtato, *Intrigl. d. centur. 1. quæſt. 23.
num. 18. Menoch. cons. 464. nu. 17. conſ. 608. nu.
32. Rim. iun. cons. 65. n. 4. 5. 6. Bec. cons. 56. nu. 20.
Roland. cons. 16. nu. 3. in 3.* licet ſit emptum, *ex
comm. Dec. cons. 390. nu. 7. 14. Siluan. cons. 52. nu.
19. 11. Roland. 23. nu. 13. in 1. Sacca. cons. 6. n. 76.*
26 Sic etiam de feudo Mixto † teſtari non po
teſt, niſi inter filios etiam poſtergando, *Cor-
ſet. cons. 6. nu. 15. 17. & in Scholijs, cons. 8. nu. 5.*
cum, hæreditaria qualitate excepta, Mixtum
nõ differat à Feudo pacti, *Surd. cons. 305. n. 10.
cons. 63. n. 13.* dixi, *prælud. 4. nu. 40. prælud. 5. nu.
13.* Vel ſi nouum ſit, quia diſponi de eo poſſet,
Surd. cons. 551. n. 26. Vlte. lib. 1. de feud. c. 9. n. 75.

Hæc profectò, hoc in loco, ea ratione tra-
27 didimus, vt conſter, in Feudo † ex pacto,
& prouidentia, ſuccedi iure ſanguinis; In
feudo hæreditario, iure hæreditario. Alia
autem eſt, Succeſſio ex iure ſanguinis, Alia
ex iure hæreditario. Sicut aliud eſſe inquit,
Rim. ſen. cons. 302. num. 8. quod vaſallus ad-
mittatur iure ſucceſſionis: Aliud eſt, quod
admittatur iure inueſtituræ, *Mantic. de tacit.
lib. 23. tit. 27. num. 11.*

Declar. non procedere in Duce, qui à Rege creatus, Rei dominium, Iuriſdictionem ac regalem dignitatem ſibi conceſſam, teſtatur, *Frec. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicat. dux. n. 44.* etſi eorum, nulla in priuilegio fieret mentio. Quod verum fateor, *ex Roſentall. de feud. c. 5. conclus. 7. num. 5. lit. E.* niſi alteri prius fuerint à Rege conceſſa, vt dicemus, *nu. 27. 28.*

24 Q. III. Iuriſdictione † in aliquo Caſtro, conceſſa, An merum, mixtumq; Imperium contineatur? Negat, *Ias. num. 10. Curt. iun. nu. 40. Alex. num. 66. in l. Imperium. ff. de Iuriſdict. omn. iudic. Crauet. cons. 209. num. 9. Couar. pract. quaſt. 1. num. 10. Verſ. decima concluſio. Petra de Princ. potes. c. 22. num. 48. Conrad. d. num. 5. 6.*

25 Ampl. I. procedere, ſi omnem † Iuriſdictionem concedere dixerit, *ex Bald. c. quanto. de Iudic. Conrad. d. num. 6. Cephal. cons. 370. nu. 100.*

Contrar. Imo merum, mixtumq; imperium (eo in caſu) conceſſum eſſe probat, *Glos. in Clemen. 1. verb. omnimodam. de for. competen.* quam laudant, ibid. *Abb. & Imol. ac poſt alios Felin. c. quod ſedem de offic. ordin. & in c. conqueſtus. de for. compet. Ias. d. l. imperium. num. 12. Crauet. cons. 209. nu. 9. Petr. d. c. 22. n. 123. Couar. loc. cit. Roſentall. de feud. c. 5. conclus. 7. n. 5.* & Pleriq; alij, exiſtimantes idem eſſe, vbi ſimilibus verbis Princeps fuerit vſus, explicat, *Paris. cons. 9. in 1. Petra d. c. 22. n. 48. Roſental. d. n. 5.* Dummodo de inueſtitura feudali agatur, vel de donatione: Secus ſi de cōceſſione iuriſdictionis à Magiſtratu exercēdę, ita; *Franc. Marc. decis. 787. p. 2. ex com. Natt. cons. 659. ad fin. Roland. cons. 48. num. 22. 27. in 2. Petra. d. c. 22. nu. 108.* dixi, *Crim. cons. 24.*

Q. IV. Si à Rege ille crearetur Dux, qui alicuius (Meſſanæ Vrbis) oppidi, ex Conuentione, Baro publicè nuncupetur, cum verè illius Oppidi Baro non ſit, ceſſante pacto, vt nec iuriſdictionem Ciuilem, aut Criminalem, habeat: Niſi à tarenis quindecim infra, à ſuo Baiulo exercendam, ipſaq; omnis iuriſdictio Meſſanæ Vrbis ſit. An re-
26 ctè Dux † dicit poſſit? Diſtintius agendum duxi, vt tollantur multa, Quæ difficilem hanc redderent quæſtionem.

Primus, itaq; Caſus, eſt. An oppidi illius dominium in eum translatum cenſeatur? Qua in re, edocuit, *Soc. iun. cons. 1. in 4.* Regem poſſe Caſtrum, Pagum, Oppidum alicui Ciuitati hactenus ſubiectum, ex certa eius ſcientia, alteri infeudare, & eo modo Ciuitati adimere, *Bero. cons. 74. cons. 65. nu. 107. in 1. Roſentall. de feud. c. 3. conclus. 21. num. 1. Cephal. cons. 155. num. 12. Menoch. cons. 264. num. 65.* Idemq; poſſunt Habentes cauſam à Principe, ſi iure imperij vtantur, *Soc. iun. cons. 126. num. 10. in 3. cons. 76. num. 14. in 4. Franc. Marc. decis. 247. p. 2. Curt. de feud. p. 2. tit. de feud. laicor. num. 5. 8.*

Contrar. Imo non poſſe Regem, villam in territorio Ciuitatis conſiſtentem, nec aliquod terræ ſpacium, de illius Territorio in feudum Alteri concedere, aut in *Comit. Marchion. Ducat. Princip.* ad Ciuitatis, eiuſq; Ciuium præiudicium, vt ex *Alex. cons. 1. in 5.* & alijs, pro Oppidis ſitis in Diſtrictu Meſſanæ, concludit, *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quaſt. 6. ad fin.* vbi Meſſana plena eius Caſalium effecta fuit Domina, ex contractu, inueſtitura, vel tali priuilegio, quod in contractum incidit, *in term. Roſentall. de feud. c. 3. conclus. 21. num. 2. Petra, de Princip. potes. c. 10. nu. 24. Plot. cons. 24. cons. 53. Pancirol. conſ. 23. nu. 6. cons. 26. Morot. cons. 46. Menoch. conſ. 264. num. 37. 38. 40. Seſſe, decis. 187. num. 8. 9. Alba, cons. 111. Natt. cons. 636. num. 54. Couar. pract. queſt. 1. num. 10. Gabr. de iur. quæſit. non tollen. conclus. 7. num. 34. Crauet, cons. 592. num. 87. 89.* dixi, *Crim. cons. 89. num. 8.* Quamuis enim Princeps ſit omnium Dominus, & priuilegia ſubditis data reuocare poſſit, id tamen fallit, ſi in contractum tranſierint, *Roſentall. d. conclus. 21. nu. 4. Raudens. Variar. reſol. c. 68. nu. 86. Azeued. cons. 17. nu. 7. 8. Gabr. de iur. quæſit. conclus. 7. nu. 5. Cabed. decis. 95. nu. 14. p. 2. Valenzuel. cons. 2. nu. 68. Caſſanat. conſ. 43. à nu. 54. Marta, claus. 195. nu. 9. Larat. cons. 35. num. 3. Glorit. cons. 6. num. 68. 69. Valaſc. decis. 72. num. 5. decis. 120. num. 9. Schrader. cons. 14. nu. 270.* alios à me habes, *Crim. cons. 94. n. 5.* Nō enim minus contractibus, quàm Priuatus ligatur, *Roland. cons. 2. num. 26. in 2. Crauet. cons. 869. num. 7. Cephal. cons. 23. num. 50. cons. 342. num. 53. Gabr. de iur. quæſit. conclus. 5. num. 1. Gail. lib. 2. obſer. 55. nu. 7. Marta, de iuriſd. p. 4. centur. 2. cas. 190. nu. 12. Menoch. cons. 1003. nu. 97. cons. 307. à n. 38. Anton. Monach. Bonon. decis. 38. num. 17. Sfort. cons. 23. num. 8. Morla, in empor. tit. 3. de pact. in præmiſſ. nu. 67. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 20. nu. 9. Bardell. cons. 22. nu. 11. 34. cons. 39. nu. 39. cons. 75. nu. 9. cons. 82. nu. 28. Turret. cons. 4. nu. 17. in 1. cons. 9. nu. 7. in 2. Seſſe, decis. 79. n. 11. Rim. iun. cons. 601. n. 20. Schradr. de feud. p. 10. ſect. 1. nu. 47. 59. ſect. 3. nu. 43. Decian. cons. 25. nu. 21. in 1. Becc. cons. 45. nu. 26. cons. 129. à n. 44. Viui. decis. 103. nu. 2. Surd. decis. 234. nu. 7. Coſta, cons. 58. nu. 3. Valenzuel. cons. 2. nu. 71. Roſentall. de feud. c. 6. conclus. 31. n. 2. c. 7. conclus. 42. n. 17. Oſaſc. cons. 64. n. 66.* dixi

Crim.

Crim.cons. 94. *num.* 6. Etiam cum Subditis, *Afflic.decis.*282.*nu.*7.*Rim.iun.cons.*834.*n.*20. 21.*Oſaſc.decis.*90.*n.*7.*Burſ.cons.*16.*cons.*78.*nu.* 6.*Gabr.de iur.quaſit. conclus.*5.*num.*9. *Gomez. Variar.reſol.p.p.c.*1.*Roſental.d. conclus.* 21.*lit.* D.*Azeued.l.*1. *num.*18.*l.*3. *num.*6.7. 10.19.*tit.* 10.*libr.*5.*recop.Viui.decis.*141.*num.*9.13.Sicut & Succeſſor eius, *Bardell.cons.*22.*nu.*18.*Paſqual.de virib.Patr.potes.p.p.c.*1.*num.*50.*Otalor. de nobilit.p.*4.*c.*5.*nu.* 9.*Suar.alleg.*10.*nu.*3.*Bolognet.cons.*1.*n.*176.*Cabed.decis.*19.*n.*1.*p.*2.*Roſentall.d.conclus.*21.*nu.*4.*Surd.cons.*140.*nu.*38. *conſ.*419.*nu.*5.*Anna, cons.*129 *num.*61.*Sacca, cons.*8.*num.*11.12.*Georg.allegat.* 15.*num.* 13. *Menoch.cons.*1003.*n.*94.*cons.*1283.*n.*21. *Rim. iun. cons.* 548.*num.*23.*cons.*601.*num.* 30.*cons.* 834. *num.*2.*Morot.cons.*45.*nu.*9.ſiue per ſucceſſionem, ſiue per electionem Rex ſit, ex multis à me in, *Crim.cons.*94.*num.*7.

Non obſtant *Soc.iun.Bero.* & alij, ex aduerſo. Quia in term. Pacis Conſtantiæ loquuntur, quam temporalem dixerunt Omnes, ſed Meſſanæ priuilegia perpetua ſunt, ergo.

27 Secundus Caſus eſt, Quæ iuriſdictio † tributa ei ſit.? Qua in re ſcripſit, *Frec.de ſubfeud.lib.*2.*tit.quis dicat.dux.nu.*44. rei dominium, iuriſdictionem, & Regalem omnem Dignitatem ei quæſitam, cenſeri, Statim ac creatus a Rege fuit Dux. Sed inſpectis Meſſanæ Priuilegijs, nullam ei à Rege conceſſam iuriſdictionem concludit, *Gregor. d. quaſt.* 6.*nu.*3.*Couar.pract.quaſt.*1.*num.*10.*verſ.Decima concluſio.* quia vt notat, Alex. *cons.*24.*in* 5.ſi caſtrum ſubeſt Ciuitati, caſtrum non dicitur habere iuriſdictionem, ſed ipſa Ciuitas, cui ſubeſt, *l.qui ex vico. ff.ad municip. Alciat.l.pupillus.§.territorium.ff.de verb. ſignif. Bart.cons.*189.*Anchar.cons.*310.*Petr.Gregor.d. quaſt.*6.*num.*4. *Morot.cons.*46.*num.* 27. Adeo enim eius propria eſt iuriſdictio, vt ſine cauſa eam auferre non poſſit Rex, cum ex cauſa veluti onerosa fuerit conceſſa, & cum vtili; Caſtri dominio, *Brun.cons.*27.*num.*18. *Crauet. cons.*463.*num.*12.*Natt.cons.*636.*num.*54.*Caſſan.cons.*43.*num.*59. *Morot. cons.*46. *num.* 10. *Ruin.cons.*230.*num.*4.9.*in* 1.*Bellug.de Princip. §. Princeps.num.*3.*Menoch.de arbitr.in Scholijs ad quaſt.*55.*num.*2.*cons.*1156.*Canter,*3.*reſol. c.*3 *à num.*62.*ad num.vſq;.*74.*Ponte,de poteſt. proreg.tit.*3.*de elect.official.§.*1.*nu.*13. 23.*Villar, cons.*8.*num.*28.31.32.*dixi, Crim.cons.*89. *num.*14. Vel ſi Princeps conſequutus fuerit emolumentũ, vt ex effuſo Meſſanenſium ſanguine, *Natt.cons.*636.*nu.*54. Cum proprium Regis ſit, non reuocare conceſſa, *l.fin.C.de locat.prædior. ciuil.lib.*11.*Iſern.x.* 1. *quid ſit inueſtit. Anna, c.*1.*nu.*242.*de vaſall.decrept.ætat.* ipſeq; Rex circumuentus præſumitur, ſi declarationis prætextu conſtet, quod aufert prius conceſſa, *Ponte,cons.*53.*nu.* 54.55.*in* 1.

Non obſtat, *Frec.d.num.*44. Quia eo in caſu loquitur, quo loci illius iuriſdictio penes Regem adhuc eſſet: At ſi alteri fuiſſet conceſſa, cum in alterius præiudicium nihil à Rege actum præſumatur, conceſſi Ducatus nomine non contineretur, & hanc veriorem eſſe ſententiam exiſtimat, *Roſentall. c.*5.*conclus.*7.*lit. E.* ſi caſtrum Ciuitati, ex efficaci quauis obligatione adhæreat, vt Meſſanæ Vrbi, Galterij oppidum adhærere non dubitamus, cum de eius Diſtrictu ſit.

28 Tertius Caſus eſt, An nominari † Dux ipſe poſſit? eoq; titulo decorari? Quibuſuè Ducis priuilegijs, & prærogatiuis ipſe vti poſſit? ne Meſſanæ Vrbi fiat præiudicium.? Qua in re, Sciendum eſt, vocabulum iſtud Comes, Marchio, Dux, eſſe nomen iuris, denotans veritatem: Ideoq; eum qui de iure Comes, Dux, non eſt; Comitem, Ducem nuncupari non poſſe inquit, *Bald.tit.de his, qui feud.dar. poſſ. verb. Marchio. in princ.* dicens nomen hoc Comitis, eſſe non debere abuſiuum, ſed Proprium, quia ius ſignificet, *Bald.* ſequitur, *Frec.lib.*2.*de ſubfeud.uerb.Comes num.*19. ſuntq; Duces, & Comites abuſiuè ij, qui Comitatum, eiuſq; fructus non habent, *Bald.tit. quis dicat. Dux.in princ.num.*2. *Felin.c.rodulfus.verb.Comitatus.de reſcript. Ias. l.id quod, apud hoſtes.ad fin.ff.de leg.*1.*Iacob.in ueſt.feud.verb. Comes. Caſſane.de glor. mund.p.* 5.*conſider.*50.*Soc.cons.*165.*in* 2.*Ponte,cons.*7. *num.*16.*in* 2.*Decian.cons.*9.*num.*22.*in* 1.*Alba, cons.*563.*num.*3.*Sola,ad Decret. Sabaud.tit. de nominat.glos.*1.*num.*10. Hinc edocuit, *Aluarot.in c.*1. *de feud. Marcb.* quod non omnis collatio à Rege regalem tribuit dignitatem ſed ſolum, ſi confertur feudum, quod annexam habet dignitatem, ſicut Ducatus. Addit illic, *Camerar.* ad hoc vt quis dicatur Marchio, Dux, oportet, quod adſit res, & titulus, qui rei ſit annexus, *Ponte,cons.*7.*num.* 16.*in* 2. Comes enim dicitur à Comitatu, ipſeq; Comitatus, nihil aliud eſt, quam vniuerſitas agrorum, ſicut territorium, *Felin.c. rodulfus. verb. comitatus. de reſcrip.* A *pern.l.ſi. quis decurio.C. de decurion. lib.*10. *Balzeran. c.* 1.*num.*7. *quis dicat. dux. Caſtr. cons.* 293.*in* 1. *Soc.cons.*165.*num.*1.*vol.*2.*Dec.cons.*17.*num.*2. *Corn.cons.*151.*nu.*5.*vol.*3.*Hieronym.de Monte, fin.regund.c.*8.*Georg.alleg.*5.*nu.*3.*alleg.*8.*nu.*1. *Carpan. Mediol.ſtat.* 130.*num.* 11.*p.p. Alba, cons.*163. *num.* 38. *Tuſc.lit. C. conclus.* 479. *num,*2.

num.2. Qui territorium villarum non habet, Comes propriè dici non poterit, *Purpurat.l.1.num.248.ff.de offic.eius. Sola,in procm. Decret.Sabaud.glos.3.nu.22.adfin.* Atqui illius loci territorium ipſe non habet, minuſq; iuriſdictionem: Dux loci illius appellari nō debet, quia in Eo, iuris nomen verificari non poteſt; ſublato ergo territorio, ac per conſequens iuriſdictione, abuſiua quædam illi remanet qualitas Comitalis, quæ conſiderari non debet,

Secundo, Ducalis dignitas, eo quæſito colore à Rege collata huic Baroni videtur quod illius Oppidi vtile haberet dominium ſoli Regi ſubiectum, & iuriſdictionem infeudatam, quam in vaſallos ſuos exercere ſuis in precibus affirmat; ſed nulla eſt huius Oppidi infeudatio, nulla iuriſdictio, quę Meſſanenſis etiam Magiſtratus eſt, Ciuili, & criminali in cauſa; Nec vaſalli Baronis ſunt, illius Oppidi habitatores. Hæc ſi ceſſant quorum pretextu Ducalis dignitas conceſſa ei fuit, ceſſare ergo, & ipſa debet, vti correſpectiua, *l.etiam §. ex cauſa.ff.de minor. l. cum emptor. ff. de reſcind. vendit. Crauet. cons. 307.nu.203.Morot.cons.46nu.24.* Quia principalis huius tituli cauſa, fuit dominum ſe eſſe illius oppidi, iuriſdictionem in eo habere, eiuſq; Gentes vaſallos ſuos eſſe, & hoc negari non poteſt, cū creatus fuerit, Dux reſpectu illius dominij, & iuriſdictionis: cumq; iuriſdictionem habere non poſſit, ridiculū profecto eſt dicere, quod retinere ipſe poſſit, nudum Ducis nomen, abſq; Ducatu & abſq; re, ob quam principaliter fuerit illo nomine decoratus. Quorſum enim appellabimus aliquem Ducem oppidi Galterij? in quo ſi neq; Imperium, neq; Territorium, neq; Dominationem aliquam, is habeat.

Sublatis ergo his, quæ (vt dixi) Ducalis nominis fuerunt in cauſa, ſubmoueri etiam debet nomen ipſum, *ex reg.l.cum principalis.de regul.iur.& alijs vulg.* & quia non eſt veriſimile, quod voluerit Rex, ſolo Ducis nomine, abſq; iuriſdictione illum ſuo priuilegio ornare, & iſto modo abuſiuè, & impropriè Ducem creare. Exiſtimabat enim Rex veram fuiſſe infeudationem, vt ipſe expoſuit, per quam in Ducatum erexerat Oppidum illud. At cum hodie infeudatio ſubuertatur ex Pactis, & Conuentionibus cum Meſſana vrbe initis, & à Re ipſa, quia nullum Dominium, nullam iuriſdictionem nullum etiam vaſallagium in ea retinet, ex veriſimili concedentis Regis mente, æquè euerti debet Ducalis dignitas. Rex præſumitur circumuentus, ſi in tertij præiudicium reſcribit, vel ſi declarationis prætextu, aufert prius conceſſa, *Ponte,cons.53.num.54.55.in 1.Menoch. cons. 1007.nu. 74. Glorit. cons.7.nu.39.Raudens.cons.1.nu.421. in 2.* etſi aſſerat, motu proprio, id egiſſe, *Morot.cons.45.nu.15.* cum nec de Plenitudine poteſtatis id poſſit Princeps, *Vaſq.illuſt. controuers. lib. 1.c.5.num.15.Becc.cons.30. num. 50.Menoch. cons.1283.num. 10. Marta,Vot.37.nu.7.Vot.165. num. 19.* Quia ſi interrogatus fuiſſet Rex, tempore priuilegij, an creare ipſe velit Ducem vnius loci, abſq; territorio & iuriſdictione, ac proinde abuſiuè, & impropriè: planè reſpondiſſet negatiuè: Cum non ſoleant Principes adeo inaniter has dignitates conferre. Igitur mens hæc Principis, pro expreſſa haberi debet, *arg.l. tale, pactum.ff. de pact.* Quæ ſanè omnia cum ad ſenſum pateant, & naturali ratione probentur, illa ſola ſufficit ad cauſarum deciſionem, *l.ſcire. oportet. §. ſufficit. ff. de excus. tutor.* Præter id quod paſſim ſetuatum hoc in Regno videamus, ſolum Comites, Marchiones, Duces, & Principes creati, habentes iuriſdictionem in loco, à quo nomen aſſumunt.

Tertio, Ex iſta nominatione Meſſana Vrbs maximè læderetur: Audirent enim quotidie Meſſanenſes ciues, illum nominari Galterij Ducem, & dominum territorij ipſius Vrbis: Quod intereſſe eſt conſiderabile, *arg. l.eos. §. qui ſe pro milite. ff. ad l. Cornel.de falſ.* Sicut etiam videmus, nemini licere arma, & nobilitatis inſignia alterius ſibi vendicare, *Ponte, de poteſ.proreg.tit. 10.de diuerſ.prouis.§.de inſignijs. num.3. Tuſc.lit. A.conclus.516.num.6. Tiraq. de nobilit. c. 6.num. 17.* & qui hoc egerit, poſſet prohiberi, *Bald.l.2. C.quæ res vend.non poſſ.* optimè, *Bart. de inſignijs. num. 5. 6. 7. Benedict.c. raimutius. verb. de Clera. ſub num. 84. de teſtam. Caſſane. de Glor.mund.p.p.conſider.21.Cioff. cons. 17. num. 4. Rebuff.ad Gall.Conſtit.tit.de Mercator.gloſ. 1. num.26.Sola,ad Decret. Sabaud.tit. de inſign.& arm.glos. 2.num.11.Viui.decis.324.num.4.Morot.cons.46.nu.25.* Quin, & puniri, *Menoch. de arbitr. cas. 318. num. 24. Sola, d.num. 11.* & ius hoc prohibendi, ne Dux ille nominetur, Meſſanæ, potiſſimum competit, Quæ à Rege domina eſt huius oppidi: cum damnoſum ei ſit, & de eius præiudicio agatur, *Bart.& Bald.l.1.C.vt nemini lic.ſine iudic.author. ſing.imper, Bart.d.num.5. Coſta,de Scien.& ignor. cons.1.diſtinc.51.nu.3.Crauet.cons.829.num. 4. Viui.decis.324.num.4. Macerat. lib.1. reſol. 66. num. 12.* nec debet veritas geſtorum, erroribus,

bus,

bus, aut falſa aſſeueratione tolli, & immutari, *l. cum falſa. & ibi, Doct. C. de iur. & fact. ignor.* Cumq; nullus Dux, nulluſq; Comes, exiſteret in proprio ſuo Territorio, & Diſtrictu. non licuit Regi noſtro, quemquam creare Ducem villarum Ciuitatis; Hoc enim modo, in proprio ſuo ſtatu non conſeruaretur Meſſana Vrbs: cum ducem, & dominũ admittere in Diſtrictu, & Territorio, quod Meſſanę eſt proprium, neget, *Morot. cons. 46. num. 25.*

Nec obſtat, Quod à tarenis quindecim infra, iuriſdictionem ipſe exerceat, quæ licet minima ſit, inter iuriſdictionum ſpecies refertur, *ex Bart. nu. 26. Cagnol. num. 319. l. imperium. ff. de iuriſdic. omn. iud. ergo.*

Reſpon. I. Hoc ſpeciatim, ipſum non expoſuiſſe, ſed iuriſdictionem omnem in Gentes illas vti vaſallos exercere, Cumq; priuilegium à Principe conceſſum; in quo, vel ſubreptio adeſt, vel falſa cauſa, vel taciturnitas veritatis, nullius ſit momenti, *l. 2. l. etſi legibus. C. ſi contr. ius. vel vtilit. public. Suarez. alleg. 12. Girond. de priuileg. num. 200.* vel ſi mendaciter, *num. 736. Trentacinq. Variar. lib. 1. reſol. 5. d. num. 1.* etſi ſine dolo commiſſa ſurreptio ſit, *Crauet. cons. 68. num. 12. Burſ. cons. 310. num. 33.*

Reſpon. II. Nec ob id dici poteſt Baſſam hac iuriſdictionem penes Meſſanæ Vrbis Magiſtratum non eſſe, licet exercitium eiuſdem apud eius Ballium ſit, adeo vt de ea, in Ducis titulum potuerit inueſtiri, tanquam de iuriſdictione ſeparata, & quæ Vrbis non ſit Quia eius Ballius huiuſce iuriſdictionis infimæ exercitium non habet priuatiuè ad Ciuitatem; Sed permiſſiuè, ratione diſtantiæ loci, & ne pro qualibet re minima, Ciuitatis dominantis Iudices adire homines illi cogantur, magno cum eorum labore, *Morot. cons. 46. num. 26.*

Reſpon. III. Iuriſdictionem priuatiue habere minimè poteſt Ballius, cum enim Oppidum illud de Diſtrictu ſit Meſſanæ, & ſecundum eiuſdem Vrbis: ſtatuta regatur, nulla illi de iure cohærere potuit iuriſdictio: ſed Vrbis iuriſdictioni ſubeſſe dicitur, *l. qui ex vico. ff. ad municip. Alciat. l. pupillus. §. territorium ff. de verb. ſignif. Bart. cons. 189. ſub nu. 1. Anchar. cons. 310. n. 1. Morot. cons. 46. n. 27.* Diſtrictus denotat territorium, cui iuriſdictio ineſt, *Bald. cons. 419. in 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 17. n. 1. 3. 4. Tuſc. lit. D. conclus. 516.* Sed diſtringendi ab eo ſunt ſubditi, qui iuriſdictionem, à diſtrictu habet, *Alex. ad Bart. d. §. territorium. Abb. cons. 20. n. 1. 2. in 1. Crauet. cons. 672. n. 2.* Et cũ iuriſdictio contentioſa territorio cohereât, & terminetur, *ex Bart. Bald. & Angel. l. fin. C. vbi, & apud quem, in integr. reſtit. Morot. cons. 46. num. 15.* nullumq; territorium hic habeat, exerceri ergo ab Eo non poteſt, *ſic in term.* arguit, *Boer. decis. 227. n. 5. Caſtr. cons. 85. num. 7. in 1.* aſſerens locum Lucignani non eſſe de Comitatu Senarum, quia merum, & mixtum imperium habeat, cui natura Comitatus repugnat, & poſt *Caſtr.* ſic arguit, *Crauet. cons. 672. n. 10. cons. 673. n. 2. Morot. cons. 46. n. 18.* Imo, cũ à Meſſanę iuriſdictione ſeparatum nunquam fuerit hoc oppidum Veriſimile nec eſt, voluiſſe Regem de iure Ciuitatis, quicquam diminuere, *ex Bart. l. 1. C. de excuſat. muner. lib. 10. notat, Alciat. d. §. territorium. num. 53.*

Reſpon. IV. poſſe Alterum eſſe iuriſdictionis dominum; Alterum Territororii, cum ſeparata hæc ſint, *Capic. decis. 27. num. 36.* ex ijs, quæ notat, *Bald. c. 1. §. è contrario. de Inueſt. de re alien. fact.* vbi habens Caſtrum (inquit *Bald.*) ſi emit in eo iuriſdictionem, ipſa per ſe ſtabit. Nec dicetur Baro, qui *Caſtri* illius cenſuales habet reditus, *Alciat. cons. 35. nu. 4. 5. 6. lib. 3.* Sed ne in Re euidenti diutius moremur, ſufficiet hic obiter excitati dubii mentionem feciſſe, quod *Ciuil. Cons. 50.* commodius diſſeremus; ſed iam ſatis.

29 Q. V. Comitatus † conceſſi priuilegium An ad alios tranſeat, Doct. variant, *ex Bart. l. pater. filia. ff. de ſeruit. legat. in l. 1. ff. de conſtit. princ. in l. quia tale. vbi Alex. ff. ſol. matr. Ias. l. ſi ſic ſtipulatus. 2. num. 12. ff. de verb. oblig.* cum priuilegium aliquando Perſonale, aliquando Reale, eſſe Doct. ſcripſerint, preſertim, *Barbos. d. num. 39. in d. l. quia tale. in l. in omnibus. ff. de regul. iur. in c. ſanè. de priuileg. Menoch. cons. 276. num. 8. cons. 1007. num. 95. lib. 3. preſum. 103. & de arbitr. cas. 562. Alba, cons. 132. num. 1.* & alij, mox citandi. Pro reſolutione, igitur.

30 Primus Caſus eſt, ſi dignitas † Comitatus conceſſa ſit Perſonæ, eiuſq; intuitu; Perſonalis dicitur, *Camill. de Curte, diuerſ. feud. p. p. §. 4. ſed vnde. num. 17. Barbos. d. nu. 39. Ponte, feudal. lect. 6. d. nu. 46. Cancer, 3. reſol. c. 3. nu. 324.* quæ nec in alium tranſit, ſi res illa vendatur; ſed cum perſona extinguitur, *l. forma. §. quãquam. ff. de cenſib. Alex. cons. 86. in 1. Ponte, cons. 1. n. 61. Tuſc. lit. P. conclus. 743. n. 3. conclus. 745. n. 6. Teſſaur. lib. 1. foren. quæſt. 90. n. 4. Burſ. cons. 281. nu. 27. cons. 131. num. 69. Menoch. lib. 3. præſum. 103. nu. 1. cons. 2. num. 272. cons. 1132. num. 8.* quia priuilegium non egreditur perſonam, *c. priuilegium. & ibi, Doct. de reg. iur. in 6. Turret. cons. 58. num. 2. 6. in 2. Magon. Lucens. decis. 98. num. 15. Suarez. cons. 17. num. 11. Macerat. Variar. lib. 1. reſol. 109. num. 7. Tuſc. lit. P. conclus. 746. num.*

6.Veſembec.cons.55.num.33 Caualc.decis. 29. nu.4.p.p.Barbos. d.l.quia tale.nu.4.Decian.cons. 5.nu.3.in 4.Tapp.de Conſtit.Princip.p.p.c.3.nu. 31.Menoch.cons.1007.num.95.Peregr.cons.12. nu.4.in 2.Valenzol.conſ.38.nu.5.Surd.conſ.103. num.14.cons.127.nu.67.cons.525.nu.3.Raudens.cons.1.nu.492.in 2.Rot.decis.777.nu.2.p. 3.lib.3.Franc.decis.694.nu.1.Gutier.de gabell. quæſt.166.nu.3. Perſonam, immediatam fuiſ-

31 ſe conceſſionis † cauſam ex eo agnoſcimus, quod ratio, & cauſa, ex quibus facta conceſſio eſt, perſonę illi ſolum, conueniat, ad tex. l.maritum.ff.ſolut.matrim.l.etſi fideiuſſor.§.ſi maritus.ff.de re iudic.Menoch.d.præſum.103.nu.2. 3.vt nec ex identitate rationis, de perſona ad perſonam admittatur extenſio, Dec.d.l.in omnibus.nu.4.Surd.de alim.tit.2.quæſt.15.nu.94. Valenzuol.cons.38.nu.18.niſi dictum ſit, quod tranſeat ad hæredes, Ponte, feudal.lect.6.n.47.

32 Ampl.I. Si ſpecialis ſit illius † perſonæ fauor, ad tex.l.licitatio.§.imperatores.ff.de public. Menoch.d.præſum.103.nu.6.7.8. vel eius merita, Tuſc.lit.P.conclus.745.num.9. Alciat.cons.7. nu.25.in 4.Tap.d.c.3.nu.28. Crauet.929. Vel ſi ſuper qualitate perſonali fundatum ſit, dignitatis priuilegium, Alba, cons.132.num.7.

33 Ampl.II. Si ſub nomine † proprio, vel pronomine, fiat conceſſio, ex Felin.c.mandata. nu.2.de præſum. Dec.d.l.in omnibus.num.2.cons. 262.num.1.Alex.cons.86.nu.7.in 1.Lopez.l. 27.glos.1.tit.34.p.7.Bellon.conſ.20.nu.7.Tuſc. d.concluſ.745.nu.10.Valenzuol.cons.38.nu.8. Natt.cons.163.nu.7.Vrſill.decis.128.nu.2.Menoch.d.præſum.103.nu.9.Surd.cons.274.nu.11.decis.39.nu.5.decis.85.nu.4.decis.322.n.11.

34 Ampl.III. Si perſonæ † induſtria fuit electa, quod ex commiſſi negotij qualitate appareat, Bart.Alex.num.2.Ias.num.7.l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui.ff.de legat.1.Dec.cons.262. num.7.Natt.cons.163.nu.10.11.cons.164.num. 10.13.Menoch.d.præſum.103.num.10.

35 Ampl.IV. Si appareat † ex aliqua priuilegij parte, perſonæ conceſſam fuiſſe dignitatem, Bald.cons.368.in 5.Natt.cons.164.num.1. 22.Menoch.d.præſum.103.num.11.

36 Declat.I. Niſi conceſſio fiat † perſonæ quæ licet proxima ſit cauſa, ad Meritorum tamen remunerationem, Realis erit, Bald. cons.355.in 1.cons.98.in 3.Tiraq.de reuoc.donat.glos.donatione largitus.nu.48.Tap.d.c.3.nu. 28.Menoch.d.præſum.103.num.12.13.cons. 1007.num.99.Surd.cons.419.num.64.

37 Declat.II. Realem eſſe † conceſſionem, ſi perſona, cui facta conceſſio eſt, remota fuerit cauſa, & alia proxima, Din.d.c.priuilegium. num.4.Dec.d.l.in omnibus.num.4.Tap.d.c.3.nu. 20.Menoch.d.pręſum.103.num.17.18.19.

38 Declar.III. ſi conceſſio facta ſit † Perſonæ, per modum beneficij, non autem priuilegij, Tunc realis eſt, Bart.l.fin.nu.4.ff.de ſeruit.legat.Bald.l.apud.Iulianum.§.ſi quis alicui.ff.de legat.1.Alex.l.quia tale.nu.2.ff.ſolut.matr.Dec.d.l. in omnibus num.5.cons.262.num.5.Bellon.cons. 20.num.8. Marſcard.de probat.conclus.338. num.1.Ponte, cons.7.num.20.in 2.Carol.Tapp.d. p.p.c.3.nu.32.Menoch.d.præſum.103.num.20. cons.1007.nu.99.Bouadill.lib.2.Polit.c.16.nu. 6.latè enim interpretāda ſunt Principum beneficia, l.fin.ff.de Conſtil.Princip. cum realis ſit dignitas à Principe conceſſa Menoch.d.pręſum. 103.nu.29.30.31.cons.1007.num.102. Præſumendum ergo eſt, quod pro Succeſſoribus, ipſe conceſſerit, Menoch.d.præſum.103.nu.21. Tiraq.de nobilit.c.37.nu.59.ſi de ſolo eius præiudicio agatur, Bellon.cons.20.num.20.

Declar.IV. ſi conceſſio perſonæ, fuerit facta ex contractu, ad tex.l.2.ff.de iur.immun. Ias.l.ſi ſic ſtipulatus.2.nu.13.17.ff.de verb.oblig. Bellon.cons.20.nu.3.Menoch.d.præſum.103.nu. 22.Tap.d.c.3.num.22.Surd.cons.525.num.25.

39 Declar.V. ſi conceſſus ſit Comitatus † certo perſonarum generi, vt puta familiæ, Realis erit; ob id ad ſucceſſores, qui eiuſdem familiæ ſunt, tranſit, ex l.1.§.fin.l.immunitatis. ff.de iur.immunit.l.vacatio.ff.de muner.Din.c.priuilegium.nu.6.Soc.cons.84.nu.7.9.in 3.Menoch. d.præſum.103.num.23.Surd.cons.262.num.42. Comitatus dignitatem Realem eſſe, vt ad quemcumq; tranſeat, Decian.cons.7.num.69. in 3.Ponte, cons.7.num.25.ad fin.in 2.

40 Secundus Caſus eſt, ſi dignitas † Comitatus erecta fuerit à Rege in aliqua Ciuitate, terra, aut feudo, Tunc dignitas adſcribitur loco, licet perſonam exinde nominet Comitem & Realis erit, Din.c.priuilegium.num.7. de regul.iur.in 6.Bart.l.fin.nu.5.ff.de ſeruit.legat. Bald.l.omnia.C.de epiſc. & cler.Aret.c.nullus.de for.compet.Dec.l.in omnibus.num.16.l.qui in ius. num.2.ff.de reg.iur.Tuſc.lit.P.conclus.744.num. 3.Surd.conſ.525.nu.26.Barbos.d.nu.39.Guttier, d.nu.3.Ponte, cons.7.nu.19.21.in 2.d.lect.6.nu. 49.Burſ.cons.131.nu.69.Bellon.cons.20.n.9.Maſcard.d.conclus.338.num.4.Menoch.præſum.103. num.24.cons.1007.num.98.cons.905.num.3.Girond.de priuileg.num.933.& ij quidem adducti ſunt, ex l.forma.§.quamquam.ff.de cenſib. & ratione illa, quod eadem ſemper ſit ciuitas, eadem vniuerſitas, l.proponebatur.ff.de iudic. Perpetuus ergo dicetur titulus, Surd.conſ.262. nu.43. vt cum ipſa Terra, aut feudo alienari poſſit, ipſeq; emtor ſit Comes, Frec.d.lib.2.tit. quis dica.Comes.nu.47.Ponte, cons.1.nu.60.in 1.

cons.

Digitized by Google

*cons.7.num.*11.16.17.*in* 2. Adeo enim inſeparabilis eſt dignitas, aſcripta loco, vt neceſſario, in quem tranſit locus, tranſeat & dignitatis titulus, *Camill. de Curte, d. num.* 17. *Cancer. d. n.* 324. *Burs. cons.* 16. *n.* 64. *Teſſaur. Forens. queſt.* 5. *num.* 2. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 1007. *num.* 97. *cons.* 905. *nu.* 13. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 4. *c.* 10. *num.* 34. licet incapax ipſe ſit principaliter, quia in conſequentiam cum ipſa re dicetur capax, *Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 13. *nu.* 13. Realis quoq; eſt, ſi conceſſio facta ſit rebus ipſis, non perſonæ, Din. *d. c. priuilegium. num.* 6. Dec. *num.* 15. *Cagnol. nu.* 14. *d. l. in omnibus. Alex. cons.* 192. *in* 2. *Maſtrill. d. c.* 10. *num.* 30. *Burſ. cons.* 281. *nu.* 33. Natt. *cons.* 627. *nu.* 12. *Schrader. cons.* 23. *nu.* 62. *Menoch. cons.* 905. *n.* 3. *d. preſum.* 103. *nu.* 26. qui ob id affirmat conceſſionem hanc, tranſire in quem tranſeunt & ipſæ res, *l. via. §. quæcumq. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. ſi aquæductus. ff. de contrah. empt. l. ætatem. §. rebus. ff. de cenſib. Crauet. cons.* 590. *num.* 1. *cons.* 929. *num.* 27. *Ponte. cons.* 7. *num.* 11. 16. 17. *in* 2. *Menoch. cons.* 1007. *num.* 100.

41 Ampl. I. Etſi Inalienabilis † ſit dignitas, & titulus, ſi tamen cum terris, & vaſallis conceditur: Terra ipſa alienata, tranſit & ipſe dignitatis titulus, *Suarez, l. quoniam in prioribus. limit.* 11. *n.* 3. *C. de inoff. teſtam. Ponte, cons.* 7. *n.* 11. 12. *in* 2. *Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 19.

42 Ampl. II. Vt ſi Comitatus † dignitas detur in feudum, realis ſit, ſecus ſi in Officium, *ex Iſern. & Afflic.* ſcripſit, *Pacian. de probat. in ſcholiis ad c.* 36. *lit. M. lib.* 2.

Ampl. III. Realem eſſe dignitatem, quæ *pro hæredibus*, conceſſa eſt, *Barbos. l. quia tale. num.* 34. 35. *ff. ſolut. matr. Burſ. cons.* 258. *num.* 35. 45. *Tapp. de Conſtit. princ. p.* 2. *c.* 3. *num.* 34. *Crauet. cons.* 404. *Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 24. *Maſtrill. d. c.* 10. *nu.* 38. Vel ſi Succeſſorum mentio in priuilegio, facta ſit, *Bald. cons.* 159. *in* 3. *Tiraq. de primog. queſt.* 35. *n.* 20. *Tuſc. lit. P. conclus.* 746. *nu.* 17. *Schrader. cons.* 23. *nu.* 62.

43 Tertius Caſus eſt, ſi ſimus in dubio † cui facta ſit dignitatis conceſſio, An perſonæ, vel rei? Hoc in caſu, *Doct.* contendunt.

Prima, eorum fuit opinio, vt Perſonalis in dubio præſumatur, *ex Glos. c. cum veniſſent. de inſtitut. Franc. Archar. & reliqui, c. priuilegium. de priuileg. in* 6. *Bald. cons.* 112. *nu.* 2. *in* 1. *Natt. cons.* 242. *nu.* 1. *Dec. d. l. in omnibus. n.* 3. *Pappon. cons.* 7. *num.* 14. *Cephal. cons.* 615. *nu.* 91. *Vrſill. ad Afflic. decis.* 128. *nu.* 1. *Cabed. decis.* 93. *nu.* 4. *p.* 2. *Crauet. cons.* 929. *num.* 35. *Eugen. cons.* 92. *num.* 7. *Decian. cons.* 5. *nu.* 2. *in* 4. *Turret. cons.* 58. *num.* 3. *in* 2. *Marta. Vot.* 66. *nu.* 10. *Valenzuel. cons.* 38. *nu.* 7. *Macerat. Variar. lib.* 1. *reſol.* 109. *nu.* 7.

Secunda fuit, *Bart. opinio, in l. fin. ff. de ſeruit. legat.* Realem eam cenſeri, *Bald. l.* 1. *§. excepto. C. de caduc. tollen. & in l. apud iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de legat.* 1. *Copioſe Alex. l. quia tale. nu.* 2. *ff. ſolut. matr. Dec. d. l. in omnibus. num.* 51. *cons.* 262. *num.* 5. *Bellug. de Princip. rub. vlt. nu.* 9. *Burſ. cons.* 258. *num.* 23. *cons.* 281. *num.* 32. Molin. *d. c.* 11. *nu.* 10. *Menoch. d. præſum.* 13. *nu.* 29. Cum nedum reſpectu perſonæ, ſed etiam rei, conceſſa illa cenſeatur, maximè ſi ſecundum, aut ſaltim præter ius commune ſit, *ex Bart. l. ſi pater. ff. de ſeruit. legat. Imol. l. quia tale. & ibi, Alex. num.* 4. *ff. ſolut. matrim. Oldrad. cons.* 257. *num.* 1. 2. *Bellon. cons.* 20. *num.* 8. *Ponte, cons.* 7. *num.* 22. *in* 2. *Schrader. cons.* 23. *num.* 62. *Menoch. cons.* 1007. *nu.* 102. *& d. præſump.* 103. *nu.* 29. 30. 31. *Tuſc. lit. P. conclus.* 743. *nu.* 1. Et ſi conceſſa ſit iuriſdictio, *Alba, cons.* 64. *num.* 72. *Maſcard. de probat. conclus.* 338. *nu.* 1. *Tapp. d. c.* 3. *nu.* 26. 30. 31. vel nobilitas, *n.* 33. At ſi contra ius, Perſonalis erit, *Pappon. conſ.* 7. *num.* 22. Natt. *cons.* 143. *nu.* 4.

Tertia, fuit, & verior, *Bellon. opinio d. nu.* 8. ad côiecturas potius recurrendum, Natt. *cons.* 164. *num.* 21. *Alba, cons.* 64. *num.* 72. *Tuſc. d. conclus.* 743. *n.* 5. *Menoch. d. præſump.* 103. *n.* 29. 30.

Prima eſt Coniectura, à Qualitate con-
44 cedentis † cum ſi priuilegium Principis ſit, realis eſt conceſſio, *Franc. c. priuilegium. de regul. iur. in* 6. *Alba, d. num.* 72. Natt. *cons.* 164. *nu.* 5. 15. 28. *Maſcard. de probat. conclus.* 338. *nu.* 3. *Menoch. d. præſum.* 103. *num.* 31.

Secunda eſt Coniectura, à Qualiate verbo-
45 rum † in ipſa conceſſione, expreſſorum, vt ſi, dictum ſit, concedimus Caio in perpetuum realis erit conceſſio, *Anchar. cons.* 327. *Garſ. de nobilit. §.* 1. *glos.* 1. *nu.* 24. *Rim. iun. cons.* 763. *nu.* 17. 18. *Azeued. l.* 1. *nu.* 91. *tit.* 1. *lib.* 6. *recop. Tap. d. c.* 3. *nu.* 23. *Menoch. d. præſum.* 103. *num.* 38. *cons.* 905. *nu.* 7. *Soc. cons.* 84. *nu.* 4. *in* 3. Qui *& num.* 6. contrariis reſpondet; Tum maximè, ſi alia concurrunt verba, quæ perpetuum ſignificarent, Realis erit conceſſio, *Alex. cons.* 84. *num.* 6. *in* 1. *cons.* 71. *in* 6. *Menoch. d. præſum.* 103. *num.* 40. *Tuſc. lit. P. conclus.* 743. *nu.* 4. *conclus.* 744. *num.* 4. *Schrader. cons.* 23. *ſub nu.* 62. Vt ſi donatum, quid ſit in annos ſingulos, *Tapp. d. c.* 3. *num.* 32.

46 Tertia eſt Coniectura, à Qualitate † ſeu natura rei; Nam ſi conceditur res quæ ſui natura non eſt trãſitoria, ad hæredes, Perſonalis erit conceſſio, *Bero. cons.* 173. *num.* 68. *in* 1. *cons.* 153. *num.* 7. *in* 3. *Tuſc. d. conclus.* 743. *num.* 7. *Maſcard. d. conclus.* 338. *nu.* 2. *Menoch. d. præſum.* 103. *nu.* 35. Vel ſi ſonat in feudum, *Bald. cons.* 182. *in* 5. *Dec. cons.* 262. *Tuſc. lit. P. conclus.*

744.*num.* 10. ſecùs ſi tranſitoria ad Succeſſores ſit, *Tapp. d.c.3. num.* 26. Vel ſi materia eſt odioſa, perſonalis erit dignitas, ſi fauoca-bilis, erit Realis, *Crauet.cons.929.n.33.Tuſc.lit. P.conclus.*743.*nu.*6. vt in ſingularem Succeſſorem tranſeat, M*enoch. cons.*1007.*num.*97. *& d.præſum.*103. *ad fin.* Vel ſi haberetur reſpectus ad cauſam, non ad perſonam, *Tapp. d.c.3.n.22.Barbos.l.poſt.dotem.n.56.ff.ſol.matr.*

Ex his intelligimus, non inutilem eſſe diſceptationem hanc: Nam ſi realis † eſt con-
47 ceſſio ad hæredes & ſucceſſores omnes tranſit, non ſi Perſonalis, *ex l. 1.§. perſonis.ff. de iur.immun.l.ſordidorum.C.de excuſ.muner.lib.*10. *Girond.de priuileg.quæſt.*13.*nu.*109.737.*Surd. de alim.tit.*2.*quæſt.*15.*num.*202.*cons.*127.*nu.*67. *cons.*444.*num.*1.*Soc.cons.*59.*num.*2.*cons.* 116. *num.*20.*in* 1. *Tuſc.lit.P.conclus.*746.*num.*1.2. *Gratian.diſcept.*433.*nu.*46.*diſcept.*538.*nu.*41. *Valenzuol.cons.*38.*n.*9.M*enoch.d. præſum.*103. *num.*45.*Teſſaur.lib.*1.*forens.quæſt.*5.*num.*2.5. *Valaſc.in prax.partit.c.*26.*num.*9.*Caualc.decis.* 19.*nu.*30.*p.*3.*Pappon.cons.*7.*nu.*12.& ad Res auctas extenditur, cum ſit realis, *Valenzuol. cons.*71.*nu.*38. vt à concedentis ſucceſſore reuocari non poſſit, M*enoch.cons.*1193.*nu.*13.

48 Eſt & alia vtilitas, Realem † conceſſionem de perſona ad perſonam extendi, non perſonalem, *ex Iaſ.l.non tantum. nu.* 7.*ff.de re iudic. Dec.d.l.in omnibus.nu.*6.7.*Alex.cons.*114.*nu.*5. *in* 4.*Rom.cons.*246.*nu.*4. *Crauet.cons.* 239.*nu.* 4.M*enoch.d.præſum.*103.*nu.*46.*d.caſ.* 562. *nu.* 19.*cons.*1007.*nu.*95.*Valenzuel.cons.*39.*num.*5. *Cephal.cons.*615.*nu.*92.*Alba,cons.*188.*nu.*20. *Canal.decis.* 19.*num.*4.*p.*2.*Barz.decis.*57.*nu.* 6. *decis.*78.*nu.*15.*Roland.cons.*61.*num.*10.*in* 4. vt nec ex identitate rationis ad Succeſſorem tranſeat, *Cephal. cons.*615.*num.*93. Nec vltra caſus in ea nominatos, *c. porro.de priuileg.Suarez. tit.de bon.acquis. num.* 10. M*enoch. cons.* 136. *num.*3. *Rim. iun.cons.*749. *num.* 16.*Schrader.cons.*12. *num.*43. qui ex aliorum ſententia, ſubijcit, hoc etiam in Fauorabilibus procedere, *Aldouin. cons.* 20. *num.* 168. Sed hæc, ad alia properantes, conſultò prætermittimus.

SVMMARIVM.

1 *Baro etſi inferior ſit Comite, alijs tamen Nobilibus præfertur,*
2 Schrader.cons. 13.num. 159. 170. *defenditur aduerſus,* Sixtin.de regalib.lib.1.c.4.n.51.
3 *Baro, large ſumpto vocabulo, dicitur Princeps*
4 *Barones an Comitibus æquiparentur? num.*6.
5 *Conſuetudo in caſu præcedentiæ, & nobilitatis, plurimum operatur,*
7 *Baro, verbum, vnde effluxerit*
8 *Baro, propriè, & impropriè quis ſit? nu.*9.12.13.
10 *Feudi poſſeſſio non facit quem Baronem, ſed Regis titulus.*
11 *Iuriſdictionem ſi quis habet, in dignitate eſt.*
14 *Baronia ſit Regis deſtinatione.*
15 *Baronia, nomen eſt vniuerſitatis.*
16 *Baronia vnum, vel plura feuda habere poteſt in alieno territorio, quod pars eius corporis erit.*
17 *Baronem ſe eſſe quis probet. Ampl.nu.*18. *Declar. num.*20.
19 *Poſſeſſione, an probetur dominium, & quando?*
21 *Baronis nomen in Tex. exprimi, Quæ fuit ratio?*
22 *Dignitate maiori adepta, Minor non amittitur.*
23 *Dignitas maior inſpicitur, ſi in vna, eademq; perſona, plures conferantur dignitatum tituli.*
24 *Feuda (ex iure communi) diuidua ſunt, Exceptis feudis dignitatum.*
25 *Feuda (ex iure Siculorum) ſunt indiuidua*
26 *Feudum, homo fingitur, licet Mutus, & ſurdus*
27 *Feudum ſemel cum Regio aſſenſu diuiſum, feudum eſt ſeparatum, de per ſe.*
28 *Baronia cum iuribus, & pertinentijs conceſſa; Feudis per alios poſſeſſis non præiudicat.*
29 *Feudum, ſiuè Caſtrum à Ciuitate ſeparatum, cenſentur in eo omnis iuriſdictio, merum, mixtumq; imperium tranſlata, quæ Ciuitatis erant.*
30 *Baro non eſt, qui quotam Baroniæ partem emerit, ſi dignitas baronalis penes venditorem remanſerit. Ampl.num.*31 *Declar.num.*32.

Baroni. Baronibus. glos. IV.

A, Comitibus, ceteriſq; regali dignitate inſignitis, ad Barones pergamus; cum Baronum dignitas proxima ſit poſt
1 Comites, & licet † inferiores ſint, *ex Purpur. l.*1.*nu.*244.*ff.de off.eius. Boer.de dignit.magn.conſil.nu.*111.*Curt.de feud. p.*2.*nu.*3.*Caſſan.de Glor.mund.p.*5.*conſidet.*56. *p.*8.*conſider.*15.*Alciat.de ſingul.certam.c.*32.*nu.* 7.*Surd.cons.*453.*nu.*35.*ad fin. Tatian.de probat. lib.*2.*c.*37.*nu.*6. præferuntur tamen alijs Nobilibus, qui non ſunt Comites, *c.fundamenta. ad fin. de elect.in* 6. *Boer. de ordin.grad. vtriuſq; for.p.*2.*num.*8.*Cabed.decis.*104.*num.*4.*p.*2. Pro-
2 inde † mirum ſanè eſt *Sixtin.lib.*1.*de regalib. c.*4.*num.*51. increpaſſe *Schraderum,* adeo Baronatui tribuentem, *Vt con.*13.*nu.*159. maximam dignitatem Baronatum appellaſſet,

& nu.

Digitized by Google

& nu.170.verſ.tum quia, affirmet, generali *Ba-*
ronum appellatione, comprehendi Duces,
Marchiones, & Comites. Cum de maxima
illa dignitate neminem; de Generali verò
appellatione ſolum, *Afflic.* alleget, quem ta-
men vt Regni Neapolitani iuriſconſultum,
tantum de Baronibus eiuſdem Regni, ex
conſuetudine loqui teſtetur, *Sixtin.* ſed errat
3 quia Baro † largè ſumpto vocabulo dicitur
Princeps, *ex glos. clem. 1. de baptiſm. Frec. de ſub-*
feud. lib. 1. de orig. baron. n. 5. Surd. cons. 453. n. 36.
Intrigl. feud. centur. 1. quæſt. 8. num. 132. Cumi. c.
ſi aliquem. verb. antiquis. num. 257. Continet
enim Baro feudatarios ſub ſe, ſicuti, Dux
vel Princeps, *Iſern. Afflic. & alii, in c. 1. §. ſi-*
militer. de Capit. qui curi. Gram. decis. 35. num. 6.
Frec. d. num. 5. Decian. cons. 31. num. 147. in 1.
Surd. cons. 453. num. 36. Imo ſub generali Ba-
ronum nomine, in materia fauorabili, veni-
unt Principes, Duces, Marchiones, & Co-
mites, *Capiblan. de Baron. in rub. à num. 16. Sur-*
gen. de Neap. illuſtr. c. 23. nu. 2. Schrader. de feud.
p. 10. ſect. 1. num. 25. 28. Qui omnium latiſſi-
mè Baronum excellentiam ediſſerit, Eiſq;
regalem dignitatem competere probat, ac
poſſunt omnia, quæ Duces ipſi, *Surd. d. nu.*
36. Vt parum diſtent à Principe, *Alba, cons.*
4 *172. à num. 12.* Cum & multo plures † in ea
fuerint ſententia, Barones Comitibus æqui-
parari, *ex Aluarot. c. 1. de feud. march. Alex. nu.*
21, Purpur. num. 242. 296. 297. in l. 1. ff. de offic.
eius. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de origin. baron.
num. 14. & lib. 2. tit. quis dicat. Comes. nu. 36. Ia-
cob. à S. Georg. de feud. verb. dux. vers. quid ſi Rex
num. 10. Clar. §. feudum. quæſt. 90. num. 5. Gozad.
cons. 26. num. 8. Dec. cons. 85. num. 3. Schrader. de
feud. p. 10. ſect. 1. num. 22. cons. 13. nu. 170. verſ.
tum quia baronia. Carpan. Mediol. ſtat. 450. num
6. p. 2. Crauet. cons. 135. num. 1. cons. 895. num. 7.
Miſinger. cons. 16. num. 9. decad. 2. Gail. de arreſt.
c. 6. num. 16. Alba, cons. 163. nu. 38. 40. 41. conſ.
172. Vulte. de feud. lib. 1. c. 4. num. 14. Ponte, cons.
57. num. 35. in 1. Tuſc. lit. B. conclus. 27. nu. 1. con-
clus. 28. num. 19. Roſentall. de feud. c. 2. conclus. 1.
num. 4. 5. niſi dixerim, *Sixtin.* ex Germanorum
moribus loquutum, ſuæq; Prouintię vſu; Vel
de iure, quo verius eſt, Comites & Barones
æquiparandos non eſſe, nec Baronatum in-
ter feuda Regalia, numerandum, *ex c. 1. qui*
dicat. dux. vbi poſt, Duces Marchiones, Co-
mites, ſubdit, eum, qui a Principe, vel ab
aliqua poteſtate, de plebe aliqua vel ple-
bis parte, per feudum eſt inueſtitus, hunc
propriè Baronem appellari, ex multis pro-
bat, *ibi, Afflic. num. 9.* aſſerens feuda dignit-
atum, qualia ſunt Ducatus, Marchio-
natus, Comitatus, & Principatus, feuda
dici titulata, ſed feuda Baronum licet ſint
nobilia, non tamen ſunt titulata, *Pacian.*
de probat. lib. 2. c. 37. nu. 7. Franc. decis. 365. nu.
3. 4. Niſi conſuetudine aliud receptum ſit,
vt Germaniæ teſtatur, *Zas. de feud. p. 5. num.*
29. Roſentall. d. conclus. 1. nu. 5. glos. E. Schrader.
d. ſect. 1. num. 23. & cons. 13. num. 171. Vlte. d.
num. 14. vocantq; alij, eam conſuetudinem,
vetuſtiſſimum, Germanorum Procerum v-
ſum, *Sixtin. lib. 1. de regalib. c. 4. num. 50.* Notiſ-
5 ſimumq; † eſt in caſu Nobilitatis, & Præ-
cedentiæ, Conſuetudinem operari, pluri-
mum, *Rip. reſpon. 14. num. 9. de diuerſ. reſcrip. De-*
cian. conſ. 21. num. 6. in 1. Piag. de Conſuet. quæſt.
11. nu. 382. 500. Menoch. cons. 52. nu. 144. 171.
Pacian. de probat. lib. 2. c. 26. nu. 93. 137. 142.
144. c. 37. nu. 8. Tuſc. lit. C. conclus. 850. conclus.
6 *921.* Nec à re alienum cenſui † inſpiciendum
eſſe tenorem inueſtituræ, quæ quandoq; ita
concipitur, vt Barones, vel æquiparentur,
vel pręferantur, Comitibus, *ex Purpur. l. 1.*
nu. 244. ff. de offic. eius. Alciat. de ſingul. certam.
c. 32. ad fin. Pacian. de probat. lib. 2. c. 37. nu. 13.
7 Cæterum, nomen hoc Baro † noſtris hiſcè
feudorum libris ſcriptũ non reperitur. Quin
adeo controuerſa, Origo vocabuli eſt, vt qui-
buſdam, Barbara, vocis ipſius (credo) ſo-
no videatur, *Hotom. in Lexico ſuo feud. verb.*
Baro. Frec. de ſubfeud. lib. 1. tit. de orig. baron.
quod non puto, cum ea vox expreſſam mi-
litaris vexilli indictionem præferat, idem e-
nim eſt Baro, & Capitaneus, *ex c. fundamen-*
ta. vbi, Glos. & Gemin. de elect. in 6. Corſet. c.
grandi. col. 2. de ſupplen. neglig. prælat. in 6. &
alii a Carpan. Mediol. ſtatut. 450. num. 5. p. 2.
Pleriq; tamen aliter diffiniunt, ſed *Bald.*
c. innotuit. ad fin. de elect. vulgare eſſe Baronis
nomen inquit & ex ſermone vtentium intro
ductum, pro honore alicuius habentis au-
toritatem, & iuriſdictionem, Vt quandoq; à
Scriptoribus, Barones, vulgò appellentur,
qui inter reliquos nobiles opibus, & poten
tia, antecellunt, *Chopp. de Doman. Franc. lib. 3.*
tit. 26. num. 8. Cabed. decis. 104. num. 2. p. 2. Al-
ba, cons. 172. à num. 7.
8 Nomen, Baro, accipitur † propriè, & im-
propriè. Propriè verò, pro eo, qui à Principe
fuit inueſtitus de Feudo nullam habẽte an-
nexam dignitatem regalem, *Pacian. de pro-*
bat. lib. 2. c. 37. n. 13. Vel cui Rex conceſſerit,
Caſtrum, Terram, Villam, ex certa eius ſcien-
tia in titulum Baroniæ, *Iſern. num. 22. Af-*
flic. num. 104. c. 1. §. ſimiliter. de Capit. qui curi.
vendid. Prępos. c. 1. nu. 4. qui feud. dar. poſſ. Petr.
Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quæſt. 3. Frec. de ſub-
feud.

feud.lib.1.§.vidimus.num.26.& lib.2.tit. quis dicat.Bar.num.6.Alciat. Parergon. lib.5.c.16. Dec.cons.499.num.14.Gram.decis.34.nu.6. decis.104.ad fin.Alba,cons.172.num.28. Caſſan. Glor.mund.p.8.conſider.39.Menoch.cons.1110. num.6.Decian.cons.31.num.147.in 1.Sola, ad Decret,Sabaud.tit.de nominat.domin.glo. 1.num. 11.Intrigl.feudal.centur.1.quaeſt.8.num.17.18. 36.37.38.Raudens.Variar.reſol.c.44.num.39. Cumi. *in prælud.c.ſi aliquem.num.189.* Ponte, *de Potes.Proreg.tit.7.de aſſen.reg.à nu.4.* Sic & Baro propriè dicitur ille, qui ſub ſe plura habet feuda quaternata, & dat vnum alteri cum conſenſu Regis, vt ſub eo & ab eo illud habeat, *Iſern.& Doct.d.§.ſimiliter.num.20.& in Conſtit.ſi aliquis Baro. vbi Afflic.not.1.rub.11. lib.3. Carauit.rit.46.num.36.Pic.cons.23. Alba,cons.163.num.38.41.cons.172.num.1.cons.563.num.5.Sola, d.glos.1.num.9. Decian. d. cons.31. num.147. Tuſc.lit.B.conclus.27.num.1.*Cabed.*decis.104.num.3.p.2. Petra,de Princip.potes.c.12.nu.12.13.* Hinc notat, *Gram.cons.68.nu.6.* Baro priuilegijs gaudet baroni datis, ſi feudatarios ſub ſe habeat, qui feuda poſſident quaternata, vel ſi habeat Caſtrum à Principe in Baroniam, aliàs Baro nec dici poterit, *Gram.decis.34.num.64.decis.104.ad fin.Dec.cons.498.num.14.Frec.de ſubfeud.lib.1.tit.de Orig.Baron.num.20.26.Decian.d.conſ.31.num.147.* Sed verius cenſui, vnius feudi quaternati poſſeſſorem, Baronem eſſe, *Frec.de ſubfeud.lib.1.de origin.baron.num.8.Tuſc.lit.B.conclus.27.num.2.4.Raudens.Variar.reſol.c.44.num.39. Bimi. cons.206.num.33.Carpan. Mediol.ſtat.450.num.7.8.p.2.* quia plus, & minus non faciunt differre ſpecie, *l.fin.ff.de fund.inſtruc. Natt. cons.637.nu.36.cons.638.num.47.* nec pluralitas neceſſaria eſt, *Curt.iun.cons.212.num.19.Boſſ.de Princip.in princ.Tuſc.d.conclus.27.num.2.*

9 Impropriè autem dicitur † Baro, ex communi loquendi vſu, Qui iuriſdictionem habet, merum, & mixtum imperium in ſuis Caſtris, *ex Bald.c.1.§.marchio.num.5.de his, qui feud.dar.poſſ.Bellug.de Princ.rub.23.verſ. ſed pone.num.15.16. Frec.d.tit. de Orig. baron. num.8.26.39.Carauit.rit.46.num.36.B:ſſ.tit. de Princip.num.4.Petr.Gregor.Syntagm.iur.lib.6.c.10.num.5.p.p.Rim.iun.conſ.215.num.153.Curt.iun.conſ.212.num.10.de feud.p.2.tit.de feud.laicor.num.3.Menoch.cons.1110.num.5.6.7.Camill.de Curte,diuerſ.feud.p.p.§.licet.nu.68.Cumi.in prælud.feud. ad c.ſi aliquem.num.187.Petr.Gregor.de conceſſ.feudor.p.2.quæſt.3.ad fin.Cannet.c.volentes.§.In verſ ſi verò.nu.15.Intrigl.feudal.centur.1.quaeſt.8.nu.3.4.5.*

10 Nec ſola † Feudi poſſeſſio, facit quempiam eſſe Baronem, *Iſern.c.1.num.23.de Capitan.qui Curi.vedid.* niſi iuſtus & legitimus concurrat Regis titulus, *Rouit. ad R. N. pragm. tit. de Baron.num.2.* nec qui feudum de facto poſſidet, Baro dicitur, *Anna, in Conſtit. Diuæ Memoriæ.nu.283.* licet in Parlamento interueniat, & det vocem, *Maſtrill.decis.18. Ric.collect.280.* Vbi enim vnum, vel plura Caſtra, ſeu feuda Rex concederet in feudum nouum, paternum vel antiquum, nec in conceſsione exprimat in feudum Comitatus, vel Baroniæ, tunc licet illa plura Caſtra, ſeu feuda fient vnum corpus, vnumq; feudum Regis deſtinatione; Baroniæ tamen vel Comitatus dignitatem non habebunt, nec alios effectus, ex ea reſultãtes, *Iſern.d.c.1.§.ſimiliter.nu.20.& d. Conſtit. ſi aliquis baro.Soc.cons.165.in 2.Ponte, de potes. proreg.tit.7. de aſſens.reg.nu.6.Petr.Gregor.d.quaeſt.3.nu.9.*

Sed & illud admonendi ſumus, Barones etſi Comitibus inferiores ſint, connumerantur tamen inter dignitates ciuiles, *Pacian.de probat.lib.2.c.37.nu.14.* & Baronia in regno dignitas eſt, vt *Frec. tradit. Ponte, d.tit.*
11 *7.nu.5.* qui † enim iuriſdictionem habet, in dignitate cenſetur, *Bald.c.1.§.cæteri.nu.2.quis dicat.dux.* cum Villæ, aut Caſtri, congnitioni præſit, *Bald.* ſequitur illic, *Aluarot. nu.3. Soc.cons.67.num.5.in 2.Pacian.d.c.37.num.15. Petra, de princip. potes.c.22.num.140.*

Cæterum, ſi quid mei iudicij eſt, licet ſub-
12 nectere, Baronem † eum propriè, eſſe, dixerim, *ex Bimi.cons.206.nu.1.* qui in Caſtro merum habet, & mixtum imperium: Imo, & qui ſolam habet Iuriſdictiunem, *ex Caſtr.cons.107.in 2.Carpan.Mediol.Stat.450.num.11.p.2.* Nec diſſentit, *Alciat.cons.222.num.4.aliàs, cons.35.lib.3.* aſſerens, Dominum iuriſdictionis Baronem dici; imo qui ſolam ciuilem habet iuriſdictionem, dicitur Baro, non qui criminalem, *Capic.decis.27.dub.2.Frec.de ſubfeud. lib.2. author.2.num.20. Borrell. de Reg. præſtant.c.20.num.33.in Summ.decis.tit.41.nu.81.219.220.Ponte.de Potes.Proreg.tit.10.de diuers.prouiſion.§.de don.& expens.Vniuers.nu.14.15.Franc.decis.17.num.14.decis.131.num.3.Capiblan.de Baron.prag.8.num.270.271.Caput.de Regim.reipubl.in rub.à num.50.*

13 Nec obſtat dixiſſe alios, † Baronem eſſe qui habet plura Caſtra ſub ſe, *ex Iſern.num.5.Afflic.num.104.in c.1.§.ſimiliter.de Capit.qui curi.vendid.& d.Conſtit.ſi aliquis baro.num.1.4.rub.11.lib.3.Dec.cons.498.nu.14.Alciat.parerg.lib.5.c.16.* & alij citati, *num.8.* Quia aduertendum opinor, dixiſſe, *Iſern.* quod ille dici-

dicitur Baro, qui feudum habet quater-
natum, nec dicitur, qui plura caſtra, reti-
net, ſed qui feudum habet in quinternione
deſcriptum, cum Regis aſſenſu, vt declarat
Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de orig. baron. nu. 39. 40.
124. Carpan. d. Statut. 450. nu. 12.

Nec obſtat *Bald. c. 1. quis dicat.* dux. Quia
dicit ipſe, Capitaneum eſſe illum, qui ſit in-
ueſtitus de Plebe, vel quota plebis parte,
non autem de re certa veluti de feudo ruſti-
co, vel vrbano, *ad tex. l. 3. §. incertum. ff. de ac-
quir. poſſ. Carpan. d. Statut. 450. num. 13.*

Q. I. Feudi conceſſio, An ſit in Baroniam
qualiter cognoſcatur? Hac in re, exiſtimat
Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quaeſt. 3. num. 2.
quod ſi Rex concedat alicui baroniam, Re-
giæ Curiæ deuolutam, illa erit conceſsio Ba-
roniæ, ſi verò ex certa ſcientia Rex vellet
facere aliquem baronem, cui concederet v-
num, vel plura Caſtra, ſeu feuda in Baro-
14 niam, illæ erit Baro, quia Baronia † ſit Re-
gis deſtinatione, *l. quod in rerum. §. 1. l. planè.
ad fin. ff. de legat. 1. Fab. Anna, cons. 44. num. 8.*
& Baronem facit Princeps ex certa ſcientia,
*Ponte, cons. 132. nu. 1. in 2. de Potes. proreg. tit. 7.
de Aſſenſ. reg. num. 4. Alba, cons. 172. num. 28.*
etiam quod ille, vno ex ſuis feudis alium
non inueſtierit, quia poteſt rem ſuam dare,
ſicut vult, *Iſern. c. 1. num. 22. de Capit. qui Curi.
vendid. Anna, cons. 56. num. 17.* eaq; plura Ca-
ſtra, ſeu feuda, ſeparata non erunt feuda,
& de per ſe, ſed feudi partes, cui ſunt ſubie-
cta, *Ponte, cons. 57. num. 30.* fientq; vnum cor-
pus, ac totum erit vnum feudum Baroniæ
15 *Petr. Greg. d. quaeſt. 3. nu. 2.* quia † Baronia no
men eſt Vniuerſitatis facti, non iuris, con-
tinens ſub ſe plura feuda, *Iſern. in c. 1. §. ſimi-
liter. num. 20. 21. de capit. qui Curi. vendid. Pern.
cons. 21. Georg. de feud. c. 48. nu. 26. Curte. diuers.
feud. p. p. §. 12. Tenor ergo. à nu. 36.* vno tamen
nomine deſignata, *Ponte, cons. 57. nu. 3. in 1. de
Potes. proreg. tit. de elect. offic. §. 4. nu. 20. Frec. de
ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicat. Comes. nu. 31. Franc.
decis. 1. num. 41. 42. & ibi, Amendol. nu. 89. 90.
Petr. Gregor. d. quaeſt. 3. nu 4. Hyeron. à Leon. decis.
24. num. 6. Georg. de feud. c. 45. num. 22.* Sicut
territorium eſt vniuerſitas agrorum, *l. pu-
pillus. §. territorium. ff. de verb. ſignif.* Proinde no
tat, *Bald. in auth. ceſſante. C. de ſuis. & legit.* Ba-
ronia, eſt, quid vniuerſale, *Petr. Gregor. d. quaeſt.
3. num. 6. Georg. d. c. 48. nu. 26. Alba, cons. 172.
num. 11.* Nec diſtinctio nominum feudorum
pluralitatem inducere ſolet, quando ex alijs
conſtat vnum eſſe, idemq; corpus, *ex Bald.
l. Caius. §. Titius. per tex. ibi, ff. de legat. 2.* Baronia
licet vnum corpus cenſeatur, ex diſtinctis
tamen ſui corporis partibus conſtat, conti-
netq; ſub ſe feuda, & alia caſalia, quæ etſi
ſint nominis, & corporis diuerſi: erit tamen
hoc, ad dignoſcendas particulares ipſius Ba-
roniæ partes, non autem ad Corpus diuer-
ſum conſtituendum, reſpectu vniuerſi, *Glos.
& Iſern. in Conſtit. ſi aliquis Baro. Ponte, cons. 57.
n. 4. in 1.* Imo de natura Baroniæ eſt, quod ſub
ſe comprehendat plura, & diuerſa corpo-
ra, *Iſern. d. §. ſimiliter. Alba, cons. 163. nu. 38.*

16 Hinc dicimus, Baroniam † feudum in a-
lieno Territorio, poſſe habere, ipſumq; feu-
dum ſic diſtinctum, partem eiuſdem corporis
Baroniæ eſſe, *Iſern. c. 1. qual. vaſal. iurar. deb. fi-
delit. Afflic. decis. 267. decis. 334. Frecc. de ſub-
feud. lib. 2. auth. 5. num. 7. Ponte, cons. 51. num.
10. cons. 57. num. 6. in 1. de Potes. Proreg. tit. 7.
de Aſſens. reg. §. 3. nu. 7. Anna, cons. 127. nu. 35.*
Prædictaq; feuda ſic diſtincta, ſub Baronia a-
liqua ſubſiſtentia, Partes erunt feudi princi-
pipalis, illius Baroniæ, quæ inſimul conſti-
tuent feudum integrum, *Ponte, d. cons. 57. nu.
7.* ſed à ſolo Baroniæ capite regulantur in
ſucceſſione, *Dec. cons. 389. nu. 7. Vaſqu. lib. 3. de
ſucceſſ. creat. §. 26. limit. 31. nu. 94. Menoch. cons.
104. nu. 9. cons. 1094. nu. 3. Bec. conc. 14. nu. 17.*

17 Q. II. Cui incumbat probandi onus † ſe
Baronem eſſe? Reſpondet, *Pacian. de probat.
lib. 2. c. 37. nu. 16.* Id dicenti; cum enim digni-
tates huiuſmodi, non proueniant, niſi ex
priuilegio, vel ſucceſſione, debent ab eo pro-
bari, qui priuilegium, vel ſucceſſionem al-
legat: De priuilegio, eſt *tex. c. cum perſona.
de priuileg. in 6.* notat in term. *Roland. cons.
89. num. 24. in 2. Rim. iun. cons. 31. num. 54. Pa-
cian. de probat. lib. 2. c. 37. num. 16.* Nec præſu-
mitur priuilegium, ſed in iudicio vere eſt
exhibendum, *Caual. decis. 17. num. 22. 24. 25.
38. 62. p. 2. Pacian. d. lib. 2. c. 29. nu. 4.* De ſucceſ
ſione, eſt *tex. l. 1. & lai, Florian. ff. de probat, Bar-
bat. cons. 57. ſub nu. 22. in 2. in term.* Baronis *Af
flic. in Conſtit. quaeſtiones. not. 2. rubr. 97. lib. 1. Pa-
cian. d. c. 37. num. 16.*

18 Ampl. I. Id verum, etſi Baro † in poſſeſ-
ſione fuerit Baroniæ, ac petijſſet ſibi renouari
inueſtituram, & Dominus renueret, eum
inueſtire, quia ipſum Baronem eſſe negaret;
tunc ad Baronem ipſum probandi onus ſpe-
ctat, *Caſtr. l. 1. num. 5. ff. famil. hercisc. Pacian.
d. c. 37. num. 16. Roland. cons. 89. num. 21. in 2.
cons. 66. num. 22. in 3. Roſentall. de feud. c. 8. con-
clus. 33. n. 16. Schrader. de feud. p. 6. c. 6. nu. 111.*
& ita accipiendus eſt, *Sacca, cons. 5. num. 102.*
cum Baronia de illis rebus ſit, quæ iure com-
muni poſſideri non poſſunt abſq; Principis
voluntate, *Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quaeſt.*

7. nu.

7.nn.11.*Roland.cons.* 89.*num.* 24.*in* 2. nam ſi quis poſſideat multa feuda, non propterea dicetur Baro, niſi illa in baroniam, Rex conceſſerit, *Ponte, de potes. proreg. tit.* 7.*nu.* 10.*decis.* 2.*n.*9.*Alba, cons.* 172.*n.* 26.28. poſſeſſio ergo non reuelat ab onere probandi conſenſum illius, quem requiri oportet, *c. contra morem. diſtin.* 100.*glos, c.*1.*verb. titulum. verſ. interdum ius commune. de præſcript. in* 6.*Pacian. de probat. lib.* 1.*c.*61.*nu.*27.*& lib.*2.*c.*37.*nu.*17. & licet dici
19 ſoleat, ex Poſſeſſione † probari dominium quod incidenter in Iudicium ſit deductum, *l.*1.*ff. famil. herciſc. Glos. & Doct. l. quidam in ſuo. ff. de condict. inſtit. Bart. l. apud. trabatianum. §.*1.*nu.*3.*ff. de aqu. plu. arcen. in l. rem alienam. num.* 7. *ff. de pignor. act. in l. cum res pignori. ff. eod. Bald. l.*2. *num.* 11.*C. de probat. & in l. quidam. col.* 2.*ff. de condict. inſtit. & ibi, Angel. num.* 4.*latè, Ias. l. ſi prius. num.* 19.*ff. de nou. oper. nunciat. Florian. l. item mela. §. ſi in eo homine. num.* 3. *ff. ad l. aquil. Alex. cons.* 137.*num.*4.*in* 2. *cons.* 10.*num.* 4. *in* 4.*Alba, cons.*67.*num.* 36.*cons.* 292.*num.*7.*cons.*742.*num.*10. *Rim. iun. cons.* 765.*num.*7.*Magon. in Scholijs. ad Lucens. decis.* 46.*lit.* A.*Maſcard. de probat. conclus.* 539.*num.* 7.8.9.10.*Decian. cons.*73.*nu.*14.*in* 3.*Gregor. de cenſib. quæſt.*5.*Cephal. cons.*311.*nu.*31. Hoc tamen intelligendum eſt, niſi titulus expreſſus requiratur, *Pacian. d. c.*37.*n.*18. ex his quę tradit, *lib.* 2.*de probat. c.* 20. Vel ſi dominium incidenter deducitur ad aliquid obtinendum penitus diuerſum, ſecus vbi ageretur, ad conſequendum aliquid, quod ipſum dominium includeret, *Caſtr. l.*1.*num.* 4.*ff. famil. herciſc. Pacian. d. c.*37.*num.* 19. 20. Vel ſi contentio ſit de Poſſeſſione, & Dominio, tunc ſatis non eſt Poſſeſſionem deduci ad inferendum dominium *Menoch. de præſum. lib.* 1.*quæſt.*48.*num.*7.

20 Declar. I. Hoc verum, ſi poſſeſſor † teſtetur ſe Baronem, Quod negaret Dominus: At ſi Dominus diceret eum, qui in poſſeſſione eſt, ſuum eſſe Baronem, ipſeq; Baro hoc negaret, quia Baroniæ proprietatem prætenderet: Tunc ipſi Domino probandi, onus incumbet, poſſeſſorem ſuum eſſe Baronem, *ex Bald. l.* 2.*n.*7.*C. quomod. & quand. iud. Roland. cons.* 89.*n.*27.*in* 2.*cons.*66.*nu.* 22.*in* 3. *Pacian. de probat. lib.*1.*c.*7.*n.*85.*lib.*2.*c.*37.*nu.* 21.*Roſentall. de feud. c.*8. *conclus.* 33. *num.* 11. *Schrader. de feud. p.*6.*c.*6.*nu.*111. Ex eo enim, quod Dominus aliquem ſuum eſſe Baronem aſſerit, iuriſdictionem ex parte ſua ſupponit, & ex parte Baronis ſubiectionem, *Pacian. d. c.*37.*num.*21. Vnde aſſerenti aliquem ſibi eſſe ſubiectum, incumbit onus probandi, *l. ei qui. ff. de probat. l. de iure, & ibi, Alber. num.*4.*ff. ad municip. Angel. cons.* 217.*Rim. iun. cons.*581. *Pacian. d. c.*37.*num.* 22.

Declar. II. Baronem, aut alium Magnatem citari regulariter à Rege non poſſe, vt iura oſtendat, quæ habet in Caſtris, nec ei auferri illa poſſe, ſi non oſtendat, *Afflic. decis.*265.*num.*87.*decis.*361.*num.*4.*Roland. cons.* 66.*num.* 22.*in* 3.*cons.*89.*num.*25.27.*in* 2. *Cabed. decis.*10.*num.*8.*p.*2.*Ricc. collect.*61.*Bertaz. crim. cons.*366.*num.*9.10.*cons.*485.*num.* 6.*cons.* 486.*nu.*4.*Tuſc. lit.* F.*conclus.*206.*nu.*2.*Marta, vot.* 166.*nu.* 32. Poteſt tamen Rex cogere vaſallum, vt priuilegium oſtendat, aut ſententiam, qua iuriſdictionẽ exercet, *Afflic. conſtit. Ea quæ ad decus. nu* 9.*Cabed. d. decis.*10.*Roland. cons.* 89.*nu.*4.25.28.*in* 2. quia iuriſdictio & regalia, quæ ſoli Principi competunt, ſine titulo haberi nõ poſſunt, *Afflic. c.*1.*§. illud. n.* 32.*de probib. feud. alien. per Feder. Tuſc. lit. T. conclus.*310.*num.*11.*Rim. iun. cons.*31.*num.*54.*Roſentall. de feud. c.*8..*conclus.*33.*nu.*9.*Marta, vot.* 185.*n.*1. eum à nemine poſſideri poſſint, niſi ijs modis ea nactus quis ſit, quos ad regalium acquiſitionem iura permittunt, *Pereg. de iur. fiſc. lib.* 1.*tit.* 1.*num.*9.27.*Heig. p. p. quæſt.* 14.*num.*29.30.*Veſemb. cons.*45.*num.*26.*Sixtin. de regalib. lib.* 1.*c.*4.*num.*101. Rem verò, quam Feudi nomine, à Domino poſſidet, & rei fines, vaſallus feudi domino oſtendere cogitur, *Schrader. d. p.*6.*c.*6.*nu.*113. etſi *Bald.* conſulendum dixerit, *in c.*1. *num.*4. *de vaſall. qui contr. conſtit Lothar.*

Q. III. Quæ fuit, Legiſlatoris ratio, vt de Barone expreſſim loquatur Tex. hic, ſi Comitis nomine contineatur? Qua in re, Suppo
21 nimus, Verbum Baro † genus eſſe, verbum Comes, Marchio, ſpecies, *Capic. inueſtit. feud. glos. feudatarij. Capiblan. de baron. in proem. num.* 20.21. Sed poſita ſpecie non venit genus, *l. fin. §. cui. dulcia. ff. de vin. legat.* & petita maiori dignitate, non venit minor, *clem.*1.*de prębend.* nec maiorem conſequens minorem dignitatem amittit, *Galganet. de condict. & demoſtr. p. p. c.*86.*n.*3.*Capiblan. de baron. in proem. nu.*19.
22 inde eſt vt Comitatus dignitate à † Barone adepta, non deſinat eſſe Baro, *ex l. ius ſenatoris C. de dignitat. lib.* 10. Notarius factus Præſul, non deſinit eſſe Notarius, *l. præclarum. C. de princip. lib.* 12. Monachus ſi fiet Abbas, adhuc Monachus eſt, *Abb. c. auditis. not.* 3. *de elect.* Idem ſi fiet Epiſcopus, *Boer. decis.*158. ſic feudatarius habens Comitatum, non deſinit eſſe Feudatarius, vel Baro, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2.*tit. quis. dicat. comes. ſub num.*46. & vbi in vna
23 eademq; † perſona plures collati ſunt dignitatum

Digitized by Google

tatum tituli, maior inſpicitur, *Innoc.c.ſoli-*
tæ,de maior.& obed.Bart.l.1.§.ſi quis.ff.de appel.
Rim.iun.cons.740.n.27.Peregr.conſ.3.n.40.in 2.
Decian.cons.20.n.226.in 3.Ponte,cons.14.n.63.
Q. IV. Si quotam Baroniæ partem eiuſ-
uè, feudum à barone quis emat, & inueſti-
turam à Rege obtineat, An Baro dici poſſit?
Illud agnoſcendum eſt in primis. Feuda (in-
24 ſpecto iure) diuidua † eſſe, *c.1.§.omnes,filij.*
ſi de feud.de fun.milit.conten.ſit. exceptis feudis
dignitatum, *Anna, allegat.41.num.5. Tuſc.lit.*
F.conclus.151.Georg.de feud.c.49.num.2.Sanz,
de diuis.bonor.lib.1.c.7.nu.48.49. Cancer. *1.re-*
ſol.c.12.n.22.23.Pereg.Tract.var.lib.1.n.129.
25 130.& omnes. Siculorum verò iure † ſunt in-
diuidua, *ex d.c.Volentes.& Conſtit.diuæ memo-*
riæ.rub.5.lib.3. probat, *Ponte,cons.3.n.32.in 1.*
26 *Larat.cons.34.n.8.* Hinc finxerunt † Maiores
noſtri Feudum hominem eſſe, licet mutum,
& ſurdum, *ex Gloſ.in Conſtit.conſuetudinem pra-*
uam.rub.31.lib.3.Frec.de ſubfeud.lib.3.formul.2.
Q.ria.nu.5. Intrigl.de feud.centur.1. quæſt.45.nu.
73.Ponte,feudal.lect.21.nu.5.Larat.cons.3.nu.
39.Georg.alleg.50.nu.4. Cumq; homo indiui-
duum quid ſit, *l. in executione.§.pro parte.ff.de*
verb.oblig.Polid.Rip.de indiuid.p.3.ſect.8.num.
103. ita & Feudum illi aſſimilatum.

Verum ſi Baroniæ, aut feudi diſmembra-
tioni Rex, eiuſuè Prorex diſpenſet, vt ne-
ceſſe eſt, quia, *c.volentes.* id operari poſſe ne-
gat, *Cannet.ibid.§.operæprecium.eſt n.49.* Queli-
27 bet diuiſio feudi † pars, integrum feudum
de per ſe, erit, ſicut, & feudum ex permiſſu le-
gis diuiſum, *l.locus.ff.de verb.ſignif. Iſern.c.1.§.*
hoc quoq; nu.1.de ſucceſſ.feud.latè, Afflic. c.1.§.
item.ſi fuerint.nu.30. quib. mod.feud.amit.& in
Conſtit.ſtatuimus.num.58.59.rub.37. lib.1. Pa-
ris.Pute.de reintegr.feud.c.91. num. 3.Capic.In-
ueſt.feud.rub.feudor.diuis. vers. vndecimo ſcien-
dum.Intrigl.d.quæſt.45.nu.70.71.Larat.cons.
34.nu.9. adeovt totum feudum, & quælibet
eius pars, eodem iure cenſeatur, *Paris. Pu-*
te.de reintegr.feud.c.286.nu.17. quod enim de
toto feudo dicitur, de parte iudicandum eſt
l.quæ de tota.ff.de reiuendic.Pute.de reinteg.feud.
d.c.91.num.3. Proinde ſi conceſſa fuerit ba-
28 ronia † cum iuribus, & pertinentijs, eius
omnibus, non intelligitur de feudis, quæ
ſeparatim, ab alijs poſſiderentur, ſed de iu-
ribus ad eam ſpectantibus, *Iſern. num. 5.*
Afflic.nu.29.in c.1.Quid ſit,inueſtit. Bero.cons.
75.in 1.Couar.pract.quæſt. 1.num.10. Vers. no-
na concluſio.Larat.d.cons.35.num.14. Honded.
29 *cons.86.num.2.in 2.* Addit † & merito, *Caſtr.*
l.ſi fundum.1.§.qui fundum. num.6.ff. de legat.
1. feudum à Comitatu exemptum, feudum
eſſe de per ſe, vt in eius totalitate, nec vlte-
rius comprehendatur, inferens proinde,
quod ſeparato Caſtro à Ciuitate, in illud
omnis iuriſdictio (quæ ciuitatis in eo erat)
cenſetur tranſlata, *Larat.cons.34.num.17.18.*

His ſic poſitis. Illa fuit Omnium reſolu-
30 tio; Quod ſi dignitas † Baronalis penes ven
ditorem remanet, is qui quotam Baroniæ
partem, eiuſuè feudum emit, Baro, dicen-
dus non eſt, *Plate.in l.omnes.num.6.C.vt di-*
gnit.Ord.ſeruet.lib.12.Caſſane. de Glor. mund. p.
5.conſider.56.Frecc.de ſubfeud.lib.2.tit de orig.
baron.num.20. Quia ex venditione illa plu-
res eſſent Barones; ſed hoc eſt falſum, cum
baronalis dignitas, ſit indiuidua, *d.c.volen-*
tes.Frecc.d.num.20. quæ, eius eſſe debeat, qui
caput Baroniæ retinet, *arg.l.peculium.§.qua-*
driga.ff.de leg.2.l.cum quidam, ff. de fund.
inſtruc.l.cum in diuerſis.ff.de relig.ſumpt.funer.
Cumq; baroniæ titulus, toti baroniæ corpo-
ri inſit, vt indiuiduo, non cuilibet eius gle-
bæ, ſi id diſmembrari contigerit, quota
parte vendita, Baroniæ nomen, & titulus
ei ineſſe non cenſetur, *Bald.c.1.§.ad hæc.de pac.*
iuram.firmat.Soc.cons.7.num.6.in 1.Larat.conſ.
3.à num.35. Nec caſtrum diſmembratum, de
territorio amplius dici poteſt, *Alciat.d.§.*
territorium. à num.52.

31 Ampl. I. in tacita feudi † diuiſione, fit e-
nim feudi diuiſio, èxpreſſe ſcilicet, & tacitè,
ex Alex.cons.26.in 5. Expreſſe, ſi feudum Co-
mitatui vnitum alicui vendidit, & Rex con-
ſenſit; Tacitè, ſi de feudo, Comitatui vni-
to, ſeruitium per triginta annos Domini
conſenſu ſeparatim præſtetur, *Larat. d. cons.*
34.num.3.4.6.

32 Declar. I. Vt diuiſum ſi † quod legitime,
à baronia fuit feudum, illi iterum vniri non
poſſit, ſine tota Regis voluntate, *Lanar.cons.*
91.num.4.Larat cons.34.num.10. licet ad Ba-
ronem illud redierit, non vt ad Baronem,
ſed vt ad alium, Tunc nec vnitetur ſed vi-
ces duorum ipſe repreſentat, *arg.l.ſi conſul.*
l.ſi pater.§.qui duos.ff.de adopt. Iſer. c. 1. col. 2.
qui ſucceſſ.teneant.Larat.cons.34.num.11.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio, à Rege ſimpliciter facta, cum clauſ. in-*
ueſtio pro te & hæredibus ex corpore, licet pro
eo etiam ſolutum fuerit ſeruitium, Iudicanda
non eſt in Feudum.

2 *Conceſſio in feudum, non eſt feudalis, ſi contra-*
ctus ſubſtantia, aliud commoſtret.

3 *Contractus natura non ex verbis, ſed ab effectu,*
cognoſcitur.

Digitized by Google

4 *Contractus non à nomine impoſito ſit, ſi eius ſubſtantia non concurrat.*

5 *Contractus, nominandus ex natura eius eſt, quod in eo præſtat, aut præualet.*

6 *Feuda ad Regem peruenta, non ſunt amplius feuda ſi iterum concedantur.*

7 *Caſtrum omne feudale præſumitur in Regno, ſi ab Eccleſia poſſeſſum illud non ſit.*

8 *Feudi nomen non arguit rem eſſe feudalem.*

9 *Denominatio non facit contractum eſſe talem, ſi eius effectus repugnat.*

10 *Feudum res eſt, quæ in titulum feudi ex Domini concedentis deſtinatione, conſtituitur.*

11 *Feudum differt à Maioratu in conſtituendi modo*

12 *Feudum in eo, quod alteratur, improprium eſt, in reliquis eſt proprium.*

13 *Feudum, vniuerſitas facti, non iuris eſt.*

14 *Feudum naſcitur, viuit, & moritur, cum ſit homo mutus.*

15 *Feudum deuolui, & aperiri differunt.*

16 *Feudatarius differt à barone: ſed adepta Baronatus dignitate, feudatarius eſſe non deſinit.*

17 *Baronis nomine, feudatarius an contineatur, num. 18. 19. 23.*

20 *Verba accipienda ſemper ſunt, quatenus ſignificare poſſunt, in materia quamuis odioſa.*

21 *Conſuetudo diſpoſitionem quamcumq; interpratatur.*

22 Frec. de ſubfeud. lib. 1. tit. quis ſit baro. nu. *6. reijcitur.*

24 *Feudatarij, S. Offic. foro non gaudent, ſi Barones vulgo nominentur.*

25 Statut. Meſſanæ. 31. *denegans ius prothomiſeos, baroni, An feudatarium comprehendat, nu. 28.*

26 *Priuilegium, & diſpoſitio qualibet, à conſuetudine interpratationem recipit.*

27 *Verba generalia ad omnes, & ad omne tempus referuntur.*

29 Tex. huius, cap. 118. *de Feudatario loquens, an in ſubfeudatario procedat, num. 35.*

30 *Feudatarius ſine Regis licentia feudum ſuum alteri ſubinfeudat. Sed an verum, num. 37. 38.*

31 *Subinfeudatio alienationis ſpecies non eſt, ſed noui Vaſalli accumulatio, An verum, num. 39.*

32 Tex. c. volentes. *Alienandi licentiam concedens; An in ſubinfeudatione procedat, num. 40.*

33 *Subfeudatarius, feudatarij nomine, An contineatur? num. 41.*

34 *Subfeudatarij mentio cum in Regni Capitulis fiat, An liceat in regno ſubinfeudare? num. 43.*

36 *Comites, Barones, & Eccleſiarum Prælati, non infeudant, ſed in Emphiteuſim concedunt.*

42 *Verba in* potiori *ſignificatu capienda ſunt, per prius, non per poſterius, & quando?*

44 Tex. huius cap. 118. *An in Vicecomite procedat.*

45 *Vicecomes quis ſit, eiuſq; ſignificatum.*

Feudatarij, Feudatarijs. Glos. V.

SCripſit, & non inelegan-
ter, *Loffred. in c. 1. §. huius*
autem generis. ex quib. cauſ.
feud. amitt. Habita ſim-
plici Regis conceſſione,
1 etſi dictum † in ea ſit,
Inueſtio pro te, & heredi-
bus, ex corpore: ipſeq; re-
cipiens, ſeruitium exinde ſoluerit, non ta-
men iudicabitur, *Feudum*. Oportet enim vt
expreſsè detur in feudum, *Loffred.* ſic deciſum
teſtantem ſequutus eſt, *Ponte, cons. 30. nu. 20.*
in 1. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quæſt. 2.
num. 5. Intrigl. feud. centur. 1. quæſt. 43. num. 34.
Paris, Pute. de Reintegr. feud. cap. 8. num. 23.
Frec. de Subfeud. lib. 2. tit. Quis dicat. ſubfeud.
num. 4. & Authorit. 5. nu. 9. Menoch. lib. 3. præ-
2 *ſum. 91. num. 12.* Nec conceſſio in † feudum,
dicetur feudalis, ſi ſubſtantia contractus a-
liud commoſtret, *ex Bald. l. liberti, libertæq; nu.*
36. C. de oper. libert. in l. 1. num. 5. C. de rer. per-
mut. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 2. nu. 13.
Ponte, d. cons. 30. num. 9. Tum quia ad contra-
3 ctus † naturam, non verba, ſed effectus inſpi-
ci debet *l. ſi olei. C. locat. Rip. reſpon. 3. tit. de do-*
nat. int. vir. Rim. iun. cons. 776. nu. 62. Tuſc. lit. C.
conclus. 999. d n. 1. Teſſaur. lib. 1. Forens. quæſt. 12.
Paris. nu. 4. cons. 72. n. 54. in 4. Cephal. cons. 329.
n. 47. Roland. cons. 96. nu. 38. in 1. Menoch. cons.
444. nu. 8. cons. 708. nu. 5. 15. Crauet. cons. 301.
nu. 3. Negus. cons. 498. nu. 29. Rot. Auenion. decis.
212. nu. 6. Decian. cons. 1. n. 9. in 4. Bim. cons. 108.
num. 3. cons. 255. num. 3. Pappon. cons. 104. nu.
8. 26. Barz. decis. 63. num. 17. Aldouin. cons. 39.
num. 5. Marta, vot. 218. num. 4. quia contra-
4 ctus † non ſit ex Denominatione, ſi illius
ſubſtantia non concurrat, *l. ſi vno. ff. locat. Af-*
flic. decis. 80. Bimi. cons. 233. nu. 17. Crauet. cons.
20. num. 13. Natt. cons. 49. nu. 13. Decian. d. cons.
1. n. 10. cons. 75. n. 7. in 5. Neniz. cons. 92. n. 12.
Caldas, de empt. c. 3. n. 3. Mantic. d. tit. 2. n. 5. Bar-
dell. cons. 34. nu. 22. Tum quia denominandus
5 ex † eo eſt, quod præſtat, aut præualet, *Tiraq.*
lib. 1. retract. §. 30. glos. 1. nu. 10. Bimi. cons. 108.
nu. 87. & quod actui conuenit, *Afflic. decis. 75.*
ad fin. Pappon. cons. 26. nu. 12. Menoch. lib. 3. præ
ſump. 105. num. 12. Nec verba, ſed contractus
natura inſpici debet, *Guttier. cons. 12. num. 44.*
cons. 30. nu. 8. quam ſuis verbis contrahen-
tes immutare nec poſſunt, *Dec. cons. 160. La-*
derch. cons. 113. ſub num. 10. Aldouin. cons. 39. nu.
6. Roland. cons. 69. num. 40. in 3.

Hinc

6 Hinc feuda † ad Regem reuerſa, non ſunt
amplius feuda, ſi iterum ab eo concederétur,
*Iſern. & Doct. in c. 1. §. huius autem generis. ex
quib. cauſ. feud. amitt. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth.
5. nu 9. Ponte, cons. 30. nu. 7. in 1. conſ. 147. nu.
5. in 2. de Potes. proreg. tit. 7. de oſſens. reg. n. 6. 10.
Alba, cons. 568. nu. 6.* niſi in feudum expreſſim
reconceſſerit, *Roland. cons. 1. nu. 15. in 4. Roſen-
tal. de feud. c. 6. cõclus. 26. n. 2. 3. Ponte. cons. 155.
n. 65. in 2. decis. 2. d. n. 9. Surd. cons. 311. n. 23.* &
7 licet omne Caſtrum † in Regno feudale præ-
ſumatur, *Iſern. & Afflic. in Conſtit. iuſtitiary no-
men, rub. 42. lib. 1. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.
2. quaeſt. 2. n. 10. 14. Intrigl. feud. centur. 1. quaeſt.
43. nu. 57. Ponte, feudal. lect. 1. nu. 64. 65. Frecc.
de ſubfeud. lib. 2. author. 29. num. 3. Cumi. in præ-
lud. c. ſi aliquem. nu. 109. gloſ. Martis, nu. 12.* Niſi
ab Eccleſia fuerit poſſeſſum, *Gloſ. d. Conſtit.
iuſtitiarij nomen. Capic. feudal. inueſt. rub. feud. al-
lodial. col. fin. vers. in regno. fol. 43. Ponte, d. cons.
30. num. 6. Intrigl. d. quaeſt. 43. num. 62.* Quia
præſumitur in allodium, *Frec. d. auth. 29.
8 Ponte, feud. lect. 1. n. 72.* Nec appellatio † feu-
di, arguit rem eſſe feudalem, *Bald. l. liberti.
libertæq; col. pen. C. de oper. libert. Ponte, cons. 30.
nu. 8. in 1. Pappon. cons. 104. n. 9. Natt. cons. 49.
9 nu. 13.* Denominatio, † non facit contractum
eſſe talem, *l. cum falſa. C. de iur. & fact. ignor.
Decian. cons. 1. num. 11. 12. in 4. Menoch. lib. 3.
præſum. 104. nu. 30.* ſi illius effectus repugnet,
*l. inſulam. ff. de præſcript. verb. l. 1. & ibi, Bald. C.
de rer. permut. Dec. l. paciſcenda. num. 10. 11. C. de
pact. Natt. cons. 104. num. 1. 12. Crauet. cons. 20.
num. 5. Menoch. lib. 3. præſum. 104. num. 28. 29.
præſum. 105. num. 9. 10. Bimi. cons. 233. num. 13.
33. Decian. cons. 23. num. 6. 13. cons. 35. num. 38.
in 2. cons. 8. num. 7. in 3. Rim. iun. cons. 83. nu. 2.
cons. 218. num. 94. 95. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 2. tit. 2. n. 20. Pappon. cons. 104. nu. 26. Alba,
cons. 81. num. 48. Roland. cons. 96. num. 38. in 1.
cons. 69. num. 40. in 3. Gabr. cons. 168. num. 4. in
1. Cephal. cons. 329. num. 47. cons. 369. nu. 00.
cons. 603. n. 14. Bott. cons. 48. nu. 33.* remoto e-
nim effectu, remouetur, & eius ſpecies, *Bald.
rub. C. de contrahen. empt. quaeſt. 11. Afflic. decis.
338. n. 3. Becc. cons. 14. num. 32.*
10 Feudum itaq; res eſt † quæ in titulum feudi
conceditur, *Peregr. cons. 16. n. 13. in 1.* & deſtina
tione Domini conſtituitur, *l. quod, in verum. ff.
de legat. 1. late Iſern. c. 1. §. ſimiliter poteſt. 2. addit.
de Capit qui curi. vendid. Porn. cons. 12. n. 27. Pon-
te. cons. 132. num. 1. in 2. Petr. Gregor. de conceſſ.
feud. p. 3. quaeſt. 2. num. 3. Paris. Pute. de reintegr.
feud. c. 5. num. 3. c. 195. num. 2. c. 96. nu. 3. Intrigl.
feud. centur. 1. quaeſt. 57. nu. 56. Camill. de Curte.
diuerſ. feud. p. p. §. datur etiam. 6. num. 20.* Quia
Paterfamilias ipſe eſt in feudis, *Petr. Gregor
de Conceſſ. feud. p. p. quaeſt. 1. num. 11. p. 5. quaeſt. 3.
num. 6. Curte, d. num. 20.* Cum poſſideri il-
lud non poſſit, niſi beneficio domini conce-
dentis, *Afflic. c. 1. §. ſi quis per trigin. ta. ſi de feud.
fuer. controuers. int. domin. & agnat. Camerar. in c.
1. num. 15. An agnat. Petr. Gregor. de conceſſ. feud.
p. 2. quaeſt. 10. nu. 28. 34. Paris. cons. 1. num. 124.
in 2. Ann. ad Conſtit. diuæ memoriæ. num. 201.
Intrigl. feud. cent. 1. quæſt. 57. n. 57.* Idemq; eſt de
re particulari ſita infra fines feudi, *Petr. Gre-
11 gor. d. p. 2. quaeſt. 7. num. 11.* & in hoc differt † à
Maioratu, quem ex ſola partium conuentio-
ne poſſideri inquit, *Tiraq. de primog. quaeſt.
6. nu. 10. quaeſt. 68. in princ. Intrigl. d. quaeſt. 43.
num. 58.* ſiue proprium ſit Feudum, ſiue im-
12 proprium; Dicimus improprium, quod † ali
quo ex pacto mutat naturam, *Natt. cons. 681.
Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 3. nu. 62.* ſed in ea par
te, in qua eſt alteratum: cum in reliquis
naturam ſuam retineat, *c. 1. de feud. propr.
natur. non haben. Ponte, cons. 7. nu. 35. in 2. Ga-
br. cons. 84. nu. 18. 20. in 2. Menoch. cons. 331. nu.
41. cons. 400. num. 5. & lib 3. præſum 95. num. 2.
Lanar. cons. 57. num. 15. cons. 60. num. 38. Intri-
gl. feudal. cent. 1. quaeſt. 29. nu. 33. Mantic. d. lib.
23. tit. 8. num. 11. Farin. cons. 209. num. 6. Mozz.
de feud. tit. de ſubſtant. feud. num. 29. Vulte, de
feud. lib. 1. c. 7. num. 55. ad fin. c. 8. num. 53. Cra-
uet. cons. 624. num. 1. cons. 965. num. 6. Schrader.
de feud. p. 2. c. 4. nu. 73.* & in conſequutiuis, *La
nar. cons. 13. num. 8.* niſi ſubſtantia tollatur,
*Alciat. l. 2. nu. 21. ff. ſi cert. pet. Roſental. de feud. c.
12. conclus. 14. nu. 62. Mantic. d. lib. 23. tit. 22. n.
24.* & cum feudum diuerſa habere poſſit ter-
ritoria, & in diuerſis locis, *Paris. Pute de rein-
tegr. feud. c. 147. nu. 5. Ponte, cons. 47. nu. 9. in 2.
Anna, cons. 127. nu. 25.* Vniuerſitas † facti, nõ
iuris eſt, *Iſern. c. 1. ſub nu. 5. quid ſit inueſt. Pute. de
reintegr. feud. c. 5. n. 2. c. 147. n. 3. Larat. cons. 3. n.
27. Ponte, feud. lect. 21. n. 7. cons. 72. n. 9. in 2.* To
tumq; feudum; ac quælibet eius pars, eodem
iure cenſentur, *gloſ. in Conſtit. 1. de iur. rer. regal.
Pute, de reintegr. feud. c. 286. n. 17. Ponte. d. nu. 9.*
maximè hoc in regno, vbi feuda omnia ſunt
indiuidua, niſi à principio diuiſiſſet Rex,
Brun. cons. 147. Corſett. cons. 18. nu. 30.

13 Conſtituitur præterea † & creatur Feu-
dum, poſſidetur, & extinguitur, Vt inde di-
ci ſit ſolitum, quod Feudum, naſcitur, viuit,
& moritur. Naſcitur, per ipſius Creatio-
nem; Viuit per ipſius Poſſeſſionem, diſpoſi-
tionem, ſucceſſionem, & delationem; Mo-
ritur, per ipſius Aperitionem, non per Deuo-
lutionem.

Naſcitur propriè, per ipſius Creationem,

non per conceſſionem, quia datur conceſſio feudi iam formati, quod de iure communi omnibus permiſſum erat, *tot.tit. Qui feud. dar. poß.* hodie cum Regis aſſenſu, Qui generalis nobis fuit à Rege datus, *ex c. volentes.* 28. ſeruata tamen eius forma, & hoc eſt propriè feudum quaternatum, vt mox dicemus.

Viuit feudum, ſemper quod non aperitur, ita quod dum poſſidetur, viuit, quia præexiſtit in ſuo eſſe, dum ſucceditur idem: quia ſub hac lege creatum eſt, & in eſſe deductum & prolata ipſius vita, dum iure permittente fit diſpoſitio, commutatio, aut alia quęuis alienatio: Viuit etiam dum defertur certis perſonis, a lege inueſtiturę vocaris, a qua homo iſte mutus ſuam innatam aſſumſit naturam, *c. 1. §. filia vero. de ſucceſſ. feud. Camil. de Curte. diuerſ. feudal. p. p. §. 12. nu. 66. Lanar. cons. 15. nu. 2. Ponte, cons. 8. num. 29. cons. 7. num. 6. cons. 12. num. 11. 41. cons. 23. num. 12. in 2.* vt in feudo ex pacto & Prouidentia, non hęreditario; in quo agnati vocantur, ad ſucceſſionem nec morienti ſucceditur; ſed primo acquirenti, *c. 1. §. beneficium. quib. caus. feud. amitt. c. 1. de ſucceſſ. feud. Peregr. cons. 20. nu. 3. in 3. Crauet. cons. 715. nu. 11. Menoch. cons. 1064. n. 4. Rim. iun. cons. 675. nu. 24. cons. 675. num. 68. cons. 752. nu. 53.* Vel ſucceditur vltimo morienti, Iudicio primi acquirentis, vt *ex Cannet.* aduertit, *Ponte, feud. lect. 9. nu. 61.* non iure hęreditario, ſed ſanquinis, *Sfort. cons. 20. nu. 125.* & dicitur his deferri feudum, id eſt illos pręferri in feudi ſucceſſione.

Viuit inquam, & cū homo ſit licet mutus, vtitur feudatarij miniſterio in his, quibus
14 indiget, † vt ſibi loco, & vice ſui tanquam pica, & organum petat, ſuamq; gerat vicem in hac parte, *Glos. in Conſtit. Conſuetudinem. rub. 78. lib. 1.* ex quo intelligimus, feudatarium eſſe in feudo, & Feudum in eo, *ad tex. c. ſcire. 7. quaſt. 1.* geritq; Feudatarius vicem, & perſonam ipſius feudi, *l. venditor. ff. de hared. vel act. vendit. Afflic. conſt. ſtatuimus. n. 58. rub. 37. lib. 1. Balzaran. conſt. ſiue reali. rub. 103. lib. 1. Frec. de ſubfeud. lib. 3. formul. 2. quia. n. 5. Larat. cons. 3. n. 39. Camill. de Curte. diuers. feud. p. p. §. 2. num. 2. 3.* vt ſi quæ de ſuo corpore diſmembrata res fuerit, ad reintegrandum agit, *Georg. de feud. c. 31. num. 23. Ponte, d. cons. 8. num. 29. Larat. cons. 86. num. 100.* & congratulatur reunione facta, *Apen. l. originarios. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Integrum enim (de quo, *in d. c. Volentes. 28.*) ſignificat idem, quod plenum ex omni parte, cui nihil adijci poteſt, *c. fin. & ibi, Dec. num. 17. de confirm. vtil. vel inutil. l. 2. §. ad filiorum. C. Quand. & quib. quart. lib. 10. l. decem ff. de fideicom. libert. Clem. dudum. §. verum. de ſepult. Apen. l. hac lege. C. de proxim. ſacr. ſcrineor. lib. 12. Coſta, de re. integr. praelud. 2. nu. 1. Sfort. de in integr. reſtit. quaſt. 1. à nu. 14. cons. 30. nu. 39. Decian. cons. 57. nu. 55. in 1. Rim. iun. cons. 672. num. 27. Anna, cons. 105. nu. 10:* & verbum illud, *Indiuiſo*, poſitum *in d. c. volentes.* 28. denotat, inſolidum, hoc eſt, ſine ſeparatione aliqua, *Decian. cons. 73. n. 9. in 2.*

Moritur feudum, non per Deuolutionem
15 propriè † ſed per Aperitionem: deuoluitur enim, quod eſt in ſua ſubſtantia integrali, & in ſuo eſſe, ac de vno ad alium commutatur ſed dum moritur, non datur amplius eſſe; imo omnes ens dicitur extinctum, homo mortuus, non dicitur homo, ſed Cadauer. *Medic. de mort. p. 2. conclus. 9. num. 31. 145.* & ideo dicitur Aperiri, quaſi exinaniri, & frangi, quod erat ſolidum, & clauſum; Dicitur enim feudum certo modo clauſum, quia ſua conſtitutione, ſuos habuit fines, ſuos terminos, certamq; formam, & fidelitatem; cum ſit feudum, Vniuerſitas facti, ex his, quæ ab homine, & conſuetudine ſunt ei attributa, *Innoc. c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. Camill. de Curte. diuers. feud. p. p. §. 12. à num. 36. ad nu. vſq; 58.* Dum igitur feudum moritur, redit ad vniuerſum, cui ſubiacet, & nō datur fidelitas, nec ſeruitium, quia res ſua nemini ſeruit, *Ponte, cons. 147. num. 5. cons. 155. num. 65. in 2.* Dixi ad vniuerſum, quia conſolidatur, vel cum feudo dominante, vel cum Directum eius dominio, ciuilis enim poſſeſſio trahit ad ſe naturalem, *Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 60. num. n. 13. Schrader. de feud. p. 3. c. 2. num. 15. Aldouin. cons. 76. num. 24. Ponte, cons. 147. num. 7. in 2. Lanar. cons. 49. num. 10.* & cum ex contractu reſoluto, & ex lege feudi contingat Aperitio, momento temporis non durat feudum in ſuo eſſe formatum, & ſic non deuoluitur, ſed aperitur propriè.

Et licet feudum extinguatur morte, defectu, refutatione in Dominum, & delicto, eos tamen dicimus eſſe modos Aperitionis, non deuolutionis, vt per verbum aperitionis loquutus fuit, *Zas. de feud. p. 10.* ſic diſtinguens, Aperiuntur namq; feuda quatrupliciter; Refutatione videlicet, Morte, Delicto, & Defectu, de quibus edisserit plenè, *Ponte. d. cons. 147. num. 1. cons. 155. num. 64.*

16 Illud autem prætereundum non eſt † Feudatarius etſi à Barone differat, *ex Iſern. c. 1. §. ſimiliter. nu. 20. 23. & in Conſtit. ſi aliquis Baro. vbi, Afflic. not. 1. Anna, rubr. de Vaſall. decrept. atat. à num. 37.* cum vterq; ſeparatam habeat dignitatem, *arg. l. ſi idem. C. de iur. codicill.*

Digitized by Google

cill. feudatarius tamen Baronis titulum a Rege adeptus, non deſinit feudatarium eſſe, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicat. comes. ſub num. 46. Verſ. quarto facit.* quia dignitatem maiorem conſequens, non amittit minorem *l. præclarum. C. de primicer. lib. 12. l. maior. C. de dignit. lib. 11. Galganet. de Condict. & demoſtrat. p. p. c. 26. nu. 3. Frecc. d. tit. quis dicat. Comes. ſub nu. 46. Capiblan. de Baron. in rub. num. 19.* ſed maior præualet, *Ponte, cons. 14. num. 62. in 1.*

Ex his, in quæſtionem venit ſatis arduam, Baronis nomine, An feudatarius
17 † contineatur? ac nominari poſſit? Quod cum controuerſum viderim, Altius id repetendũ cenſui.

Prior, Negantium fuit ſententia: Nam ſi noſtrarum legum municipalium diſpoſitionem quis ſpectet, præſertim Regni *Capitula* Alij vocantur Marchiones, alij Comites: alij Barones: alij Feudatarij, ſeu Nobiles; ſi à Regis *Iacobi, c. 32.* exordium, quis ſumat, *& à Feder. c. 28. volentes. c. 50. Quia. c. 52. c. 54. Statuimus.* & alijs. ad Philippum vſque Regem illius nominis, II. Vt & in Regni Conſtitutionibus ſeruatum refert, *Frecc. lib. 2. de ſubfeud. tit. quis dicat. Comes. nu. 46.* Feudatarius ergo Baronis nomine non continetur, *Afflic. conſtit. Comite. num. 6. rub. 21. lib. 3.* Baro eſt, qui baroniam habet, & maiorem dignitatem; Feudatarius, qui feudum habet & minorem: Ac proinde Baro ſatis differt à Feudatario, vt dixi, & vbi denominantur Maiores, minores non includi voluit, *Archid. c. ſtatutum. de elect. in 6.* Maximè
18 ſi † odioſa ſanctio ſit, de Barone loquens, quę ad Feudatarium non debet extendi, *Afflic. d. Conſtit. comite. num. 8. Alex. cons. 125. in 4.*

19 Secunda fuit Affirmantium † Opinio, cum ſi communẽ loquendi vſum magis ſpectemus, à quo verba interpretari debent, *l. cum delanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtruc. l. liberorum §. quod tamen caſſius. ff. de leg. 3. Movot. cons. 14. num. 28. Sacca, cons. 53. nu. 14. Honded. cons. 4. nu. 64. in 1. Surd. cons. 311. n. 43. cons. 313. num. 87. cons. 454. num. 18.* dicimus feudatarios, Barones Vulgo nominari, noſtro Siciliæ Regno, *Cumi. in prælud. c. ſi aliquem. nu. 188. Intrigl. feud. cent. 1. quæſt. 8. num. 6. Alba, cons. 163 num. 63. Glorit. cons. 10. num. 23. Molfes. in Summ. conſcien. tract. 9. c. 6. num. 18. Maſtrill. decis. 219. num. 30. Menoch. cons. 1110. num. 7. Petra, de princip. potes. c. 22. num. 12.* Imo communis loquendi vſus Feudatarios quoſcumquè Barones appellat, & verba ab idiotis perſonis prolata, groſſo modo ſunt intelligenda *ex not. per Innoc. c. cum clamor. de teſtib. Soc. cons. 116. num. 32. in 1. Azeued. cons. 4. nu. 69.* Si concurrat communis loquendi vſus cum ſignificatione generis, *Gallin. de Verb. ſignifi. lib. 4. c. 4. num. 5.* ſed nomen, Baro, genus eſt, feudatarios comprehendens, *ex Capic. inueſt. feud. glos. feudatarij. Capiblan. de baron. in proem. nu. 20. 21.* Baronis ergo nomine feudatarij etiam continentur, imo ſecundum loquentis conſuetudinem accipienda ſunt verba, *l. ſi ſeruus. §. fin. ff. de legat. 1. Azeued. cons. 11. num. 13. Socc. iun. cons. 81. num. 58. in 3.* ſed imperitus vulgus Baronem accipit, feuda-
20 tarium: ipſaq; verba, † accipienda ſemper ſunt, quatenus ſignificare poſſunt in materia quamtumuis odioſa *Alciat. cons. 9. num. 30. cons. 24. num. 2. 3. lib. 3 cons. 95. nu. 5. in 8.* quia,
21 diſpoſitio † quæuis ab ipſa loci conſuetudine interpretationem recipit, *Gabr. tit. de Conſuet. concluſ. 1. num. 38. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 8. num. 7. Simon, de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 1. ſolut. 11. num. 2. 3.*

Non obſtat dixiſſe *Frecc. de ſubfeud. lib. 1.*
22 *tit. quis ſit Baro. num. 6.* inſpiciendum non † eſſe id, quod conſtituit Vulgus. Quia reſpondet, *Bald. in §. Opizoni. ad fin. de Pac. Conſtat.* eum ſolum eſſe verum, & proprium intellectum, qui auribus vulgi conſonat, cęteros eſſe extraneos, *Ias. l. eum qui ita. §. qui ita ſtipulatus. 2. not. 2. ff. de verb. oblig. in l. 1. §. hoc autem. num. 3. ff. de nou. oper. nunciat. Socc. cons. 89. ad fin. vol. 4.* Et addit, *Bald. auth. ſed nouo iure. ad fin. C. de ſeru. fugit.* verba eſſe intelligenda, vt vulgus illa accipit. *Glos. l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoq; vbi Bart. Bald. et alij, ff. de verb. oblig. Turret. conſ. 14. n. 12. in 2. Rim. iun. cons. 416. n. 14. Gallin. de verb. ſignif. lib. 4. c. 3. num. 4.*

23 Tertia fuit, Diſtinguentium † Opinio, Quod cum multiplex ſit, Feudorum ſpecies alia Nobilia, alia minus Nobilia, aliqua aliquatenus Nobilia, alia Ignobilia, Bonus à Curtile, *de nobilit. p. 3. num. 201. Tiraq. de nobilit. c. 7. num. 63.* illa, cum primi gradus ſint, Baronem conſtituunt poſſeſſorem; Hęc cum inferioris ſint, Baronem non faciunt *Bimi. cons. 206. num. 35.* De feudatarijs itaq; loquimur ex Tex. noſtro, qui in ſuperiori claſſe repoſiti non ſunt: Cumq; hic terminus Baronis, ex vi ipſius vocabuli de eo prædicetur, cui Baronis nomen inditum ſit, & Baronia conceſſa, *Camet. c. volentes. §. in Vers. ſi vero. num. 15.* Feudatarius inferioris feudi poſſeſſor, Baronis nomine non venit; Adeovt, ſi Feudatarius eo vtatur nomine, impropriè dicetur Baro, *Maſtrill. decis. 219. num. 30.*

Ex his, pro Coronide infertur, I. Statuiſſe Regem,
24 † Sancti offitij foro Feudatarios non gaudere, qui Baronis titulo, in feudi in-

priuilegio, inſigniti non ſint, Barones tamen
vulgo ſe nominari permittant ex communi
loquendi vſu, Vt S. Offic. Familiarium
numerus ad eos tantum moderetur, qui
honoris, & ſeruitij cauſa in eo adſcribi petũt
ex Tribunal. Concord. a Rege data, Anno 1597.
25 Infertur II. Quod cum † ex Meſſanæ Stat.
31. Baroni ius prothomiſeos non competat
ibi, *Eccleſia, Monaſteria, Comites, & Barones
ius Prothomiſeos in Ciuitate Meſſanæ non habent.*
Contentio fuit non leuis. *An* Feudatarius
iure prothomiſeos vti poſſit? Negatiuam
inſequutus fui ſententiam, Quia Meſſanenſis
populi municipales illas conſuetudines,
inducentis, verba intelligi ſemper debent, ſecundum
loquendi morem, qui ea in regione
eſt, *Alex. cons.* 131. *nu.* 4. *in* 6. *Corn. cons.* 233.
num. 6. *in* 4. *Mareſcot. lib.* 1. *reſol.* 94. *num.* 5. &
ad plures locos relata, ex cuiuſcũq; loci conſuetudine,
& vſu, interpretanda ſunt, vt
dicitur de verbo, *Nobilis*, quod cum variè
pro cuiuſcumq; Regionis conſuetudine accipiatur;
in Statutis pro locorum vſu intelligendum
eſt, vel ſecundum perſonarum
qualitates, *Caſtr.* videndus, *cons.* 107. *n.* 1. *p.* 2.
Tiraq. de nobilit. c. 10. *num.* 9. *Bimi. cons.* 206. *nu.*
9. abſurdum nec eſt, vt verbum vnum, plura
reſpiciens, intelligi poſſit, propriè, & impropriè;
Sicut, & Eadem res, diuerſo iure
cenſeri poteſt, circa diuerſa, *ex Glos. c. cum
capella. verb. in quartam. ad fin. de priuileg. Tiraq.
l. retract.* §. 1. *glos.* 8. *num.* 22. *Crauet. cons.* 462.
num. 15. & vbi eſt diuerſa ratio, *Gabr. cons.*
116. *num.* 12. *in* 1. *Cancer.* 3. *reſol. c.* 21. *num.* 339.
Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. *glos.* 3. *p. p. num.*
15. *tom.* 2. & habens duo domicilia, poteſt ſecundum
cuiuſq; fori conſuetudinem iudicari,
Bimi. cons. 206. *nu.* 10. ita etiam idem verbũ
interpretandum erit ſecundum cuiuſcumq;
Regionis morẽ, vt arguit, *glos. d. c. cum capella*,
26 cum ſit generale, nedum † priuilegium, ſed diſpoſitionem
omnem declarari ab ipſa Loci
interpretatione, *Gabr. tit. de conſuet. conclus.* 1.
nu. 38. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 8.
nu. 7. *Simon. de Prætiis de interpret. vlt. volunt. lib.*
1. *ſolut.* 11. *num.* 1. 2. Verbum itaq; Baro, cum
amplum ſit, & generale, aptum ad Feudatarios
complectendos, merito ad illos referri
27 debet, quia verba † generalia referuntur
ad Omnes, & ad Omne tempus, *l. ſi
ita fuerit. ff. de legat.* 3. *l. ſtipulationes.* §. *fin. ff. de
verb. oblig. pulcrè. Aret. videndus, in l. cum lege. ff.
de teſtam.* Suntq; verba ſemper ita intelligenda,
vt ſingula ſingulis conueniant, *ex Alciat.
cons.* 21. *num.* 6. *lib.* 3.
28 Non obſtat Baronis nomine, eos contine

ri feudatarios, qui dominationem habeant
cum Mero, & Mixto imperio, aut ſubfeudatarios,
vt dixi, *Glos.* 4. *n.* 8. 9. 12. 13. Quia rari
ſunt barones in hoc Meſſanæ diſtrictu, qui
nemoroſa loca in Feudum poſſideant, vel
ſubfeudatarios retineant, imo nullus eſt;
Proinde, edocuit, *Carpan. Mediol. ſtat.* 450.
num. 9. *p.* 2. Statutum de Barone loquens, de
ſimplici Barone intelligendum eſſe, qui feuda
ſimplicia habeat, ſi alij numero, nec eo in
loco ſint, vt aliquid operetur, alias ſuperfluum
eſſet; Imo in Meſſanæ diſtrictu, nullus eſt
Baro, qui iuriſdictionem antiquitus exerceret,
& præſertim tempore, quo ſtatuta hęc
fuerint condita, cum quiſq; à Meſſanæ Vrbis
magiſtratu cognoſceretur ciuili, aut criminali
in cauſa, exceptis feudis illis; quæ, a
Meſſanę iuriſdictione fuerant exempta licet
in Diſtrictu ſint, *Alciat. l. pupillus.* §. *territorium.
nu.* 52. *ff. de verb. ſignif.* cumq; aliter intelligi
nomen, Baro non potuerit, niſi in feudatario,
impropriati ergo verbum illud debet,
Turret. cons. 48. *nu.* 3. *in* 2. Vtq; ſuperfluitatis
vitium ceſſet, verba impropriè intelligi
debent, imo & impropriiſſimè, *Mantic.
de coniect. vlt. volun. lib.* 3. *tit.* 6. *nu.* 1. & vt abſurdum
euitemus, *Surd. cons.* 573. *nu.* 37. *cons.*
554. *num.* 14. *Honded. cons.* 6. *num.* 5. *cons.* 51. *nu.*
4. *in* 1. *Mantic. de coniect. vlt. volun. lib.* 3. *tit.* 7.
num. 3. *Simoncell. de decret. tit.* 6. *num.* 79. *Tarin.
in patroc. de gabell. p.* 3. *num.* 97. ſed abſurdum
ſanè eſſet, ſi feudatarij non compræhenderentur,
cum nullus Meſſanæ ſit propriè Baro,
imo tunc ad ſenſum extraneum trahi
poſſunt ſtatuti verba vt operentur, *Randens.
de analog. c.* 18. *nu.* 26. *Gallin. lib.* 1. *c.* 9. *nu.* 18. *de
verb. ſignif.* ſi prolati verbi tempore in Barone
verificari non poterat, *Mantic. d. lib.* 3. *tit.*
5. *n.* 4. interpretanda ſunt verba ſecundũ tempus
prolationis, *l. tale pactum.* §. *fin. ff. de pact. l.
qui ſeruum. ff. de verb. obligat. l. ſi cum cornelius. ff
de ſolut.* *Morot. cons.* 3. *n.* 30. *Surd. cons.* 454. *n.* 32.
& ſecundum tempus contractus, *Menoch.
cons.* 1120. *num.* 23. ordinario curſu inſpecto,
arg. l. ſcio. §. *medico. & ibi, Bart. ff. de ann. legat.* *Lanar.
cons.* 60. *nu.* 106. & groſſo modo, vt ab imperitis,
iuxta communem loquẽdi vſum, qui
fuerit, conditi ſtatuti tempore. *Honded. cons.*
4. *nu.* 57. *in* 2. *Maſcard. conclus.* 329. *nu.* 9. quę
enim frequẽtioris vſus gratia ſtatuto ſunt
inſita, in conſideratione haberi non poſſunt,
Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. *glos.* 29. *nu.* 3. Vt
nec alterent, nec reſtringant diſpoſitionem,
glos. auth. caſſa, & irrita. C. de ſacros. eccles. Cancer.
3. *reſol. c.* 3. *nu.* 417. imo ille verborum ſenſus
potentior eſt, qui plura complectitur, *l.*

cum

Digitized by Google

*cum lege. & ibi, notat Aret. ff. de teſtam. l. ſi tam
anguſti, & ibi, Angel. ff. de ſeruit. Mantic. de ta-
cit. & ambig. lib. 3. tit. 2. num. 5.*
Reſpon. II. Nomen, Baro, genus eſſe, *ex
Capit. inueſt. feud. verb. Feudatarij. Capiblan. de
Baron. in proem. num.* 21. cum & verba potius
in genere, quàm in ſpecie accipienda ſint,
Laderch. conſ. 87. num. 4. Feudatatium eſſe ſpe
ciem: Licet poſita ſpecie, non veniat genus,
l. fin. §. cui dulcia. ff. de vin. legat. adeo vt ſi de
feudatario loquatur Statutum, non com-
prehéderet baronem; Atqui poſito genere in-
cluduntur omnes eius ſpecies, *l. omnes. vbi,
Angel. notat. C. de præſcript. trigin. annor. Turret.
conſ. 46. nu. 7. in 2. Surd. conſ. 358. nu.* 15. exem-
plũ eſt, *in c. volentes.* quod cum de Comite lo-
quatur, comprehendit etiam Marchiones
Duces, & alias titulares dignitates, *Cannet.
d. c. volentes. §. quæro pro complimento. nu.* 2. Sed
genus ineſt ſpeciebus, *Gallin. de verb. ſignifi. lib.
2. c. 4. nu. 3. lib. 6. c. 14. nu.* 13. & æqualiter de eis
prædicatur, *lib. 5. c. 2. num.* 13.
Ex his itaq; conſtat, Quid in quæſtione
29 dicendum ſit, qua, quæritur † An noſtri Tex.
diſpoſitio de Feudatario loquens, in Sub-
feudatario procedat?
Affirmãtium prima fuit opinio: Quia Feu
datarius, inſpecto communi feudorum iure,
30 ſine Regis licentia feudum † ſuum alij ſubin-
feudare poteſt, *Glos. & Doct. in c. 1. §. præterea.
de capit. Corrad. Paſet. conſ. 13. num. 3. Plot. conſ.
39. Veſemb. conſ. 7. Bero. conſ. 66. nu. 5. in 1. Scho-
ner. de feud. lib. 1. diſput. 9. c. 7. Schrader. de feud.
p. 8. c. 2. num. 10. 11. 12. Menoch. conſ. 307. nu. 3.
Borcholt. de feud. c. 8. nu. 49. Clar. §. feudum. quæſt.
32. num. 1. Curt. de. feud. p. 4. quæſt. 1. num. 83. Pi
Flor. 2. quæſt. 44. num. 1. Vulte. de feud. lib. 1. c. 10.
num. 79. Craſſ. 2. comm. opin. 2. quæſt. 20. Moz.
de feud. tit. qui feud. dare. poſſ. num. 26. Burs. conſ.*
31 150. *num.* 67. Quia alienationis † ſpe-
cies illa non eſt: Sed accumulationis alterius
vaſalli, & vtile dominium ſuperius, & in-
ferius penes eum remanet, *Gregor. de conceſſ.
feud. p. p. quæſt. 2. nu.* 12. imo dixit, *Afflic. c. 1.
§. illud quoq; num. 21. de probib. feud. alien. per
Feder.* vtilis dominij exercitium in ſubinfeu-
datum transferri, ſeu ſecundus hic vaſallus
vtile ſubalternum dominium habebit, *Pe-
tra, d. c. 23. nu. 8. Curte, diuers. feud. p. p. §. 6. nu. 4.
5.* nec deſinit eſſe vaſallus, qui alium ſibi vaſ-
ſallum acquiſiuit, *Georg. de feud. c. 29. à nu. 2.
Menoch. conſ. 226. nu.* 183. Proinde ſubinfeu-
datio ſpecies eſt alienationis, eum in ſubin-
feudatum vtile tranſeat, *Bald. d. §. illud quoq;
num. 2. Soc. conſ. 66. nu. 4. in 3. Burs. conſ. 49. nu.
50. conſ. 50. num. 16. Vulte. de feud. lib. 1. c. 10.
num. 84. Menoch. conſ. 226. num. 179. Petra, de
Princ. potes. c. 23. nu.* 6. Hinc ſi inueſtitura ex-
preſſe cautum ſit, ne feudum alienetur, nullã
eſſe ſubinfeudationem cenſuerunt, *in d. §.
præterea. Bald. num. 3. Aluarot. num. 4. Afflic.
num. 5. & Præpos. Zas. de feud. p. 9. nu. 17. Felin.
nu. 69. Dec. nu. 31. in c. quæ in eccleſiarum. de con-
ſtit. Curt. d. p. 4. num. 84. 113. Mozz. de acciden-
talib. feud. num. 8. Rim. iun. conſ. 5. nu. 63. Ro-
ſentall, de feud. c. 9. conclus. 61. Ponte, conſ. 42.
num. 6. in 2. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 9. c. 17.
Camill de Curte, diuerſ. feud. p. p. §. datur etiam.
6. num. 14. Vulte. de feud. lib. 1. c. 10. num. 86. ad
fin. Schrader. de feud. p. 8. c. 2. nu. 20. 21. Petra, de
Princ. potes. c. 23. num. 2. Borcholt. de feud. c. 8. nu.
52. Caſſan. Burg. conſuet. rub. 3. §. 8. num. 27. Pi-
Flor. 2. quæſt. 44. num. 30. Ruin. conſ. 147. num.
14. in 2.* quia alienationis ſpecies eſt; Proinde
32 quis † ignoret *ex Feder. Reg. c. Volentes.* 28. datã
cuiq; feudatario eſſe alienandi licentiam, ne-
dum inter uiuos, ſed in vltima uoluntate, &
33 cum feudatarij † nomen generale ſit, *Intrigl.
feud. centur. 1. quæſt. 8. nu.* 76. ſubfeudatarius il
34 lius appellatione continetur. Imo ſunt † plu-
ra Regni capitula, in quibus de ſubfeudata-
rio ſit mentio, *ex Reg. Iacob. c. ſi contingat.* 35.
& in c. ſi aliquem. 33. Adeo vt ſubinfeudari feu
dum in Regno poſſe videretur.
35 Negantium verior eſt opinio, Tex. † hunc
in ſubfeudatario non procedere, & ideo ab-
eo id omiſſum. Quia nulla eſt in hoc Si-
ciliæ regno ſubinfeudatio, cum ſolus Rex
infeudet, *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quæſt.
2. num. 2. 19. 24. p. 2. quæſt. 5. num. 6. p. 5. quæſt.
3. nu. 18. Cannet. c. ſi aliquem. in princ. Ponte, feu-
dal. lect. 6. num. 31. Anna, rub. de vaſall. decrep.
ætat. nu. 247. alleg. 124. nu. 4. Corſet. conſ. 18. nu.
27. 28. Camill. de Curt. d. §. datur etiam. 6. nu.* 18.
& feudis formam conſtituit, *Iſern. & Afflic.
c. 1. §. nam illud. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis.
Pern. conſ. 18. nu. 5. Petr. Gregor. de conceſſ. feud.
p. 3. quæſt. 2. num. 1. quæſt. 4. num. 9. Cannet. c. vo
lentes. 28. §. ſed neceſſaria. num.* 18. Vt nec poſſit
Prorex, *ad tex. in* Conſtit. *Poſt mortem. rub.
22. lib. 3. Iſern. in c. de Controuers. feud. apud
pares termin. Cannet. c. volentes. §. At non eſt o-
cioſum. num.* 3. Alij ergo Marchiones, Comi-
tes, & Valuaſores prohibentur, cum enim
habeant eorum Marchionatum, Comita-
tum à Rege, infeudatio illa non eſſet, ſed
ſubinfeudatio; & vt infeudare in hoc Sici-
liæ Regno nemo poteſt, ita nec ſubinfeuda-
re, *Iſern. in c. 1. §. præterea. num. 7. de* Capit. *cor-
rad. Anna, rub. de Vaſall. decrept. ætat. num.* 247.
Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quæſt. 2. nu. 13.
Intrigl. *feud. centur. 1. quæſt. 45. num. 225. quæſt.
53. num.*

Digitized by Google

36 53.nu.223. Inde eſt,† Barones, & eccleſiarum Prælatos conſueuiſſe feuda, hoc in regno, ad Emphiteuſim, concedere, Gregor. d. quæſt. 2. num. 18. Intrigl. d. quæſt. 45. num. 230.

37 Non obſtat, Feudum † ſine Regis licentia ſubinfeudari poſſe. Quia verum ex iure communi, Rim. iun. cons. 1. nu. 50. Mareſcot. lib. 1. reſol. 95. nu. 1. quod alij negant relati, a, Petra, de princ. potes. c. 23. nu. 6. Menoch. cons. 226. num. 165. ex c. 1. §. ſed etiam. per quos fiat inueſt. Curte. diuerſ. feud. p. p. §. 1. nu. 1. Ponte, feud. lect. 6. num. 8. 43. At de iure Regni, quo prohibita eſt feudi alienatio; Abſolutè ſubinfeudari non poteſt, Ponte, feud. lect. 1. num. 55. 81. Menoch. de arbitr. cas. 200. nu. 4. Mareſcot. d. reſol. 95. à nu. 30. nec Feudi pars, Soc. iun. cons. 126. num. 9. in 3.

38 Reſpon. II. Aut feudatarius † de toto dominio in vniuerſo eſt inueſtitus, non autem particulariter de illo, vel illo caſtro, aut loco Tunc licet directus ille ſit, quoad dominium vniuerſi, vt in vniuerſo conſiderati; directus tamen non erit, quoad feuda ipſa particularia, Quę ſi feudatarius cōcederet, nec vaſalli, dicentur vaſalli Regis, ſed proprij ipſius ſubinfeudantis, Afflic. c. 1. §. rei autem. col. pen. fin. de inueſt. de re alien. fact. vt nil ad Regem pertineat in hoc feudo, Tuſc. lit. F. conclus. 191. lit. V. conclus. 27. num. 1. Veſemb. cons. 73. num. 32. abſq; ergo ſua licentia, recte poſſet concedere, Taris. cons. 1. num. 99. in 1. Paſet. cons. 13. num. 5. 6. Surd. decis. 288. num. 2. 3. Natt. cons. 487. num. 9. Menoch. cons. 307. num. 3. ſecus ſi inueſtitus ille fuiſſet de certo Caſtro, & loco, tunc Rex nedum vniuerſi dominus erit, ſed particularis, eiuſq; conſenſus requireretur, Menoch. cons. 226. num. 182. Camill. de Curte. d. §. datur etiam. 6. num. 4.

Reſpon. III. Prioris Domini conſenſum requiri in ſubinfeudatione inquit, Ponte, conſ. 72. num. 19. in 2. ne ſit difformitas, ſubinfeudari namq; poteſt perſonæ æquali, aut certè melioris, non deterioris condictionis, c. 1. §. beneficium. ſi de feud. defunc. conten. ſit, c. 1. §. ſimiliter. de leg. corrad. Mareſcot. d. reſol. 95. nu. 5. 6. Veſemb. de feud. c. 4. n. 3. Borcholt. de feud. c. 8. n. 51. Vulte. de feud. lib. 1. c. 10. num. 81. Veſemb. conſ. 41. num. 167. conſ. 73. num. 53. Clar. §. feudum. quæſt. 32. num. 4. Menoch. cons. 148. num. 43. Schrader. de feud. p. 8. c. 2. n. 13. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 9. c. 9. quia inuitus dominus vaſallum non accipit, Ponte. cons. 45. num. 16. in 2. Cumq; vaſallus primi domini non ſit, is, in quem ſubinfeudatum eſt feudum, Menoch. de arbitr. cas. 200. num. 6. 12. Tuſc. lit. V. conclus. 27. num. 5. ergo.

accedat inueſtituræ, dicendum ſanè eſt cau-
telam abundantem non nocere. Triplex eſt
ſucceſſio in iure, inquit *Bald. cons. 199. in 3.*
ſucceſſio nempè ordinata per viam legis cō-
munis, vel ſtatuti; Secunda eſt ordinata ex
contractu, ſeu particulari hominis diſpo-
ſitione, Tertia eſt ſucceſſio ordinata per pro
priam naturam, vt eſt in feudis. *Tuſc. lit. S. con
clus. 859. num.* [illegible]

15 Accipitur ſucceſſio, † ex feudorum iure
reſpectu extranei, ſi feudum pro quibuſcum-
què hæredibus conceſſum ſit, ſed reſpectu fi-
lij, eſt quaſi ſucceſſio, *Geor. alleg. 19. n. 10.* quę a
nomola dicitur & contra iuris regulas, *Corn.
cons. 85. num. 9. in 3. Grat. cons. 20. nu. 8. in 1. Mol
fes. cons. 48. num. 12. 13. Molin. de primog. lib. 1.
c. 12. num. 29. Petra, de fideicom. quaeſt. 13. num.
562. Lanell. Gall. cons. 103. num. 40. Raudens.
vari. reſol. c. 46. num. 23.* debitum enim eſt fi-
15 lij † feudum paternum ex Pacto, & proui-
dentia, iure ſucceſſorio feudorum, non hære
ditario; *c. 1. de ſucceſſ. feud. c. 1. An agnat. Bald. l.
cum Virum. n. 21. C. de fideicom. l. 1. quaeſt. 48. ff.
de rer. diuis. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. quaeſt. 3.
n. 3. Beto. cons. 67. nu. 38. in 1. Menoch. cons. 986.
nu. 1. Georg. alleg. 19. nu. 12. Tiraq. de Morte, p. 4.
declar. 5. nu. 18. & lib. 1. retract. §. 1. glos. 3. à nu.
3. Veſemb. cons. 41. nu. 9. Ponte, decis. 40. nu. 10.
-. Vl*

*Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 27. n. 1. 2. 5.
9. 11.* Quia ſucceſſorium edictum datur, quo-
ties extincta Perſona, quæ præcedebat, ſe-
quens vocatur, vt in feudis, *Bald. cons. 132.
in 2. Tuſc. lit. S. conclus. 858. num. 3. conclus. 873.*
17 Proinde ſucceſſio † feudalis, Tertia eſt ſuc-
ceſſionis ſpecies, *ex Bald. l. cum antiquioribus.
num. 8. C. de iur. deliber. c. imperialem. num. 19. de
prohib. feud. alien. per freder. Loffred. cons. 38. nu.
10. Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quaeſt. 12. artic. 2.
num 26.*

Cæterum in feudis pacti & prouidentiæ,
18 ideo ſucceſſionem † non dari concludimus,
quia vnus non habet cauſam ab Alio, *Curt.
cons. 50. n. 17. Paris. cons. 23. n. 130. in 1. Peguer.
decis. 113. ſub num. 2. Georg. alleg. 19. nu. 16.* ſed
omnes à primo concedente, *Iſern. c. 1. col. 4.
qui ſucceſſ. tenean. in c. 1. §. ſed res. nu. 10. per quos
fiat. inueſtit. Pern. cons. 12. nu. 10. 36. Mantic. d.
tit. 27. nu. 7. 8. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. quaeſt.
13. num. 24. Zanar. cons. 8. nu. 12. cons. 82. n. 20.
21. Crauet. cons. 715. nu. 11. Decian. conſ. 23. nu.
33. 36. in 1. Rim. iun. cons. 751. num. 53. Menoch.
cons. 99. nu. 113. cons. 304. nu. 12. cons. 1034. n.
2. cons. 1064. num. 4. Corbul. de iur. emphit. tit. 7.
ob mor. ciuil. num. 27.* vt ex Tunc, *Rim. iun. cons.
38. num. 11. Cephal. cons. 152. num. 106. Bardell.
cons. 101. num. 141. Schrader. cons. 1. nu. 46.* qui
addit, aliam dici inueſtituram vnius, aliam
dici inueſtituram alterius, *Molin. de primog.
lib. 1. c. 1. num. 27. Bardell. cons. 101. num. 141.
Peregr. cons. 20. num. 3. in 2. Valenzuel. cons. 60.
num. 15. Menoch. cons. 1153. nu. 4.* adſtipulatur
Fab. Anha, cons. 67. nu. 52. aſſerens in hoc feu
19 dorum genere, Tot eſſe † conceſsiones, quot
ſunt perſonæ, *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 2.
quaeſt. 10. num. 39. Cannet. c. ſi aliquem. § annotan
dum eſt. nu. 6. c. volentes. fol. 145. nu. 32. Couar.
2. reſol. c. 18. num. 2. Roland. cons. 15. nu. 3. in 4.
Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quaeſt. 23. artic. 3. nu.
58. Gamm. decis. 174. num. 21. Rim. iun. conſ. 751.
num. 53. Raudens. cons. 15. num. 49. in 2. Burg. de
Paz ciuil. quaeſt. 10. num. 40. Georg. alleg. 19. nu.
18. Valenzuel. cons. 60. num. 15. Ponte, decis. 11.
num. 30. decis. 39. num. 21. decis. 40. num. 7. cons.
131. num. 104. in 2. Auendan. l. Thaur. 4 glos. 1.
num. 17. 37. Menoch. cons. 985. num. 2. cons. 904.
num. 62. cons. 1153. num. 3. cons. 1064. num. 4.*
20 Proinde in quauis † Feudi ſucceſſione, no-
uum eſt ius, formatum tamen ex prima in-
ueſtitura, *Tiraquel. de primog. quaeſt. 40. nu. 69.
97. Molin. de primog. lib. 3. c. 6. num. 15. 37. Rim.
iun. cons. 796. num. 27. 28. Menoch. cons. 1094.
num. 10. Peguer. decis. 113. nu. 2. Valenzuel. cons.
60. num. 16. Oſaſc. decis. 161. nu. 10. 11.* vt tot di-
21 camus † eſſe Feuda, quot ſunt Succeſſores,
Bald.

Bald.num.14.in c.1.§.hoc quoq; de ſucceſſ. feud. Angel.l.apud Iulianum.*§. ſi quis. ff.de legat. 1. Caſtr.l ſi pecuniam.num.11.ff. de condict. cauſ. da. Soc.conſ.252.num.18.in 2.conſ.88.num.1. in 3.Paris.conſ.23.num.130. in 1.conſ. 61.nu. 17.in 3.Suarez, l. quoniam in prioribus. quæſt. 8.num.6.C.de inoff. teſtam. Dec.conſ.498.num. 11.Tiraq.de primog.quæſt.40.num.166.Couar. pract.quæſt.38.num.6. Decian. conſ.117.num. 33.in 3.Ponte,conſ.39.nu.21.in 1.Menoch.conſ. 1094.num.11.conſ.1153.num. 53.59. Molin. lib.1.de primog.c.1.nu.17.* Atq; ita ius cuiuſli-
21 bet vaſalli † finitur morte, in feudo pacti, & prouidentię, *Petr.Gregor.de conceſſ. feud.p.2. quæſt.10.num.39.p.6.quæſt.1.num.1.2.* vſufructuarij inſtar, *Soc.iun.conſ.72.nu.57.in 1.Menoch.conſ.1094.num.12.* habet enim feudatarius in feudo ius perſonæ cohærens, vt vſufructuarius, *Bald.d.§.hoc quoq; nu.9.conſ. 38.nu. 2.in 1.Thob.Noni.conſ.1.num.2. Honded. conſ. 86.num.32.in 2.* Adeo vt poſt mortem illius intelligatur feudum Domino apertum, ſibi retrodatum, ab eoq; poſtea conceſſum, ac ſequenti traditum, *ex Iſern. & alijs, docuit Ponte, decis.40.num.7. Cannet. c.volentes.§. procedit etiam iſta lex.num.22. Lanar.d.conſ.8.num.12. conſ.82.num. 20.21.* contecto vno actu, *ex l. ſingularia.ff.ſi cert.petat.vt excutit, Ponte, feudal.lect.19.nu.2.dixi plenius Gloſ.8.nu.58.* Cuius poſſeſſio naturalis, quam habet, *ex gloſ. l.3.§.ex contrario ff.de acquir.poſſeſ. Ponte,deciſ. 40.num.6.* nec ab ea differt, qua uſufructuarius vtitur, *Cravet.conſ. 622.num.8. Honded.*
23 *d.conſ.86.num.33.* Vel fideicommiſſi † inſtar vt proximiori vocato reſtitueret, *Dec.conſ. 445.num.33.Ruin.conſ.151.num.3.in 3.Tretacinq.de ſubſtit.p.4.c.12.verſ.primo.Georg.de feud. c.48.num.28.Intrigl.deciſ.43.nu.76.* quia debitum ei eſt feudum, ex neceſſaria quadam reſtitutione, *Iſern.c.1.num.1.* de eo qui ſibi, *& hæred.ſuis.Pet.Georg d.quæſt 10 num.39.41.*
24 *Georg.allegat.19.nu.17.* Defertur † itaq; feudum ex lege inveſtituræ, non ex defuncti perſona, ſed iure ſuo, *Decian.conſ.16.num.51.in 1. Menoch.conſ.1064.num.4.* ſic maioratus non iure hæreditario ſed iure proprio cuiq; deuoluitur, *Molin.lib.1.de primog.c.8.nu.2.9.laud Menoch.conſ.803.num.4.5.*

Ex his irridendum videtur, dum ſecundogenitus ſuccedere prætendit, cum non ex teſtamento id poſſit, nec ab inteſtato; quia ſi
25 feudum † dat liberis lex, & legis prouidentia, ex Regis concedentis voluntate, *ad l.cum patronis.ff.de legat.1.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.ff.de adopt.gloſ in c.1.verb.retinere. An agnat, Paul.Emil. Gall.de except. in ſucceſſ. tit. 1. except.2.n,53.p.p.* quod lex tribuit: Priuatus (id eſt alius, quàm lex) non auferet, *§.ſed hæc quidem.auth.de nupt.Ponte,feud.lect.13.nu.1.*& dicemus copioſius, §.2. nec ius aliquod ſecundogenito competit, ſuperſtite adhuc filio ex prædefuncto primogenito, qui Patris ſui perſonam gerit, habens primogenituræ ius formatum, à filiatione tamen diſtinctũ *ex Bart. Aret.Alex.& Iaſ.à n.21.in l.is poteſt.ff.de acqu. hæred.* quod in eius filium tranſmiſit Primogenitus: ſed an iure repreſentationis? vel iure tranſmiſſi? conuenientiori in loco excutiendum duximus, ne bis idem repetamus.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura, finalis cauſa eſt Honor, & conſeruatio familiæ.*
2 *Nobiles nihil magis, quam familiæ conſeruationem naturali impulſu deſiderant.*
3 *Fideicommiſſum in allodijs abſolutum, & ſimplex inductum à teſtatore, dicimus*, ex claus. de primogenito, in primogenitum.
4 *Primogenitura, aliud non eſt, quàm fideicommiſſum.*
5 *Reipublicæ intereſt, feuda habere ampla,*
6 Tex.c.volentes.ibi Feudum ſuum integrum *& ibi,* Feudo ipſo integro, & indiuiſo perdurante. *Declaratur.*
7 *Primogenium, in bonis rediticijs feudo ſeruandum non eſt*
8 *Rediticia feudo, ſi quæ ſunt bona, Feudalia non ſunt, etſi cenſus, ſiue reditus ille annuus, feudalis ſit.*
9 *Cenſita res Eccleſiæ, non eſt Eccleſiaſtica, ſed cenſus.*
10 Marta, de ſucceſſ. legal.p. p.quæſt. 23. artic. 3.num.53. *Declaratur.*
11 *Feudum nouum* Marchioni *conceſſum, de* Marchio *natu, an ſit? Diſtingue, & num.*14.17.18.
12 *Additio pars eius eſt, cui additur, ſi ius quod augetur eſt vniuerſale, aptum recipere augumentum.*
13 *Caſtro acceſſoriè vnita, quæ eſſe intelligantur.*
15 *Augumentum ita adiungi oportet, vt ſit vnum cum primo.*
16 *Res feudo contiguæ, non ideo præſumuntur feudales.*
19 *Incrementum quod feudo accedit,* Domino *acquiritur, non vaſallo, & quando?*
20 *Feudale eſt, quod feudo (ſui tantum occaſione) conſolidatur.* Ampl.num.21.
22 *Feudale eſt, quod, vltra feudi fines, præſcripſerit Baro.*
23 *Augumentum ſuperueniens, à feudo ſeperatum non cenſetur?*

Feu-

Digitized by Google

24 *Feudalia cenſentur, quæ feudi Caſtro deputata ſunt.*

25 *Fornimenta, Machinæ, monitiones, alieq; res mobiles ad perpetuam feudi neceſſitatem, & vtilitatem deſtinata, Feudalia an ſint? Diſtingue, num. 26.*

In li dicti Marchiſati, Contanti, Baronie, & Feghi.
In dictis Marchionatibus, Comimitatibus, Baronijs & feudis. Glos. XI.

NON tàm propter honorem
1 ipſins † Primogenituræ,
quàm propter conſeruan-
dum nomen,& dignitatem
Familiæ, quod exequi me-
lius nec poteſt, niſi per ſtu
dium vnitatis, ad ſublationem diuiſionis,
qnantum ſalua iuſtitia fieri poteſt. Præci-
puum ſoli primogenito competit feudum,
ſiue ſit emptum, *Corſet. in Scholijs ad cons.* 28.
num. 12. *Franc. decis.* 65. *num.* 12. ſiue hæredi-
tarinm, *Corſet. cons.* 28. *nu* 2. *Petr. Gregor. de con-
ceſſ. feud. p.* 2. *quæſt.* 10. *p.* 4. *quæſt.* 13. ſiue digni
tatis ſit, *c.* 1. *de feud. March. Oldrad. cons.* 238.
Curt. cons. 69. *Rube. cons.* 133. *Crauet. cons.* 135.
Paris. cons. 123. *num.* 137. *in* 1. *Vultc. de feud. lib.*
1. *c.* 9. *num.* 99. eleganter, *Menoch. cons.* 97. *conſ.*
401. *num.* 18. *cons.* 439. *num.* 1. *cons.* 504. *nu.* 9.
Mozz. de feud. tit. de ſubſtan. feud. num. 68. *Cor-
ſet. in ſcholijs, ad cons.* 28. *n.* 11. Marchionatus,
nempè, Comitatus, Baronia & omne feudũ.
2 Nobilium enim proprium † eſt, bonis ſuis
nomen, & familiam conſeruare, *l. pater. §. iu-
lianus. ff. de legat.* 1. *Decian. conſ.* 7. *num.* 25. *in* 1.
Caſanat. cons. 46. *num.* 137. *cons.* 47. *num.* 24.
cons. 57. *n.* 34. eamq; propagare, *Mantic. de con
iect. vlt. volun. lib.* 6. *tit.* 15. *nu.* 1. 2. *Caſanat. conſ.*
57. *num.* 35. ex quorum diuiſione, authoritas
& ſplendor Nobilitatis obſcuratur: Quod
abhorrere ipſi ſolent, ne illis diuiſis pau-
perior fiat, & vileſcat Familia, *ex tex. in au-
th. de natural. in Curi. deput.* docuit, *Bald. c. cum
omnes. nu.* 6. *de conſtit. Balzeran. c.* 1. *§. hoc quoq;
num.* 16. *de ſucceſſ. feudor. Soc. cons.* 47. *num.* 5. 6.
in 3. *Hering. de fideiuſſ. c.* 27. *p.* 2. *num.* 35. *Brun.
de ſtat. exclud. fæmin. artic.* 5. *Tiraq. de iur. pri-
mog. quæſt.* 4. *num.* 13. *Caſtill. quotid. iur. contro-
uerſ. c.* 9. *num.* 73. *p.* 4. *Caſſanat. cons.* 20. *num.* 13.
cons. 45. *nu.* 130. 137. *Fuſar. de fideicomm. quæſt.*
385. *nu.* 6. *Sfort. de fideicomm. quæſt.* 41. *nu.* 26.
Crauet. cons. 624. *n.* 19. *Decian. conſ.* 7. *nu.* 25. 26.
cons. 33. *num.* 83. 84. *in* 1. *cons.* 73. *num.* 9. *in* 2.
cons 44. *num.* 30. *in* 3. *Couar* 3. *reſol. c.* 5. *ſub num.*
5. *Surd. cons.* 241. *num.* 14. *Burſ. cons.* 228. *nu.* 49.
Celſ. Hugo, cons. 120. *num.* 3. Nihil enim adeo
tam magnum eſt, vt in quaſdam partes diui
ſum, ad nihilum, vel ad modicum nõ rediga-
tur, *Aguir. in reſp. ſucceſ. portugall. p. p. n.* 32. Cũ
3 in † allodijs verba, *Quod bona vadant de Pri-
mogenito in Primogenitum.* ſimplex & abſolu-
tum in primogenitis inducant fideicommiſ
ſum, *Paris. cons.* 72. *num.* 68. 81. 90. *in* 4. *Ruin.
cons.* 101. *num.* 15. *in* 2. *Gozad. cons.* 56. *num.* 6.
Perret. cons. 118. *num.* 23. *Gabr. cons.* 107. *num.*
45. *in* 2. *Caſanat cons.* 20. *num.* 14. *Molin. de pri-
mog. lib.* 1. *c.* 5. *nu.* 59. *Menoch. lib.* 4. *præſum.* 69.
nu. 8. *alij Glos.* 8. *nu.* 31. & teſtantis verba, *quod
bona remaneant in Cippo & familia.* Perpetuum
primogenituræ fideicommiſſum probant,
Molin de primog. lib. 1. *c.* 5. *num.* 6. *Marta, claus.*
4 86. *num.* 3. *p.* 4. Nec aliud † eſt primogenitu-
ra, quàm fideicommiſſum illi debitum, qui
primò natus eſt. *Menoch. cons.* 1082. *num.* 6.
17. Ideo vt ſeruetur expreſſa noſtræ Legis in
tentio, quantum ſalua æquitate, & naturali
iuſtitia fieri poteſt; dicendum eſt, primoge-
nitum integrum feudum retinere & conſo-
lidare ſibi poſſe, ſoluendo fratri ſecundoge-
nito vitam & militiam, donec vixerit, cum
5 reipublicæ † interſit feuda habere non, dimi-
nuta, ſed ampla, *arg. §. cogitatio. Auth. Vt in-
dic. ſin. quoq. ſuffrag. Pute, de reintegr. feud. c.* 15.
num. 13. vt nec ad illud ſecundogenitus aſpi
rare audeat. Quod & Frederici Regis, *c. vo-
lentes.* 28. dilucidius commoſtrat, ibi, *Feu-
dum ſuum integrum, & ibi, in feudo ipſo integro,
& indiuiſo perdurante.* & hoc verum, ſi ab ini-
6 tio † integrum conceſſum ſit, *Corſet. cons.* 18.
num. 30. neq; enim incompatibile eſt, vt à
principio conceſſionis, feudi pars ſit vnins, &
altera alterius, *Albert. Brun. cons.* 127. *in* 2.
Corſet. d. num. 10. poteſt enim Rex vnum di-
uidire in plures, & è contra, *l.* 1. *C. de Metrop.
Berit. lib.* 11. *§. illud. in auth. vt iudic. ſine quoq; ſuf
frag. Alber. Brun. cons.* 54. *num.* 4. *Larat. cons.* 3.
num. 10. & de vno feudo plura conſtituere,
Iſer. c. 1. *nu.* 1. *de controuer. feud. apud pares, termin.
Frec. de ſubfeud. lib.* 1 *de orig. baron. num.* 30. *Pon
te, cons.* 57. *num.* 8. *in* 1. *Larat. d. num.* 10. Hoc
enim modo & Legi noſtræ, & Naturali in ſe-
cundogenitum æquitati, quantum vtriſq;
melius poteſt, ſatiſfit: ſed ad vberiorem do-
ctrinam.

Ex his in Quæſtionem venit; An in bonis
7 rediticiis feudo † primogenium ſeruandum
ex noſtra Lege ſit. ſecundogenito excluſo.

Ne-

Digitized by Google

Negat, *Paris, Pute de reintegr. feud. c. 18. nu. 3.*
ſed in ipſis ſuccedere eos, inquit, qui de iu-
re communi ad Succeſſionem vocantur in
Burgenſaticis, non primogenitos tantum,
eiſq; deficientibus, feudi Dominos. *ex Con-*
ſtit. ſi quando. de homag. Baron. gloſ. in conſtit. vt
de ſucceſſionibus. rub. 23. lib. 3. Quia bona red
8 diticia feudo, Feudalia † propriè non ſunt
licet cenſus Baroni debitus feudalis ſit, *Bald.*
Aluarot. Beluis. Balzeran. & reliqui, in c. 1. not. 3.
Quid iur. ſit ſi poſſeſ. alien. & in l. liberti, libertæq,
col. fin. verſ. item nota. C. *de oper. libert. Afflic.*
decis. 129. quaſt. 1. 2. & ibi, Vrſill. num. 3. & de-
cis. 80. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quaſt. 7.
num. 8. 9. 10. Gram. decis. 77. nu. 11. Franc. de A-
mic. tit. de hi qui feud. dar. poſſ. §. ſequitur nunc.
num. 2. Bologne. cons. 23. num. 6. Molfes. ad Con-
ſuet. Neap. p. 2. de bon. quaſt. 9. num. 3. quaſt. 10.
num. 2. Capiblan. de baron. pragm. 11. num. 46.
Viui. decis. 515. num. 2. Borrell. cons. 40. num. 21.
Ponte, de potes. proreg. tit. 1. de elect. official. §. 4.
nu 5. 8. 13. cons. 1c. per totum, *Thor. compend.*
decis. lit. C. verb. cenſualis res. lit. R verb. res reddi
ticia. Pute. de reintegr. feud. c. 9. Peregr. cons. 11.
num. 6. in 1. Intrigl. feud. centur. 1. quaſt. 43. nu.
93. Caſtill. decis. 15. nu. 1. Maſtrill. decis. 84. nu.
14 atq; ita in S. C. N. deciſum refert, *Capic.*
9 *decis.* 103. *Diti, decis. 100. nu. 51.* Sicut res † cen
ſita Eccleſiæ, nec eſt eccleſiaſtica, *Bald. l. 1.*
C. ſi ager vetig. & cons. 2. in 1. Anchar. cons. 25.
num. 14. cons. 412. & in clem. 2. de iure patr. A-
lex. conſ. 9. in 5. cons. 87. num. 5. in 6. Barbat. cons.
14. in 1. Dec. c. eccleſia, S. Maria. col. 1. de conſtit.
& cons. 139. Ruin. cons. 4. num. 4. in 1. Natt. conſ.
114. cons. 312. Surd. cons. 160. nu. 14. cons. 338.
num. 15. Burſ. cons. 140. Decian. cons. 55. num. 21.
in 1. cons. 63. in 3. & crimin. lib. 2. c. 35. num. 14.
Maſcard. de Gener. ſtat. intepr. concluſ. 1. nu. 248.
Menoch. de arbitr. cas. 180. num. 8. veriorem, &
magis comm. inquit, *Cas. 562. num. 30. cons.*
1129. num. 7. 8. cons. 1144. num. 34. Peregr. cons.
175. num. 8. in 5. Roland. cons. 18. num. 28. in 2.
Cenſus verò erit eccleſiaſticus, *P. Molfes. d.*
tit. de bon. quaſt. 9.

Verum ne in Principijs erremus; Illud
quoq; ſilentio prætereundum nec erit; An
feudum nouum Marchioni conceſſum, de
Marchionatu eſſe cenſentur? Qua in re ſcri-
10 pſit † *Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quaſt. 23. artic.*
3. nu. 53. Decian. conſ. 123. num. 70. in 3. Caſtra
conceſſa Marchionibus, pro honore Mar-
chionatus cōceſſa cenſeri, vt eodem iure om
nia regantur, ratione vnionis, & addit, *Mart.*
d. art. 3. n. 57. caſtris in partes diuiſis, Recipi-
entis dignitas viſeſceret: vt cūq; ergo proue-
niat augumētum feudo, eſt de ipſo feudo, vt

pars feudi, *c. 1. §. ſi quis de manſo. vbi, Iſern.*
& Bald. num. 1. 7. de controuerſ. inueſtit. Couar.
pract. quaſt. c. 2. Palaez, de maiorat. p. 3. quaſt.
8. Brun. de augum. conclus. 5. Molin. de primog. lib.
1. c. 26. Georg. de feud. c. 44. nu. 7. Sed quò aper
tius perſtringē, & probem, Plures ſunt caſus.
11 Primus eſt, ſi Marchionatui † additum ſit
feudum, vt eius acceſſorium: Tunc de Mar-
chionatu illud eſt, *ex Bart. l. ſi conuenerit. 2. §.*
ſi nuda. ff. de prignor. act. Cephal. cons. 468. num.
92. Marta, de ſucceſ. legal. p. 3. quaſt. 3. artic. 2.
12 *num. 7.* quia addictio pars eius eſt † cui ad-
ditur, *Gozad. cons. 70. num. 11. Cephal. cons. 468.*
nu. 6. & ratione connexitatis, principale tra-
hit ad connexa, *Bart. l. eum actum. not. 2. ff. de*
neg. geſt. Bald. l. cum neceſſitatem. ad fin. C. de fidei
comm. & in c. eam te. de ætat. & qualit. Felin. &
Dec. d. Peregr. citati. cons. 102. nu. 25. in 4. Tum
maximè ſi id expreſſè dictum ſit, *Garz. de ex-*
pens. & melior. c. 22. num. 6. Præſertim ſi ius,
quod augetur, eſt vniuerſale, aptum *reci-*
pere augumentum, & diminutione, *Cephal.*
cons. 468. num. 5. Menoch. cons. 201. num. 150.
cons. 1103. num. 27. vt eſt Feudum, & Baronia,
Roſentall. de feud. c. 10. conclus. 41. num. 44. Ru-
be. cons. 25. nu. 8. Gozad. cons. 70. nu. 11. Georg.
de feud. c. 48. num. 26. Marta, d. quaſt. 3. artic. 2.
num. 11. Inde eſt, vt prædia coniuncta Caſtro
feudalia præſumantur, & ſi caſtrum eſt feu-
dum, poſſeſſiones ſunt feudales, quæ enim,
ſunt acceſſoriæ caſtro, ei accedunt, *Curt. iun.*
cons. 40. nu. 10. cons. 158. nu. 1. Bero. cons. 176. n.
85. Natt. cons. 446. n. 1. cons. 514. n. 26. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 6 num. 37. Cephal.
cons. 183. num. 34. 39. Crauet. cons. 624. num.
13 *19.* qui addit Caſtri † acceſſoria intelligi, quę
in eodem territorio ſunt, & licet in dubio
noua feudi conceſſio, preſumatur noua diſpo
ſitio, principaliter, & de per ſe ſtare, *gloſ. l. ſci-*
re debemus. verb. mixta ff. de verb. oblig. vbi An-
gel. Imol. & Alex. not. vlt. Marta, d. artic. 2. nu. 8.
ſi feudum de nouo conceſſum, in eodem Mar
chionatus, territorio erat atq; illi connexum,
acceſſoriè ad illum conceſſum dixit, *Alciat.*
rub. ff. de nou. oper. nunt. nu. 22. Cephal. cons. 183.
num. 67. Marta, d. artic. 2. num. 9.
14 Secundus caſus eſt; ſi bona addita † Mar
chionatui, Principaliter, & de per ſe ſemper
ſteterint, Tunc de Marchionatu illa eſſe
negamus, *ex Bart. d. §. ſi nuda. Cephal. cons. 468.*
num. 92. Molin. de primog. lib. 1. c. 26. num. 3.
Garz. de expens. & melior. c. 22. num. 5. ad hoc
enim, vt quod de nouo acquiritur, dicatur
augumentum, vel additio, ita adiungi opor
15 ter † vt ſit vnum cum primo, alias ſecus,
quia dicitur noua diſpoſitio, *gloſ. verb. mixta.*

vbi, Angel. Imol. & Alex. not. Vlt. in d. l. ſcire debemus. Marta, d. num. 8. Cephal. cons. 468. num. 93. quod ſpeciatim conſtare oportet, *Garz. de expens. & melior. c. 22. num. 6.* proinde res
16 feudo † contiguæ, non ideo præſumuntur feudales, *Roland. cons. 32. nu. 22. Menoch. cons. 152. nu. 3. cons. 395. nu. 4. lib. 3. præſum. 91. num. 10. Schoner. de feud. lib. 2. diſput. 2. c. 59. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 6. num.* 38.

17 Tertius caſus eſt; ſi in dubio † verſemur; Tunc non præſumuntur acceſſoriè addita, ſed principaliter, & de per ſe, *Cephal. cons. 468. num. 94.* Tum maximè ſi in Territorio ſeparato ſint bona, *Alciat. rub. ff. de nou. oper. nunt. num. 22. Cephal. cons. 468. num. 95.* quia ſi in eodem Marchionatus territorio ſint, acceſſoriè ad illum eſſent feuda, *ex Cranet. cons. 624. ſub num. 19. Marta, d. artic. 2. num. 8. 9.*

Quartus caſus eſt, ſi quæ Marchioni
18 concedantur † noua feuda: Neq; illa intelliguntur eſſe de Marchionatu, *Iacob. de feud. verb. Marchio in Italia. nu. 8. Cephal. cons. 468. num. 96.*

Ad eandem quoq; cauſam pertinet, incre-
19 mentum, † quod ſi feudo accedit, Domino acquiritur, non Vaſallo, *c. 1. §. ſi quis de manſo. vbi, Beluis. & alij, post Bald. n. 2. 3. de controuerſ. inueſt. Decian. cons. 123. nu. 8. in 3.* Sed aduertendum eſt; Quod aut incrementum eſt diſcretum, vt inſula in Flumine nata, in Regione fundi feudalis, & pertinet ad dominum directum: Aut incrementum latens eſt, veluti per Alluuionem, & hoc vaſſalli erit proprium, *glos. reſeruauerit. d. §. de manſo. Ruin. cons. 7. n. 12. in 1. Clar. §. feudum. quæſt. 88. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 6. num. 48.*

Monendi tamen ſumus, directum dominium feudatario quæſitum, eo præmortuo, eadem ratione ad Agnatos tranſire, quia incrementum latens ad feudatarium pertinet, *ex d. glos. reſeruauerit. & Alber. l. de quibus. num. 29. ff. de legib.* ac ita loquutum fuiſſe, *Ruin. d. cons. 7. num. 12.* intelligit, *Mantic. d. tit. 6. num. 48.* Generale enim eſt, inquit *Caſtr. cons. 353. in 1.* quod augumentum poſt inueſtituram proueniens, cedit lucro vaſalli, *Manent. cons. 109. num. 29.* Sed incrementum latens, permixtum feudo, de eo dicitur, quod de principali diſpoſitum eſt, *l. 3. C. de alluuion. l. ſi proprietate. ff. de iur. dot. l. etiam. C. eod. l. inter. §. cum inter. ff. de paſt. dotal. Alber. l. de quibus num. 165. ff. de legib. Bero. c. 1. num. 24. de reſtit. in integr. Rom. l. 2. nu. 36. ff. de re iudic. & cons. 469. nu. 5. Decian. cons. 66. num. 11. in 2. Raudens. decis. 42. num. 60. Menoch. cons. 26. num. 8. cons. 142. num. 4. cons. 201. num. 143. cons. 245. num. 26. cons. 772. num. 4. Curt. cons. 56. nu. 7. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. quæſt. 8. num. 7. Gallin. de verb. ſignif. lib. 7. c. 33. num. 9. Mantic. d. tit. 6. num. 48. Capic. decis.* 27. niſi diuerſa ſit ratio, *Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 18. num. 59. Menoch. cons. 26. num. 35. cons. 1105. num. 7.* vel ſi diuerſæ, aut incompatabilis naturæ ſit, *Roſentall. de feud. c. 10. conclus. 43. nu. 30.* Nec poſſeſſoris eſt proprium, quia non ipſius diſpendio euenit, neq; eius arte & labore, *arg. c. 1. vbi Bero. notat, num. 24. de reſtit. in integr. Sfort. de reſtit. in integr. quæſt. 47. num. 33. 34.* dixi copioſius, *ad Meſſan. ſtatut. 1. glos. 2. num. 73. ad fin. p. p.* Hinc vaſallo opus non eſt noua apprehenſione, *Decian. cons. 123. n. 72. in 3.* ſed ex poſſeſſione incrementi, de eo ipſe præſumitur inueſtitus, *Afflic. d. §. ſi quis de manſo. col. 13. Mantic. d. num. 48. Pelaez, de maiorat. p. 3. quæſt. 8. num. 9 Roſentall. d. c. 10. conclus. 44. num. 40. Amat. cons. 39. nu. 8. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 9. c. 5. Schrader. de feud. p. 5. c. 6. n. 26.* & augumentum alluuionis feudo cohæret, *ex l. adeo. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* eius ergo naturam ſequitur, *arg. l. in rem, §. item quæcumq; ff. de rei vendic. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 22. nu. 125.* & per omnia eo iure cenſetur, quo fundus, cui adijcitur, *l. ſi titio. §. fin. ff. de Vſufr. Corn. cons. 15. num. 7. in 4. Mantic. d. nu. 125. Cephal. conſ. 773. nu. 42. Garz. de expens. c. 22. à num. 36.*

Sed & illud, quia foro frequens eſt, diſpiciamus: Si quid per conſolidationem feudo
20 accedat † ſui tantum occaſione, quia conſolidatum eiuſdem iuris & conditionis ipſo iure ſit, cum re, cui conſolidatur, & vnitur; Feudale erit, & eius, cuius eſt feudum, nec noua dicitur acquiſitio, *l. mauius. §. fundo. ff. de leg. 2. Peralt. l. 3. §. qui fideicommiſſum. num. 25. ff. de hered. inſtit. & in d. l. mauius. §. duorum. num. 29. Lopez, l. 18. glos. ò æſtimanda. tit. 11. par. 5. Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 14. nu. 113. §. 32. glos. 1. num. 37. Couar. de ſponſalib. p. 2. c. 7. §. 1. num. 9. Ghilenz. cons. 145. nu. 7. Teregr. de fideicom. art. 10. num. 18. Molin. de primog. lib. 1. c. 26. Seſſe, decis. 25. num. 95. decis. 63. num. 10. Palaez, de maiorat. p. p. quæſt. 10. num. 49. 50. p. 3. quæſt. 5. num. 5. Caſtill. de vſufr. c. 76. num. 5. Bolognet. cons. 17. num. 23. Garz. de expenſ. c. 22. num. 11. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 32. à num. 121. Reuſner. decis. 24. à num. 4. p. 3. Nigol. alleg. 40. num. 6. Franc. decis. 64. num. 13. decis. 252. num. 5. Decian. cons. 52. in 1. Alios habes in mea Deciſ. 92. num. 11. & ad Meſſan. ſtat. 1. glos. 2. num. 73. p. p.*

21 Ampl. I. licet patens † ſit incrementum illud, feudo conſolidatum, *Aymon. de alluuion.*

Digitized by Google

uion. lib. 2. c. 12. Nizol. *d. num. 6. Molin. d. c. 26. num. 17. Oſaſc. cons. 48. à num. 2.* Cum feudale
22 ſit, quod † vltra feudi fines præſcripſerit, Ba
ro, Martin. *Lauden. c. 1. §. rurſ. de controuerſ. inueſt. Bammacar. c. ſi quis per triginta. n. 44. ſi de feud. defun. milit. conten. & alij, à Schrader. relati, de feud. p. 2. p. 9. ſect. 2. nu. 6. 7.* Superueniens nam-
23 què † augumentum nec à feudo ſeparatum
cenſetur, *l. 3. C. de alluuion. l. inter. §. cũ inter. ff. de pact. dotal. Capic. decis. 27. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. quaeſt. 8. num. 7.* Nec poſſeſſoris eſt proprium, quia non ſua pecunia, eiusue arte & labore, *ex Bero. Sfort. & alijs iam citatis num. 19.* Omne enim à natura rei conſolidate, eiuſdem ſit iuris & qualitatis, cuius eſt res, cui conſolidatur, & vnitur, *Peregr. d. artic. 10. num. 9. Molin. d. c. 26. num. 18.*

Hinc quoq; moribus vſitatum eſt, deſi-
24 gnata pro vſu † & cuſtodia Caſtri feudalis,
de feudi pertinentijs effici, veluti molendina publica, armamenta, ac ideo hæc à Principe deſtinara, tranſeunt cum Caſtro, *Bald. nu. 2. Afflic. num. 52. in c. 1. de Capit. qui Curi. uendid. Bertaz. ciuil. cons. 89. num. 47. Peregr. cons. 102. num. 26. in 4.*

Sed aduertit, *Bald. cons. 232. in 2.* Imo em-
25 pta à feudatario † fornimenta, machinæ
munitiones, aliæq; res mobiles, ad perpetuã etiam feudi neceſſitatem, vel vtilitatem deputatæ, feudatarij, eiusq; hæredum ſunt propriæ, *Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 7. num. 94. Schrader. de feud. p. 7. c. 4. num. 91.*

Proinde, diſtinguendum inquit, *Alex. cons.*
26 *44. nu. 8. in 3.* † Aut additamentum quod a
vaſallo ſit feudo, poteſt à feudo ſeparari, Feudale non eſt, ſed eius, qui auxit, *ex tex. c. 1. de inueſt. de reb. Alien. fact. Oldrad. cons. 121. num. 9. Garz. de expens. & melior. c. 22. num. 6. Tuſc. lit. A. conclus. 79. num. 1. conclus. 555. nu. 4. Paris. Pute. de reintegr. feud. c. 282. num. 4.*

Si verò augumentum ſeparari non poteſt, feudale erit, *Alex. d. n. 8. Tuſc. d. conclus. 555. num. 5. Paris, Pute. de reintegr. feud. c. 159. num. 10. Surd. cons. 333. num. 38.* Idem ſi additamentum non poteſt ſciri, nec probari, cum ſeparari eo in caſu nõ poſſit, ideo, nec tamquam ſeparatum iudicatur, ſed feudale, *Alex. d. num. 8. Tuſc. d. conclus. 555. num. 6.*

Ex his, verum puto, Secundo genitum in eis ſuccedere, quæ à feudo ſeparari poſſent: Quæ vero bona adeo ſunt feudo connexa vt nec ſciri, vel probari poſſint, nec ab eo ſeparari, ſicut ad primogenitum Comitatus Marchionatus, Baronia, & feudum tranſit: ita, & reliqua quoq; bona, cum Comitatu, ad eum peruenient ex bonorum vnione, & mixtura, *Ruin. cons. 208. num. 7. in 1. Menoch. cons. 225. num. 34. Burgos, de Paz, ciuil. quaeſt. 6. num. 21. Caſſanat. cons. 47. num. 23. Decian. cons. 3. nu. 58. 59. 60. in 1.* Quæ vero ſeparari poſſunt, feudalia non ſunt, neq; ad ſucceſſores in eo pertinent iure feudi, ſed cum hæreditate præmortui ad hæredes eius deferuntur, vel feudi ſucceſſor ea auferri ſinet, aut veram eſtimationem ſoluet, *c. 1. §. ad hoc. vbi, Iſern. Bald. Aluar. hic finit. lex. Roland. cons. 28. nu. 1. 3. in 1. Peregr. de fideicomm. artic. 10. nu. 13. 16. Paris, Pute. d. c. 26. nu. 4. 5. 6. Caſſanat. cons. 10. nu. 140. 182. 205. Garz. d. c. 22. n. 6.* in dubio non accreſcit feudo, ſatiſq; eſt, contrarium non apparere, *Cuman. l. ſi ſerui electione. §. fin. ff. de legat. 1. Molin. d. c. 26. nu. 3. Garz. d. c. 22. num. 3. 4. 5. Caſſanat. cons. 28. nu. 6. Queſad. diuerſ. quaeſt. iur. c. 92. num. 36. Auendan. l. Thaur. 96. glos. 7. nu. 5. Ponte, cons. 52. à nu. 31. in 1. Guttier. lib. 3. quaeſt. 40. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienatio potius, quam donatio in Regno permiſſa eſt, & quę ſit ratio?*
2 *Refutatio ſemper cadit, in nomen contractus, venditionis, vel donationis, alias ſimulata præſumitur.*
3 *Refutatio facta Domino, venditionis, vel donationis titulum non requirit.*
4 Tex. Reg. Carol. cap. 118. *quem commentamur de qua refutatione loquatur.*
5 *Refutatio, quid ſit?*
6 *Alienatio feudi non eſt, quę in proximè ſucceſſurum ſit, ſed refutatio; ſic & omne pactum, omniſq; contractus cum eo initus, refutatio dicitur.*
7 *Refutatio, feudi naturam non immutat.*
8 *Refutatio, duplex eſt, Perſonalis, & realis: Propria & impropria & quæ, vtraq; ſit definitur.*
9 *Refutatio realis, vel perſonalis ſit, ne dum in feudo Pacti, & prouidentię cadit, ſed etiam in hæreditario, & nouo.*
10 *Refutatio in proximè ſucceſſurum, pura, non conditionalis eſſe debet*
11 *Refutari Domino poteſt feudum nouum, deſcendentibus diſſentientibus.* Ratio, *nu. 12. Declar. num. 13. 14. 15.*
16 *Refutari Domino etiam conſentienti non poteſt feudum antiquum in agnatorum prȩiudicium, niſi pro refutantis feudatarij vita.*
17 Feudi *refutatio, An inuito Domino fieri poſſit Ampl. num. 18. 19. Declar. num. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27.*
26 *Feudum ligium, quod ſit?*
28 *Feudum Domino refutatum, An ſit liberum hypo-*

*tecis à vaſallo refutante contractis, latè excu-
titur.*

29 *Refutatio proximiori in gradu facta, de quo feu-
do fieri poteſt,*

30 *Refutatio remotiori agnato facta, an ſit valida,
Vt à Proximiori reuocari non poſſit; num. 31.*

32 *Refutatio remotiori agnato facta cum conſenſu
proximioris, An ſit valida, & quando, De-
clar. num. 33. 34.*

35 *Conſenſus proximi ſucceſſoris, in refutationis a-
ctu, debet interuenire, non autem poſt. Con-
trar. num. 37. Ampl. num. 39.*

36 *Ius ſuperueniens in feudis, conceſſionem non con-
ualidat.*

38 Tex. c. 1. qui ſucceſ. dar. teneant. *Decla-
ratur.*

40 *Refutatio retento vſufructu an ſit valida? Recen-
ſentur Doct. opiniones, nu. 41. 42. 43. Sed nul-
lam eſſe concluditur, num 44. Ampl. num. 45.
46. 47. 48. Declar. num. 49. 50.*

51 *Refutatio perſonæ habili, opus eſt, vt fiat,*

52 *Refutatio que retento vſufructu nulla eſt; An eo
remiſſo reconualeſcat. Ampl. num. 53.*

54 *Releuium ex refutatione proxime ſucceſſuro facta,
non competit Domino. Contrar. num. 55. Am-
pl. num. 56. 57. 58. Declar. num. 60.*

59 *Refutatio feudorum omnium, cauſa matrimonij
ſimulata & fraudulenta non præſumitur.*

61 *Refutatio in proximè ſucceſſurum non indiget in-
ſinuatione.*

Et alcuni volti, li detti ſecundogeniti hanno hauuto refutatione. Et quandoq; ijdem filij ſecundogeniti obtinuerunt refutationem. Glos. XII.

VT à ſummis Artis principijs
iuxta ſeriem, & naturalem
rerum ordinem progredia-
mur, & ex antecedentibus
conſequentia exſtruentes, &
ad finem, quem initiò, oſten
dimus, peruenire poſſimus: Exquirere opor
1 tet, Quæ ſit ratio † quod feudi primogeni-
turæ alienatio potius, quàm donatio in Re-
gno etiam ad ſecundogenitum ſit permiſſa?
Per alienationem, (reſpondent Regnico-
læ) primogenitus commodum ſperat ex pe
cunia in alienantem patrem peruenta, ideo
nulla tunc fit iniuria filio, quia ſi caret feu-
do, æquatur in precio; At ſi pater donet;
in re, & precio, læditur primogenitus: con
cludunt idcirco, poſſe Patrem feudum pri-
mogenituræ ex cauſa vendere, ſed non dona-
re, nec etiam ſecundogenito, *ex Iſern. & a-
lijs, à* Frecc. relatis, *lib. 2. de ſubfeud. c. ſupereſt.
num. 12. Manent. deciſ. 1. num. 21.* Cumq; refu-
2 tatio ſpeciale nomen contractus † non ha-
beat, in venditionis, vel donationis, nomen
contractus, quod cadat, neceſſe eſt, *Iſern. c. 1.
§. & ſi libellum. num. 8. de alien. feud. pater. An-
na, rub. de vaſall. decrept. ætat. num. 232. 288.
322. 323. Frec. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 17. num.
16. lib. 3. differen. 25. Lanar. conſ. 85. num. 3. Mol-
feſ. ad Conſuet. Neapol. p. 4. tit. de renunt. quæſt.
1. num. 5. Ponte, de Potes. proreg. tit. 8. de refutat.
in princ. nu. 1. & §. 1. nu. 17. Franc. deciſ. 3. num.
9. Copiosè Anna, Iun. conſ. 41. à num. 14. 20. 21.*
alias ſimulata erit refutatio, *Anna, c. 1. nu.
232. de Vaſall. decrept. ætat.* ſibi contrarius, *alleg.
3 97. à num. 1.* excepto ſolum † ſi fiat Domino,
quæ non requirit titulum, ſi fiat de volun-
tate, ipſius, *Anna, rub. de vaſall. decrep. ætat.
num. 325.* nec noua tunc erit Domini acqui
ſitio, cum nullum in eum retransferatur do-
minium, ſed ratione ſui directi occupat, *Pon-
te, conſ. 147. num. 4. 6. 7. in 2. Anna, d. rub. num.
136. Georg. alleg. 2. num. 11. 12.*

Cæterum: de Refutatione ſub venditio-
4 nis titulo † non loquitur *Tex.* noſter; Sed
de ea, quę donationis cauſa, à Patre, in Se-
cundogenitum fit, quem magis amat, quàm
Nepotem ex primogenito præmortuo. Ideo
miſſam illam facimus, ne extra metas inſti
tuti nimis extendat; Tractaturi ſolum de
ea, quæ ſub donationis titulo in Secundo-
genitum à Patre fieret.

5 Refutatio itaq; eſt † Succeſſionis præuen
tio; Seu prematura ſucceſſio, *Bammacar. c. bene
ficium. n. 15. 16. ſi de feud. defunc. mili. Ponte. conſ.
12. num. 1. 2. in 1. Roſentall. de feud. c. 9. conclus.
50. glos. c. Fab. Anna, conſ. 39. num. 15. 16. Mol-
feſ. d. p. 4. quæſt. 1. nu. 5. & conſ. 33. nu. 1. Bardell.
conſ. 14. nu. 45.* & definit *Marin. de feud. tit. 3. de
feud. pact. & prouiden. nou. n. 31.* quod ſit dona
tio in anticipationem ſucceſſionis, quę licita
eſt, *Georg. alleg. 17. n. 30, 44. de feud. c. 48. nu. 12.*
cum aliud facere nec dicatur refutans, quā
tollere ſe de medio, ſi ei donet, qui ſucceſ-
ſurus ſit, *Loffred. conſ. 3. nu. 30. Molfeſ. d. conſ.
33. num 1. Ponte, de potes. proreg. tit. 8. de refu-
tat. §. 4. nu. 4. d. conſ. 12. num. 3. Fab. Anna, conſ.
39. num. 13. 14. 15. 17.* Hinc feudum refuta
re, eſt, illud renunciare, *Cuiat. in c. 1. & ibi;
Anna, num. 44. 45. de Vaſall. decrept. ætat. Vul-
te. de feud. lib. 1. c. 10. num. 74. latè Schoner. de
feud. lib. 1. diſput. 9. c. 18.* eamq; ceſſionem vo-
cat, *Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 50. Glos. c.
conclus.*

6 *conclus.66.* Nec alienatio † eſt, dare illi, qui ſine alienatione ſuccederet, ſed refutatio, *c. 1. §. ſed & res. per quos fiat inueſt. Iſern. c. 1. verb. fratri. ad fin. de alien. feud. paterni. Anna, rub. de vaſall. decrep. ætat. num. 151. 152. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 21. nu. 7. Cephal. conſ. 199. num. 23. Tiraq. lib. 1. retract. §. 32. gloſ. 1. num. 45. 54. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 1. nu. 23. Ponte, d. tit. 8. §. 1. num. 17. verſ. dixi quod. Intrigl. feudal. cent. 2. artic. 5. num. 777.* Omne pactum (inquit *Caſtr. conſ. 342. num. 8. in 1.*) omniſquè contractus, à vaſallo in feudo factus, cum eo, qui immediatè eſt ſucceſſurus, refutatio dicitur, *ex Bald. c. 1. de alien. feud. Bammacar. in c. beneficium. nu. 214. ſi de feud. defuncti milit. Corbul. de emphit. tit. de priuat. ob alien. irreq. domini. limit. 6. num. 4. Anna, ſing. 569. Bardell. conſ. 14. num. 8.* conuenit, *Ripa in l. qui romæ. §. duo fratres. num. 87. ff. de verb. oblig.* aſſerens contractum cum comprehenſo in inueſtitura initum, non dici propriam alienationem, ſed refutationem, *Iaſ. num. 77. Bolognet. num. 287. in d. §. duo fratres. Salic. l. ea lege. num. 17. C. de condict. ob cauſ. Bald. in c. 1. de alien. feud. conſ. 498. in 1. Bertrand. conſ. 188. in 2. Cephal. conſ. 104. conſ. 257. Laderch. conſ. 40. num. 14. Bardell. d. num. 8.* & hanc ſpeciem licitæ alienationis vocat, *Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 50. num. 1. Bardell. d. num. 8.*

7 Proinde refutatio † non mutat naturam feudi, *Anna, c. 1. num. 33. 63. de Vaſall. decrep. ætat.* Nouum ergo illud non erit, ex refutatione, ſed antiquum, *Ponte, d. tit. 8. de refutat. num. 20. 27.* Nec ſi pater feudum ex pacto, & prouidentia nouum, eius filio refutaret, nouum erit in ipſius filij perſona, ſed antiquum & paternum, quia non ipſe, ſed ſuus pater illud acquiſiuit, *Iſern. in c. 1. An agnat. in c. 1. §. etſi libellum. de alien. feud. pater. in c. 1. de vaſall. decrep. ætat. Georg. de feud. c. 54. num. 84. Thom. Marin. de feud. tit. 3. de feud. pact. & prouid. nou. nu. 33. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 25. num. 17.* Quod verius in ſimplici refutatione: ſin autem Pater ad hoc refutaret, vt filius de eo, tanquam de nouo beneficio inueſtiretur, tunc Lex, & pactio dati feudi, eſſet ſeruanda, & feudum nouum eſſet in ipſo filio, *ex Iſern. & alijs, à Thom. Marin. relatis. d. n. 33. Georg. d. n. 84.* nec domino tunc aliquid acquiritur, *Anna, d. c. 1. num. 56. Manent. decis. 6. num. 64. 65. copioſe, Montier, decis. 2. à num. 1. ad fin. vſq;*

8 Refutatio † propria eſt, vel impropria, Propria, quæ fit Dominò, ſiue, vt loquuntur in manus Domini: Impropria eſt, quæ fit, vel Agnatis, vel Extraneis, quia propriè magis alienatio eſt: ſed nego: vt infra.

Porrò, Perſonalis vna, Realis alia, *Cumi. c. ſi aliquem. gloſ. antiquis. num. 374. Lanar. conſ. 71. num. 1. 2. Intrigl. feud. centur. 2. artic. 36. nu. 209*

Perſonalis, definitur eſſe, Quæ certæ perſonæ contemplatione fit, ſi vnus nempè ex cōprehenſis, feudum refutet ad fauorem alterius in inueſtitura comprehēſi, refutationem pro ſe & hæredibus ſuis, recipientis, *Crot. l. qui romæ. §. duo fratres. nu. 148. ff. de Verb. oblig. Bero. conſ. 97. num. 6. in 1. Lanar. conſ. 71. num. 1. Surd. conſ. 446. num. 16. 17. Corbul. de emphit. tit. de priuat. ob renunt. num. 10. Gabr. conſ. 89. num. 8. ad fin. in 1.*

Realis eſt, ſi facta ſit refutatio, nedum pro ſe, filijs, & hæredibus ſuis, ſed pro omnibus etiam, & quibuſcumq; ſucceſſoribus. ac pro omnibus cauſam habentibus ab ipſo refutatario, *Corbul. d. tit. de priuat. ob renunt. num. 2. Surd. conſ. 446. nu. 18.* & tunc caſum omnem comprehendit, & perpetuo durat, *Corbul. loc. nuper. citat. num. 1.* Propriè realis dicitur, ſi fiat in manibus domini, *Capic. Ruin. Corbul. & alij à Surd. conſ. 446. num. 18.* ſed in dubio perſonalis prȩſumitur, *Gloſ. Iſern. & Bald. c. 1. num. 1. ad fin. de eo qui ſin. fecit. agnat. Surd. conſ. 446. num. 18.*

9 Rurſus, duplex hæc Refutatio † nedum in feudo antiquo pacti & prouidentiæ procedit, Sed in hæreditario etiam *Anna, d. rub. de vaſall. decrep. ætat. n. 158. 171. 180. 181. ad n. vſq; 187. Frec. de ſubfeud. lib. 3. differ. 25.* & in feudo etiam nouo, quod hæreditario in omnibus comparatur, *Thom. Marin. de feud. tit. 3. de feud. ex pact. & prouid. nou. nu. 3. Pont. decis. 11. nu. 18. feud. lect. 20. nu. 15. lect. 22. nu. 13. Marta, de ſucceſ. legal. p. p. queſt. 23. artic. 3. num. 38.*

10 Illud deniq; prætereundum nec eſt, Refutatio in proximè † Succeſſurum, vt ſit valida, communi etiam feudorum iure, Simplex eſſe debeat, & Pura, non conditionalis, vel ob cauſam: Adeo vt nihil commoditatis penes refutantem ſit, ſeq; de medio penitus tollat, *Bald. c. 1. col. 2. verſ. tu die. de alien. feud. pater. & conſ. 300. in 3. Liparull. ad Iſern. d. c. 1. num. 3. Bammacar. d. c. beneficium num. 81. Anna, rub. de vaſal. decrep. ætat. num. 249. Franc. decis. 3. num. 9. Fab. Anna, conſ. 39. nu. 16. 18. Maur. alleg. 28. nu. 6. p. p.* Conditionalis namq; de iure non ſubſiſtet, *Iſern. c. 1. §. & ſi libellum. n. 5. de alien. feud. patern. Ponte, d. conſ. 12. à nu. 1. 5. Molfeſ. ad Neapol. Conſuet. p. 4. tit. de renunt. quæſt. 1. nu. 6. Rouit. tit. de feud. pragm. 4. nu. 9. 14. Fab. Anna, conſ. 39. à nu. 31. Maur. d. alleg. 28. n. 7.* Imo erit nulla, *Ponte, conſ. 12. nu. 16. in 1. Franc. decis. 591. num. 3.*

His

His, ſic ad amuſſim, examinatis : Illud in
controuerſiam incidere ſolet, An in refuta-
tione,alterius, quàm ipſius refutantis requi
ratur conſenſus? Sed quò apertius id per-
ſtringam & probem : Duas eſſe cenſui iu-
ris concluſiones in ſuos caſus diſtinctas.

Prima eſt, ſi feudum ex pacto, & proui-
11 dentia † vaſallus Domino refutet & in eius
beneficium; Tunc tres diſtinguendos eſſe
caſus cenſui.

Primus eſt, Si feudum ſit nouum, tunc Vali
dam eſſe refutationem dixi, deſcendentibus
etiam non conſentientibus, ex c.1.de Vaſal.qui
contr.conſtit. Lothar.c.1.de vaſall. decrept.ætat.
c.1.§.rurſus.quib.mod.feud.amit.c.1. quid iur.ſit
poſt alien.c.1.§.ſi verò.qualit.olim.feud.alien.po-
ter.c.1.de eo,qui ſin.fec.agnat. c.1.de alien. feud.
patern.Iſern.n.7.& Afflic.c.1.§.titius.ſi de feud.
defunc.milit.content.Bald.& Afflic.nu.56.§.hoc
quoq; de ſucceſſ.feudor. Anna, rub.de Vaſall.de-
crep.ętat.n. 132.133.& ita deciſum refert, n.
138.Paris.cons.16.num.44.in 3.Vigel.in Me-
thod.feud.p.2.quęſt.17.reg.20. Alex.cons. 18.
cons. 26.cons.28.num.1.in 5. Myſing.centur.6.
obſer.23.num.1.2.Borcholt.de feud.c.8.num.54.
Crauet.cons.290.num.2. Thom. Marin.de feud.
tit.3.de feud.pact.& prouid.nou.num. 3.Ponte,
d.tit.8.§.2.nu.3.cons.75.num.1.4.in 2.Schoner.
de feud.lib.1.diſput.9.c.19. Peregr.de fideicomm.
artic.52.num.84.cons.8. num.30.31.cons.22.
num.19.in 1.Clar.§.feudum. quaſt.34.num.3.
quaſt.41.Cephal.cons.137.num.5.Menoch. cons.
401. num.10.Sonsbec.de feud.p.12. num. 112.
& illius refutatio omnia eius iura perimit &
reſoluit, ad tex.l.quaritur.§.venditor.ff.de ædil.e
dict.Peregr.d.cons.22.n.19. quia reſtitutio eſt,
Bammacar.c.titius.nu.5.ſi de feud. defunc. milit.
12 conten.ſit. feudum enim † in fauorem vaſalli
principaliter conceditur à Domino, cui in
ſui pręiudicium renuntiare ipſe poteſt, ex l.
ſi quis in conſcribendo. C. de pact. c.ad apoſtoli-
cam.de reg.iur.in 6.Chircbou.comm. opin.lit.V.
verſ. Vaſallus poteſt renunciare. Myſing.cent.5.
obſer.65.num.8. ſi conſenſit Dominus, & re-
cepit, Bart.l.is cum quo.ff.de aqu. pluu.arcend.
Doct.c.1.de feud.patern.c.fin.de Capit. qui Curi.
vendid.Afflic.decis.112.num.6.decis. 138.num.
6.Peregr.cons.8.num.19.30.31.in 1.Franc.de-
cis.1.num.30.

13 Declar. I.non procedere, ſi filiorum † no-
mine feudum ſtipulatus fuerit pater, Peregr.
cons.8.num.41.42.& magis comm. inquit, nu.
48.in 1. Anton.Sola, ad Decret. Sabaud.tit.de a-
lien. feud.glos.1.a nu.4.quia ius ſemel quæſi-
tum filijs; auferri eis non poteſt, l. id quod
noſtrum. ff.de regul.iur.et ſi ius quæſitum eis ſit
ex facto tertij, qui in eo iure præiudicare
vellet, l.fin.& ibi,Ias.ff.de pact. Soc. iun. cons.
134.num.7.in 3.Tiraq. 2.retract.§.1.glos. 7.nu.
19.20.21. vel in ſpe, aut ſub conditione non
adimpleta, Peregr.d.cons.8.num.48.

Declar.II.non procedere, ſi ex Notarij ſti-
14 pulatione † filijs acquiſitum ius ſit in feudo,
Bald.l.cum à ſocero.nu.7.C.de iur.dot.Ruin.cons.7.
nu.5.29.in 1.Dec.cons.239.cons.607.nu.12.Cra
uet.cons.19.nu.11.cons.135.n.10.Milaneas.deciſ.
4.à num.41.p.2.Mantic.de tacit. libr. 14.tit.26.
Sola, d.glos.1.num.11.Teſſaur.decis.70. Peguer.
decis.254.Clar.§.donatio.quaſt.13.Couar.3.reſol.
c.14.num.7.11.Peregr.de fideicom.artic.51.num.
50.artic.52.num.85.cons.8.num.43.in 1.

Declar.III. non procedere, ſi filij contem-
15 platione † ex inueſtitura conceſſum videre-
tur feudum, Loffred.cons.7.nu.23. Anna, rubr.
de vaſall.decrep.ætat.num.133.135.Clar.d.§.feu
dum.quaſt.41. Anton.Sola, d.glos.1.num.7.9.Pe
regr.de fideicomm.art.52.nu.84.contemplatio
ne filij acquiſitum pręſumitur feudum, ſi pro
prium filij nomen expreſſum in inueſtitura
ſit, Honded. cons. 90.nu.18.in 1.

Declar. IV. ſi patri, & filio primogenito
conceſſum ſit feudum, Tunc in eius pręiudi
cium alijs relinqui non poteſt, Iſern. c.impe-
rialem.§.præterea.num.38.de prohib. feud.alien.
per feder.Pern.cons.12.nu.18.Menoch.cons.161.
Anton.Sola, d.glos.1.num.8. qui conſideran-
dum addit, cuius contemplatione conceſ-
ſum ſit feudum. Quod tamen alibi diſcu-
tiendum duxi.

Secundus Caſus eſt, ſi feudum ſit anti-
16 quum † Hoc à poſſeſſore in filiorum, ſeu a-
gnatorum pręiudicium Domino etiam con-
ſentienti refutari non poſſe voluit, Iſern.&
Aluarot.c.1.§ ſi vaſallus.ſi de feud.fuer. contro-
uerſ.in c.1.§.fin.conclus.23.Quæ fuit prim.cauſ.
benefic.amitt.Bald.c.1.§.hoc quoq; num.12.de
ſucceſſ.feud.in c.1.num.19. An agnat. vel fil. in
c.1.nu.2.3.de alien.feud.pater.& cons. 215.dub.
2.cons.250.in 2.Afflic.c.1.num.3.de vaſall.de-
crep.ætat. & ibi, Anna, in rub.nu.132.Idem Af-
flic.c.1.nu.38.de ſucceſſ.feud.& decis.112.Ias.
cons.7.cons.56.in 3.Curt.de feud.p.4.num.147.
Brun.cons.78.num.7.ad fin.Mozz.de feud.rub.
de diuis.feud.num.57.Roland.cons.2.num.106.
in 1.Natt.cons.470.num.17.Paris.cons.5.in 1.
conſ.103.num.11.cons.112.num.1.in 2.Ponte,
de potes.proreg.tit.8.de refutat.§.2.nu.5. Ruin.
cons.1.num.14.18.19.20.in 4.Peregr.de fidei-
comm.artic.52.nu.83.cons.8.nu.21.22.in 1.Me-
noch.cons.1.nu.397.cons.89.nu.16.cons.1099.
num.28.Niſi pro vita refutantis feudatarij
& ad ſui tantum præiudicium, Iſern. Bart.
Bald.

Bald. Afflic. Ias. *& alij à Peregr. conſ. 8. nu. 23. in 1. Intrigl. feud. centur. 2. art. 7. num. 17. Ponte, conſ. 75. num. 2. in 2. Celſ. Hug. conſ. 26. num. 29 Cephal. conſ. 301. num. 89. 90. Thom. Marin. de feud. tit. 2. de feudo pact. & prouid. antiq. nu. 118. 119.* Rim. *Iun. conſ. 5. num. 42. conſ. 383. nu. 47. conſ. 752. num. 53.* R*oſentall. de feud. c. 9. conclus 70. ad fin. Clar. §. feudum. quaſt. 34. Decian. conſ. 90. num. 8. in 3. Burſ. conſ. 291. num. 118.* etſi dixerint alij, Agnatos feudum ſtatim reuocare poſſe.

Declar. I. Niſi agnati, hæredes ſint Refutantis, nullo confecto inuentario, quia quod à defuncto geſtum eſt, approbare cenſentur, *ad tex. l. cum à matre. C. de reiuendic. Curt. de feud. p. 4. nu. 148. Mozz. de feud. rub. ex quib' cauſ. amitt. num. 171. Zas. de feud. p. 9. num. 18. Intrigl. d. artic. 7. nu. 18. Gabr. tit. de reg. iur. conclus. 11. num. 20. Roland. conſ. 97. num. 46. in 1.*

Subdeclar. Non procedere confecto inuentario, ſi recompenſationem in bonis is conſequatur, *Menoch. conſ. 89. conſ. 203. num. 28. conſ. 476. Ponte, conſ. 33. Franc. decis. 83. nu. 2. Intrigl d. artic. 7. num. 19. 20. 21.*

17 Tertius caſus eſt, ſi refutatio feudi † fiat
inuito Domino: Sunt qui negant, quia feudum eſt contractus vltro citroque obligatorius, non ab alterius, ſed vtriuſq; contrahentis voluntate dependens, *Glos. c. 1. ad fin. de Capit. qui Curi. vendid. & in c. quæ in eccleſiarum, de Conſtit. Ias. l. 2. num. 24. C. de iur. emphit. Pinell. l. 1. p. 2. limit. 8. C. de bon. matern. & in l. 2. p. p. c. 4. nu. 2. C. de reſcind. vendit. Suarez, lit. F, num. 64. 100. magis comm. refert Alex. in l. ſiquis ui. §. fin. nu. 14. ff. de acquir. poſſ. Clar. §. feudum. quæſt. 34. nu. 1. Roſentall. de feud. c. 10. conclus. 11. nu. 26. Vulte. de feud. lib. 1. c. 10. nu. 76.*

Aut feudum, Gratia vtriuſq; Domini, & vaſalli datum eſt, Tunc refutari non poteſt inuito domino *Iſern. c. 1. §. huius autem. num. 11. ex quib. cauſ. feud. amitt. Thom. Marin. d. tit. 2. num. 121.*

Aut feudum datũ eſt, ad certa, & determinata ſeruitia, Tunc nec inuito domino refutari poteſt, *Iſern. d. n. 11. Anna, d. nu. 147. 325. Vulte. d. num. 76. Thom. Marin. d. num. 121. Corbul. de iur. emph. tit. de priuat. ob renuntiat. num. 7. Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 69.* etſi diſſentiant, *Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 9. c. 19.*

Aut feudum ad incerta, & indeterminata ſeruitia datum fuit: Tunc refutari, illud poſſe inuito domino, concludit, *Iſern. d. num. 11. Corbul. d. num. 7. Marin. d. num. 30. ad fin. Vulte. d. num. 76. Schoner. d. c. 19. latè, Ponte, conſ. 75. num. 1. in 2.*

18 Ampl. I. Vt agnatorum conſenſus † in hac
refutatione, nec requiratur, ſi hæreditarium ſit feudum; vel Pacti & prouidentiæ nouum, *Vulte. de feud. lib. 1. c. 9. ſub num. 76. Schoner. d. c. 19.* Si verò eſt antiquum, nullum Illis ſit præiudicium, Quia refutatore mortuo feudum reuocare rectè poſſunt, *glos. c. 1. de alien. feud. patern. & ibi, Bald. num. 3. Aluarot. num. 6. Laudens. num. 1. Cuman. conſ. 167. num. 2. Miſing. cent. 6. obſer. 23. num. 2. Curt. de feud. p. 4. num. 147. Zas. de feud. p. 9. c. 14. Borcholt. de feud. c. 8. num. 54. Sonsb. de feud. p. 12. num. 121. Mozz. de feud. tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 10. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 9. c. 19. Vulte. d. c. 9. ſub num. 76. Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 70.* durat enim refutatio pro refutantis feudatarij, vita, & in ſui præiudicium, *Bald. Afflic. r. 10. de eo qui ſibi, & hæred. Peregr. conſ. 8. num. 23. in 1. Cephal. conſ. 301. num. 89. 90. Rim. Iun. conſ. 5. num. 42. conſ. 752. num. 53.*

Ampl. II. Vt vni ex pluribus etiam Dominis
19 feudi † partem refutare poſſit vaſallus, alijs
retentis, *c. 1. verſ. & ſi voluerit. de vaſall. qui contr. conſtit. Lothar. Schoner. d. diſput. 9. c. 21.* ſi diuiduum ſit; nec incompatibile eſt, quod feudi pars ſit vnius, & altera alterius, ſi diuiſum ſit ab initio conceſſum, *Albert. Brun. conſ. 127. num. 20. in 2. Corſet. conſ. 18. num. 30.*

20 Declar. I. Non permitti † vaſallo feu-
dum Domino inuito intempeſtiuè refutare, eo nempe tempore, quo Dominus vaſallo indigeret, quia in procinctu ſit, ita vt eum in bellum ſequi neceſſe non habeat, *Bald. c. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. Sonsbec. de feud. p. 12. num. 117. Veſemb. de feud c. 11. num. 11. Mozz. de feud. c. vlt. num. 8. Myſing. centur. 6. obſer. 65. num. 12. Vulte. de feud. lib. 1. c. 10. num. 76. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 9. c. 23.*

Declar. II. Non procedere, ſi vltra fi-
21 delitatem † vſitatam Domino, iuraſſet vaſ-
ſallus conuentorum formalitatem: *Bald. in proem. feudor. num. 14. Aluarot. c. 1. §. fin. num. 6. de Capit. qui Curi. vendid. Iacob. à S. Georg. feud. inueſt. verb. & vnus ex dictis vaſallis. num. 3. Schoner. d. diſput. 9. c. 23.*

22 Subdeclar. non procedere in Iurantis † hæ-
rede, *Iacob. à S. Georg. d. num. 3. Schoner. d. c. 23.* quia iuramenti vinculum perſonale eſt, *Imol. & alij, in c. veritatis. de iure iur.*

23 Subdeclar. II. vt iuramento † non ob-
ſtante feudum Domino inuito refutare poſſit intereſſe præſtito, *Schoner. d. c. 23. Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 70. num. 18.*

24 Declar. III. Non procedere in feudo
franco † quod refutari non poteſt, *Curt. de feud. p. 8. nu. 30. Schoner. d. diſput. 9. c. 24.*

Declar. IV. Non procedere in feudo Li-

gio

Digitized by Google

25 gio † quod refutati non poteſt, ex Bald. c. ca-
terum. nu. 7. de iudic. Lauden. c. 1. col. 7. de his qui
feud. dar. poſſ. Curt. de feud. p. p. quæſt. 8. num. 24.
p. 4. num. 135. Iacob. de Franch. in prælud. feud.
num. 145. Schoner. d. diſput. 9. c. 24. Ligium verò
26 feudum † eſt, quod quis ab eo habet, qui
nullum recognoſcit ſuperiorem, eiq; contra
omnem hominem iurata fidelitas eſt, Guid.
Pap. decis. 311. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.
5. quæſt. 7. num. 1. 2. Polid. Rip. obſer. 18. num. 21.
Borrell. de reg. præſtan. c. 64. num. 20. & in Summ.
decis. tit. 34. de feud. num. 375.
27 Declat. V. Non procedere in † minore
qui ſi feudum Domino inuito, vel conſen-
ſienti refutauit, in integrum reſtitui po-
terit, ex not. in c. ſi vaſallus. ſi de feud. defunc. mi-
lit. Georg. alleg. 2. num. 19. Boer. decis. 350. num. 4.
Caldas de in integr. reſtit. glos. læſis. nu. 39.
Ex his pro coronide infertur, Feudum à va
28 ſallo, alijs † hypotecatum & inde Domino
refutatum, An ab omni onere liberum, in
eum tranſeat?
Prior fuit Negantium opinio, ex Bald.
cons. 371. in 1. Guid. Pap. decis. 575. Tiraq. 1. re-
tract. §. 34. glos. 1. num. 9. Corbul. de iur. emphit.
tit. de priuat. ob renunt. num. 9. quia refutatio
cum actus ſit voluntarius, ex c. 1. vbi Iſern.
notat. num. 5. & alij, de alien. feud. pater. Amat.
cons. 10. nu. 6. hypotecam feudo impoſitam
nō reſoluit: Procedit enim vulgaris illa iuris
regula, Reſolutio iure datoris, reſolutum
quoq; cenſeri ius acceptoris, ex l. lex vecti-
gali. ff. de pignor. ſi ex neceſſitate Reſoluitur, ſe-
cus ſi ex voluntate, Bart. l. in diem. ff. de aqu.
plu. arcen. Cagnol. num. 61. Padill. num. 75. Pi-
nell. p. 2. c. 3. num. 13. in l. 2. C. de reſcind. vendit.
Tiraq. 2. retract. §. 3. glos. 1. num. 9. 10. Surd. de
alim. tit. 9. quæſt. 42. decis. 286. num. 14. decis.
102. num. 14. cons. 517. num. 5. cons. 555. nu. 9.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 32. num. 96.
lib. 11. tit. 31. à num. 68. Fab. Ann. cons. 81.
num. 18. Aldouin. cons. 15. num. 5. Caball. cons.
144. num. 64. Polid. Rip. obſer. 8. Teſſaur. lib. 1. fo-
rens. quæſt. 65. num. 3. 15. Carot. decis. 117. Seſſe,
decis. 25. num. 72. 73. 74. Morot. cons. 62. num.
13. 29. Raudens. decis. 29. num. 167. Rot. Aue-
nion. decis. 28. à num. 1. Turret. cons. 84. num. 8.
9. in 2. Franc. decis. 64. num. 4. 14. decis. 159. nu.
5. decis. 165. num. 5. decis. 369. num. 3. 10. Alios
habes in mea, Decis. 24. num. 8. decis. 91. nu. 11.
Poſterior fuit Affirmantium opinio, quā
probat, tex. c. 1. §. rurſus. quib. mod. feud. amitt.
ibi, Vel domino refutauerit. Quæ refutatio, etſi
voluntarius actus ſit; omnis tamen pigno-
ris obligatio per eam extinguitur, vt decla
rat, Bald. c. 1. quæſt. 2. & ibi, Laudens. num. 5. de
alien. feud. pater. quia addit Bald. facultatem
hanc ab initio ineſſe ex natura rei, Laudenſ.
d. num. 5. ex l. ſi quis domum. §. 1. ff. locat. ibi, quia
hoc euenire poſſe, proſpicere debuit. notat, Petr.
Rauen. ibi, in princ. Præpos. num. 1. 2. Capic. feud.
inueſt. verb. feudum dant. col. 28. verſ. tertio limita
fol. mihi, 153. Tiraq. d. glos. 1. num. 7. Schoner. de
feud. lib. 1. diſput. 9. c. 25. Ponte, cons. 147. num.
2. in 2. Amat. cons. 10. à num. 5. quia dixerunt
alij, quod refutatio, eſt, reſolutio iuris dan-
tis, Bammacar. c. beneficiu. n. 17. ſi de feud. defunc.
milit. Corſet. cons. 20. num. 6. cons. 21. num. 2.
Non obſtat ratio, qua Doct. mouentur,
ex d. l. lex vectigali. quia Bart. d. l. in diem. tria
conſtituit capita. Primum, ſi ex neceſſitate
reſolutio fit, Tunc pignus reſoluitur, l. 4. §.
ſed & marcellus. ff. de in diem adiect.
Secundum, ſi ex mera voluntate, Tunc
non reſoluitur pignus, l. 4. ff. quib. mod. pign.
vel hypot. ſolu.
Tertium, vbi facto debitoris non directè
ad hoc ordinato, Tunc reſolui hypotecam
probat, d. l. lex vectigali.
Quartum addimus, ſi ius reſolutionis ab
initio inſit, ex natura rei, ad tex. d. §. rurſus.
& alios, quos, in hanc ſententiam, citaui,
Tunc omnem reſolui hypotecam dixere,
Bald. Lauden. Rauen. Præpos. Capic. Tiraq. Scho-
ner. Ponte, Amat. & alij, quos in citat. loc ipſi
cumulant. Cumq; nos non in Bart. & alio-
rum diſtinctione verſemur; ſed in hoc Quar
to, quod à Bart. alienum fuit caput. Tex. d. l.
lex vectigali. non obſtare concludimus.
Ex his ſatis conſtat, reſolutionem iuris ex
cauſa ferè voluntaria, ſi tamen ab initio ius
reſolutionis inerat, operari reſolutionem iu
ris ſuper re illa contracti.
Secunda concluſio eſt, ſi refutatio Domi
29 no fiat, ſed proximiori † in gradu qui in feu
do ſucceſſurus eſt: Tunc licita illa eſt, vt
nec neceſſarius ſit Domini conſenſus, Bam-
macar. c. beneficium. num. 214. ſi de feud. defunc.
milit. conten. ſit, Anna, c. 1. num. 227. 278. de va-
ſall. decrep. ætat. Curt. de feud. p. 4. num. 129. Pon
te, cons. 12. num. 44. in 1. Bardell. cons. 14. num.
47. Cumi. c. ſi aliquem. verb. antiquis. num. 370.
Frecc. de ſubfend. lib. 2. verſ. pluribus. num. 45. In-
trigl. feud. centur. 2. artic. 5. nu. 777. 778. Ad-
dit, d. artic. 5. n. 400. 401. quod Conſt. conſtitu-
tionem diuæ memoriæ. prohibens alienationem
& diminutionem feudorum non inhibet re
futationem, Maur. alleg. 42. num. 1. 9. 10. p. p.
Cannet. c. volentes. §. & quatenus. num. 1. fol. 84.
Georg. alleg. 17. nu. 44. Ponte, d. tit. 8. de refut. §. 1.
num. 18. Vberioris itaq; doctrinæ gratia Plu-
res conſtituendi ſunt Caſus.

d. c.

Primus eſt, in feudo ex Pacto & prouidentia; antiquo, vel nouo; Hoc proximè ſucceſſuro abſq; Domini aſſenſu, legitimè refutari poteſt, *c. 1. de alien. feud. patern. Bammacar. d. c. beneficium. n. 12. 20. Thom. Marin. de feud. tit. 2. de feud. pact. & proui. antiq. n. 123. tit. 3. de feud. pact. & prouid. nou. num. 31. Georg. de feud. c. 48. num. 13. Vulte, de feud. lib. 1. c. 9. nu. 77. Maur. alleg. 42. num. 2. p. p. Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 72. Miſing. centur. 6. obſer. 23. num. 6. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 38. num. 64.* dicitur enim donatio in anticipationem ſucceſſionis, quæ licita eſt, ſeu acceleratio ſucceſſionis; *Bardell. cons. 14. num. 45. Maur. alleg. 28. num. 5. p. p. Georg. alleg. 17. num. 44.* ſiue nouum, vel antiquum ſit feudum, ſiuè hæreditarium, ſiue pacti & prouidentiæ, *Cannet. c. volentes. §. & quatenus. ſub num. 1. Intrigl. feud. centur. 2. artic. 5. num. 778.* ſicut licita eſt venditio feudi, abſq; domini conſenſu inter conuaſſallos cohæredes, Quorum vnus poteſt vendere alteri partem ſui feudi pro indiuiſo, vel pro diuiſo, *Iſern. c. 1. §. ſed etiam res. per quos fiat inueſt. copioſius, in c. 1. de alien. feud. pater. Bald. c. 1. ad fin. de alien. feud. Calder. conſ. 12. tit. de feud. Decian. cons. 55. nu. 69. in 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 4. num. 15. Ruin. cons. 2. num. 27. in 1. Natt. cons. 475. num. 14. Anton. Sola, ad Decret. Sabaud. tit. de alien. bonor. feud. glos. 1. ſub num. 11. Surd. cons. 351. nu. 45. Thom. Marin. d. tit. 3. nu. 31.* Idem inter plures emphiteutas, vt hoc inter ſe poſſint, domino etiam irrequiſito, *argum. c. imperialem. §. præterea. de probib. feud. alien. per Federic. l. voluntas. C. de fideicomm. l. 1. §. cæteri Verò ibi, Nam cum perſonæ conditio non mutetur, nec rei quidem ſtatum conuenit immutari, vbi ita firmant, Bart. Rebuff. Plate. Apenn. & reliqui, C. de impon. lucriat. deſcript. lib. 10. Idem Plate. in l. 1. num. 3. Non Licer. habit. metroc. lib. 11. Iſern. Aluarot. & Prepoſ. c. 1. §. 1. per illum tex. Per quos fiat. inueſt. Bart. & Caſtr. in l. cum hi. §. ſi Uni. C. de tranſact. in l. & ideo. C. de condict. furt. in l. ſi dominus. §. fin. ff. de leg. 1. in l qui romæ. §. duo fratres. quæſt. 10 & ibi, ex comm. Ias. Rip. nu. 87. Soc. iun. nu. 136. Bolognet. nu. 187. ff. de verb. oblig. Salic. l. ea lege. C. de condict. ob cauſ. Ias. l. Voluntas. C. de fideicomm. Lancell. Dec. l. legatarius. ff. de legat. Tiraq. de nobilit. c. 37. nu. 54. Caldas, de emphit. extinct. p. 4. c. 8. num. 3. Calder. d. cons. 12. Marſ. ſing. 28. Betrand. cons. 188 in 2. Burg. de Laudem. p. 2. inſpec. 1. num 21. Gabr. cons. 88. num. 17. in 1.* licet comprehenſi in inueſtitura Potentiores ſint, *Rim. iun. cons. 368. nu. 92.* Nec diſſentiunt, *Petra, de fideicom. quæſt. 3. num. 34. Corbul. de emphit. tit. de alien. irrequis. domin. fact. limit. 6. lim. 7. n. 6, Laderch. cons. 40. n. 14.* non enim feudū tunc mutat manum, quia non in extraneum, ſed in eius conſortem transfertur, *arg. d. l. voluntas. Soc. iun. cons. 72. n. 38. in 1.* aſſerens non intereſſe Domini, ſi inter filios alienetur feudum, quia omnes ſunt inueſtitura comprehenſi, *Thom. Marin. d. nu. 31. Laderch. cons. 40. n. 14.* Aſſenſum enim habent à lege, *Bammacar. c. beneficium. nu. 104. ſi de feud. defunc. milit. content. ſit*

30 Secundus caſus eſt, ſi Remotiori † ſucceſſori refutatio fiat, Tunc nullam in præiudicium proximioris, eam eſſe, probat, *Glos. Bald. & Afflict, in c. 1. §. hoc quoq; nu. 38. de ſucceſſ. feud. Ias. cons. 7. in 3. Curt. de feud. p. 4. ſub num. 147. Thom. Marin. d. tit. 2. nu. 126. d. tit. 3. num. 32. Peregr. cons. 18. num. 5. in 1.* quia facta vlteriori agnato, diſſimilis ab ea non eſt, quæ fit extraneo, *Camer. c. imperialem. de prohib. feud. alien. per feder. fol. mihi, 17. 107. 252. Cannet. c. volentes. §. ſed operæ precium eſt. Anna, c. 1. nu. 267. 278. de Vaſall. decrep. ætat. Bardell. cons. 14. nu. 47.* adeo vt proximior reuocare poterit, defuncto refutante, *c. 1. §. ſed etiam res. per quos fiat. inueſtit. c. 1. §. titius. ſi de feud. defunc. milit. content. ſit. Vulte. de feud. lib. 1. c. 10. nu. 77. ad fin. Gamm. decis. 8. num. 4. Thom. Marin. d. nu. 32. Curt. de feud. p. 4. num. 146. Bardell. cons. 14. num. 48. Schoner. de feud. lib. 1 diſput. 9. c. 29. Rebell. de obligat. iuſt. p. 2. lib. 3. quæſt. 15. nu. 6. ad. fin. Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 52. num. 14. c. 10. conclus. 39. num. 8.* Imo ſi ex proximiorum aliqui conſenſerint, reuocare poſſunt alij non conſentientes. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 25. num. 19.* Sed hoc verum, in feudo antiquo; Quid in feudo nouo, vel hæreditario, aut mixto? dicemus copioſius in §. 2. vbi poſtergationis materiem excutiemus.

31 Tertius Caſus eſt, ſi remotiori agnato † fiat feudi refutatio ex conſenſu Domini. Valida erit, ex *Iſern. c. 1. §. & ſi libellum. num. 7. de alien. feud. pater. Thom. Marin. d. num. 32.* reſpectu quidem Domini ſimpliciter, reſpectu verò Agnati proximioris, ita vt ipſe reuocandi feudum poteſtatem habeat, nulla eſt refutatio, *Lauden. c. 1. §. titius. num. 20. ſi de feud. defunc. milit. conten. ſit. Curt. iun. de feud. p. 4. nu. 146. Borcholt. de feud. c. 8. nu. 57. Vulte. de feud. lib. 1. c. 9. num. 77.*

Extraneis (in Quorum numero etiam ſunt agnati, reſpectu feudi noui, omnes in inueſtitura non comprehenſi: reſpectu feudi antiqui, illi qui à primo acquirente non deſcendunt, aut quibus in prima inueſtitura pacto expreſſo prouiſum non eſt) refutatio ſine conſenſu domini, & aliorum, quorum

intereſt, fieri non poteſt; ſi quidem hæc refutatio ſimplex eſt alienatio iure communi feudali prohibita, *Roſentall.de feud. c. 9. conclus. 74. Vultei de feud. lib. 1. c. 9. num. 78.* cum non ſit vera refutatio, propriè ea eſt, ſi quę proximo ſucceſſori fit, & cui refutante mortuo illico ſucceſſio deuoluitur, *Bardell. cons. 14. num. 44. Intrigl. feudal. centur. 2. artic. 5. num. 401. & alij iam citati n. 29.* Proinde ius ſuum in dubio a Patre alienatum cenſetur, non quod filiorum eſt, *Caldas, de renouat. emphit. quæſt. 16. num. 38. & de poteſt. eligen. c. 3. nu. 38. Surd. decis. 172. num. 7. Cabed. decis. 134. p. p.* & durabit ſolum pro vita refutantis, *Paris. de reſignat. benef. lib. 6. quæſt. 2. num. 91. 92. Molin. de primog. lib. 1. c. 19. num. 14. c. 20. num. 1. 3. 4. 5. Palaez, de Maiorat. p. 4. quæſt. 1. num. 24. 25. 29. 37. Cephal. cons. 3. n. 97. Menoch. cons. 1023. num. 14.* Quid in feudo pacti, & prouidentiæ nouo? quid in feudo hæreditario, vel mixto, in quæſtione Poſtergationis, *ad* §. 2. diſſerendum mihi erit.

32 Cæterum ſi primogeniti, aut illius † qui eſt immediatè Succeſſor, acceſſerit conſenſus, Tunc Regius aſſenſus pro validitate refutationis, ſecundogenito factæ, aut alteri vlteriori in gradu non requiritur, etiam nec pro validate conſenſus à primogenito præſtiti, ſeu alio in gradu proximiore & ſucceſſore immediato, *Loffred. cons. 1. cons. 11. num. 46. Anna, rub. de Vaſſall. decrep. ætat. num. 57. ad num. vſq; 291.* & ita pluries deciſum refert, *Ronit. pragm. 1. num. 117. tit. de abus. in ſcribend. ſublat.*

33 Declar. I. Primogeniti conſenſum † nocere ſolum pro ſui vita, *Barbos. claus. 61.* Quod enim dicimus primogenitum verum eſſe, & Dominum bonorum primogenituræ, Accipiendum eſt, vt Dominus ſit reuocabilis, ac proinde refutare, ſeu alienare quidem poteſt (dum uiuit) primogenituræ bona, non vt valeat alienatio poſt eius mortem, *Molin. Palaez. Cephal. Paris. Menoch. & alij nuper citati.*

34 Declar. II. Niſi refutantis hæres † ſit immediatus ille, qui ſuccedit, *vel* nullo confecto inuentario, *Ponte, cons. 75. nu. 5. in 2.* Vel ſi eo confecto, tantundem habeat in bonis, Quia alienari poteſt feudum in præiudicium agnatorum, ſi recompenſationem agnato ille reliquerit, *Petr. Greg. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 6. num. 16. Manent. decis. 1. num. 14.*

35 Q. I. Proximi ſucceſſoris conſenſus † ſi in ipſo refutationis actu non acceſſit, An, ex poſt facto ſubſequi ſatis ſit? Dubium ex eo oriri videbatur, Quod etſi iuris ſit concluſio ex iure ſuperueniente reconualidari venditionem, *ad tex. l. cum vir. ff. de vſucap. l. ſi quis alienam. ff. de contrah. empt. l. fundum. ff. de fund. dotal. Gamm. decis. 67.*

36 In feudis tamen † ius ſuperueniens conceſſionem non conualidat *ad tex. c. 1. & ibi, Iſern. qui ſucceſſ. in feud. dar. tenean. c. ſancimus. §. ſi quis fecerit. Quo temp. mil. Anna, c. 1. num. 364. de Vaſall. decrep. ætat. Anna, iun. cons. 39. nu. 67. Ponte, cons. 36. n. 12. in 1.*

37 Contrar. dixi verius; Imo † proximioris conſenſus præcedere, ac ſubſequi refutationem poſſe, *ex l. per fundum. vbi not. Ang. ff. de ſeruit. ruſtic. prędior. Ronit. pragm. 1. num. 118. de Abus. in ſcriben. ſublat.* vt de conſenſu Domini inquit, *Iſern. c. imperialem. nu. 14. de prohibit. feud. alien. per feder. Petr. Gregor. de conceſs. feud. p. 8. quæſt. 16. num 32. Afflict. decis. 286. Roland. cons. 97. num. 32.* in 1. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 28. num. 9. Natt. cons. 142. num. 3. Surd. decis. 99. num. 14. Anton. Sola, ad Decret. Saband. tit. de alien. bonor. feud. glos. 1. num. 11.* & in conſenſu Agnati, *Iſern. Bald. & alii, in c. 1. de alien. feud. patern. Cephal. cons. 468. num. 44. 45. cons. 403. nu. 47. Intrigl. feudal. centur. 2. artic. 7. num. 8. 9.* in Conſenſu vtriuſq; *Camerar. d. c. imperialem. fol. mihi, 90. col. 1. conclus. 2. ex l. licet. ff. de iudic.* & in omni conſenſu, qui à pluribus, vt ſingulis præſtandus ſit, *Bart. & Doct. l. ſi quis mihi bona. § iuſſum. ff. de acquir. heredit.*

Non obſtat, *Tex. c. 1. qui ſucceſ. dar. tenean.*

38 Quia procedit † in inueſtitura facta à Domino feudi, ſi quidē prohibitus ipſe eſt inueſtituram dare de feudo uiuentis, adeo vt ſi eo mortuo feudum ad Dominum deuoluatur, hoc ius ſuperueniens non opitulatur inueſtito ad conualidandam eius inueſtituram, niſi facta à principio fuerit ſub conditione, *d. c. 1. qui ſucceſſ. dar. tenean. & ibi, Afflic. nu. 33. c. 1. §. moribus. ſi de feud. defunc. milit. conten. Imol. l. cum vir. num. 3. 4. ff. de vſucap. Soc. cons. 132. num. 4. vol. 1. Rip. lib. 3. reſpon. c. 18. num. 9. Ronit. d. num. 118. Menoch. cons. 910. num. 57.* abundè, *Pet. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quæſt. 3.* Ius ergo ſuperueniens ſi non conſideratur in Domino directi, nec in feudatario conſiderandum quoq; eſt, *Anna, iun. cons. 39. nu. 68.*

39 Ampl. I. Vt ſi agnati proximioris † conſenſus fuerit precio redemptus poſt factam refutationem, adhuc validus, & ſollennis eſt refutationis contractus, *ex Cammer. d. c. imperialem. fol. 33. lit. N. Ronit. d. nu. 118. ad fin.*

Declar. I. Niſi de tertij præiudicio agatur, *Bald. c. 1. §. Donare. qualit. olim. feud. pot. alien. Paris. de reintegr. feud. c. 14. Soc. iun. cons. 97. num. 17. in 2. Natt. cons. 475. num. 14. Burſ. cons.*

76.

76.num.9.Sola,d.gloſ.1.ſub num.11. Imo de ip ſius conſenſus defectu non poſſet tertius op ponere, *Ruin.conſ.2.n.2.7.in 1. Natt.conſ.475. nu.14.Sola,d.nu.11.* quia nulla eſt alienatio volente domino, *Corbul. de priuat. ob alien.in-req.domin.ampl.10.nu.9. Surd.conſ.305.nu.35.*

Quoniam autem, hac ætate controuerti
40 ſæpius contingit: Num refutatio † reſerua to vſufructu ſit valida? vel vtrumq; corruat? Qua in re, dubius videtur *Anna, alleg. 35.* & alij variant; ideo altius repetenda res erit.

Prima, eorum fuit opinio; Validam cenſe
41 ri † refutationem, ſed vſufructus reſeruationem eſſe nullam, quia in feudis vtile per inutile non vitiatur, *c.1.§.profectò. de leg.Corrad.c.1. & ibi,Iſern.de allod.Lanar.conſ.47.nu. 5.Free.de ſubfeud.lib.2.quaſt.16.nu.3.quaſt.34. n.5.* quam *Iſern.* ſententiam egregie defendit, *Bammacar.c.abenſicium.d num.59.ſide feud.de funct.milit.conten.ſit.*

Secunda, eorum fuit opinio; Refutatio-
42 nem † & vſufructus reſeruationem validas, eſſe, vt ex *Reg.Freder.c.eorum fraudibus,31.* in regno ſeruatum inquit, *Maſtrill.decis. 1.nu. 11.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.4.quaſt.5.nu. 19.& ibi, Scholiaſt.lit. D.Loffred.conſ.5. num. 18.Bolognet.conſ.6.à num.24.conſ.7.num.96. Anna ſing.569.& alleg.97.nu.5.6.Sacca,conſ. 3.à num.375.Fab.Anna,conſ.41. Muta, decis. 26.nu.12* quod effuſo nimis ſermone ipſe repetit in *Feder.Regis.c.volentes.28.nu.95.* quia vſufructus reſeruatio, intelligitur ſolum, de fructuum perceptione non de integrali ipſo vſufructu, prout pars dominij eſt, ne actus pereat, *l.3.ff.de teſtam.milit. Menoch.lib. 3.præſump.132.nu.13.lib.6.præſump.8* Quod communiter, tum in Regno, tum extra, receptum teſtatur, *Bolognet.conſ.7 à nu.93.* neque enim feudi diſmembratio eſt, *Bolognet. d. conſ.6.nu.27.* Sed hæc ſententia reiecta, *in S. C.fuit,ex Frant.decis.71.num.17. Bammacar.d. §.beneficium.num.36.*

Tertia fuit, *Loffred.* opinio, *conſ.3.conſ.9.nu.*
43 *16.17.* Quod vtraq; † ſit irrita, Reſeruatio nempe, & Refutatio, *Camerar.d.c.imperialem. fol.32.col.2.lit.G. de prohibit. feud. alien. per Feder.Bammacar.c.1.§.beneficium. num. 26. ſi de feud.de func.content.Milanens. decis 8.num. 314.325.p.p.* ex indiuiduo voluntatis, *ad tex. l.pedius.ff.de arbitr.* niſi fiat proxime ſucceſſu ro, *Milanens.d.decis.8.num.326.*

44 Quid dicendum? Si diligenter rem ipſam penſitemus; æquius, ac denique verius videbitur: Refutationem retento vſufructu Nullam eſſe, *ex Cannet.c.volentes.§.correlariè,nu. 1.23.Milanens.decis.1.num.157.161.decis.8.nu. 324.325.p.p.Corſet.conſ.15.num.18. Intrigl.decis.43.nu.36.Loffr.conſ.3.Thom.Marin.de feud. tit.2.de feud.pact.& prouid.antiq.num.123.Minad.conſ.15.num.4.Lanar.conſ.73.num.3.Balzeran.c.1.ſub num.16.de alien.feud.pater.Rouit. pragm.4.à num.8 pragm.7.num. 3.tit. de feud. Bardell.conſ.14.num.51.Anna,alleg.35. Anna, Ium.conſ.41.conſ.113. num.15. Maur. alleg. 28. num.7.p.p.Ponte,conſ. 12.num.5.conſ 69.num. 17.in 1.conſ.116.num.10.in 2.de Potes. proreg. tit.8.de refut.§.3.nu.1.2.5 7.Peregr.decis.150. nu.18.Camill.de Curte,diuerſ.feud.p.2.c.vlt.nu. 205.Gregor.de conceſſ.feud.p.8.quaſt.16.n.26. Georg.alleg.17.nu.45.* Rei namq; feudalis vſufructum conſtitui non poſſe inquit, *Gloſ.c. 1.verb.alienationes.de Capit.Corrad. Iſern.d.c.imperialem.n.3.& in Conſtit. Diuæ memoriæ.col.fin. Rainald.d.c. imperialem.§.habito.n.34. Iacob.in-ueſt.feud.gloſ.Ita etiam. col.pen.Clar.§.feudum. quaſt.37.nu.2.Gregor.d.quaſt.16.n.25. Curt.de feud.p.4.quaſt.15.Pinell.l.1.p.3.n.70.C de bon. mater.Molin.de primog.lib.4.c. 20.num.7.Scbrader.de feud.p. 8.c.1.num. 10.Sacca,conſ.3.num. 202.383.* eſt enim vſufructus reſeruatio, feudi diſmembratio, quia pars integralis eſt feudi, *Soc. Imol.& alij, l.qui vſufructum.ff. de verb.oblig.Gregor.d.num.25.27.*

45 Ampl. I. etſi refutatio fiat † alteri filio non immediatè ſucceſſuro, *Anna, ium.conſ. 41.num.27.*

46 Ampl. II. Nullam eſſe refutationem † in qua etſi reſeruatus non ſit vſufructus, reſeruata tamen ſint mille, de quibus diſponere poſſit refutans, *Anna, alleg.97.*

47 Ampl. III. Vt nulla ſit vſufructus † reſeruatio, viuo etiam refutante, *Camer. d. c. imperialem.fol.17.col.2. Fab. Anna, conſ.113. num.14.ad fin.*

Contrar. defendit, *Sacca,conſ.3.num.392.*
48 ſunt etiam † qui affirment, poſſe Vaſallum durante vita vſufructum ſuper feudo conſti tuere, *ex c.1.§.quid ergo de inueſt.de re alien. fact. Aluarot.Prapos.& Afflic.c.1.§.præterea. num.5.de Leg. Corrad.& decis.380.Pinell.d.l.1. p.3.num.71.Bero.quaſt.95.Roland.conſ.59.nu. 14.19.in 2.Natt.conſ.173.num.14. Sacca, conſ. 3.num.384.Tiraq.1.retract.§.1.gloſ.7.nu. 48.*

Ampl. IV. Si in refutatione, adiecta ſit clauſula: *Et non aliter, nec alio modo.* quæ com monſtrat non aliter refutaturum fore, niſi retento vſufructu, *Bald.& gloſ.in l.ſi quidem C.de except.in optime Maur.alleg. 28.nu.7.p.p. Ponte, conſ. 12.in 1. Georg. alleg. 17. num. 45. Thor.compend.decis.lit.R.verſ.57.* etſi remiſſiue loqui videatur, *Bammacar.c.beneficium.n.106.*

V 2 *ſi de.*

Digitized by Google

ſi de feud.de func.milit.conten.ſit.
49 Declar. I. Non procedere ſi † refutatio
fiet filio, aut alteri, in feudo proximè ſucceſ-
ſuro, reſeruato vſufructu, *Iſern.c.fin.ſi de feud.
de func.milit.Anna, alleg.35.nu.16. Anna, Iun.
cons.41.num.27.*
Contrar. voluit, *Intrigl.decis.43.nu.36.37.
quia tex.c.1.§.& ſi libellum. de alien.feud.pater.*
permittens alienationem in proximè ſucceſ
ſurum, reſtringitur, *ex c. volentes.* quo permiſ
ſum eſt alienari poſſe feudum integrum, *arg.
l.non eſt nouum.vbi glos.ff.de legib.* & vſufructus
dicitur pars feudi, *Cannet.d.c.volentes.§.&
quia.num.3.4.10.Intrigl.d.decis.43.nu.38. imo
tex.d.c.volentes. & Conſtit.Conſtitutionem Di-
uæ* Memoriẹ. procedit quoad ſui integritatem
etiam in refutatione proxime ſucceſſuro fa-
cta, vt, *ex Prouinz.ad Bertach.* notat, *Intrig.deciſ.
43.nu.40.* qui ſic in M. R. C. receptum aſſe-
rit, ſed diſsentit, *Milanens.decis.1.nu.158.p.p.*
Nec obſtat, *Feder.Reg.c.Eorum fraudibus.110.*
vbi releuium ideo non deberi ſtatuit ex re-
futatione in filium ſucceſsurum facta, retẽ-
to vſufructu, donec vſufructus conſolidetur
cum proprietate. Quia nulla erat refuta-
tio ob retentum vſumfructum: voluit tamen
illud deberi facta conſolidatione, quia ex
tunc valida eſse incipiet refutatio.
Declar. II. ex Fraude factam minimè eſse
50 refutationem filio † ſi diſponẽdi facultatem
de certa ſumma ſibi reſeruaſset Pater refu-
tans, *Ponte, de potes.proreg.tit.8.de refutat.§.4.
num.16.ad fin.*
Cæterum, ijs in caſibus, quibus feudum
51 proximè † ſucceſsuro refutari poteſt, acci-
piendum eſse dicimus, ſi refutatarius ſit ha
bilis, non ſi mutus, ſurdus, aut aliàs imper-
fectus, & inhabilis ad ſuccedendum, *Ioan.
Rain.Camer.& alij, à Rouit.prag.4.n.31 de feud.*
Q. II. Refutatio, quæ retento vſufru-
52 ctu nulla eſt † An eo remiſso reconualeſcat?
Validam eam eſse ſi vſusfructus à refutan
te condonatus ei ſit, quia nouam refuta-
tionem facere poterat refutans, *Anna, al-
leg.35.num.5.15.18.21. alleg 97.num.16.19.
Ponte, d.tit.8.de refutat.§.3 num.2.*
53 *Ampl.* I. Idem dicendum, ſi † refutans
mille ſibi reſeruaſset, quas inde refutatario
remittat, vt valida ex nunc illa cenſeatur
*Anna, alleg.97.nu.16.19.Thor.compend.decis.
lit.R.vers.68.Ponte, d.§.3.in princ.*
Sed illud adhuc meritò tractandum eſt,
54 An ex feudi refutatione † proximè ſucceſ-
ſuro facta, Releuium præſtandum ſit Domi-
no? negat, *Iſern.c.1.§.ſed & res.nu.15.per quos
fiat inueſt.* ſequitur, *ibi, Afflic.nu.21.& in Con-
ſtit.Diuæ memoria.num.16.Petr.Gregor.de con-
ceſſ.feud.p.8.quæſt.16.de iur. releu.num.3.Ro-
land.cons.64.num.21.22.in 2.Frec.de ſubfeud.
lib.2.auth.3.num.83.Borrel.Summ.decis.tit.38.
num.14.Ponte, de potes.proreg.tit.8.de refut. in
princ.num.5.§.4.num.1.Anna, alleg.23.num.
6.7.Intrigl.feudal.centur.2.artic.5.num.1078.*
nec laudemium, pro aſſignatione feudi filio
facta, *Anna, ſing.297.Manent.decis.50.à nu.10.
Surd.decis.200.num.3.* aut donatione, *Rebell.
de oblig.iuſt.lib.13.quæſt.7.n.4.* Releuium nãq;
tunc ſoluendum affirmant Omnes, quando
ſucceditur defuncto, *ex Iſern.d.§.ſed & res.
Ponte, d.tit.8.de refut.in princ.num.5.§.4.nu.5.*
Contrar. in M. R. C. receptum inquit,
55 ac † deciſum teſtatur, *Maſtrill.decis.1.num.
10.Milanens.decis.8.num.286 p.p.Maur.alleg.
28.num.6.alleg.35.num.11.p.p. Anna, rub. de
vaſal.decrep.ætat.nu.226.* etſi aliter ſenſerit, *d.
alleg.23.* Sed primum, de iure verius.
Ampl. I. Si in prima feudi inueſtitura
pactum ſit, releuium eſse ſoluendum, ſi feu-
dum in aliam perſonam tranſire contigerit;
56 Tunc, ſiue filio † vel alteri proxime ſucceſ-
ſuro alienetur, aut refutetur feudum, releui
um præſtandum erit, *Iſern.nu.15.Afflict.nu.
25.d.§.ſed & res.Borrell.d tit.39.de relui.n.39.*
57 Ampl. II. Releuium deberi † Domino ſi
feudum filio refutet pater, qui valde ſenex
ſit, & nulla ſubſit cauſa. Tunc enim fraudem
præſumi voluit, *Surd.cons.384.n.56.Ponte, d.
§.4.num.9.* ſecus ſi neceſsaria vrgeat refutan-
di cauſa, *Surd.cons.382.num.57.*
58 Ampl. III. Vt ſi feudatarius † omnia
refutaret feuda; releuium Regi pręſtandum
erit, *Iſern.num.15. Afflic. num.25.d §.ſed &
res.Borrell.Summ.decis.tit.39.de releu. num.15.
Ponte, d.tit.8.de refutat.in princ.num.7.§.4.nu.
3.Anna ſingul.568.* quia in fraudem refuta-
tio facta pręſumitur, *Thor.compend.decis.lit.F.
verſ.58.* Sed an ad paragium ſorori, & vitam
militiam fratri teneatur, dicemus, *Glos.15.*
59 Niſi ex iuſta cauſa refutatio ſit, † puta ma-
trimonij intuitu, Tunc ceſſat fraus, & ſimu-
latio, *Anna, alleg.23.num.7.alleg.97.num.16.
Sing.568.& in c.1.num.57. de Vaſall. decrept.
ætat.Borrell.d.tit.39.de releu.num.16.* atq; ita
deciſum refert, *Ponte, d.tit.8.de refutat.in
princ.num.7.8.& §.4.num.16.Thor.d.verſ.58.*
60 Declar. I. Non procedere, ſi refutatio fe-
udi fiat retento uſufructu; tunc nec præſtan-
dum eſt releuium, niſi proprietati conſoli-
tur vſufructus, *ex Feder.Reg.c.110.*
61 Q. II. Refutatio in proximè ſucceſſurũ † An
inſinuanda ſit, *ex Reg.Ferdin.c.61.Negat. Afflic.
in c.1.§.item ſacramenta.glos.4.num.33.de pac.
iuram.*

*iuram.firmat. Duen.regul.*224.*fallen.*3. *Anton. Canar. de iuram.p.* 2.*verſ.inſinuari.num.* 2. *Bolognet.cons.*6.*num.*51. *Intrigl. decis.* 20. *num.*9. Tum quia omnes vltimæ voluntatis qualitates ſui natura retinet refutatio, *ex Bald.conſ.* 30.*in* 2.*Frecc.de ſubfeud.lib.* 2.*limit.*17.*ad Conſtit.*Conſtitutionem *Diuæ memoriæ.fol.mihi.*113. *Intrig.feud.centur.*2.*artic.*36.*ſub nu.*207. *Ponte,conſ.*12.*n.*4.*in* 1.*Milanens.decis.*8.*num.* 286. *in* 1 *Maſtrill.decis.* 1.*num.*10. *Anna,rubr.de vaſall.decrepit. ætat.num.* 225. Tum quia præmatura ſucceſſio eſt, vt dixi plenius, *nu.*5.adeo vt dixerint Omnes nuper citati, quod ad releuium, Dotem de paragio, & vitam militiam exoluenda refutatarius teneatur. Sed calamum quæsò ab hac diſputatione ſuſpendamus; inconuenit nos diutius immorari.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio, poſſeſſionem in refutatarium transferri requirit, vt ſubſiſtat.*

2 *Poßeſſio corporali apprehenſione acquiritur.*

3 *Poſſeſſionem feudi, qui habere opinatur (cum numq; eam habuerit) ſi feudum ingrediatur animo continuandi, illam de nouo capere cenſetur, non autem continuare.*

4 *Poßeſſio animo & corpore acquiritur ex actu ſaltim ficto.*

5 *Poßeſſionem feudi ingrediens, inueſtitura nondum etiam obtenta, verus eſt feudi poſſeſſor.*

6 *Alienatio, ante traditionem perfecta non eſt.*

7 *Poſſeſſionem iteratam capere non oportet, qui in poſſeſſione eſt; eiuſdemq; mutatio fit a lege, abſq; hominis miniſterio.*

8 *Poſſeſſionem feudi adipiſci dicitur, qui integram eius partem ingreditur.*

9 *Feudum ſi plures res, Vt membra, contineat; capta à* Refutatario *rei vnius poſſeſſione, aliarum rerum & partium capta poſſeſſio dicitur.* Contrar. *num.*11. *Diſtingue plures Caſus, nu.* 12.13.14.15.16.17.18.19. *Declar. nu.* 20.

10 *Hæreditariæ vnius rei capta poſſeſſione, totius hereditatis ex ſecundo decreto adiudicatæ apprehenſa poßeſſio cenſetur.* Contrar. *num.* 22.23.24.*Ampl.num.* 26.

21 Muta, decis.67.num.29.*reijcitur.*

25 Tex. l.reſtitura.ff.ad trebell. *declaratur.*

27 *Poſſeſſio fundi vnius capta, aliorum prædiorum quæ appendices & pertinentiæ eius ſunt, apprehenſa poſſeſſio eſt*

28 *Prædia ſi adeo connexa, & contigua ſunt, vt faciant vnum corpus; ex poſſeſſione vnius, apprehenſa aliorum poſſeſſio eſt, ſecus ſi ſeparata ſint, vel in alio terri torio.*

29 *Refutatio ſi nulla eſt, non transfertur feudi dominium, nec poßeſſio.* Contrar.*nu.*30.*& quando? num.*31.

32 Bart.l.1.§.ſi vir vxori. num.3. ff.de acquir. poſſ. *declaratur.*

33 *Lex ſi reſiſtat, ex actu nullo non transfertur poſſeſſio, nec dominium; vera, aut ficta traditione non obſtante.*

34 *Poſſeſſio ex inſtrumento probatur, quo captam eam fuiße oſtenditur.*

35 *Conſtitutum, etſi fictus ſit actus, veram transfert poſſeſſionem; ſi conſtituti tempore conſtituens poſſidebat.*

36 *Vſufructus reſeruatione, tradita poſſeſſio probatur*

37 *Poſſeſſio probatur ex traditione calami.*

38 *Fructuum perceptione probatur poßeſſio*
Cultura agrorum.
Arborum inciſione.

39 *Poßeſſio apprehenſa dicitur, ſi moniti ſint colori vt refutatario de fructibus, vel penſione reſpondeant.*

40 *Coloni refutantis, ſunt coloni refutatarij*

41 *Officialium creatione probatur poſſeſſio*

42 *Cuſtodibus in feudo poſitis, poſſeſſio eius dicitur, qui eos poſuit.*

43 *Inſiſtentia rei probata,* Refutatarij *poſſeſſio probata dicitur.*

44 *Refutatarius non tenetur ſtare refutantis colono.* Contr.*n.*47.49.*Ampl.n.*55.*Declar.n.*56.57.

45 Reſignatarius *non tenetur ſtare reſignantis colono.* Ratio eſt, *num.*50.51.52.

46 *Succeſſor ex cauſa lucratiua, locationi ſtare non tenetur.* Contrar.*num.*53.

48 *Donatarius an teneatur ſtare donantis colono.*

54 *Fideicommiſſarius tenetur ſtare colono.*

Et poſſeſsione. Et poſſeſsionem. Glos. XIII.

REfutatio feudi (inquit *Thor. in compend. decis. lit.* R. *verſ.* 55.) Quamuis fieri poſſit Agnato abſq; alio Domini
1 conſenſu † erit tamen intelligendum, ſi poſſeſſio ei fuerit tradita, cui facta ſit refutatio, *ex Loffred. conſ.*9.*num.*15.& alijs, quos citat. Proinde mohet illic *Thor.* nec alienaſſe rē videtur, qui eam poſſidet, *arg.l.alienatum.ff.de verb.ſignif.l.*1.*§.hæc autē verba.ff. quod quiſq; iur.Caual.decis.*19.*n.*27.*p.*2.*Curt.iun. conſ.*109.*n.*16. *Tuſc.lit.S. conclus.*261.*dixi, decis.*64.*nu.*46. Addit idcirco Tex. noſter(*& poßeſſionem*) vt ſatis non ſit, ſimplex refutatio, ſed poſſeſſionem in refutatarium

tatium filium transferri neceſſe etiam ſit.
quam ſi Refutatarius non habeat; eam nec
2 acquiret,† niſi corporali facta apprehenſio-
ne, *Glos.l.cum miles.ff.ex quib.cauſ.maior.l.cum
heredes.vbi, Bart.Ias.& Doct.ff.de acquir.poſſeſ.
Alex.Bald.& Ias.num.29.30.31.in l.in ſuis ff.
de liber.& poſthum.latè, Zas.cons.89.num.8.in
1.Miſing.centur.3.obſer.38.Veſemb.cons.6.nu.
49.Gail.lib.2.obſer.152.num.9.Schoner.de feud.
3 lib.1.diſput.5.c.111.* Quod ſi animo † conti-
nuandi, is apprehẽderit, qui aliqua ex cauſa
crederet, eam quandoq; adeptum fuiſſe; ſed
numquam verè fuerat prius aſſecutus, de
nouo ex hoc apprehenſionis actu, poſſeſſi-
nem quęſiſſe videtur, *Bart.& alij, l.3.ff.de ac-
quir.poſſ. Caſſador.decis.2.n.2.de reſeruat.Ruin.
cons.28.nu.11.in 4.Gomez, l.Thaur.45.nu.41.
4 Milanens.decis.1.nu.71.p.p.* neq; ſolo † animo
ſed corpore etiam acquiritur poſſeſſio, *l.3.
§.in amittenda.l.quemadmodum.ff.de acquir.poſ-
ſeſ.Mantic.de tacit.lib.23.tit.19.nu.5.decis.161.
n.2.Caſanat.cons.40.n.5.6.Argel.de acquir.poſſ.
quæſt.4.n.174.quæſt.13.n.12.Anna, alleg.65.n.
9.* & per actus fictos, *Gomez.l.Thaur.45.nu.34
Caſtill.decis.139.nu.4.* Sed ex tunc, verus erit
5 feudi † poſſeſſor, inueſtitura non dum ob-
tenta, *c.1.ſi de feud.fuer.controuerſ.int.maſcul.
& femin.Iacob.à S.Georg.feudal.inueſtit. verb.
ita quod ipſi inueſtiti.num.13.Tuſc.lit.P.conclus.
406.Tiraq.de Morte, in præfact.declar.4.Veſem
bec.cons.41.nu.26.* adeo vt poſſeſſorijs etiam
remedijs contra omnes, (excepto Domino)
vti poſſit, *Gugliel.Benedict.in c.rainutius. verb.
mortuo. num.70.77.de teſtam.* Caſſan. *Burgun.
conſuet.tit.de ſucceſſ.§.1.num 6.Veſemb.cons.41.
num.27.Tiraq.de Morte, in præfact. declar.4.nu.
6 7.& p.4.declar.4.num.28.* neq; enim † ante
traditionem perfecta dicitur alienatio, *l.qui
ſibi. C.de his qui à non domin.manumis.ſunt.Fa-
bian.de empt. & vendit.ad l.2. C. de pact. int.
empt.& vendit.num.82.Poldor.Rip.obſer.342.
num.1.Tiraq.lib.1.retract.§.1.glos.2.num.44.
glos.10.num.144.Menoch.cons.38.nu.31.Rot.
poſt.Pacif.de Saluian.interd.decis.57.num.12.
decis.150.num,18.alios habes in mea decis.80.*
Proinde traditionem requirit refutatio, quę
7 alienationis ſpecies eſt. Qui † vero in rei poſ
ſeſſione eſt, nouam adipiſci non oporter, nec
traditione indiget, *§.interdum.inſtit.de rer. di
uiſ.Ponte, cons.15.n.12.in 1.Schoner.de feud.lib.
1.diſput.5.c.111.* nec poſſeſsionis ſuæ cauſam
mutare tenetur, *l.cum nemo.C.de acquir.poſ-
ſeſ.l.3.§.ex pluribus.§.illud.ff.eod.l.3.§.quod
vulgo.ff.de vſucap.Dec.cons.231.Soc.cons.131.
num 4.in 1.Milanen.decis.17.num.90.p.2.* quæ
poſſeſſionis mutatio, miniſterio legis fit, ſiuè

facto hominis, *Arbill.decis.255.alias,4.de po-
ſſeſ.Dec.cons.400.nu.5.Neniz, cons.80.nu.24.
Mantic.decis.71.n.2.decis.245.n.12.Milanens.
decis.13.num.1.p.p.* ſi nomine ſuo poſſidebat,
Gabr.cons.51.nu.2.in 1.Cornaz.decis.57.n.22.
Secus ſi iure familiaritatis, vel nomine alie-
no, *Gabr.d.cons.51.n.37.38.Surd.decis.224.n.
19.* ſibi contrar. *cons.260.n.22.* Proinde audi
endi non ſunt *Rim.Iun.cons.106.n.24.25.Paſ
ſet.cons.56.n.20.* animi declarationem requi
rentes, vt mutatam poſſeſſionem eſſe conſtet.

Adeptam verò eſſe feudi poſſeſſionem di-
8 xerunt alij, ſi integralem † ſaltem illius par-
tem ingreſſus ſit refutatarius, *Zas.de feud.p.
6.num.29.cons.10.num.6.in 1.Borchol.de feud.
c.7.num.11.Vulte.de feud.lib.1.c.10.num.12.
Schoner, de feud.lib.1.diſput.8.c.16.Tiraq.lib.1.
9 retract.§.36.glos.3.num.2.* Proindè † feudum
ſi ſub ſe plures res contineat, vt plura men
bra ſub vno capite, (facti enim vniuerſitas
eſt feudum, *Ponte, cons.57.num.3.in 1.Roſen-
tall.de feud.c.6.conclus.14.num.1.*) apprehenſa
vnius rei, vel partis, ipſius feudi poſſeſsio-
ne, aliarum rerum, & partium apprehenſa
per conſequens poſſeſsio dicitur, *Iſern.num.
4.Aluarot.col.penul.Prapos.num.9.Afflic.num.
12.in c.1.quid ſit inueſtit.Tiraq.1.retract.§.36.
glos.3.num.19.Peregr.de fideicom.artic.48.nu.
74.Menoch.cons.1279.num.67.68.* Quia ob
ſubiecti vnitatem, totum dicitur acquiſiuiſ-
ſe, *Abb.cons.71.in 2.Menoch.cons.36.num.34.*

Hinc iudicatum in M. R. C. refert, *Mu-
ta, decis.67.num.29.* Quod ſi adiudicato ex
ſecundo decreto, toto Hæreditatis corpo-
10 re, apprehenſa vnius † tantum rei ſit poſſeſ
ſio, omnium aliarum rerum, quę in hęre.
ditate ſunt apprehęſa poſeſſio cenſeatur, *ex
Bart.Ias.Abb.Pereg.& Menoch.* quos citat. *Ad-
do Caſtr.cons.234.in 2.Tuſc.lit.P.conclus.422.
num.3.9.* Quia hæreditas eſt quid vniuerſa-
le, *l.nihil aliud.ff.de verb.ſignif.* Tum quia reſti
tuta ab hærede, fideicommiſſario, vniuerſali,
vna re hære litaria, vniuerſum hæreditatis
ius tranſit in fideicommiſſarium, *l.reſtitu-* 11
ta. ff.ad trebell. vbi ſic notarunt, *Bart. Ar-
1 gel. Imol. Caſtr. Alex. & alij à Surd. cons. 92.
num.23.* Tum quia gerens ſe pro hærede in
vno, videtur ſe geſsiſſe in omnibus, *l.pro hę
rede.l.gerit.ff.de acquir.hered.* in hiſce ergo vni
uerſalibus ſatis eſſe videtur, quem ingredi
poſſeſſionem vnius, vt omnia habet, & ita iu
dicatum alias inquit, *Iſern.in c.1.n.4. verſ.ſed
tradit.Quid ſit inueſt.Thor.compend.decis. lit.P.
verſ.poſſeſſio corporalis. Caſtr.& Tuſc.iam cita-
ti.Maſcard.de probat.conclus.271.nu.11.* & quia
hæreditas vacans videtur interim poſsidere

ex

ex l.1.§.ſcæuola.ff.ſi quis teſtam.liber. per acquiſitionem hæreditatis, concurrente exercitio poſſeſſionis in vna re, omnium quæſitam eſſe poſſeſsionem, Peregr.d.artic.48.num.76. Vt de Rectore, eccleſiæ vel beneficij poſſeſſionem ingrediente, quod rerum omnium eccleſiæ, poſſeſsionem obtinuiſse videatur, nec opus eſt ſingulariter illarum poſſeſsionem adipiſci, Aret.d.l.3.num.8.Bald.l.1.ff.de Offic.Præfect.Auguſt.Tuſc.lit.P.conclus.422.nu.4.Ludouis.decis.54.nu.2.decis.364.nu.1.Tiraq.de morte,p.p.declar.5.Peregr.Tract.Var.lib.3.de poſſeſ.& propriet.nu.109.& d.artic.48.nu.76.Couar.3.reſol.c.16.n.13.Natt.cons.562.n.13.Rot.decis.390.p.p.decis.19.n.7.decis.171.n.2.decis.199.n.6.decis.658.nu.2.p.2.Mantic.decis.105.n.4.Lambert.de iure patron.p.3.lib.2.quæſt.11.artic.9.Marant.de remed.poſſeſ.n.144.Milanens.decis.14.n.77.p.p. Sic eccleſia ſi habeat capellam ſubiectam, aut Ciuitas caſtrū, & quis eccleſię, vel ciuitatis poſſeſsioné nanciſcatur, poſseſsio in Caſtro & capella acquiritur, Capic.decis.1.n.10. Imo infert illic Capic. quod ſi Princeps cauſa acquirendi poſſeſſionem totius Prouinciæ, intret poſſeſsioné Ciuitatis Metropolitanę, ea poſſeſsio quoad membra ſufficiet, Bald.l.1.ff.de offic.perfec.auguſt.Soc.cons.74.in 1.Maran.d.num.244. quia membra caput ſequuntur, Peregr.d.artic.48.num.79.ex l.cum in diuerſis.ff.de religios.c.cum non liceat.de præſcript.

11 Contrar. reſoluit, Roſentall.de feud.c.6.conclus.14. etſi vnum † fundū eo animo ingreſſus ſit, vt ſibi aliorum poſſeſsionem, vel quaſi acquirat, l.1.§.veteres.iuncta,l.prædia.ff.de acquir.poſſ.Alex.cons.70.num.13.in 6.Tiraq.1.retract.§.36.glos.3.num.3.Menoch.adipiſc.poſſeſ.remed.4.n.799.Natt.cons.429.Mſing.cent.3.obſer.39.Neuiz.cons.80.n.13.Zas.cons.10.n.6.& ſingul.intell.lib.2.c.31.ex com.Viui.lib.2.opin.620.Suarez.recep.ſenten.lit.P.n.187.Crauet.cons.258.n.16.Paris.cons.37.nu.17.in 3. aut ſi maior hæreditatis pars forte ſit apprehenſa, Zas.d.cons.10.nu.6.Roſentall.d.conclus.14.nu.3.

Cumq; hoc valde dubium, & anxium ſit, multis apud interpretes controuertitur: vt vix quid certi hac in quæſtione ſtatuerint, Aluarot.num.7.Præpos.num.8.in c.1. Quid ſit inueſt. his negantibus, illis affirmantibus: vt hinc ergo durities, illinc fraus euitetur; Plures caſus diſtinguendos puto.

12 Primus eſt, ſi conceſsum † ſit Caſtrum vel Pagum, vna cum territorio & ſic vna res continet plures, territoriū enim eſt quid vniuerſum, l.territorium.ff.de verb.ſignif. Tunc refutato caſtro, & apprehenſa à refutatario eius poſſeſsione tanquam principalis, aliarum quoq; rerum apprehenſa cenſetur poſſeſſio, Roſentall.d.cōclus.14.lit.G.Peregr.d.lib.3.n.108. ſecus ſi ſeparatæ res ſint, Maſcard.conclus.271.n.9.10. vel in territorio ſeparato. Alciat.rub.ff.de non.oper.nunt.nu.22.Cephal.cons.183.d n.68.cons.458 n.95.Gomez,l.Thaur.45.num.39.Marta,de ſucceſſ.legal.p.3.quæſt.3.artic.2.num.8.

Ampl. I. Vt Caſtri poſſeſsu capto, tanquam capitis, adiacentium feudorum omnium capta videatur poſſeſsio, ex glos.d.l.3.Purpur.cons.498.n.53 Maſcard.d.conclus.271.n.7.8.9.14.Milanens.decis.1.n.79.p.p. & capta Caſtri poſſeſsione, totius Marchionatus capta, poſſeſsi erit, Milanens.decis.3.n.235.236.p.p.Muta,c.volentes.28.num.243.Bertaz.crim.cons.366.nu.2.3.Peregr.d.num.108.Raudens,cons.2 num.244.245.in 2.

Secundus caſus eſt, ſi ſub principali feu-
13 do, † putà ſi cum Caſtro, vel Pago, (tanquam videlicet Pars eius) diuerſa prædia, ſiue diſtincti agri in feudum conceſsi fuerint, & filio refutauerit patet: Siquidem vnius, vel plurium agrorum, non ipſius Caſtri, vel Pagi, refutatarius poſſeſsionem nactus, fuerit. Tunc neq; Caſtri, vel Pagi, nec cæterorum Agrorum poſſeſsio ab eo quæſita cenſetur, argum.l.ex pupillari.& ibi, Ias.ff.de vulg.& pupill.l.quod per manus.ff.de iur.codicil. reſoluit Schrader.de feud.p.5.c.2.Vult.de feud.lib.1.c.10.num.12. Neq; enim ſub membro vno, caput, aut reliqua, continentur, Roſentall.d.conclus.14.lit.E.Tiraq.lib.1.§.36.glos.3.num.3.ex Zas.quem citat, de feud.p.6.num.29. Proinde capta bonorum Eccleſiæ poſſeſsione ipſius eccleſiæ capta poſſeſsio, non dicitur, Mantic.decis.105.nu.4.Ludouis.Rot.decis.364.num.6. quia acceſsorium non trahit ad ſe principale, Decian.cons.21.nu.10.in 4.Surd.decis.192.num.4.5.Mantic.decis.105.nu.5. & licet, idem, Tiraq.d.§.36.glos.3.n.11. aliud velle videatur, innitens, Iſern. autoritati, d.c.1.num.4.Quid ſit inueſt. Eundem tamen Tiraq. accipiendum voluit, Roſentall. in Scholijs, d.conclus.14.lit.E. in caſu totius ex partibus integrantibus conſtantis, idem Roſentall. repetit, lit.G. nec relatæ ab Iſern deciſioni adhærendum à Tiraq. erat, quia eam improbat illic, Iſern. & malè iudicatum addunt, Peregr.d.art.48.nu.77.ex com.Viui.d.opin.620. qui contrarijs argumentis minutim reſpondet.

Tertius Caſus eſt, ſi ſub principali feu-
14 do, † cum Caſtro nempè, vel Pago, tanquam videlicet pars eius, diuerſa prædia ſiue diſtincti agri in feudum fuerint conceſſi

&

Digitized by Google

& filio refutauerit pater, ſi quidem ipſius Pagi, vel Caſtri poſſeſſionem refutatarius acceperit, omnium etiam agrorum, & prædiorum, quæ ad Caſtrum, vel Pagum pertinent, poſſeſſionem accepiſſe cēſetur, cum ſint partes totius vniuerſalis, *Bart. Alex. & Ias. in l. 3. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. fin. ff. de Conſtit. Princip. Iſern. num. 4. Præpoſ. num. 8. Afflic. nu. 12. in c. 1. Quid ſit inueſt.* plenè ediſſerit in term. *Zaſ. de fed. p. 6. num. 20. 29. conſ. 10. nu. 6. Vulte. de feud. lib. 1. c. 10. num. 12. Peregr. d. artic. 48. nu. 74. Tiraq. d. gloſ. 3. nu. 2. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 8. c. 16. Siluan. conſ. 58. nu. 7. Bertaz. crim. cons. 366. n. 2. 3. Muta, Feder. Reg. c. 28. volentes. num. 244. Milanens. deciſ. 3. num. 235. 236. p. p. Menoch. cons. 1279. num. 67. 68. Gomez. l. Thaur. 45. num. 39. Medic. de acquir. poſſ. p. 2. gloſ. 1. num. 22. Schrader. d. nu. 25. Borcholt. de feud. p. p. c. 7. num. 11. Roſentall. d. conclus. 14. in ſcholijs, lit. G.* Imo capta poſſeſſione de parte Caſtri, totius videtur capta poſſeſſio, *Peregr. d. artic. 48. n. 74. Bertaz. d. n. 3.* ratione indiuidui, *Menoch. conſ. 36. nu. 34. Maſcard. concluſ. 271. num. 14. Raudens. conſ. 2. num. 244. 245. in 2.* Proinde à *Surd. conſ. 135. num. 63. & infra.* reprehendendi non erant *Zaſ. de feud. p. 6. num. 20. & Siluan cons. 58. nu. 7.* quia loquuntur ipſi in Caſtro, Pago, & feudo, plures ſub ſe fundos continente, tamquam partes totius vniuerſitatis: Sunt vni, plures illi fundi ad conſtituendum feudum, Caſtrum, & Pagum, connexi, vſq; adeo vt eiuſdem ſint ſpeciei, *Medic. d. num. 22.* non diuerſæ, ſi vno præſertim, & non diuerſo nomine nuncupentur, *Gomez. l. Thaur. 45. nu. 39.*

15 Quartus caſus eſt, ſi vnius fundi † ſit feudum, quod pater filio refutauit. Tunc ſi integralem Feudi partem refutatarius fuerit ingreſſus, totius feudi poſſeſſionem acquiſiuit, *l. 3. vers. quod autem. ff. de acquir. poſſes. Afflic. in Conſtit. Præſes prouintiæ. nu. 4. rub. 53. lib. 1. Milanens d. decis. 14. nu. 77. Molin. de primog. lib. 4. c. 2. num. 22. Tuſc. lit. P. conclus. 422. num. 1. Gomez. l. Thaur. 45. num. 35. Rebuff. ad Gall. Conſtit. tit. de mater poſſeſſ. num. 75. Gratian. diſcept. 910. num. 3. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 8. c. 16. Muta, c. 28. volentes. num. 243. Paris. cons. 107. num. 13. in 1. Paſet. cons. 15. cons. 16. Medic. de acquir. poſſ. p. 2. glos. 1. num. 22. Schrader. d. num. 25.* vt neceſſe non ſit per omnes eius partes deambulare, *latè Gomez d. n. 35.* Cum enim fundus ſit vnus, indiuiſus, & continuus, nec habeat partes diſtinctas, & ſeparatas, Ratione vtilitatis, & neceſsitatis inductum eſt, vt ſufficiat quamlibet feudi partem ingredi, *Doct. d. l. 3. Tuſc. d. conclus. 422. nu. 7. Medic. d. nu. 22.* niſi alia pars ab aliquo detineatur, *ad tex. d. l. 3. Vbi, Bart. Aret. Ias. Imol. Caſtr. Alex. num. 19. 28. & Omnes. Peregr. de fideicomm. artic. 48. num. 73.* Ob id ex alijs infert, inibi, *Peregr. num. 74.* capta poſſeſsione de parte Palatij continente plures cameras, & plures partes, omnium partium poſſeſsio accepta videtur, *ex Alex. d. l. 3. nu. 27. Muta, Feder. Reg. c. 28. volentes. num. 244. Paris. cons. 107. num. 13. in 1. Paſet. cons. 15. cons. 16. num. 1. 8. Cornaz. decis. 153. num. 2.* & domorum quæ contigua Palatio ſunt, eiq; deſeruiunt, *Milanens. decis. 14. num. 70. p. p.* & accepto domus poſſeſſu; mobilium quoq; in ea contentorum videbitur acceptus, *Bald. l. de his. C. de furt. Alex. num. 27. Aret. num. 8. 9. Ias. nu. 33. in d. l. 3. Peregr. d. lib. 3. n. 108. & d. artic. 48. nu. 75.* imo ſi Caſtri pars fuerit apprehenſa, totius Caſti quæſita poſſeſsio videretur, *Alex. d. l. 3. num. 28. Natt. cons. 429. Milanens. decis. 3. num. 236. p. p. Muta, d. c. 28. volentes. num. 243.* Porrò ſi gratia commodioris culturæ diuiſum ſit feudum, apprehenſa tamen partis feudi poſſeſsione, totius feudi poſſeſsio refutatario acquiſita dicetur, *ad tex. l. Caius. §. 1. ff. de legat. 2. Peregr. d. artic. 48. nu. 78. Schrader. d. nu. 25. Gomez. d. l. Thaur. 45. num. 38.* niſi aliquo magno & notabili ſigno ſit diuiſum, quia nempè pars fundi eſſet variata, & confirmata magno aliquo ædificio, *Gomez. d. l. Thaur. 45. num. 39.*

16 Quintus Caſus, eſt ſi plures res † ſiue prędia diſtincta, & ſeparata, fuerint per ſe in feudum conceſsa, per apprehenſionem vnius prædij, aliorum poſseſsio minimè acquiritur, *Glos. Bart. nu. 4. Alex. nu. 21. Ias. n. 3. l. 3. in princ. ff de acquir. poſſ. ff. arg. l. 1. §. veteres. l. prædia. ff eod. Caſtr. cons. 234. in 2. Schrader. de feud p. 5. c. 2. num. 25. Tuſc. d. conclus. 422. num. 10. Mantic. decis. 105 num. 6. decis. 227. num. 8. Peregr. tract. Var. lib. 3. de poſſeſſ. & propriet. num. 108. Tiraq. lib. 1. retract. §. 36. glos. 3. nu. 2. Maſcard. conclus. 271. num. 8. Molin. d. c. 2. num. 23.* ſecus ſi contigua & connexa omnia ſint, vt faciant vnum corpus, *Muta, Feder. Reg. c. 28. volentes. num 244. Peregr. d. num. 108. Maſcard. conclus. 271. num. 14. Manent. decis. 37. num. 6.* maximè ſi vno, non autem diuerſo nomine nuncupentur, *Gomez. l. Thaur. 45. num. 39.*

17 Sextus caſus eſt, ſi plura feuda † diuerſa, in vna inueſtitura fuerint conceſſa, quæ pater filio refutaret: Tunc apprehenſa vnius poſseſsione, aliorum feudorum poſseſsio apprehenſa nec eſt, *Surd. cons. 135. num. 63. 64. & infra. Roſentall. de feud. c. 6. conclus. 14. in Scholijs. lit. G. Manent. decis. 37. num. 6. Natt. cons.*

446.num.1.Gomez.l.Thaur.45.num.38.Muta, d.num.244.Maſcard.d.concluſ.271. num. 8.9. 10.Hinc dicimus poſſeſſionem vnius rei particularis, ad alteram non extendi, Raudenſ. conſ.2.num. 245.conſ.3. num.6.in 2. Maſcard. concluſ 271.n.7.8.9.13. Quæ ſi locentur tanquam diuerſa, nec res vna ad alterius vſum eſt deſtinata, ſepatata omnia eſſe concludit, Ruin.conſ.156. num.10.in 3. Surd. conſ. 207. num.12. Maſcard.concluſ.1154.nu.45.Milanenſ. deciſ.14.num.71.p.p.

18 Septimus caſus eſt, ſi ſit Caſtrum † Turris, ſeu domus aliqua, in quam forte ex aliquot prediis, aut feudis, reditus Patriſam. ſolui erat ſolitum: qui Caſtri huius poſſeſſionē apprehendit, cæterorum etiam fundorum aut prædiorum poſſeſſionem adeptus dicitur, ſi planè conſtet, cætera prædia tanquam indubitatas appendices, & pertinentias ſemper fuiſſe, vel a Patreſam. habitas, vel tantò tempore, vt vſum eorum eò plane deſtinaſſe eum, dubium non ſit: licet non ſint propriè loquendo partes integrantes ipſius Caſtri, quod integrum manet, & per ſe ſubſiſtet, Cæteris prædiis ſeruientibus ablatis, Medic. de acquir.poſſ.p.2.gloſ.1.num 27.Tiraq. lib.1.retract.§.36.gloſ.3.num.3. & ita indicatum refert, Roſentall.de feud.c.6.concluſ. 14. in Scholijs, lit.G. quia vnum prædium ſub alio contineri & aliquid de appendicibus aut pertinentijs rei eſſe, vſus & deſtinatio patriſfam. plerumq; facit, arg.l.predijs.§.qui domum.ff.de legat.3. l.locus.ibi, non etiam.ff. de Verb.ſignif.c.cum ad ſedem de reſtit.ſpoliat.

19 Octauus Caſus eſt, ſi de Iuriſdictione † agatur, vel alia re incorporali, eo ipſo, quod vnicum iuriſdictionis actum refutatarius exerceat, totius illius iuriſdictionis quaſi poſſeſſionem acquiret, arg.l.ſi ſtillicidij.§.fin.ff. quemad.ſeruit.amitt.edocuit Bart. & Iaſ. in l. 3. ff. de acquir.poſſeſ.c.1.& ibi, Abb. de relig. domib. Abb.num.23.Rip.num. 63.Bero. nu. 12.c. cum eccleſia. de cauſ. poſſeſ. & propr. late Ruin. conſ.109.num. 9.in 5.Cranc.conſ.124. num. 3. Roland.conſ.47.num.27.in 1.Burſ.conſ.343.nu. 94.Schrader.de feud.p.5.c.2.ſub num.25.Zanar. conſ. 32. Roſentall. de feud.c. 6.concluſ. 14. in Scholijs.lit.G.Gomez.l.Thaur.45.nu.42.Tuſc. lit.P.concluſ.421.n.7.8.concluſ.422.n.1.2.lit.I. concluſ.560.Surd.conſ.323.n.44.46.conſ.390. num.37.conſ.429.nu.43.Maſcard.concluſ.146, num.6.concluſ. 1050.concluſ.1214.nu.4.Natt. conſ.675.num.6.plenè edifferit, Peregr.Tract. var.lib.3.de poſſeſ.& propr.a num. 108. Petra, de fideicomm.quæſt.12.num.173. ſi illi officio conueniat actus, ex Bald.l.2.num.15.C.de ſeruit.& aqua. Maur. alleg. 45.num. 1.p.p. Natt. conſ.636.num.125.131. Verum quod apprehenſa poſſeſſione Caſtri, ab eo qui habebat iuriſdictionem, quam is voluit in me transferre, acquiro omnem iuriſdictionem etiam in cohęrentibus ad Caſtrum, Alex.l.3.num. 22.ff.de acquir.poſſ.Maſcard.concluſ.271.num. 11. Idem dicimus in eo qui eſt in quaſi poſſeſſione exercendi vnum actum, nam extenditur ad omnes alios actus qui ſub eadem iuris ſpecie, includi poſſunt, ex Soc.conſ.111. num.4.in 1. Maran.de multipl. alien.num. 244. videndus tamen eſt, Peregr.d.lib.3. de poß. & propr.d.num.103.

20 Hæc tamen ita demum vera ſunt † ſi nemo alius præter refutantem in poſſeſſione feudi ſit, nam refutatarius eius poſſeſſionem non pro maiori parte, quam ſi eam vacuam ingreſſus eſt, acquiret, l. quod meo. §.ſi dum in alia. vbi, Bart. & alii. ff.de acquir. poſſ. Gloſ.& Doct.in l.poſſideri. ff.eod.Bart.l.1.§.ſi quis ff.de itin.actuq; priuat.Zaſ.de feud.p.6.num.29.conſ. 10.num.7.in 1.Caſtr.conſ.4.in fin.vol.2.Schrader.de feud.p.5.c.2.num.25.ad fin.Tiraq. lib.1. retract.§.36.gloſ.3.num.12. Tuſc.lit.P.concluſ. 422.num.6. copioſius, Ludouis. deciſ.54.num. 3.deciſ.364.num.6.Veſemb.conſ.1.num.51.Peregr.de fideicom.artic.48.num.73.Montier.deciſ. 50.num.16. Roſentall.de feud. c.6. concluſ. 14. num.6.Rot.deciſ.171.num.3.p.2.deciſ.322.nu. 3.p.p.Caualc.deciſ.33.num.26.p.2.

21 Ex his audiendus † non eſt, Muta, deciſ. 67.nu.29. Vt adiudicato, Licitatori ex ſecundo decreto, toto corpore hæreditatis, & apprehenſa vnius tantum rei hæreditariæ, poſſeſſione, omnium aliarum rerum apprehenſa poſſeſſio ſit; Quia contrarium probat Gloſ.verb.quamlibet.communiter recepta, in l. 3.vbi Iaſ.& Alex.ff.de acqu.poſſ. Imo ex apprehenſione aliquarum rerum hæreditariarum, aliæ res, quæ non eſſent apprehenſæ poſſideri nec cenſentur, ex comm. Viui.opin.620. Roſentall.de feud.c.61.concluſ.14.num.2.3. optimè, Gomez.l.Thaur.45.ſub num.38.39.Peregr.tract.var.lib.3.de poßeſ.& propriet.num 108. quamuis omnes res eodem iure regerentur, Surd. conſ. 160. num. 12. Bero. conſ. 47.num. 30.in 3.

Non obſtat, Mut.d nu.29. citaſſe, in ſui ſententiam, Bart. & Iaſ. num.34. in d.l. 3. Abb. Menoch. & Peregr. Quia vel eos Muta, non legit, vel in eorum intellectu lapſus eſt, cum
22 ſtræ opinioni † potius aduerſentur, quam illi faueant: loquuntur, Abb. & Menoch. in ſubiecti vnitate, ſed res hereditariæ vnitæ non ſunt: Peregr. nedum contrarium defendit, ſed

Aduerſantium obiectis reſpondet, eaq; im-
probat, reijcit, damnat: *Bart.* deniq; & *Iaſ.*
meam potius confirmant ſententiam, Vt mi-
rum ſane ſit, M. R. C. iudices, viros alioquin
clariſſimæ eruditionis, acerrimi iudicij, &
ſummi candoris, contrarium iudicauerint.
23 Reſpon. II. Aliter loquutum † fuiſſe *Mu-*
tam. ad Feder. Reg. c. 28. volentes. num. 244. Aſ-
ſerens, in ijs, quæ eiuſdem ſpeciei non ſunt
cum re, cuius apprehenſa eſt poſseſſio, ſed
alterius ſunt ſpeciei, nec concurrerent ad
faciendum vnum totum: Tunc capto vnius
corporis poſſeſſu, alterius, vel aliorum ca-
pta poſſeſſio non videtur, *ex Bart. Alex. Iaſ.*
Salic. Specul. Natt. Surd. & aliis, quos citat illic
Muta, addo *Caual. decis. 33 n. 26. p. 2.* atqui res
hæreditariæ, corpora ſunt ſeparata, *ex Peregr.*
d. artic. 48. n. 78. licet hæreditas, ius ſit vniuer
ſale, *l. nihil aliud. ff. de Verb. ſignif.* ergo.
24 Reſpon. III. Multum intereſt † inter poſ
ſeſſionem, & ius hæreditarium, Vnius enim
rei hæreditariæ ingreſſus, operatur quidem,
vt vniuerſum hæreditarium ius quæſitum vi
deatur, *l. pro hærede. l. gerit. ff. de acquir. hæredit.*
Marta, vot. 66. num. 15. Sed vbi plures ſunt res
alicui debitæ ex ſucceſſione, aut contractu,
ſatis non eſt, vnius adipiſci poſſeſſionem pro
omnibus; ſed omnium ſingulariter cupien-
da poſſeſsio eſt, cuius adeptio factum deſide
rat, *l. quemadmodum. ff. de acquir. poſſ.* & ita re-
ſpondet, *Caual. decis. 33. n. 25. p. 2. Peregr. d. art.*
48. num. 72. 73. 77. 78. vbi, contraria impro-
bat argumenta.

Non obſtat, *Tex. l. reſtituta. ff. ad Senat. Con-*
ſult. Trebell. ibi, vel totas, vel aliquas earum, hac
mente, vt vellet reſtituere. Quem *Tex.* ad hoc
25 perbellè notant † *Glos. Bart. & Doct.* omnes,
& in l. 3. ff. de acquir. poſſ. aſſerentes. Quod
quando non agitur de poſſeſsionis appre-
henſione, Sed de alterius iuris acquiſitione,
vnius rei hæreditariæ poſſeſſio, operatur il-
lius iuris acquiſitionem, quoad alias: ſi eo a-
nimo facta fuit, vt ex illo iure poſſeſſio quoad
omnia acquireretur, *Molin. de primog. lib. 4. c.*
2. nu. 26. Peregr. d. art. 48. n. 78. optimè *Gomez.*
d. l. Thaur. 45. ſub n. 35. etſi aliter *Surd.* dixerit,
cons. 92. n. 23. Atqui contentio noſtra de poſ
ſeſſione ipſa eſt, Vnius ergo rei ſi apprehenſa
poſſeſſio fuerit, aliarum non videtur capta,
videndus, *Molin. d. c. 2. num. 28.*
26 Ampl. I. Etſi immittentis & miſſi intentio
fuerit, vt vnius rei ingreſſu aliarum rerum
ſibi poſseſsionem, vel quaſi, acquirere, *ex-*
comm. Viui. opin. 620. nu. 1. Peregr. de fideicom.
artic. 48. num. 77. Roſentall. d. conclus. 14. num.
8. Molin. de primogen. lib. 4. c. 2. num. 28. Idem
quoq; eſt, ſi maior hæreditatis pars ab eo
fuerit apprehenſa, *Roſentall. d. num. 3.* quia,
poſseſſio cum magis facti ſit, plus quàm fa-
cto ipſo apprehenſum, poſſideri non poteſt,
Roſentall. d. conclus. 14. num. 4.
27 Cæterum ſi fundi illius † appendices, &
pertinentiæ ſint alia prædia, ex inueterato
Patrisfam. vſu, ac deſtinatione, poſseſſio om
nium apprehenſa dicitur, quamuis membra,
vel partes integrantes ipſius fundi, non ſint
Roſentall. in Scholijs ad d. conclus. 14. lit. G. quia,
vnum prædium ſub alio contineri, & ali-
quid de appendicibus, aut pertinentijs rei
eſse, vſus, & deſtinatio patrisfamilias plerum-
què facit, argum. *l. prædijs. §. qui domum ff. de*
legat. 3. Roſentall. loc. nuper. citat. Tiraq. lib. 1. re
tra. 7. §. 36. glos. 3. nu. 11. Vel ſi bona ita conti-
28 gua † ſint, & connexa, vt faciant vnum cor-
pus, ſecus ſi diſtincta & ſaparata ſint, *Ma-*
nent. decis. 37. num. 6. Gomez. l. Thaur. 45. ſub
nu. 39. Muta, d. nu. 244. vel in alio etiam terri
torio, *Alciat. rub. ff. de noui. oper. nunt. nu. 22. Ce*
phal. cons. 183. num. 67. Marta, de ſucceſſ. p. 3.
quæſt. 3. artic. 2. num 8. 9.

Hæc itaq; opinio ſuis caſibus digeſta, ſe-
quenda nobis eſt, Quę tamen in tanta, quan
ta modo audiſtis Autorum contentione, &
diſsenſione, plurimi facienda ſanè eſt.

Sed & illam vuulgarem quæſtionem non
29 omittamus: ſi nulla ſit refutatio, † An et
ea in refutatarium transferatur poſseſsio?
Qua in re nullum transferri dominium di-
xerunt Alij, *ad tex. l. filiusfam. §. diui. ff. de le-*
gat. 1. l. peto. §. fratre. l. cum pater. §. libertis. ff. de
legat. 2. l. ſi in emptione. ff. de minor. l. lex quæ tu-
tores. C. de admin. tut. Peguer. decis. 158. num. 4.
Decian. cons. 23. num. 19. in 4. Peregr. cons. 82. n.
3. in 4. Nec poſseſſio, *Alex. cons. 69. num. 14.*
in 5. Palat. Rubios. *in rub. de donat. int. vir. &*
uxor. §. 76. num. 62. Anna, alleg. 1. num. 27. alleg.
65. nu. 38. 41. Petr. Gregor. de iudic. caus. feudal.
quæſt. 18. num. 9. Oſaſc. decis. 34. per tot. Franc. de
cis. 204. num. 26. Menoch. cons. 1095. nu. 6. 7. 18.
Valenzuol. cons. 32. num. 35. Tuſc. lit. D. conclus.
604. num 9. Mexia, ad l. Tolet. p. 2. fundam. 5.
num. 11. Sicut nec ex inutili contractu, *Glos.*
l. 1. §. ſi vir Uxori. verb. poſſeſſionem. ff. de acquir.
poſſ. & ibi, Bart. n. 3. quem ferè Omnes ſequun
tur, *ex Turret. cons. 37. num. 12. in 1. Caball. cons.*
144. nu. 57. in 1. Tuſc. d. concluſ. 604. nu. 6.
30 Contrar. Imo ex inutili † contractu ne-
dum tranferri dominium inquit, *Marta, de-*
cis. 202. num. 3. Sed rei poſseſſionem, *Bart.*
l. emptor. num. 1. ff. de aqu. pluu. arcend. Aloys.
Leo, l. 1. num. 4. C. de ſuffrag. Rot. decis. 1. num.
4. de Conſuet. in antiq. & decis. 519. num. 2. decis.
612.

*612. num. 2. p.p. Abb. cons.*100.*in* 1.*ex comm. Turret.cons.*37. *num.* 11.*in* 1. *Perus. decis. poſt Turret.cons.vol.*2.*num.*45.*Tepat. Variar.lib.*2. *tit. de acquir.poſſ.col.* 2.*comm.* Plot.de in lit. *Iuran.* §.6.*num.* 18.*Tiraq.de iur.conſtit. p.*3.*limit.* 7.*Ludouic.Perus.decis.* 29.*num.*32.*Tuſc. lit. P. conclus.*425.*num.* 1. *Oſaſc. decis.*34.*num.*7.25. *Seraph.decis.*135.*num.*2.*decis.*1200.*num.*3. *Seſſe, decis.*25.*num.*75.*Gratian. diſcept.*704.*num.* 21.*Bero.cons.*87.*num.* 2.*in* 1. *cons.*53.*num.* 14. *in* 3.*Raudens.cons.*17.*p.*4.*num.*39.*in* 1.*Peregr. Tract.Var. lib.*3.*de poſſeſ.& propriet.num.*148. *Garz.de benefic.p.*11.*c.*3.*nu.*324.*Rouit. pragm.* 1.*num.*18.*de priuileg.vniuerſ.*Macerat.*lib.* 1.*reſol.*108.*num.*46.*Coſta.de rat. port.quæſt.*71.*nu.* 7.*Azeued.l.*2.*num.*55.56.*tit.*3.*lib.*5.*recop. Pute.decis.*276.*num.*5.*p.*3.*Bec.cons.*25.*num.*6. Sequi ita tamen traditione, *d.* §*ſi vir vxori. ibi, pleriq; putant poſſidere eam.* Comprobat, *latè Gomez.l.Thaur.*45.*num.*23. *Peregr.d.nu.* 148. *Veſemb.cons.*73.*num.*85.*in* 2.*Seſſe,decis.*29 *nu.* 21.*Surd.cons.*528.*num.*26.*Honded.cons.*20.*n.* 40.*cons.* 23. *num.*10.*in* 1. *cons.* 23.*num.*6.*in* 2.

31 Nam ſi contractus † nullus, immediata eſt poſſeſſionis cauſa, ex inutili contractu illa non transfertur, & vitiato contractu, vitiatur etiam actus translatiuus poſſeſſionis, *ex Bald.num.*18.*Ias.num.*55.*l.non dubium.ff.de leg. Alex.l.ſi aliquam rem. num.*13.*ff.de acquir.poſſeſ.Grat.cons.*90.*num.*18.*in* 1.*Anna, alleg.* 1.*nu.* 31. *Tiraq.d.limit.*7.*num.*24.Sed quando poſſeſſio non acquiritur immediatè ex ipſo contractu, ſed mediantè traditione; Tunc ex inutili contractu transfertur poſſeſſio,& ita accipiendus eſt, *tex.d.*§.*ſi vir vxori.ex mente, Doct.in d.loc.Ponte.decis.*39.*num.* 39. *Honded. cons.*23.*num.*26.*in* 1.Secus ſi ficta ſit traditio ex conſtituto, *Bart.& alij, d.* §.*ſi vir vxori. Petr.Gregor.de iudic.cauſ.feud.quæſt.*18.*num.*9. *Oſaſc.decis.*34.*num.*8.*Schrader.de feud.p.*9.*c.*1. *num.*35. plenè, *Tiraq.d.limit.*7.*num.* 40. *Tuſc. d.conclus.*425.*num.*7.*Honded.d.cons.*23.*nu.*25. *Bero.cons.*202.*num.* 15.35.*in* 1.*cons.* 69. *num.* 3.*cons.*46.*num.*4.*in* 3.*Seſſe, decis.*29.*num.* 23. *Burſ.cons.*140.*num.*18.Niſi inter patrem & filium, *Intrigl.decis.*14.*num.*19.Proinde, & ſi regula iuris ſit, neminem poſſidere poſſe feuda ſine iuſto, & legitimo titulo, ſi tamen in feudi poſſeſſione quis ſit, ſine legitimo titulo, vel titulum habeat vitioſum vitio etiam viſibili, ſpoliari ſua poſſeſſione minime poteſt, *Molfes.cons.*45.*nu.*80.

Non obſtat quod inquit, *Bart.d.*§.*ſi vir vxo.*
31 *nu.*3, quia eius opinio procedit, ſi ille qui poſſeſſionem trasfert animum transferendi non habebat, ſic de pupillo, & infante, *Peregr. Tract.Var.lib.*3.*de poſſeſ.& propr.num.*148. vt de pupillo & alijs, *Bart.& Doct.* inibi loquuntur; ſecus eſt, ſi potuit, & voluit transferre, vt declarant Omnes, *in d.*§.*ſi vir vxori.* & conſpicuè probat, *Turret.cons.*37. *num.* 13.*in* 1.*Honded.cons.*23. *num.* 28.*in* 1.*cons.* 18.*num.* 45.*cons.*23.*num.*6.*in* 2.

33 Verum accipienda hæc ſunt † niſi lex reſiſtat, *Tuſc.lit.P.conclus.*425.*num.*5.8.*Honded. cons.*23.*num.*36.*in* 1. vbi enim contractus eſt nullus & contra legem prohibentem factus dominium nec in eccleſiam tranſit etiam per veram traditionem, *Celſ. Hug.cons.* 115. *num.*3. eò minus per fictam, *Manent. de contract.liuell.pact.*4.*num.*7.

Ex his illud Nobis deducere licet, Qui ſint iuris actus, quibus à Refutante translata, & à Refutatario apprehenſa refutati feudi poſseſio cenſeatur? Qua in re, Plura ſummè difficilia, atq; vſu frequentia dicenda ſe ſe offerunt.

34 Primo, ex inſtrumento captæ iam † poſſeſſionis, Vera probatur Refutatarij poſſeſſio, *Bart. l.*2.*num.*4. *C.de acquir. poſſeſ. Bald.l. fin.num.*47.*C.de edict.diui Adrian. Intrigl.deciſ.* 35.*num.* 18.*Mantic.deciſ.*46.*num.* 3.*Surd.cons.* 160.*nu.*1.*Honded.cons.*86.*nu.*28.*in* 2.*Maſcard. conclus.* 1184.*nu.*13.*Turret.cons.*4.*nu.* 11. *cons.* 86.*nu.*48.*in* 1.*Raudens.cons.*25.*nu.* 25.*in* 2. Si ad eam iuſtificandam concurrat etiã titulus *Bart.& alij,l.ſi duo.ff.vti poſſid.Faber.*§. *retinendæ.num.*37.*Inſtit.de interd.Ruin. cons* 53.*num.* 4.*in* 1. *Crauet. cons.* 258. *num.* 20. *Paris. cons.* 107.*num.*8.*in* 1. *Neuiz.cons.*79.*num.*30.*conſ.* 80.*num.*14.*cons.*82.*num.*13.*Cephal.cons.*4. *nu.* 5.*Milanens.decis.*3.*nu.*147.*p.p.Bott.cons.* 106. *num.*42.*Menoch. retinend.poſſeſ.remed.* 3.*num.* 733.ac per ſolum ingreſſum acquiritur poſſeſſio, ſi conſtet quod fiat animo poſſidendi, *Menoch.retinen.poſſeſ.remed.*3.*num.* 561. 562. *Gratian.diſcept.*615.*num.*36.& per inſtrumentum de ingreſſu, *Petr.de fideicomm.quæſt.*12. *num.*39.

35 II. Ex claus. Conſtituti † in refutationis inſtrumento adiecta, *l.quod meo.l.quamuis.*§. 1.*ff.de acquir.poſſeſ.l.quadam.ff.de reiuend. Vrſill.ad Afflic.decis.* 280.*nu.*2.*Pacian.cons.*131.*n.* 3.*Tiraq.de conſtit.p.*2.*ampl.* 1.*num.*2. *Capic.decis.*14.*num.*10.*Surd.cons.*73.*num.*44.*cons.*433. *num.*39.*Oſaſc.decis.*133.*num.*6.*Neuiz.cons.*88. *num.*13.*Argel.de acquir.poſſeſ.quæſt.* 3.*nu.*830. *Soc.iun.cons.*42.*num.* 12.*in* 2.*Bertaz.ciuil.cons.* 53.*num.*4.*Bolognet.cons.*6.*num.*17.*cons.*7.*num.* 55.*Canal.de vſufr.num.* 260. *Mantic.decis.*33. *num.*13.*decis.*37.*num.*1. *Intrigl.decis.* 14.*num.* 7.9.*Tuſc.lit.P.conclus.*424.*num.*3.*Sacc.cons.*5.

X 2 nu.23.

num.27.Sfort.cons.22.nu.5.Menoch.cons.139.num.24.Carot.decis.3.num.10. Aldouin. cons.56.num.22. Turret.cons.48.nu.5.in 1.cons.93.n.12.in 2.Sotomay. controuerſ. 35.nu.42.lib.4. Molin.de *primog. lib.3.c.13.num.3. libr.4.c.2.num.*5.& nedum ciuilis,ſed naturalis etiam, *Sacca,cons.31.num.4.Ludouic. Perus, decis. 50.num.60.*licet modus ſit fictus, *Bart. num.70. Ias.num. 396. Aquilin.num.180.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.& l.non ſolum §.morte.nu.266.ff.de nou. oper.nunt.* Dec. *l.contractus.ff.de reg.iur.Carot.decis.3.nu.2.Tiraq.d.ampl.1.nu.1.2.3.Intrigl.decis.14.nu.9. Sotomay.d.nu.42.allos congeſſi in Decis.112.nu.11.*Sed hoc verum ſi conſtituens conſtituti tempore,ſuo nomine poſſideret, *Glos. Angel. Alex.& Reliqui, in l.quamuis. §.ſi conductor. ff. de acquir. poſſ. Afflic. decis.335. Alex. cons. 161.in 6. Dec.cons.246.nu.3. Tuſc.lit.P.conclus.406.nu.46.* Rim. *iun cons.802.nu.10.*

36 III. Ex reſeruatione vſusfructus † vera dicitur tranſlata feudi poſſeſſio: At dominio retento; ſecus eſt, *l. quiſquis. C. de donat. Glos.& Doct.ff.de acquir.poſſeſ.Corn. cons.110.in 4.Bertrand.cons.276 in 1.Neuiz.cons. 82.nu.19.Medic.de acquir.poſſ.p.2.glos.1.n.17.Gomez, l.Thaur.45.nu.63.64.65. Guttier. lib.3.pract. quæſt.65.nu.5.Sotomay.d. controuerſ.35.nu.41. Tiraq.de Conſtit.limit.1.nu 4.Tuſc.lit.P.conclus.424.num.1.9.Intrigl.decis.35.num.27.28.Maſcard.de probat.conclus.1188. num.1. Menoch.cons.1095.num.8. Molin. de primog. lib. 4.c.2.num.9.* Et licet duo inſolidum poſſidere non poſſint, *l. 3.§. ex contrario.ff. de acquir. poſſ. l. duo inſolidum. ff. de precar. l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum. ff.commod.Socc.cons. 131.num.8.in 1.Maſcard.de probat.conclus.298 num.11.conclus.793.num.8.Gratian.diſcept.700.nu.47.Intrigl.decis.35.num.14.Sacca,cons.46.num.4.Mantic.decis.30.num.1.Peregr.Tract.Var lib.3.de poſſ.& propriet. num.152.* Diuerſis tamen reſpectibus,Proprietarius,& vſusfructuarius rectè poſſident, *d.§.ex contrario.& ibi,* Doct. *Fab.Anna.cons.39.num.11.*

37 IV. Ex traditione calami † à Notario, & per fuſtem veræ traditionis,& Poſſeſſionis effectum habente, *Barb.cons.18.num.23.in 2.* Tuſc.lit.C.*conclus.785.Gabr.cons.51. num. 5.in 1.Menoch cons.443.num.12.Surd cons 221.nu.16.cons.481.num.6.*Vel ſi ſcripturæ traditio interueniat, *Medic.d.glos.1.num.15. Gratian. diſcept.910. nu.2.29.*Molin.de *primog.lib.4.c.2.n.10.*Sed coram notario,*nu.12.*vel ex traditione Clauium, *latè Tuſc. lit.P.conclus.407.Maſcard.conclus.298.*Claues enim pars rei ſunt, *Gratian.diſcept.681.num.5.*niſi alius verè poſſideat,*Burſ.cons.459.nu.8.* & mediante amplexu portarum acquiritur poſſeſſio, *Raudens.cons. 21. num. 19.in 1.*

38 V. Probatur poſſeſſio † ſi probata ſit fructuum perceptio, *ex.l.titia. ff.de ſolut.Bart.l.2.C.de acquir.poſſ.& in l.quamuis.§. conductor. ff.de acquir.poſſ.Suarez,l.poſt rem iudicatam. limit. 2.num.3.ff.de re iud. Bald. in l.3.num.4. C. fin.regund.in l.iuditia.n.5.C.de reiuendic. Afflic. decis.125.* Dec.*cons.400.nu.3.Crauet.cons.67.n.2.cons.107.n.2.Paris.cons.104.in 1.cons.5.n.21.in 4.Bero.cons.47.nu.19.conſ.77.n.16.in 3.Soc.iun.cons.146.n.8.in 1.*Medic.*d.glos.1.n.16.Honded.cons.21.nu.30.cons.84.n.13.in 2.Aldouin.cons.43.nu.23.cons.46.nu.10.Ruin.cons.161.n.13.in 4.Borrell.cons.67.n.15.Tuſc.lit.P.conclus.420.n.5.Rot.decis.508.n.1 p.p.Cephal.cons.63.num.11.*Menoch.*d.remed.3.num.*560.*Maſcard.d.conclus.1183.nu.1.*Intrigl.*decis.6.nu.3.Franc.decis.204.num.20.Gratian.diſcept.615.num.31.*Gabr.*tit.* de *locat. conclus. 4.* Mantic.*deciſ. 272.num.1. Petra, de fideicom. quæſt. 12. num. 330.* Milanens.*decis.3.num.34.240.p.p.*alio rei poſſeſſore non apparente,*Petra, d.num.330.Burſ.cons.459.num.7.*vel ſi poſſidentis voluntate fructus ipſe perceperit, *Boer.decis.150.*Natt. *cons.636.num.38. Menoch.cons. 409. num. 18. Mantic.decis.267.n.2.* vel iure familiaritatis, Doct.*l.qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poſſ. Dec.cons.400.Menoch.cons. 484.nu.32.* Ludouic.*Perus,decis.267.num.14.*Mantic.*decis. 241.num.2.decis.245.num.2.* durante tamen vita veri domini, ſecus poſt mortem, *Maſcard. de probat.conclus.1179.num.11.*Nec fructus intelligas, quæ deſtinata ſunt ad eſum, vel potum ſuum, ſed etiam in alijs,quę quomodocumq; conferunt ad vſum vitæ humanæ, *l. fructu.ff.de vſufr.*Menoch.*cons.66.num.1.Gratian.diſcept.615.num.42.*Imo ſi probata non fuerit fructuum perceptio,ſed feudi incolatus,ex ipſa feudi cultura probatur poſſeſſio *Bald.d.l.iudicia.num.5.Alex.cons.133.in 1.Intrigl.decis.6.num.4.5.Peregr.de fideicomm. artic.44.num.15.Maſcard.de probat.concluſ.1182.num.1.2.Menoch.d.remed.3.num.563.Gratian. diſcept.615.num.33.34 35.*licet manu aliena coluerit, nomine tamen ſuo, *Soc. iun. cons.135.num.24.in 2.Paris.cons.107.num.22.in 1.Maſcard.d.conclus.1182.num.10. Menoch.d.remed.3.num.563.ad fin. Intrigl. decis.6. num.6.* Vel per inciſionem lignorum,probatur poſſeſſio, *c.cum veniſſent.de reſtit.ſpoliat.Maſcard.conclus.1189.n.1.2.3.*Intrigl.*decis.6.nu.7.Bertaz.ciuil.cons.1.nu.59.Aldouin.cons.46.nu. 9.cons.110.nu.51.Peregr.cons.92.nu.1.in 1.*arborum namq; inciſio ad dominos ſpectat, *ex l.*

arbo-

Digitized by Google

arboribus.ff.de vſufr.l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſo-
lut.matr.Alex.cons.88.num.13.in 5.Ruin.conſ.
68.num.6.in 5.Natt.cons.671.num.19.Bertaz.
ciuil.cons.1.num.59.cum ſic fructuum proec
ptio, Alex.cons.161.num. 5.6.in 6. Aldouin.
cons.43.num. 24.Ludouic.Perus.decis.79.num.
20.Corbul.de emphit.tit.de priuat. ob non ſolut.
canon.limit.28.num.1.Peregr.cons.92.num. 1.in
1.Roland cons.87.nu.29.in 1.Menoch.cons.13.
num.15.Sunt enim Silueſtrium arborum fru-
ctus, ſimplices rami, & folia ipſarum, Ban-
nes,de iuſt.& iur.quæſt. 62. artic. 3.Tuſc.lit.P.
conclus.418.num.12. Proinde probari poſſeſ-
ſionem, dixi, per deambulationem factam in
agro, & per agri culturam, Petra,de fideicom.
quæſt.12.num.40.Niſi actus iſte, cum aduer-
tij licentia, facti ab eo ſint, Aldouin.cons.46.
num 87.

39 VI. Si moniti fuerint † coloni, etiam à no
tario, Vt refutatario de fructibus reſponde
ant, eumq; poſthac in dominum recogno-
ſcant, probatur poſſeſſio, Bart.& Doct.in l.pe-
regrè.ff.de acquir.poſſ.Alex.l.quamuis.§.1.num.
3.ff.eod. Afflic.decis.325.Bolognet. cons.6.nu.
58.Soc.iun.cons.146.num 31.in 1. Laderch. cons.
95.num.9.10.ſi exactio ſequatur, Gratian.di-
ſcept.989.num.25.Raudens.cons.7.nu.20. cons.
39.num.93.in 2. Natt.cons.427.nu.6.14.Ma-
gon.Lucens.decis.69.nu.9.Satiſq; erit renoua-
tio contractus, Pute.decis.13.p.4.Natt.cons.
538.num.10.ſicut ex locatione, iuncti pen-
ſionis exactione, Medic. de acquir. poſſeſ. p.2.
glos.1.num.24.Bimi.cons.269.num.18.Mantic.
decis.241.num.2.decis.245.nu.2.Petra,d.quæſt.
13.num. 336.Bott. cons.52. num.3.4. Bertaz.
crim.cons.366.num.41.cons.371.num 6.vel a-
liquo adminiculo, Petra,de fideicom.quæſt.13.
num.330.Rim.iun.cons. 238.num.46.verum e-
xactio non requiritur, ſi nullum tertio fieret
præiudicium, Bott.cons. 52.num.5.Sed condu
ctio & penſionis exactio vero poſſeſſori non
nocet, Peregr.decis 67.nu.5.ex Dec.cons.302.
num.16. Soc.cons. 266.num.14.in 2. & colo-
40 ni † refutantis, ſint coloni refutatarij, Alex.
l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff. de acquir.
poſſeſ.licet nulla ipſius refutatarij acceſſerit
ratificatio, aut voluntas, Milanens. decis.1.
num.73.p.p.qui enim per alium poſſidet, ve
rè, ac propriè dicitur corpore, & animo poſ-
ſidere, Tiraq.de C nſtit.p.2.ampl.1.nu.2.3.Caſ-
ſanat.cons.40. num.4. 10. & is poſſidet, cuius
nomine poſſidetur, Mantic.decis.203.nu.3.

41 VII. Per priuationem † Officialium & a-
liorum creationem, probatur poſſeſſio, Bald.
cons.420.in 1.Milanens.decis.1.num.72.decis 3.
nu.239.p.p.Tuſc.lit.P.conclus.419.nu.4.& obe
dientia præſtita vt officialibus, Cagnol.l.fin.
num.7.ff.de iuriſd.omn.iud. Brun.cons. 34.ad fin.
Natt.cons.636.num.72.Tuſc.d.conclus.419.nu.
11.probatur enim poſſeſſio per actus, qui fie
ri non poſſunt, niſi à ius habente, Maſcard.con-
clus.1220.num 3.Caſſanat.cons.39.num.11.

42 VIII. Poſſeſſio capta probatur † ex Cu-
ſtodibus in feudo poſitis, per quos poſſide-
re quis dicitur, Bart.& Doct. l.quarumdam.
ff.de acquir.poſſ.Alex.l.3.ff.eod.Bald.l.traditio-
nibus.nu.2.C.de pact. Martin.Laudens.de Caſtel-
lan quæſt.25.Medic.de acquir.poſſeſ.p.2.gloſ.1.
num.23.Decian.cons.35.num.29.in 2.Tuſc.lit.
P.conclus.418.num.34.conclus.419.num.4.Mi-
lanens decis.3.nu.227.p.p.Gratian.diſcept.939.
nu.11.Bertaz.ciuil.cons.67.nu.45.

43 IX. Ex teſtibus, qui de inſiſtentia † in re
deponerent, poſt factam ſibi refutationem,
eundo, commorando, locando, & fictus per-
cipiendo, plura colonis iniungendo, vt refu-
tatarius & dominus, ſciente & patiente feu
di refutatore: Quibus veram feudi poſſeſ-
ſionem, eiuſq; traditionem probari inquit,
Alex.cons.133.num.5.in 1.Afflic. decis. 167.
num.2.& ibi, Vrſill. Crauet. cons.54. cons.411.
Alba.cons.64.num.16. Aldouin.cons.48.nu.4.
Natt.cons.292.num.2.Tuſc.lit.P.conclus.418.
num.1.2.33. Marzar. cons.10. Roland. conſ.6.
num 19.in 3.cons.46.nu.18.in 4.Burſ.cons.118.
num.20. Menoch cons.2. nu.12.& retinen.poſſ.
remed.3.num.577.Peregr.de fideicom.artic. 44.
num.13.Maſcard.de probat.conclus. 1187.Bar-
dell.cons.38.nu.1.etſi diſcordent teſtes, Bott.
cons.106.nu.58.Addit, Maſcard d.conclus.1179.
nu.16.quod ſi alter ex refutatarij voluntate
poſſideat, veram adhuc ille poſſeſſionem ha
bet. Ex facti namq; detentatione, iuris &
facti poſſeſſio prouenit, Bart.& alij, l.ſtipula-
tio iſta.§.hæc quoq; ff.de verb.oblig.Bald.l.ſolam
num.4.C.de teſtib.Peregr.d.artic.44.num.15.Ve
rum quod ſi quis iudicem adierit, in poſſeſ
ſionem ſe immitti petens; & inde ſe immiſ
ſum aſſerens, rei poſſeſſionem teſtibus pro-
bare non poteſt, Eugen.cons.55.num.46.Vi-
ui.decis.197.num.2.

44 Q. I. Refutatarius an teneatur † ſtare Lo
cationi à Refutante prius factæ? Qua in
re, negant alij.

Primo, Reſignans pro mortuo cenſetur,
Pute.decis.468.lib.2.Paris.cons.93.num. 25.in
4.& ſicut ius beneficiati morte extinguitur
ita & reſignatione, Scapucin.de ſucceſſ.ſingul.
45 ampl.17.num.1.Vt † locationi ſtare non te-
neatur, Gutier.libr.1.Canon.quæſt.36.nu. 25.
26.Scapuc.d.ampl.17.per tot. Sed refutans ex
feudi refutatione pro mortuo habetur, Ma-

ur.

*ur.alleg.*28.*num.*5.*p.*2. Refutatarius ergo locationi ſtare non cogitur.

46 Secundo omnis ſucceſſor † ex cauſa lucratiua non tenetur ſtare locationi, *Alber. l.arbores.n.*2.*ff. de vſufr.et quemadm.quis.vtat.* Proinde legatarius, cum lucratiua ex cauſa, ſuccedit, non tenetur ſtare colono, *ex l.nihil proponi.§. fructus.ff.de legat.*1. *Scapucin. de ſingul.ſucceſ.ampl.*3. legatum, donatio eſt a defuncto relicta, *§.legatum.Inſtit.de legat.* Nec donatoris locationem ſeruare debet donatarius, *Alber.d.l.arbores.nu.*2. Sed refutatarius in feudo lucratiua ex cauſa ſuccedit, viuo refutante; ſiue illum legatario aſſimilemus, quia refutatio vltimæ voluntatis naturam ſapiat, *Bald.cons.*30.*in* 2. *Frec.de ſubfeud. lib.*2. *lim.*17.*ad* Conſtit. *Conſtitutionem Diua memoris. fol.mihi,*113. *Intrigl.feud.centur.*2.*art.*36. *ſub num.*207. *Ponte, cons.*12.*num.*4.*in* 1. *Milanens.decis.*8.*num.*286.*p.p.Maſtrill.decis.*1.*num.*10. *Anna, rub.de Vaſall.decrep.ætat. nu.*225.*& alleg.*23. Siue donatario, quia refutatio, donatio eſt, *Anna, d.rub.nu.*317.322.324.330. locationi ergo ſtare non tenetur.

47 Contrar. dixi verius, Imo colono † ſtare tenetur refutatarius. Tum quia ſucceſſor ipſe eſt voluntarius, quia refutatio actus eſt voluntarius, *ex c.*1.*ibi Iſern.num.*5.*de alien.feud. pater. Amat.cons.*10.*nu.*6. nec in præiudicium conductoris potuit refutare, vt in Domino, cui emphiteuta ſi refutauit emphiteuſim, adhuc tamen dominus locationi ſtare tenetur *ex Bald.cons.*371.*in* 1. *Tuſc.lit.L. conclus.* 418. *num.*79. Tum quia donatarius dicitur is cui fit refutatio, *Anna, d.nu.*317.322.324.330.

48 Sed donatarius † ſtare tenetur locationi à donante factæ, *Scacpucin.de ſingul.ſucceß.ampl.*4. niſi vſumfructum donans ſibi reſeruaſſet, & inde rem locaret, tunc enim eo mortuo donatarius locationi ſtare non teneretur, *Caſtr.l.filiofam.§.ſi Vir.num.*3.*ff.ſol.matrim.& in l.ſi quis domum.§. hic ſubiungi.ff. locat. Alex. cons.*118.*num.*6.*in* 5. *Tuſc. lit. L. conclus.* 418. *num.*34. ergo & refutatarius, qui illi eſt ſimilis, ſiue rei ſingularis donatarium eum eſſe dixerim, ſiue iuris vniuerſalis, cum loco hæredis habeatur, *Carot.de locat.tit.de ſucceſſ.p.*4. *queſt.*22.*n.*2. *Scacpucin.d.ampl.*4.*nu.*7. *Mantic. de tacit.& ambig.lib.*5.*tit.*12.*n.*16.17. eſt enim feudum ius vniuerſale, *Ponte, cons.*57.*nu.*3. *in* 1. *Roſentall.de feud.c.*6.*conclus.*14.*num.*1.

49 Secundo refutans intelligitur † regulariter tantum refutare ius, quod ea in re, habet quam refutat, *c.paſtoralis.de donat.l.prædia.* C. *de locat.præd.fiſcal.lib.*11. *Alex. l.ſi domus.* §.1. *num.*3.*ff. de legat.* 1. & donare cum onere quod donatarius patiatur conductorem vti, frui re ipſa refutata; Cum enim ex donatione ſentit commodum, non ægrè ferre ipſe debet quod perſeueret in Locatione, *c. quis ſentit.de regul.iur. in* 6. nec refutans plus iuris in eum transtulit, quàm ipſe habeat, vt de donatario, *Surd.decis.*172.*num.*6.7. *Scacpucin.d. ampl.*4.*num.*5. ex qua enim perſona refutatarius capit lucrum, ex ea habet damnum, *l. ex qua perſona.ff.de regul. iur. Anna, c.*1.*de vaſall. decrep. ætat.num.*357.

50 Non obſtat Primum † de Reſignatario, quia nihil ipſe habet à reſignante, ſed à Superiore inueſtiente, *ex Abb.c.*2.*num.*8.*de præſcript.* tradit, *Caßador. tit.de præben. decis.* 15. *num.*1. *Anell. de Amat.cons.*49.*num.*11. & vbi ius locatoris in totum extinguitur, Succeſſor non tenetur ſtare colono, *Anchar.cons.*116.*nu.*3.7. *Tuſc.d.conclus.*418.*nu.*42. *Mantic. de tacit.& ambig.lib.*5.*tit.*12.*nu.*9. Sed refutatarius ius habet à refutante, quia actum exercuit voluntarium, *vt dixi, nu.*47. ergo.

51 Reſpon. II. habens † ius temporale non poteſt de re illa (Etſi in commertio eſſet) aliquod ius transferre, niſi cum qualitate temporali, *l.ſi quis domum.§.*1.*ff.locat.l.peto.§.prædium.ff.de legat.*2. *Molin.de primog. lib.*1.*c.*21. *in princ.Ponte, decis.*28.*num.*9.10. *Anell.de Amat.cons.*49.*num.*13. Quod verum, etſi non ſimpliciter & purè reſignatio in manus Domini fiat, ſed cum qualitate, ſcilicet ad beneficium certę perſonæ, adhuc enim veram (præterquam in expreſſis) retinebit in omnibus alijs reſignationis naturam, *c.*1. *de feud.non hab.propr.natur.feud. Ponte, decis.*28. *num.*17. *Amat.cons.*49.*num.*14. Sed refutans pro ſui vita de feudo diſponere poteſt, & alteri remotiori Agnato refutare, nec proximior interim reuocat, niſi ſequuta refutantis morte, *vt dixi, Glos.*12.

52 Reſpon. III. in reſignatione † beneficij omne ius tertio quæſitum reſoluitur, vt nec ad aliquid Succeſſor teneatur, *Caſtr. cons.*4. *nu.*4.*in* 1. *Couar.*2. *reſol.c.*15.*nu.*6.*ad fin. Ponte, decis.* 28. *num.* 3. Sed in refutatione pro refutantis vita, non reſoluitur ius ipſius, reſpectu refutatarij, cui donauit ſaltim fructus interim à ſe percipiendos: Tunc enim habet refutatarius magis ex quadam refutantis donatione, quàm ex voluntate Domini, *Bart.n.*3.4. *Ias.ſub nu.*7. *Bald.Salic.Caſtr. l.poſt mortem. C.de fidecom. Fuſar.de fideicom.quæſt.*602.

Non obſtat Secundum, de ſucceſſore ex cauſa lucratiua: Quia inaduertenter locutus fuit, *Alber.d.l.arbores.num.*2. regulam
53 conſtituens † quod ſuccedens ex cauſa lucra-

cra-

cratiua non teneatur ſtare locationi, *Vt aduertit*, *Scacpucin. d. ampl. 4. num. 6.* cum citra dubium, id eſſe dixerit, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 11. num. 20.* imo ſucceſſor ſingu leris habens titulum lucratiuum ſtare tenetur locationi, *Scacpuc. d. num. 6.* Sic fidei-
54 commiſſarius † etſi lucratiua ex cauſa ſuccedat, locationem ſeruare tenetur, *Alex. l. poſtulante. §. 1. ff. ad trebell. Curt. Iun. cons. 339. n. 6. Port. cons. 61. Marzar. de fideicomm. quaſt. 39. Pacific. de Saluian. interdic. inſpect. 4. c. 1. nu. 35. Scacpucin. de ſucceſſ. ſingul. ampl. 3. n. 9. Carot. de locat. tit. de ſucceſſ. c. 71. queſt. 10. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. quaſt. 73. n. 5. Fuſar. de fideicom. quaſt. 526. num. 1. Peregr. de fideicom. artic. 40. à num. 92.* qui Contrarijs reſpondet, vt mox dicemus copioſius, §. 2.

55 Ampl. I. ſiue extraneo † ſiue filio feudi fiat refutatio, ſiue vlteriori Agnato, quia parificantur omnes, *Anna, c. 1. num. 278. de vaſall. decrep. atat.*

56 Declar. I. Non procedere ſi feudi refutatio fiat domino: Tunc enim omne pignus interim è refutante contractum ipſo iure extinguitur, *Ponte, decis. 28. num. 4. Amat. cons. 10. à num. 5.* dixi copioſius, *Glos. 12. num. 28.*

57 Declar. II. hoc verum, niſi † refutatarius intereſſe offerat locatori, vt de Donatario, ſcripſit, *Alex. l. ſi filiofam. §. ſi vir inquinquennium. num. 3. ff. de Solut. matrim. Tuſc. lit. L. conclus. 418. num. 1. Scacpucin. d. ampl. 4. num. 12. Couar. 2. reſol. c. 15. num. 3. Carot. de locat, c. 71. num. 22. Natt. cons. 426. num. 2. Rolan. cons. 6. num. 8. in 1. Burſ. cons. 101. nu. 1. Gomez. de contract. c. 3. n. 9. Oſaſc. decis. 156. n. 2. 3. Surd. cons. 331. n. 23. 25.* quod limitat, *Tuſc. d. conclus. 418. 420.* ſed ne nimius ſim, ſubticeo.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura ſoli poſſeſſori eſt concedenda.*
2 *Inueſtituram petere non tenetur, qui non poſſidet*
3 *Inueſtituram habere nemo poteſt, niſi titulum oſtendat, qui licet iniuſtus ſit, denegari nec ei poteſt inueſtitura.*
4 *Inueſtitura probat titulum, non feudi dominium.*
5 *Titulus per ſe non probat dominium, niſi dominus probetur, is, à quo titulum quis habet.*
6 *Poſſeſſio, ex inueſtitura non datur, ſed adepta confirmatur.*
7 *Inueſtituram teſtibus etiam probari ſufficit,*
8 *Inueſtituram a refutatario petitam Dominus negare non poteſt, ſiue antiquum, ſiue nouum, vel hereditarium ſit feudum, Ampl. num. 11. 12. 18. 19. Declar. num. 20. 23. 24. 25.*
9 *Agnato proximiori denegβanda à Domino non eſt inueſtitura, ſi ex refutatione feudum poſſideat.*
10 *Emphiteuta deneganda Domino non poteſt inueſtitura, ſi pactum ſit illam renouandi, de nouennio in nouennium.*
13 *Refutatio remotiori agnato facta, qui prima feudi inueſtitura comprehenſus ſit, in domini præiudicium valida eſt.*
14 *Prohibitio alienationis, ſeu refutationis feudi, duplici intereſſe ratione fuit inducta Domini, nempe, & Agnatorum.*
15 *Tertij ius, regulariter allegari non poteſt,*
16 *Refutatio, ſeu alienatio feudi in agnatum remotiorem facta, impugnari a Domino non poteſt*
17 Tex. c. volentes. 28. Reg. Feder. *declaratur,*
21 *Dominus, niſi quem elegerit, vaſallum habere non debet.*
22 *Perſona, in quam feudum refutatur, æquè digna eſſe debet? & qua, æquè digna ſit?*
26 *Eccleſia qua ratione feudi incapax ſit?*
27 *Perſona difficilis conuentionis feudi inueſtituram habere non poteſt*
28 *Potentior perſona refutati ſibi feudi, inueſtituram habere non poteſt.*
29 *Potentior perſona, qua dicatur?*
30 *Potentior non eſt,* Qui *prima feudi inueſtitura comprehenſus ſit.*
31 *Extero feudum, refutari non poteſt abſq;* Regis *licentia, nec inueſtitura concedenda ei eſt.*
32 *Refutatario feudi incapaci denegatur etiam inueſtitura.*
33 *Inueſtitura infra annũ & diem petenda eſt, ne quis incidat in commiſſum. Ampl. num. 34. 35. 36. 39. 40. 41. 42. 43. 45. 46. 48. 49. Declar. nu. 37. 38. 44. 47. 50. 51. 53. 55. 56.*
52 *Emphiteuſis vna eſt, & non plures, ſi vna conceſſione, vnaq; verborum conceptione, plures res fuerint conceſſa.*
54 *Dubius ignoranti aſſimilatur*
57 *Feudum ob non petitam inueſtituram, cui deuoluatur? & quid de iure* Regni.
58 *Inueſtitura petitio, quaſi Cenſus deuotionis, & reuerentia eſt,*
59 *Feudum à prima inueſtitura lege, naturam aſſumit.*
60 *Inueſtitura prima eſt adeo attendenda, vt nulla ratio ſit habenda aliarum inueſtiturarum, maximè difformium.*
61 *Feudi priuilegium peti a* Rege *minimè poteſt, niſi inueſtitura renouationem vaſallo concedat.*
62 *Inueſtitura tutoris impenſa obtenta præſumitur.*
Tutor rationes reddens, probare non tenetur ſua impenſa feudi inueſtituram habuiſſe.
63 *Impenſę quantitatem probabit tutor, ſi diligens paterfamilias tantum ea in re impendiſſet.*
64 *Intereſſe quantitas ſi probata non eſt, iudex ex officio æſtimare poterit.*
65

Et Inueſtitura. & Inueſtituram. Glos. XIV.

His quę proximè diſcuſſa iam ſunt, accedit & illud, ſatis Practicis obuium ad interpretationem noſtri *Textus*. Inueſtituram duplici conſideratione reperiri, Alia eſt inueſtitura, quæ interuenire debet à Principio in erectione & feudi creatione: de qua hic agendum non erit. Alia eſt inueſtitura, quę poſt formatum & erectum feudum interuenit, vt ſi de ſucceſſione feudi tractetur, & ſucceſſor inueſtituram à Domino directo habet petere. Hæc propriè confirmatio dicitur, de qua in *c.1.quo tempor. mil. inueſtit.peter.deb.Georg.alleg.19.nu.* 10. de qua tractaturi pręſenti, *Glos.14.nos ſumus*. Proinde
1 eam nemini † concedendam cenſui, niſi feudi poſſeſſori, *ad tex.l.forma.§.ſi cum ego.ff.de cenſib.Iſern.& Afflic.in c.1.de Capit.Corrad.Aluarot.num.11.Præpos.num. 3. & Afflic.c.1.Quæ fuit prim.cauſ.& in c.1.num. 63. Præpoſ. num. 2.quo tempor. mil. Cardin. in c. 2. de feud. Bald. Salic.Caſtr.Fulgos.& alij, in l.ſolemnibus. C.de rei vendic.Cagnol.l qui actionem. num.8.ff. de regul.iur.Iacob.à S.Georg.inueſt.feudal.glos. qui quidem inueſtiti.n.32.Anchar.cons.174.nu. 6.Ruin.cons.35.n.25.in 1.Curt.de feud.p.4.n.53. Zas.de feud.p.7.n.5.6.Thoming.cons.11.nu.78. in 1.Clar.§.feudum.quæſt.49.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.8.quæſt.16.nu.7.Peregr.cons. 101.n. 15.in 1.Caldas,de emphit.lib.1.quæſt.5.nu.32. Aldouin.cons.7.num.5.cons.5.num.2. Soc.iun. cons.115.num 18.in 2.Roland.cons.18.num.17. in 1.Frec.de ſubfeud. lib.2.author. 3. nu.8. Hartman.lib.2.tit.54.obſer.11. Schrader. cons.1.nu. 158.de feud.p.6.c.2.num.21.* Eamq; nec pe-
2 tere † tenetur, qui feudum non poſſideat, *Peregr.cons.21.num.12.in 1.Pancirol.cons.1.nu. 24.cons.63.num.20.Veſembec.cons.44.nu.84.*
3 Imo feudi noui inueſtituram accipere † nemo poteſt, niſi oſtenſo ſuæ acquiſitionis titulo, *Aldouin. cons. 6.num.8.* etſi iniuſto; cui concedenda tunc erit inueſtitura, ſi poſſideat non autem legitimo ſucceſſori in feudo, qui non poſſideat, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.8. quæſt.16.num.10.*

4 Inueſtitura rei dominium non † probat ſed ſolum titulum, *c.1.quib.mod.feud.conſtit. c.1.de nou.feud.c.1.quid præced. deb.c.1.de inueſt. de re alien.fact. c. inter. de fid. inſtrum. Veſebec. cons.4.num.81.cons.21.num.47.48.Georg. alleg. 12.num. 46.* quia nec poſſeſſionem, nec dominium verè tranfert, *Ias.l. quoties. num. 31.C.de reiuendic.Abb. & Doct. in c. 2. de conſuet.Bald.rub.C.de contrahen.empt.num.17.Menoch.cons.910.à nu.20.Tuſc.lit.I. conclus. 354. num.2.Crauet.cons.81.num.4. Ponte,cons.62. n.10.11.in 1.Veſembec.cons.7.n.6.* Titulus au-
5 tem † per ſe non probat dominium, niſi à quo titulus acceptus eſt, probetur dominus *Glos.verb.in vacuam. & ibi, Doct. in l. cum res. C.de probat.per tex.l.& quæ non dum.§.quod dicitur. ff.de pignor.l.cum.§.publiciana.ff.de public.*
6 *in rem action.* nec per inueſtituram † datur, ſed adepta, quæ fuit, magis confirmatur poſſeſſio *Ias.l.quoties.num.29. C.de reiuend. Roſentall. de feud.c.8.conclus.1.num.14.Rouit.pragm.11.nu. 109.de feud.Veſemb.cons.41.num.23.* Sed inueſtituram habens propria authoritate poſſeſſionem ingredi poteſt, *Innoc.c.ex literis.ad fin. de conſuet.Rouit.d.num.109.* aliud enim poſſeſſio eſt, aliud inueſtitura, *c.1.quib.mod.feud. conſtit. c. per tuas. & ibi, glos. poſſeſſorem. de donat. inter.virum & uxor.Mantic.de tacit. & ambig. lib.23.tit. 19. num. 3.Veſemb. cons.41. num.22.* maxime in tertij præiudicium, imo nec aduerſus recipientem, ſi poſſeſſor reali conuenitur actione, vt ſi de poſſeſſionis, vel dominij probatione, principaliter contentio ſit, *Alex.cons.10.11.12.in 4. Bald.cons.377. in 1.Rip.reſpon.c.2.p.2.Rim.iun.cons.266.Oſaſc. cons.6.nu.30.Valaſc.de iur. emphit. quæſt.9.nu. 15.Coſta,conſ.31.num.46.* & ipſe feudi poſſeſſor militare ſeruitium pręſtare debet, *ex Alber.l.ſi quis ex argentarijs.in princ.ff.de edend. Perus.c.Volentes.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p. 8.quæſt.3.num.5.6.quæſt.16.num.8.*

7 Cæterum ſcripturam inueſtitura † non requirit, *§.1.verb.inſtrumento inueſtituræ. de not.feud.c.1.quid ſit inueſt.c.1.qui teſt.ſint neceſſ. Aluarot.num.4.Præpos.num.5.in c.1.quid ſit inueſt.& in c.1.de conſuet.rect.feud.Bald.rub.C.de condict.ex leg.Ias.l.1.num.53. 67. C.de iur.emphit.Veſembec.cons.9.n.29.Vulte.de feud.lib.1. c.7.num.42.Peregr.cons.16.num.13.in 1.* Sed teſtibus probari ſufficit, *glos.c.1.quid ſit inueſtit. l.4.ff.de pignor.l.cum inſtrumentis.l.non idcirco. l.inſtrumentis.C.de fid.inſtrum.Roland.cons.66. num.12.in 3.* neq; enim defectus inſtrumenti veritatem immutat, *Veſembec.cons.9.nu.29.*

8 Ex his illud in primis expeditum eſt † Antiqui, aut noui feudi inueſtituram refutatario filio abnegare non poteſt Dominus, ſi ei ſatisfaciat de iuribus ſuis, *c.1. de vaſall. decrep.ætat.c.1.de alien.feud. pater.c.1.§.ſed & res.per quos fiat inueſt. Anna,rub.de vaſall.decrep.*

crep. ætat. à num. 152. Borcholt. de feud. c. 8. num.
55. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. quæſt. 16.
num. 6. Myſing. centur. 6. obſer. 23. num. 3. Vul-
te. de feud. lib. 1. c. 10. num. 77. Ponte, de potes. pro.
reg. tit. 8. de refutat. §. 1. Roſentall. de feud. c.
8. conclus. 33. num. 16. 17. Schoner. de feud. lib.
1. diſput. 9. c. 26. etſi feudum controuerſum
ſit, Scrader. cons. 33. à num. 24. vel aliud habe-
at feudum, cuius nulla contentio ſit, Schra-
der. cons. 33. num. 49. Sicut agnato primi ac-
9 quirentis proximiori † inueſtituram nega-
re nec poteſt Dominus, iuxta Reg. Alphonſ.
c. 452. Iſern. Aluarot. Bald. & alij, c. 1. §. ſi cli-
entulus. de alien. feud. patern. c. 1. §. Titius. ſi de
feud. def. inc. milit. content. ſit, Zas. de feud. p. 9.
num. 24. Borcholt. de feud. c. 8. num. 56. Schoner.
d. diſput. 9. c. 27. Myſing. d. obſer. 23. nu. 4. 5. Son-
bec. de feud. p. 12. nu. 118. Roſentall. de feud. c. 9.
conclus. 72. Vulte. lib. 1. de feud. c. 10. num. 77. ſi
proximiorem ſe eſſe probet & habilem, Pon
te, cons. 62. nu. 18. in 1. Surd. decis. 343. num. 28.
10 Nec emphiteutæ † inueſtituram ſibi reno-
uari petenti negare poteſt Dominus, ſi pa-
cto conuentum ſit, vt de nouennio in nouen-
nium renouari debeat, Socc. cons. 99. num. 7.
in 1. Rim. Iun. cons. 94. nu. 29. Bardell. cons. 145.
num. 7. Adeo vt ſi recuſet dominus inueſtitu-
ram dare, omne ius quod in feudo habet, a-
mitteret, Glos. c. 1. §. fin. & ibi, Doct. per quos fiat
inueſt. Afflic. decis. 165. Guid. Pap. decis. 168. Ro-
ſentall. de feud. c. 6. conclus. 60. num. 4. Ponte,
cons. 62. nu. 6. in 1. Schrader. cons. 33. num. 21.
11 Ampl. I. Licet hereditarium † ſit feudum
refutari tamẽ illi poteſt, quem poſt mortem
ſibi ſucceſſurum opinatur, Anna, rub. de Va-
ſall. decrep. ætat. num. 158. 171. 180. 181. ad num.
vſq; 187. Frec. de ſubfeud. lib. 3. differ. 25. Cui à
domino concedenda quoq; eſt inueſtitura,
12 Ampl. II. Vt ſi refutatio † in remotiorem
agnatum, Prima feudi conceſſione compre-
henſum, fiat, deneganda nec ſit inueſtitura,
13 quia ad domini, præiudicium † valida illa eſt
Peregr. decis. 150. nu. 13. Bardell. cons. 198. nu. 8.
Feudi alienatio, & refutatio, duplici ra-
14 tione prohibita eſt † Domini nempè & A-
gnatorum, Surd cons. 305. num. 49. Ponte, feu-
dal. lect. 20. num 12. circumſcripto autem eo-
rum intereſſe, ceſſat prohibitio ceſſante pro-
hibitionis ratione, l. 1. & ibi, Bald. C. vbi rect.
prouin. c. etſi chriſtus, vbi, Bald. & Eutr. not. 1. de
iureiur. Tiraq. ceſſan. caus. p. p. num. 215. nec in-
tereſſe illud iunctim, & copulatiuè proce-
dit, ſed ſeparatim, & diſtinctim, Surd. cons.
305. nu. 50. imo agnatus, nec alius quiſpiam
poteſt alienationis nullitatem allegare. eo
quod Domini conſenſus non interueniſſet,
15 Tum, quia nemo † poteſt ſe iuuare ex iure
tertij, à quo ius non habet, l. loci corpus. §. com
petit. ff. ſi ſeruit. vendic. Teſſaur. decis. 4. Cabed.
decis. 63. p. p. Caual. decis. 27. num. 51. p. 3. Surd.
decis. 343. num. 21. cons. 150. num. 88. cons. 305.
num. 51. Phab. decis. 36. nu. 12. Tum quia nulla
eſt alienatio, cum dominus vult, Surd. cons.
305. nu. 50. decis. 194. num. 6. Caual. de tutel. nu.
170. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 16.
num. 12. libr. 4. tit. 29. num. 14. Phab. decis. 24.
num. 5. Bec. cons. 230. num. 43. adeo vt, neque
16 dominus † neq; alius venditionis nullitatem
remotiori Agnato factæ, deducere poterit,
quod proximioris conſenſus non interuene-
rit, quia hoc ad ipſum pertinet, c. 1. & ibi Doct.
de alien. feud. pater. Surd. d. cons. 305. n. 52 Non
quidem ratione proprij intereſſe, Tum quia,
cum is ſit incluſus in prima feudi conceſſio-
ne, Domini non intereſt, ex Peregr. decis. 150.
num. 13. Bardell. cons. 198. nu. 8. Surd. decis. 343.
17 nu. 13. Tum † quia Rex baroni feudum alie-
nanti, aut refutanti ſuum præſtitit aſſenſum
exc. volentes. Minus etiam ob intereſſe agna-
ti proximioris, quia hoc eſt ius tertij vt dixi:
Sublato igitur & Domini, & Agnatorum in-
tereſſe, nemo eſt qui feudi refutationi & alie
nationi poſſit contradicere.
18 Ampl. III. Vt ſi pacto † in prima feudi
conceſſione, conuentum ſit, Feudum poſſe a-
lienari, Aſſẽnſus, & inueſtitura denegari non
poteſt, Ponte, cons. 2. num. 7. 8 9. 10. cons. 81.
num. 59. Vol. 1. Bardell. cons. 14. num. 57. Manent.
decis. 2. num. 40. Muta, c. volentes. nu. 225.
19 Ampl. IV. Feudi poſſeſſori † deneganda
non eſt inueſtitura, ſi ex iniuſto titulo poſſi-
deat, ſed legitimo ſucceſſori negatur, qui non
poſſidet, Gregor, d. quæſt. 16 num. 10.
Declar. I. Non procedere, ſi feudi alie-
20 natio † & refutatio in perſonam fieret non
æquè dignam, c. 1. §. ſimiliter. de leg. Corrad. Bald.
cons. 207. in 2. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.
8. quæſt. 16. num. 15. Manent. decis. 1. nu. 12. 20.
24. quia in alienatione non debet eſſe diſpa-
ritas perſonarum, Manent. d. v. 24. Sed eadem
requiritur conditio, Camill. de Curte, diuerſ
feud. p. p. §. datur etiam. 6. ſub nu. 11. ideo æquè
Idoneus requiritur emptor, Pern. cons. 4. ad
fin. Manent. d. num. 24. ne ius Principis fiat de-
terius, Pern. c. volentes. & ibi Muta, num. 323.
21 Manent. d. num, 24. aut alium † Dominus ha-
beat vaſallum, quem habere nolit, c. 1. de fra
tr. de nou. benef. inueſtit. Bald. l. cum oportet. C. de
bon. quæ liber. Alex. cons. 48. nu. 3. in 2. Cannet. c.
volentes. §. explicitis his. nu. 9. Amat. cons. 24. n.
16. cum nec expellere amplius eũ poſſit Surd.
decis. 343. nu. 14. quia inueſtitura in feudali-

bus perpetuò acquiſitoris perſonam approbat, adeo vt alienationem irrequiſito etiam domino factam ratificaſſe, atq; illi conſenſiſſe videatur Dominus, inueſtituram concedendo, Menoch. cons. 181. num. 68. Scrader. cons. 4. num. 150. Aldoniu. cons. 5. nu. 11. Satiſq; eſt quod conſenſus ex poſt interueniat, Menoch. cons. 1. num. 405. cons. 160. num. 90. Bellon. de ijs quæ ſiunt incont. c. 49. num. 3. c. 104. num. 8. 9. Bec. cons. 218. num. 11. Decian. cons. 117. num. 6. in 3. Aldouin. d. num. 11.

22 Proinde, æquè dignam perſonam, † ſiue nobilem intelligit, Glos. c. 1. §. ſimiliter. de leg. Corrad. reſpectu ſeruitij ab emptore, & refutatario, ſuper feudo ipſo, præſtandi, vt à venditore, Petr. Gregor. d. quæſt. 16. num. 16. Camill. de Curte. d. num. 11. Muta, d. c. volentes. Vt ſi miles vendat militi peræque ſeruire poteſt Domino, ſicut venditor, Glos. c. 1. §. firmiter. verb. alium. de probib. feud. alien. per feder. Petr. Gregor. d. nu. 16. Vel ſi vaſallus venderet conuaſallo, ex Bald. c. 1. col. 3. verſ. quaro. de probib. feud. alien. per Feder. Peregr. cons 23. num. 7. in 1. Gregor. d. nu. 16. non autem reſpectu aliarum qualitatum ipſius venditoris, arg. l. 3. §. ſi plures. ff. de liber. exhib. l. ſi plures. ff. de accuſ. Pern. d. c. volentes. & cons 4. Gregor. d. num. 16.

23 Declar. II. Si integrum feudum † fuerit alienatum, & refutatum: At ſi alienatio fiat feudi non integri, nec indiuiſi, ſed eius quotæ, vel partis integralis, aut quotitatiuæ ipſius feudi: Tunc inueſtituram denegare Rex poterit, Quia in hac partis alienatione ipſius etiam licentia requiritur, Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. quæſt. 16. num. 24. ipſaq; alienandi facultas à Rege conceſſa, ex c. volentes. intelligitur, vt totum alienetur, non pars, Frec. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 6. Manent. decis. 2. num. 26. Ponte, cons. 3. à num. 32. ad num. vſq; 53. ad tex. d. c. volentes. & nedum reſpectu corporis, ſed etiam reſpectu vſusfructus, vt alias dixi.

Declar. III. Vt licet, ex c. volentes. neceſ
24 ſaria ſimpliciter non ſit † alienandi licentia; neceſſaria tamen eſt, ſecundum quid: Vt emptoris, & refutatarij perſonam Princeps videat, recognoſcat, habilitet, Peru. cons. 4. ad fin. Muta, d. c. volentes. nu. 322. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. quæſt. 16. n. 30. pendet enim a nutu Regis, vel Principis gratia, aſſenſum & inueſtituram ei concedere, adeo vt ex facti, temporis, & perſonarum qualitate, eam tribuere, vel denegare poſſit, Frec. de ſubfeud. lib. 2. c. ſupereſt vt aliqua. nu. 4. ad fin. Anna, iun. cons. 39. num. 5. Maneut. decis. 1. num. 20.

25 Declar. IV. Niſi ſubſit iuſta † & rationabilis cauſa denegandi inueſtituræ renouationem, Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. quæſt. 16. ſub num. 6. Schrader. cons. 33. quæ incontinenti diſcutienda eſt in S. R. C. & auditis partibus ius ſummariè reddi debet, ex Reg. Alphons. c. 452. ediſſerit, Bolognet. cons. 5. à nu. 41.

Ex quibus & illud fit, Eccleſiæ feudum acquirenti inueſtituram concedendam non eſſe, cum ſit incapax, ex Regni, c. volentes. 28. & ibi, Cannet. §. reſtringitur etiam. à num. 14. c. 1. de alien. feud. vbi Afflic. num. 4. 5. nedum illa
26 ratione, quod † ad Manus mortuas tranſiret feudum, vt Galli putant, cum ceſſet ſpes deuolutionis, imo & laudemij, adeo vt nullam vlterioris redemtionis probabilem ſpem dominus exinde habeat, Alex. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. à num. 36. ff. de damn. infect. cons. 9. num. 5. in 3. cons. 92. num. 38. in 6. Ias. l. fin. nu. 95. & ibi, Bald. num. 13. Salic. num. 14. C. de iur. emphit. Ioan. Andr. num. 9. Butr. num. 16. Imol. num. 25. Abb. num. 10. Anchar. nu. 13. Hoſtien. num. 6. Bero. num. 31. c. potuit. Locat. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 28. nu. 64 Theb. decis. 5. num. 7. Gregor. d. quæſt. 16. num. 22. Cephal. cons. 505. num. 7. Caldas. de emphit. lib. 1. de reuouat. quæſt. 19. num. 17. lib. 3. de poteſt. eligen. c. 1. à num. 15. Rim. iun. cons. 368. num. 12. cons. 453. nu. 8 Hyeron. Leon decis. 71. à num. 1. Maſtrill. decis. 128. Ouid. de Amic. de iur. emphit. quæſt. 22. num. 4. 8. Moliu. de iuſt. & iur. diſput. 140. de contract. diſput. 459. à num. 6. Rot. decis. 603. num 1. p. p. Roderich. de ann. redit. lib. 2. quæſt. 22. n. 34. Natt. cons. 491. num. 3. Clar. §. emphiteuſis. quæſt. 22. Tuſc. lit. E. conclus. 158. num. 6. Menoch. cons. 38. num. 48. Corbul. de iur. emphit. tit. de priuat. ob alien. irreq. dom. fact. ampl. 12. num. 2. Ludouis. decis. 520. num. 11. 14. Franc. decis. 659. Borrel. cons. 1. n. 15. & in Sum. deciſ. tit. 34. n. 687. Cannet. c. volentes. §. reſtringitur etiam. n. 21. Oliban. de iur. fiſc. c. 7. Anna. alleg. 121. nu. 2. Macerat. lib. 1. reſol. 98. n. 5. 15. in Regno eſt, Feder. cap. 24. ſic ſumus. & ibi, Muta, nu. 10. d. cap. volentes. 28. num. 424. imo ſi feudatario, vel emphiteutæ alienandi poteſtas in conceſſione data fuerit, nec Eccleſiæ alienare ipſe poterit, Franc. decis. 4. nu. 20. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 21. num. 35. tit. 28. num. 64. Sed alia ratione quia Eccleſia eſt difficilis conuentionis, pro iuribus Domino debitis, arg. c. 1. §. 1. de alien. feud. Ias. l. fin. num. 90. C. de iur. emphit. in l. ſi quis promiſerit. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8 quæſt. 16. num. 23. Amic. d. quæſt. 22. num. 7. 8. Tuſc. lit. E. conclus. 7. Rim. iun. cons. 453. num. 8. Caldas, d. quæſt. 19. num. 18. Camill. de Curt. diuerſ. feud. p. p. §. datur. etiam. 12. num. 12. Proinde deterioris conditionis fieret Dominus, Petr. Gregor. de conceſſ.

Digitized by Google

ceſſ.feud.p.8.quæſt.16.num.22. & numquam moritur, c.ſi gratioſa. de reſcrip. in 6. c.liberti. 12.quæſt.7.c.pudenda.24.quæſt.1. Tuſc. lit. E. conclus.16.nu.1.Rot.decis.603.p.p.decis.170.n. 1.p.2.Rim.iun.cons.400.num.31.34.Mantic.d. tit.28.n.65.Intrigl.feud.centur.2.art.5.n. 943. Sed tenetur infra annum vendere, ad tex. in Reg.Feder.cap.24.& ibi,Muta,à nu.10.20.Gratian.diſcept.533.n.39.Maſtrill.decis.128.nu.18. Amic.d.quæſt.22.nu.6. Tuſc.lit.E.conclus.158. num.6.9. Menoch.lib.4.præſump.119.num.8.9. cons.216.num.42.Ponte,cons.86.cons.88.in 1. Anna, alleg.125. vel poteſt dominus illi ſoluere eſtimationem,Genuen.pract.quæſt.87.

27 Ampl. I. Idem quoq; dicendum in † quauis perſona,ſi eadem, difficilis conuentionis,militet ratio, Camill.de Curte, d.num.12. & magis priuilegiarij ſint, Mantic.de tacit. & ambig.lib.22.tit.21.num.36.

28 Proinde,nec in Potentiorem † refutari, & alienari poteſt feudum,vt de emphiteuſi, inquit, Glos.c.potuit.de locat.Ias.l.fin. num. 98.C.de iur. emphit.Clar.§.emphiteuſis. quæſt. 22.Natt.cons.491.num.2.Ruin.cons.141.nu.11. in 1.lat.ª Corbul. de iur.emphit. tit. de priuat.ob alien.irreq.dom.fact.ampl.12.num.1.Potentior
29 autem † dicitur is, qui magis priuilegiatus eſt,vt conueniendi facilitate idoneus non ſit Corbul.d.ampl.12.nu.2. Mantic.de tacit. & ambig.lib.22.tit.21.num.36. Clar.§. emphiteuſis. quæſt. 22.Caldas.de emphit.lib.1.quæſt.19.num. 20 lib.3.a c.1.nu.6.7.8.9. Prat.cons. 54.num. 4 Rim.iun.cons.368.nu.12. Ludouis.decis.529. num.5.6. Potentior quoq; eſt,qui licet non habeat iuriſdictionem in eum, contra quem fit alienatio, ſi tamen in aliqua ſit dignitate, & terrendi poteſtatem in aduerſarium habeat Potentior cenſetur,Bald.conſ.151.in 1. Petra, de princ.potes.c.14.num.18.Sed potentiorem intellegit, Oſaſc.decis.144.num.12.ratione officij,alias ſecus,Natt.cons.491.Adeo vt ſi alienandi licentiam habeat à Domino, neq; illis alienari poterit feudum, Alex. cons.9.num.3.in 7. Franc. decis.4.num.20. Corbul.d.num.2.Rim.iun.cons.368.nu.12. Mantic. de tacit.lib.22.tit.21.num 35. Clar.d. quæſt.22.

Ampl. II. Vt in potentiorem alienari feudum non poſſit,ſi Dominus directus æquè potens ſit, Corbul.d.ampl.12.nu.9. 10. 11.Natt. cons.491.num.9.Ludouis.decis.529.num.15.

Ampl. III. Vt quod de Eccleſia dictum eſt, in quacumq; Communitate, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ſeculari, ſiue Republica, ſiue Capitulo, ſiue Collegio, ſiue Congregatione, ſiue Confraternitate etiam merelaicali idem iuris ſtatuendum omnino ſit, ex identitate rationis, Afflic.c.1.§.1.num.7.de alien. feud.Paris.cons.27.num.10.in 1.Tuſc.lit.E.conclus.16.nu.5.& d.conclus.158.nu.11.12.Amic. de iur.emphit.quæſt.22.nu.11.Caldas.de iur.emphit. lib.1.quæſt. 19. num. 19. quia nunquam moriuntur, l.proponebatur.ff.de iudic. Soc.cons. 84.in 3.Ponte,cons.155.num.18.in 2.

Ampl. IV. etſi alia Eccleſia ſit domina directa,æquè potens, Alex.cons.120.num.4. in 1. Alciat.cons.7.in 1. Burs. cons.255.num.9. Ludouis.decis.520.num.14.decis.529.num.15. Sotomay.lib.4.quotid.iur.controuer.13.num.21. Roſentall.de feud.c.7.conclus.2.nu.22. Gratian. diſcept.577.num.16.ad fin. Muta, Reg. Feder.c. ſic ſcimus.24.& c. volentes.28.num.423.Clar. §. emphiteuſis. quæſt.33. Sed diſtingunt alij, aut laicalis eſt emphitenſis, aut eccleſiaſtica, Cannet.c.Volentes.28.§.At quid dicendum. à n.1.Intrigl.feudal.centur.2.art.2.n.285.Oſaſc. decis.27.n.15.Burſ.cons.63.n.24.cons.199.n.47 Trentaciq.Variar.lib.3.reſol.1.num.12.Maſtril. decis.128.num. 18. quam diſtinctionem præcitati patres non admittunt.

30 Declar. I. Niſi potentor † ille ſit in prima feudi inueſtitura comprehenſus, Rim. iun. cons.368.nu.92. Burg.de laudem. p.2. inſpect.1. nu.22.Caldas.de emphit. lib.3.c.1.num.22. Potentior a Lege vocatus capit emphiteuſim & feudum, Caldas. d. c. 1.num. 20. Vel ſi conſors eiuſdem feudi (de iure loquor) is ſit, cum illius fides, & perſona, ſit iam à Domino approbata, Ias.num.98.Salic.num. 14.in l.fin.C.de iur.emphit.Caldas.d.c.1.nu.22. Corbul.d.ampl.12.num.7.Vel ſi potentior præſcripſerit,Soc.cons.266.num. 44.in 2.Caldas.d. lib.3.de potes elig.c.1.num.20. completaq; ſit præſcriptio, num. 21.

Declar. II. Non procedere ſi eccleſia non vult retinere, ſed parata eſt vendere perſonæ priuatæ, quia ad iſtum effectum reſpectu precij eſt capax, Specul.tit.locat.§.nunc aliqua. quæſt.117.Rot.decis. 261.num.7. p p. Ludouis. decis.520.nu.14. & tunc infra annum debet vendere, ex d.Feder.reg.c.24.

Declar. III. Vt ex Regis licentia in Eccleſiam alienari poſſit feudum, Petr. Gregor. de conceſs.feud.p.8.quæſt.16.num.22.23.

Declar. IV. Vt prohibita non ſit Eccleſia feudum, aut emphiteuſim retinere Domino volente, Muta, d.Feder.Reg.c.24.num.10. Tuſc.d.conclus.158.num.13.Menoch. cons.216. num.43.Surd.cons.521.num. 10. Genuen. pract. quæſt.87. Satiſq; eſt ſi de eius diſſenſu non conſtet, quod feudum remanere nolit penes Eccleſiam, Ludouis. decis.520.num. 14. ad fin.alias, ſatius illi fore crederem, laicum

vaſallum, quàm Eccleſiam habere.
31 Infert. II. Extero denegandam † eſſe in-
ueſtituram, cum in eum ſine Regis licen-
tia feudi alienatio, & refutatio fieri minimè
poſſit, *ex Claus.* qua in Feudorum conceſſio-
ne Rex omninò vtitur, videlicet, *Quod dictus
Titius & ſui hæredes ſint* Regni *incolæ, & de
cætero in eodem Regno habitent, ac morentur.*
ex qua clauſula conuentum cenſetur inter
Regem & Feudatarium, eiuſq; hæredes, de
non alienando feudum in perſonam ab hoc
Regno exteram; niſi exterus de cętero in
regno habitet, alias fieri non poteſt hæc
feudi alienatio, ſine Regis licentia, *Petr. Gre-
gor. de conceſſ. feud. p. 8. quæſt. 7. num. 13.
quęſt. 16. num. 31.*
Infert. III. Inueſtituram refutatatio dene-
32 gandam non eſſe † ſi feudi capax ſit, *Iſern. c.
1. nu. 14. quib. mod feud. amitt.* proinde Eccle-
ſiaſticæ perſonæ, cum *ex Reg. Feder. c. volentes.*
28. Feudorum incapaces ſint in Regno, *in
Tex. ibi, Præter quàm in Eccleſiis & Eccleſiaſticis
perſonis.* concedi illis feudi inueſtitura non
poterit: Sicut nec Muto & Surdo à natura, cui
refutari nec poteſt feudum, *Camer. c. imperia-
lem. fol. 5. col. 1 vers. qua de cauſa. de prohib. feud.
alien. per feder. Rouit. pragm. 4. num. 31. de feud.*
cum ſuccedere non poſſit, *c. 1. An Mut. vel
Surd. & ibi, Balzeran. num. 8. c. mutus. Epiſc. vel
Abbat. Ponte, cons. 62. nu. 18. in 1. Bolognet. cons.
4. à nu. 34. 104. 107. 109. Roſentall. de feud. c. 1.
conclus. 15. num. 5. Gizarell. decis. 44.* Cumi. *in
prælud. c. ſi aliquem. nu. 76.* Muta, *d. c. volentes.
num. 351. 355. & d. c. ſi. aliquem. nu. 264.* Quid
in cæco, excutit, *Bolognet. cons 4. cons. 5. Giza-
rell. & Roſentall.* nuper citati: Vel ſi natura
ſit inhabilis ad ſeruiendum, cum filius feu-
di dominus, idoneus ad ſucceſſionem eſſe
debeat, *Iſern. d. nu. 14. Rouit. d. pragm. 4. nu. 30.*
33 Q. I. inueſtitura † intra quod Tempus
petenda? Olim intra annum & menſem,
Hodie intra annum, & diem à feudatarij
morte, *c. 1. in princ. quæ fuit. prim. caus. benef.
amitt. c. 1. §. fin. ſi de inueſt. inter dom. c. 1. §. præte
rea. de prohib. feud. alien. per Freder. c. 1. de Capit.
qui curi. vendid. c. 1. & ibi, Balzeran. nu. 15. 18.
quo tempor. miles. Caſſan. Burg. conſuet. tit. de feud.
3. rub. 3. §. 1. glos. 13. Anchar. cons. 174. num. 3.
Abb. cons. 92. p. p. Alex. cons. 124. num. 2. in 1.
Clar. §. feud quæſt. 49. Pancir. l. cons. 21. nu. 27.
cons. 90. num. 4. Aldouin. cons. 5. num. 23. Paris.
cons. 23. num. 226. cons. 101. num. 131. in 1. Co-
ſta, de ſcien. & ignor. cent. 1. diſtin. 37. nu. 1. Me-
noch. cons. 1. num 42. cons. 133. num. 8. 9. cons.
598. num. 5. Gram. decis. 103. num. 223. Franc.
decis. 425. Honded. cons. 80. num. 4. in 2. Ponte,
feudal. lect. 2. num. 51. lect. 17. nu. 28. Schrader
de feud. p. 6. c. 2. num. 73. cons. 33. num. 1. Tuſc.
lit. V. conclus. 31. num. 7. Pappon. cons. 21. nu. 30.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 32. num. 2.
Veſemb. cons. 44. num. 81. Peregr. cons. 21. num.
10. in 1.* alias priuatur feudo, ſi dolo malo
non petijt, *c. 1. §. fin. de prohib. feud. alien. per lo-
thar. Siluan. de feud. recognit. quæſt. 64. 66. 83.
Schrader, cons. 33. nu. 32. 41.* ſed quoad auocan
dam poſſeſſionem, ſententia requiritur de-
claratoria, *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8.
quæſt. 5. num. 1. Anna, c. 1. num. 111. de vaſall.
decrept. ætat. Siluan. de feud. recognit. quæſt. 22.
23. Menoch. cons. 534. dub. 4. cons. 558. num. 4.
Ponte, cons. 3. num. 29 cons. 30. à nu. 21. cons. 62.
à num. 4. cons. 67. à num. 2. in 1. Farin. decis. 16.
num. 5. Rouit. pragm. 26. num. 40 de feud. Aldo-
uin. cons. 5 num. 16.* Etſi in inueſtitura dictum
ſit, quod ſine ſententia & citatione intelliga
tur à iure ſuo cecidiſſe, quia intelligi debet
de ſententia condemnatoria non excluden-
do declaratoriam, ex multis, *à Menoch. cons.
558. num. 4. Aldouin. cons. 5. num. 17.* Adeo vt
contra dominum in dubio iudicandum ſit,
Menoch. cons. 395. nu. 9. Aldouin. cons. 5. nu. 38.
34 Ampl. I. teneri etiam illum † in cuius fa
uorem refutatio facta ſit, intra Annum, &
diem ſub pœna priuationis feudi, inueſtitu-
ram petere, *Iſern. Aluarot. in c. 1. §. ſed etiam vt.
per quos fiat inueſtit. Sonsbec. de feud. p. 12. num.
119. Myſinger. obſer. 65. num. 14. cent. 5. Schoner.
lib. 1. de feud. diſput. 9. c. 30.*
35 Ampl. II. ſiuè nouum † ſit feudum, ſiue
antiquum, *c. 1. quo temp. miles. Gilken. de præ-
ſcript. p. 3. c. 13. num. 81. Coſta, de ſcient. & ignor.
centur. 1. diſtin. 38. num. 1. Aldouin. cons. 5. num.
23. Menoch. cons. 598. num. 5.*
36 Ampl. III. Vt ſi ſint plures † inſolidum
inueſtiti, eorum alter ſcienter non petierit
inueſtituram, Omnes alij in commiſſum in-
ciderẽt, etiam ignotantes ratione indiuidui,
*Clar. §. feudum. quæſt. 53. Gilken. de preſcript. p.
3. c. 12. num. 43. Coſta, de ſcien. & ignor. centur. 1.
diſtin. 38. num. 6.* Idem ſi plures ſint hæredes,
niſi alij ceſſerint vices vni, *Pancirol. cons. 21.
nu. 17.* Vel ſi conſuetudine aliud cautum ſit,
Clar. Gilken. Coſta, loc. citat.
38 Declar. I. Non procedere, ſi vnus † ex
fratribus cum ſit minor, inueſtituram infra
annum non petierit, Tunc ſi in integrum re
ſtitui contra præſcriptionem hanc impetra-
uerit, reſtitutio proderit etiam alijs, *ex l. ſi
communem. ff. quead m. ſeruit. amitt. Afflic. c. ſan-
cimus. num. 64. Quo tempor. miles. Rom. ſingul.
244. Ponte, feud. lect. 2. num. 51. Sfort. de reſtit.
in integr. quæſt. 46. nu. 18. Clar. §. feudum. quæſt.
49.*

Digitized by Google

49. Curt. de feud. p. 4. num. 46. Pappon. conſ. 21. num. 33. Siluan. de feud. recognit. quæſt. 53. 58. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 10. c. 86. Quia feudum eſt indiuiduum de iure regni, ex Feder. Reg. c. 28. Volentes. Imo inueſtitura, conceſſionem plurium Caſtrorum continens facit vnitatem feudi, Bald. Aluarot. Præpos. & alij c. 1. §. ex ea lege, de leg. Corrad. Corbul. de iur. emphit. tit. de priuat. ob non ſolut. canon. ampl. 4. nu. 27. Georg. alleg. 8. nu. 4. Natt. conſ. 479. Nicon. alleg. 30. num. 79. Magon. Fiorent. decis. 19.

39 Ampl. IV. Vt licet feudi poſſeſſor † deceſſerit relicto filio; præterito tamen vxoris ventre, Filius feudi inueſtituram intra annum & diem petere etiam tenetur, Bald. c. 1. An agnat. Aluarot. c. 1. & ibi Præpos. num. 3. quæ fuit. prim. caus. Curt. de feud. p. 4. num. 57. Iacob. à S. Georg. feud. inueſt. gloſ. qui quidem inueſtiti. num. 45. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. nu. 8. arg. l. quod ſi dubitet. ff. de acquir. hæred.

40 Ampl. V. Vt inueſtituram infra † annum & diem petere teneatur vaſallus, ſiue ſit maſculus, ſiue fæmina, Bald. & Aluarot. c. 1. §. præterea ſi quis. de prohib. feud. alien. per freder. Curt. de feud. p. 4. num. 57. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. num. 12.

Ampl. VI. Vt locum habeat, etſi vaſal-
41 lus † in iure erret, quia errore forſan iuris ductus, credens non eſſe agnatum proximiorem illi vaſallo, qui vita functus eſt, infra annum & diem inueſtituram non petijt, nec poſtea inueſtituram petere ipſe poteſt, ſed feudo priuatur, Afflic. c. 1. num. 10. Quo temp. miles. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. num. 12. arg. l. emancipata. l. iuris ignorantiam. C. qui admitt. l. fin. C. de repud. hæred. Niſi forte ille iuris error ſit probabilis, Cum in aliqua iuris deciſione, ipſe errauerit, de qua Doct. maximè controuertunt, tunc enim ſi vaſallus hoc errore ductus, intra tempus legitimum, inueſtituram petere neglexerit, ipſi in integrum reſtitutio conceditur, Abb. c. cum dilectus. de conſuet. Schrader. d. nu. 13.

42 Ampl. VII. Vt ignoratia iuris † a Pęna priuationis non excuſet, ſi inueſtituram intra legitimum tempus non petat, vel recipiat, Afflic. c. 1. num. 10. quo tempor. miles. Gloſ. verb. ignorans. Aluarot. & Doct. in c. 1. de controuerſ. int. domin. & empt. Schrader. conſ. 33. num. 4. Sicut nec ſupina & craſſa ignorantia vaſallo patrocinatur, gloſ. c. 1. §. ſimiliter. verb. ſciens. quib. mod. feud. amitt. gloſ. c. 1. quo tempor. miles,

Contrar. Imo craſſa & ſupina ignorantia cum à dolo excuſet, priuari feudo non poteſt vaſallus, Schrader. conſ. 33. nu. 34. 42. nec tempus incipit ipſo iure, ſed a die ſcientiæ probabilis, gloſ. c. 2. Verb. vltra. quo tempor. miles. & ibi, Afflic. n. 36. Balzeran. n. 18. Ias. l. 2. n. 33. C. de iur. emphit. Clar. §. feudum. quæſt. 49. Honded. conſ. 80. nu. 5. 63. in 2. Caldas. de emphit. lib. 1. quæſt. 5. nu. 26. quæſt. 6. num. 21. 22. 28. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 32. num. 6. Imo præſumpta ignorantia excuſat, Bero. conſ. 98. num. 22. in 1. Corbul. de iur. emphit. tit. de priuat. ob non ſolut. canon. limit. 20. nu. 1. Honded. d. conſ. 80. num. 6.

43 Ampl. VIII. Vt vaſallus, qui intra † annum, & diem inueſtituram petere neglexerit feudum amittat, Pancirol. conſ. 90. n. 4. vt poſt annum, & diem, moram purgare nec poſſit, Iſern. Bald. & Afflic. num. 13. c. 1. quo temp. miles Bald. & Aluarot. c. 1. quæ fuit. prim. caus. Rip. l. ſi inſulam. num. 40. 64. ff. de verb. obligat. Iacob. à S. Georg. inueſtit. feud. gloſ. qui quidem inueſtiti. num. 37. Schrader. conſ. 33. nu. 2. Cuius rei etſi anceps ſit, Præpos. in c. 1. quæ fuit. prim. caus. Curt. de feud. p. 4. num. 50. ac expreſſe contrarius, Afflic. d. c. 1. quæ fuit prim. caus. Ab his tamen diſſentit, & hoc veriſſimum opinatur, Schrader. de feud. p. 6. c. 2. num. 9. Tum quia vaſallo, ad petendam inueſtituram certum anni & diei tempus eſt a Legibus præſcriptum, pęna inſuper adiecta, vt eo elapſo priuetur feudo. Sed in omni diſpoſitione, cui dies & pæna eſt adiecta, purgatio moræ non admittitur, l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de action. & obligat. Tum quia, omni caſu, in quo propter actum legitimo tempore non explicatum; priuatio, vel alia executio fit à lege, vel ab homine, vt hoc noſtro in caſu, purgatio moræ non conceditur, l. ſi is cui. ff. de legat. 2. Bart. & Alex. l. ſi inſulam. & ibi, Ias. num. 32. ff. de Verb. oblig. & in l. 2. num. 73. C. de iur. emphit. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. num. 11. Tum quia exiſtimant plures, quod poſt lapſum temporis legalis, non admittur purgatio moræ, Innoc. Abb. & Cardin. in c. fin. qui matrim. accus. poſſ. Iacob. de Nigr. d. l. ſi inſulam. nu. 174. Tiraq. 1. retract. §. 3. gloſ. 4. num. 2. Schrader. d. c. 2. num. 11.

Declar. I. Quod cum hic curſus tempo-
44 ris legalis, † ſicut & alia quælibet interpellatio, non è veſtigio, ſed cum alio ſpacio temporis moderato, vaſallum in mora conſtituat, arg. l. ſi quis filium. §. fin. ff. de collat. bonor. gloſ. l. æmilius. verb. reſtitui. & ibi, Bald. ff. de minor. Bart. l. qui penum. ff. de pen. legat. Ias. l. ſi ex legati. num. 6. ff. de Verb. oblig. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. num. 12. Si vaſallus elapſo tempore legitimo, intra hoc modicum, ſiue moderatum tempus, abitrio iudicis terminandum,

inue-

inueſtituram petierit, perinde haberi, ac ſi intra tempus legitimum, inuiſtituram petijſſet, *arg. glos. l. pomponius. §. ratihabitionis ff. de procur. Iaſ. l. ita demum. C. eod. Schrader. d. c. 2. num. 12.*

45 Ampl. IX. Vt tempus hoc a † Domino minui vel coartari non poſſit, *ex l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. e. 1. de duob. fratrib. nou. benef. inueſt.* tradit *Caſſan. Burg. conſuet. des fieds. §. 1. num. 6. Iacob. à S. Georg. feud. inueſt. glos. qui quidem inueſtiti. num. 33. Roland. cons. 18. in 1. Siluan. de recognit. feud. quæſt. 15. nu. 2. 3. Coſta, d. diſtin. 38. num. 3. Schoner. de feud. lib. 1. p. 6. c. 2. num. 2. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. num. 2. Vulte. de feud. c. 7. num 62.* Niſi conſentiente vaſallo, *Caldas, de emphit. lib. 1. quæſt. 11. num. 3.* qui pariter ſe obliget ſub pæna amiſſionis, *Ponte, decis. 1. num. 8.* Prolongari tamen ab eo poteſt, *Doct. c. 1. quo tempor. mil. c. cum ſit romana. & ibi, Doct. de appellat. c. Indultum. de regul. iur. in 6. Schneiduin. de feud. p. 5. num. 56. Borcholt. de feud. c. 7. num. 36. Schrader. de feud. p. 6. c. 2 num. 81. Vulte. d. c. 7. nu. 63. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 5. c. 41. Hartm. de feud. obſer. 7. num. 6.*

46 Subampl. in præiudicium † etiam agnatorum, *Schrader. d. num. 81.* Iuri enim alteri non dum quæſito, ſed quærendo ex facto, vel negligentia tertij renunciari poteſt, quoad præiudicium alterius, *arg. l. qui autem. ff. de his quæ in fraud. credit. l. fin. C. de acquir. poſſeſ. l. 3. §. ſi is pro quo. vbi Alex. Iaſ. & Dec. ff. quod quiſq. iur. Bart. Alex. & Iaſ. in l. qui Romæ. §. flauius. ff. de verb. oblig. Iaſ. l. fin. ff. de pact.*

47 Declarat. I. Vt tamen ſi domino † permiſſum non ſit, abſq; iuſta & probabili ratione hoc tempus inueſtituræ petendæ, innito vaſallo prorogare; alioquin ipſe directo ſuo dominio, quod in feudo habet, priuaretur *Aluarot. Præpos. & Afflic. c. 1. §. nulla. per quos fiat inueſt. Afflic. c. 1. quo tempor. mil. Iacob. à S. Georg. inueſt. feud. glos. qui quidem ineſtiti. num. 40 Schrader. de feud p 6. c. 2. num. 7.*

48 Ampl. X. procedere, nedum † ſi fendi dominus ſit vere mortuus, ſed ſi ſit rumor, ſiue fama conſtans, dominum abſentem, qui adhuc in viuis eſt mortuum eſſe, atq; vaſallus hanc famam veram credat: Tunc ipſe ſimili modo intra annum & diem, ex quo huic famæ aſſenſit, inueſtituram quoq; petere tenetur ab hærede domini: At ſi vaſallus dominus ſuperſtes verè ſit, feudo non priuatur, *Iſern. & Præpos. nu. 13. Afflic. nu. 81. in c. 1. quo tempor. miles. Schrader. de feud. p. 6. c. 2 num. 14.*

49 Ampl. XI. Vt ſi oblatam † inueſtituram vaſallus recipere, & fidelitatem feudi domino præſtare recuſet, feudum amittat, *c. 1. §. 1. & ibi, Doct. quæ fuit. prim. caus. Curt. de feud. p. 4. num. 53. Schrader. cons. 33. nu. 3.* Etſi minor ſit, *Alba, cons. 328. num. 17. 18.*

50 Declar. I. Tempus hoc eſſe † continuum nullo interueniente impedimento, quod excuſet, *c. 1. §. fin. de probib. feud. alien. per Lothar. Veſemb. cons. 44. num. 82.* illo vero incurrente, ita vtile, vt quoties eſſet impedimentum, præſcriptio illa annua currat, & completa negligentem vaſallum priuet, ac excludat, *ex Præpos tit. quo tempor. miles. Zas. de feud. p. 7. num. 3. 4. Anchar. cons. 174. num. 3. Veſemb. d. n. 82.* vt nec per tempus impedimenti, interrumpatur, *Præpos. & Zas. nuper citati, ex l. 1. C. de diuerſ. & tempor. præſcript. Veſemb. cons. 44. n. 83.* cum ab omiſſa inueſtitura, quæuis iuſta cauſa vaſallum excuſet, *Roſentall. de feud. c. 6. conclus. 56. num. 1. 3. Roland. d. cons. 18.*

Declar. II. Tot inueſtituras requiri, quot
51 ſunt † feuda: Tunc enim ex vna plurium locorum inueſtitura reſultat vnicum feudum ſi vnica oratione conceduntur, vnaq; verborum conceptione; adeo vt dixerim, quod ſit vnum feudum, *Loffred. cons. 39. num. 33. Georg. alleg. 8. num. 4.* alias tot ſunt feuda, quot ſunt prædia, *Afflic. in c. 1. §. ex eadem lege. nu 23. 24. de Leg. Corrad. ex l. ſcire debemus. ff. de verb. oblig. Rouit. pragm. 1. num 94 de titul. abuſ. in ſcriben. ſublat.* Proinde nec immerito reſpondit. *Alex. cons. 7. num. 4. in 5.* quod Comes inueſtitus de pluribus Caſtris, non poteſt dici illa omnia habere in feudum Comitatus, niſi fuerit expreſſe inueſtitutus ſub nomine vnius Comitatus comprehendentis
52 ſingula caſtra in vnum; ſic emphiteuſis † etſi plura, vnica tamen oratione; contineat corpora, vnica quoq; erit, *Nicon. alleg. 30. nu. 79. Homode. cons. 53. Brun. cons. 66. num. 19. Natt. cons. 479. Mazon. Florent. decis. 19. Corbul. de emphit. tit. de priuat. ob non ſolut. canon. ampl. 4. nu. 27. Georg. alleg. 8 num. 5.*

53 Declar. III. Vt quandiu vaſallus † non poſſidet, & de iure ſuo litigare cogitur nullum petendæ inueſtituræ tempus illi currere, *Salic. & Bald. num. 6. l. ſollennibus. C. de rei vendic. per tex. l. quandiu. C. qui admitt. l. formam. §. ſi tamen. ff de cenſi. Afflic. num. 6. Aluarot. nu. 11. in c. 1. quæ fuit prim caus. benef. amitt. c. 1. in princ. de leg. Corrad. Bald. cons. 420. num. 12. cons. 466 vol. 1. Anchar. cons. 174. num. 3. Dec. cons. 144. num. 6. Schrader. de feud. p 6. c. 2. num 23. Rom. cons. 27. num. 1. Coſta, de ſcient. & ignor. centur. 1. diſtin. 38. num. 7 Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 10. num. 38, Surd. decis. 6. num. 4.*

etenim

etenim Textus, qui volunt, vaſallum ob non
pæticam inueſtituram poſſeſſione ſua priua-
ri, *ex c. 1. per quos fiat inueſtit. c. 1. §. prætereæ. 1. de
probib. feud. alien. per Feder.* loquuntur vtiq;
de poſſeſſore, in cuius præiudicium, nec vali-
da eſſet inueſtitura alteri conceſſa, *Alba, conſ.*
135. *num.* 10. auferri enim non poteſt poſſeſ-
ſio, quia priuatio habitum ſupponit, *l. 5. ff.
queamdm. teſtam. aper.* neq; auferri aliquid,
poteſt non poſſidenti, ſi actionem habeat,
quod minus eſt, *l. minus. ff. de reg. iur.* pręſertim
litiganti de iure ſuo, ideo dubius cum ſit
non poteſt videri in dolo, ſine quo feudum
non committitur, *c. fin. de probib. feud. alien.
per Lothar. c. 1. §. ſi vaſallus. ſi de feud. defunt.
milit. c. 1. de conten. inueſt. int. dom. & empt. Ias.
l. fin. num.* 127. *C. de iur. emphit. Roland. cons.* 18.
num. 18. *in* 1. iuſtam enim petendi cauſam ne
dum habet, qui de iure ſuo litigat, *c. 1. quid
ſit inueſt. Bald. l. fin. num. 2. C. ſi penden. appell. l.
cum antiquioribus. C. de iur. deliber. Salic. num. 9.
Ias. num.* 30. *l. quoties. C. de rei vendic.* ſed, &
qui dubitat, *l. nemo. ad fin. C. de acquir. poſſes. l.
item. §. petitam. l. ſed & ſi lege. §. ſi ante. ff. de petit.
hæred. Ias. & Doct. l. quamdiu. C. qui admitt.* Imo
ſcripſit, *Gam. deciſ.* 278. *n.* 21. dubitantem de
iure ſuo, licet ſciat litem eſſe motam & ta-
ceat, non ſibi præiudicare, *Coſta, de ſcient. & i-
54 gnor. inſpect.* 82. *num.* 12. Hinc dubius † pro
ignorante habetur, *l. fin. ff. de condict. indeb.
Natt. cons. 162. num. 32. Decian. cons. 39. nu. 21.
in 2. Surd. cons. 379. num. 18. Cephal. cons. 512.
num. 15. Bec. cons. 195. num. 4. Bardell. cons. 57.
num. 15. Sfort. de reſtit. in integr. quæſt. 8. num.
47. Tuſc. lit.* D. *concluſ.* 800. *num. 2. Menoch. re-
cup. poſſeſ. remed. 15. num. 186. Coſta, d. inſpect,
82. nu. 1. Pacian. de probat. c. 45. nu. 58. Gratian.
diſcept. 2. nu. 50. diſcept 391. nu.* 24. Porrò igno
rans ob negligentiam non committit, ne-
què feudo priuatur, ſi inueſtituram in tem-
pore non petierit, *c. 1. §. ſi vaſallus. ſi de feud.
defunc. milit. Bald. l. fin. C. ſi penden. appell. Alua-
rot. c. 1. num. 12. qua fuit prim. caus. benef. amitt.
Ardiz. de feud. tit. quib. mod. feud. amitt. Rub. ſi nõ
petier. vaſall. Burſ. cons. 143. Rim. iun. cons. 599.
Corbul. de iur. emph. tit. de priuat. ob non petit. in-
ueſt. num. 8. Coſta, de ſcient. centur. 1. diſtin. 38.
num.* 5. Dolus enim requiritur, *ex Peregr. cons.
8. num. 26. in 3.* & in bona potius, quam in
mala fide eſſe dicitur, qui dubitat, *Maſcard.
de probat. conclus. 1004. à num. 48. Coſta, d. in-
ſpect. 82. num. 15. Gratian. diſcept. 278. num. 21.
diſcept. 391. num. 24. 25. Menoch. recup. poſſeſ.
remed. 15. num. 149. Decian. cons. 39. nu. 21. in 2.
Surd. cons. 528. n. 42. 43.* Vnde ſcripſit, *Cuiac.
de feud. lib. 4. tit. 51.* quod vaſallus ignorans
extra omnem culpam, eſt, & pænam, *Pere-
gr. cons. 8. num. 27. in 3. Coſta, d. diſtin. 38. num.
5.* Hinc error iuris dubij excuſat, *Aflic. c. 1.
quo tempor. miles, Siluan. de recognit. feud. quæſt.
64. Schrader. cons. 33. num. 35. Seraphin. deciſ.
1149. nu. 1. Cancer. 3. reſol. c. 11. nu. 9.* vt in in-
tegrum reſtituendus ſit, *Alex. cons. 45. num. 3.
4. in 5. Plot. cons. 48. nu. 8. Corbul. de iur. emphit.
tit. Vlt. limit. 20. num. 7. Bimi. cons. 128. num. 7.*
55 Subdeclar. Hoc verum, ſi vaſallus † non
ſit negligens, in recuperanda feudi poſſeſ-
ſione, legitimis, atq; conceſſis medijs, *Af-
flic. num. 10. quo temp. mil. Frec. de ſubfeud. lib. 2.
auth. 3. num. 8. Roland. cons. 18. num. 8. 28. in 1.
cons. 40. num. 15. in 3. Paris. cons. 23. num. 227.
in 1. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. num. 21. argum. c.
fin. cum ibi not. de elect. l. non enim negligentibus.
ff. ex quib. caus. maior. l. qui poteſt. ff. de reg. iur.*
56 Declar. V. Vt mortuo vaſallo † qui non
petiit inueſtituram, non poſſit amplius de
clarari caducitas, *Aldouin. cons. 5. num. 19. 25.
Menoch. cons. 558. num. 6. cons. 635. nu.* 10. niſi
fuerit præuentum, nec ab hęrede domini con
tra vaſallum, ſi ab eo lis non fuerit conteſta-
ta, *Menoch. cons. 558. num. 6. cons. 626. num. 3.
cons. 707. num. 9. Schrader. cons. 33. num. 59. 60.
61. Aldouin. conſ. 5. nu.* 18. Imo nec ſufficit fa-
ctam fuiſſe declarationem, viuente vaſallo
teſtatur, *Menoch. cons. 707. num.* 12. niſi ſit e-
tiam exequuta, *Aldouin. cons. 5. num.* 19.
Declar. VI. Minorem ad petendam inue
ſtituram integrum reſtituẽdum, *Roland. cons.
40. num. 12. in 3. Clar. §. feudum. queſt.* 49. etſi
curatorem ipſe habeat, qui ſoluendo ſit, *Ro
land. d. cons. 40. num.* 14. niſi monitus fuerit à
Principe ad eam prius petendam intra an-
num & diem, *Bald. & alij, c. 1. §. pręterea. 1.
de probib. feud. alien. per feder. ex l. ſi ex cauſa. §.
in commiſſum. ff. de minor. Alba, cons. 328. num.*
18. non enim ſubuenitur minori, qui in dolo
eſt, *Bald. l. 1. C. ſi aduers. delict. Roland. cons. 77.
num. 5. in 3. Caldas, de in integr. reſtit. glos. implo-
rare in integrum reſtitutionem. ſub num. 41. latè
Sfort. de reſtit. in integr. quæſt.* 83. de dolo con-
uincitur minor, ſi monitus non ſatisfaciat, *ex
notat. in l. capitalium. §. ſolent. ff. de pęn.*
Q. II. Cui deuolutum ſit feudum Domi
no? vel Agnato? ſi petita in tempore inue-
57 ſtitura non ſit? Antiquum ad Agnatos † de
volui, inquit, *Iſern. c. 1. num. 1. 2. quo tempor.
mil. in c. 1. ſi vaſall. feud. priuet. c. 1. §. fin. num. 2.
& ibi, Aluarot. num. 5. quæ fuer. prim. caus. be-
nefic. amitt. glos. c. 1. verb. partem ſuam. de ſucceſſ.
feud. Zas. de feud. p. 16. nu. 94. 104. Veſemb. cons.
44. num. 83. Aldouin. cons. 5. num. 28. Coſta, de
ſcient. & ignor. centur. 1. diſtin. 38. nu. 12. Roland.*
cons.

Digitized by Google

cons. 40. num. 15. in 3. Menoch. cons. 304. cons.
467. num. 69. Cumq; caducitas, ob non peti-
tam inueſtituram in tempore, odioſa ſit, &
rigoris plena, reſtringenda eſt, Menoch. cons.
467. cons. 598. Roland. d. cons. 40. nu. 18. Aldo-
uin. cons. 5. num. 27. eſt enim quędam tempo-
ris circumuentio, quæ ſępiſſimè nos fallit, ac
proinde inſignes feudorum interpretes nos
monent, Bonos & iuſtos Principes, qui ęqui-
tatem rigori anteponunt, parui pendere hãc
temporis anguſtiam, Menoch. cons. 467. Ro-
land. d. cons. 40. n. 19. Aldouin. d. n. 27. ſed hodie
feudalis iuris aſperitate lenita, ſtatuit Rex
Ioan. in Regni cap. 12. Quod propter fideiho-
magium omiſſum præſtari infra tempus ſtatutum
nemo aliam pœnam incurrat niſi amiſſionis redi-
tuum duorum annorum ipſius Marchionatus, Co-
mitatus, Baroniæ, vel alterius Feudi. Et ſi poſt
lapſum temporis, infra quod præſtandum erat fi-
deihomagium, facta prius requiſitione, inde ad tres
menſes dicti Marchiones, Comites, Barones, Feu-
datarij non præſtiterint fideihomagium, eo caſu
incurrant pœnam perditionis, & amiſſionis Feudi.
Hæc Ioann. d. c. 12. confert, Reg. Alphons. cap.
452. exornat Cumi. in c. ſi aliquem. glos. mortis. nu.
48. optimè Roland. cons. 40. nu. 20. in 3. Napo-
litani ſeruant, vt non petita infra annum in-
ueſtitura, duplicatum releuium ſoluatur,
Gram. decis. 103. num. 224. Cumi. d. num. 48. A-
gnato itaq; deuoluitur feudum, inſpecta ſo-
lum iuris diſpoſitione.
58 Cæterum, inueſtituræ petitio, eſt quidam
quaſi cenſus, deuotionis & Reuerentiæ, ac
pars ſeruitij, Bald. l. 1. nu. 4. ff. de rer. diuis. Curt.
iun. de feud. p. 4. num. 45. Petr. Gregor. de conceſſ.
feud. p. p. quæſt. 9. num. 11. p. 5. quæſt. 4. num. 19.
p. 8. quæſt. 16. num. 2. Ias. cons. 64. num. 2. in 3.
cons. 117. nu. 4. in 4. Roſentall. de feud. c. 6. conclus.
29. num. 9. c. 11. conclus. 18. nu. 9. Clar. §. feudum.
quæſt. 49. num. 1. Roland. cons. 64. num. 2. cons.
40. num. 3. in 3. & ideo poteſt remitti, Petr.
Gregor. d. quæſt. 9. num. 11. concedi tamen de-
bet, iuxta primæ inueſtituræ formam, c. mili-
ti. ibi, tenorem tamen inueſtituræ conſiderantes. de
Capit. Corrad. Ponte, de poteſt. proreg. tit. de diuerſ.
prouiſion. §. de reform. inueſt. nu. 1. 8. innatam
59 enim † ſuam naturam, à primæ inueſtituræ
lege, feudum aſſumit. Ponte, d. §. de reform.
inueſt. num. 2. Bolognet. cons. 5. num. 56. Petra, de
princip. potes. c. 32. quæſt. 3. num. 227. Mantic. de
tacit. lib. 22. tit. 34. n. 35. lib. 23. tit. 8. n. 8. Phæb.
60 decis. 29. num. 6. adeo vt nulla † habenda ſit
ratio, aliarum inueſtiturarum difformium,
Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 6. num. 40. Roſentall.
de feud. c. 6. conclus. 69. nu. 7. 14. 16. Ponte, d. §.
de reformat. inueſtit. num. 5. & feudal. lect. 9. nu.
26. cons. 12. num. 3. 54. vol. 1. Petra, de princ.
potes. c. 32. quæſt. 3. nu. 123. præſertim ne præ-
iudicium fiat comprehenſis in prima, Papon.
cons. 21. num. 26. erronea namq; inueſtitura
non nocet, Aldouin. cons. 5. nu. 7. dixi plenius
prælud. 4. num. 52. Nec illi renunciatum dici-
tur, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 21. nu.
3. nec inueſtiendus is, eſt, quin prius fideli-
tatis iuramentum præſtaret, Petr. Gregor. de
conceſſ. feud. p. 8. quæſt. 16. n. 1. Roſentall. de feud.
c. 6. conclus. 13. num. 3. conclus. 65. num. 5. Ronit.
pragm. 26. num. 34. 38. 39. de feud. Ponte, cons.
67. nu. 1. in 1. quia ſi fidelitatem facere recu-
ſet, inueſtitura concedenda ei non eſt, Ponte,
feud. lect. 1. num. 19. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 23. tit. 1. num. 9. 13. Renouanda itaq; eſt
inueſtitura, quia iuramentum in hæredem
non tranſit, Clar. d. §. feudum. quæſt. 49. num. 1.
61 Illud tamen prætereundem nec eſt † Re-
gem non poſſe in hoc regno petere à feuda-
tario, priuſquam ſibi concedat inueſtituræ
renouationem, vt antiquam ſibi prius exhi-
beat feudi conceſſionem, & priuilegium,
ex Ias. in Prælud. feudor. col. 19. vers. iſtis adde.
in l. 2. col. 3. vers. quid autem. C. de iur. emphit.
Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 8. quæſt. 16. nu. 8.
Sed difficultas eſt non leuis, inueſtituram
feudi à tutore obtentam legimus, cuius im
penſa rationibus inferatur? Opera, & im-
62 penſa adminiſtratoris † præſumi dicimus, ad
cuius curam & officium ſpectat hoc facere,
ex Bart. in l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. quod e-
nim requirit ſumptum, ſi appareat factum,
eò ipſò, ab eo factum pręſumitur, eiuſq; ex-
penſis, ad quem facere ſpectabat, ſiue quan-
tum ad obligationem & actionem acquiren
dam, ſiue quantum ad pœnam euitandam, ex
l. 2. C. de alim. pupil. præſtand. Menoch. lib. 2. præ-
ſum. 23. nu. 45. infert ex hoc Bart. l. nomina. C.
arbitr. tutel. ſi teſtator iniunſit hęredi ſuo vt fi-
guram certo in loco ſub certa pœna pingi fa
ceret, & inde reperiretur picta, ſed non appa
reat per quem; præſumitur per hęredem, qui
ad hoc tenebatur, Bald. l. 2. & in l. id quod pau-
peribus. ad fin. C. de Epiſc. & Cleric. vbi notat
quod ſi exequutor conſtitutus ad ſacellum
conſtruendum, & appareat conſtructum, pręſ-
ſumitur ab exequutore, & impenſis ſuis. Ad
dit, Bald. cons. 378. in 1. hoſpitale ab illo edifi-
catum pręſumi qui teneretur, ex Bart. Imol. Ca
ſt. Alex. Aret. & Ias. d. l. cum ſeruus. Aret. Dec.
Felin. & alij. in c. 1. de iudic. Curt. cons. 76. Actus
inquit, Aret. c. 1. num. 14. de iudic. qui requirit
impenſam, factus præſumitur, de mandato,
& nomine eius, cuius intereſt, Rip. l. 4. §. hoc
autem iudicium. nu. 97. ff. de damn. infect. Capic.
decis.

Digitized by Google

decis.86.num.16. Caſſador.deciſ.3.nu.4.de pro-
cur. Anna, alleg. 89. num.17. etſi modica ſit
impenſa, vt contra, Dec.d.c.1.num.31.ex Rip.
& aliis reſoluit Menoch.d.præſum.23.num.4.
Ex quibus patet, quod hoc in caſu non
63 teneretur † rationes reddens aliter probare
à ſe, vel ſua impeſa factum id fuiſſe. Quod ſa
nè intelligo quando ſunt de hoc veriſimi-
les coniecturæ, alias ſecus; quia tunc tene-
retur probare a ſe, vel alio, pro ſe factum eſ-
ſe vt Bart. limitat, & declarat, Imol.l.qui ſub
conditione.ff.de condict. & demoſtr. Alex. d.l.
cum ſeruus. Corſet.reper. verb. Actus. ad fin.&
ita tenendum eſt; quamuis, Corn. cons. 45.
col.pen.& fin.in 4. nitatur doctrinam, Bart.
impugnare, & reſtringere ad terminos, d.l.
2.C.de alim.pupill.præſtan. Probato autem a-
quo factum ſit, ſemper præſumitur eius im-
penſa, & pecunia, Bald.l.in reſtituenda.C.de pe-
tit. hered. l fin. §.ſi in computatione. C. de iur.
delib. qui tex. allegat. l. ſi ventri. ad fin. ff. de
priuileg.credit.ſed melior eſt tex.l.cum proponas
C.pro Soc.& l.fin.C.de pignor. Et quamuis de
quantitate impenſa ad liquidum, & per mi
nuta non appateat & fortaſſis nec ratioci-
narius minutatim per ſingula exprimere poſ
ſit, non tamen reijcitur articulus huiuſmo-
di impenſę, ex quo non eſt dubium, niſi de
64 ſola quantitate † ſed ſatis erit probare, quod
ea in re bonus paterfamilias tantum expen
diſſet, vel fiet æſtimatio, per duos, in tali
opere peritos, ex Bart.d.l.id quod pauperibus.
Confert quod vult, Bart.in l.ſi quod ex Pam
phila.ff.de legat.2.licet valor rei, vel quantitas
65 huis † intereſſe non ſit probata, tamen iu-
dex ex officio debet exſtimare, l ſemper.§.ex of
ficio. ff. quod Vi aut clam. Doct. l. 1.C.de ſenten.
quæ pro eo quod intereſt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum qua ætate refutari poſſit*
2 Ponte, de poteſt.proreg. tit.8.de refut. §.4. num.17.*declaratur*.
3 *Pactum de ſucceſſione viuentis improbatur*
4 *Pactum, quo non de vltimi feudatarij, ſed de primi acquiſitoris ſucceſſione agitur, validum eſt*
5 *Pactum inter hæredem grauatum & ſubſtitutum; inter ſubſtitutum & tertium de hæreditate defuncti ſuſtinetur*
6 *Pactum de hæreditate viuentis, cum eius conſenſu non improbatur, ſi ad mortem ille perſeueret.*
7 Tex.cap.118. *quod commentamus, de Patris ſucceſſione loquens, ad Aui, non ad Matris ſucceſſionem extenditur.*
8 *Filio refutatario prædefuncto quis ſuccedet? Filius nè, Pater, vel Frater? Ampl. nu.11.12.*
9 Petr.Gregor.de conceſſ.feud. p.2.queſt. 10. num.55.56.*declaratur*.
10 Tex. Auth. defuncto. C.ad Tertull. *non procedit in feudis, ſed in allodijs.*
13 *Pater in feudo, filio prædefuncto, refutato ſuccedens ad releuium tenetur.*
14 *Vitam Militiam prædefuncti filij refutatarij, fratribus, Pater ſucceſſor ſoluere non tenetur.*
15 *Pater refutati feudi ſucceſſor, an ad prædefuncti filij refutatarij debita exoluenda cogi poſſit?*
16 *Frater in feudo refutato, an ſuccedat fratri? Diſtingue.*
17 *Refutatione facta, ſeruitijs, & iure iurando, feudi refutati poſſeſſor liberatur.*
18 *Refutatio feudi in manus domini, operatur pignoris extinctionem, & quando ſecus?*
19 *Feudo à Patre in filium refutato, Hipoteca ab eo contracta reſoluitur. Contrar.num.20. Ampl. num.22.23.25.*
21 *Bart.l.1.num.1.C.de impon.lucrat. deſcript. lib. 10.declaratur.*
24 *Succeſſor in feudo defuncti Baronis debita ſoluere non tenetur. & quando Secus?*
26 *Penitentiæ locus non eſt in Tertij præiudicium, ſi mutuo conſenſu, a refutationis contractu diſcedere velint contrahentes, refutati feudi non dum tradita poſſeſſione. Contrar. num. 27. Ratio, num.29.*
28 Tex. c.volentes.28. Regis Feder. *declaratur.*
30 *Mutuus diſſenſus à contractu, re integra, non eſt nouus contractus contrarius primo, ſed merus diſtractus.*
31 *Re non integra, Diſſenſus, eſt nouus contractus.*
32 *Pænitere re integra licet, in directi etiam Domini præiudicium.*
33 *Gabella pro contractu debita, pro diſtractu ſoluenda non eſt, ſicut nec quid aliud.*
34 *Gabella debita pro contractu, non ſoluitur ſi incontinenti receſſum ab eo ſit, ſecus ſi ex interuallo.*
35 Laſart. de decim.vendit. cap.14.num.7. *reijcitur.*
36 Phæb.decis.24.num.11. *reprobatur.*
37 *Res integra quando eſſe cenſeatur? nec pænitentiæ locus ſit?*
38 *Res deſinit eſſe integra reſpectu refutantis, ſi ad realem refutati feudi traditionem deuentum ſit, etiam per Conſtitutum, aut alium fictum iuris modum. Contrar.num.43.*
39 *Pænitere contrahentes non licet, in præiudicium domini, ſi realis interuenit refutati feudi traditio, quos ſi pænituerit, ius ſuum adhuc conſequi poteſt Dominus. Diſtingue num.40.41.*
42 *Diſſenſus actui ſuperueniens incontinenti, illi adeo ineſt, ac ſi a principio non conſenſerint con-*

Z tra-

trahentes. Contrar.*num*.43.

44 *Verba notarij*, Vendidit, ceſſit, tranſtulit, vendit, cedit, transfert, *nec veram, nec fictam traditionem indicant*,

45 *Eccleſiæ, aut Ciuitati ſi quid eſt venditum, tranſit dominium ſine traditione vera, vel ficta. Vt res integra eſſe deſinat, nec pœnitentiæ locus ſit*. Contrar.*num*.46.

47 *Laudemium duplex debetur domino, Aliud ex alienatione rei iam tradita; Aliud ſi ex contractu diſceſſerint partes ex interuallo, & quando?*

48 *Integra res eſſe deſinit ſoluto rei precio, aut eius parte: Arrarum verò ſolutione ſecus eſt, niſi dentur, vt in precio computentur*

49 *Pœnitentię locus non eſt, in contractu nominato, re non integra*.

50 Fideiuſſore *dato, aut Pignore*, Res *non deſinit eſſe integra, nec ſola precij confeſſione*.

51 *Soluta precij parte ab emptore, ſi re à venditore non dum tradita, ex cauſa à venditione receſſerint contrahentes*, Laudemium *domino non competit, re tamen in emptorem translata ſecus, num*.52.

53 *Integra res eſſe deſinit, ſi iure ſuo Dominus vti cæperit*.

54 *Præuentum, extraiudiciali, interpellatione non eſt à Domino, vt contrahentium pœnitentia impediatur*.

55 *Pœnitentiæ locus non eſt, ſi Domino notificata venditio ſit, & taceat*. Sed quando *ſecus, excutitur, num*. 59.

56 *Præferendus cæteris eſt Dominus, ſi requiſitus an velit emere, infra bimeſtre nec reſpondeat, & res adhuc integra ſit*.

57 *Conſenſum alienationi à Domino ſemel præſtitum reuocare nec ipſe poteſt*.

58 *Pœnitere emptorem, aut Venditorem non poteſt, ſi conſanguineus in rei venditæ retractu præuenit, & quando ſecus*, Explicatur, *num*. 60. 61.62.

63 Conſanguineus, *vel Dominus in retractu præferendus ſit?*

64 Conſanguineus, *Dominum An præueniſſe dicatur ſi extra iudicium interpellet*.

65 Contractu *ſuper feudo celebrato, vnum ex contrahentibus, antequam Domini conſenſus accedat, inito altero, pœnitere non licet*.

66 *Pœnitere refutationis poteſt, Patrem, re integra: ſecus re non integra*.
Declar.num. 67.68.69.

70 Refutationem *à Patre factam poteſt filius non acceptare, eamq; reſpuere, Ampl.num*.71.

72 Re *integra Patrem & Filium refutationis pœnitere poteſt, eamq; pro parte reformare, nu*. 74.

73 Re *non integra à refutatione recedi poteſt, ſi actus retroſimilis interueniat*.

Da Loro Patre. Ab eorum Patribus. Glos. XV.

1 REſutationem ab eo feudi domino faciẽdam innuit, *Rub. de Vaſall. decrep. ætat*. qui ætatis † ſit decræpitæ, neq; hoc Senilis ætatis priuilegium putes, cum & iuuenis refutare feudum liberè poſſit, *Obert. d. rubr*. qui Patres monet, ne ad refutandum properent, niſi in ętate decrepita, quia inopem illum relinquent filius, aut proximior ſucceſſor, *Anna d. rub. num*. 55. Imo nec ea in ætate refutari debet feudum, *Anna d. rubr. num*. 56. tunc enim labor eſt, & dolor. Addit, *Ponte de potes. proreg. tit*. 8. *de refutat*. §. 4.
2 *num*. 17. in fraudem præſumi † quę ſine cauſa in decrepita ætate fieret refutatio: Quod accipiendum duxi, ſi in remotiorem potius, fiat, quam in proximè ſucceſſurum: eſt enim refutatio, ſucceſſionis præuentio ſeu præmatura ſucceſſio, *Bammacar. c. beneficium. num*. 15. 16 *ſi de feud. defunc. milit. Ponte, cons*. 12. *num*. 1. 2. *in* 1. *Roſentall. de feud. c*. 9. *conclus*. 50. *glos. C. Fab. Ann. cons*. 39. *num*. 15. 16. *Maur. alleg*. 28. *num*. 5 6. *p. p*. Molfes. *ad conſuet. Neap. p*. 4. *tit. de renunt. quæſt*. 1. *num*. 5. *cons*. 33. *nu*. 1. *Bardell. cons*. 14. *num*. 45. & definit, *Thom. Marin. de feud. tit*. 3. *de feud. pact. & prouid. nou. num*. 31. quod ſit donatio in anticipationem ſucceſſionis, quæ licita eſt, *Georg. alleg*. 17. *nu*. 30. 44. *de feud. c*. 48. *num*. 13. Cum aliud facere nec dicatur refutans, quam tollere ſe de medio, ſi ei donet, qui proxime ſucceſſurus eſt, *Loffred. cons*. 3. *n*. 30. *Molfes. cons*. 33. *n*. 1. *Ponte, d. tit*. 8. *de refut*. §. 4. *n*. 4. *cons*. 12. *n*. 3. *in* 1. *Fab. Anna, cons*. 39. *n*. 13. 14. *Surd. decis*. 343. *n*. 49. Si verò refutatio agnato remotiori fiat; alienatio eſt, & donationis loco habetur, *Balzer. rub. de vaſall. decrept. ætat. num*. 2. *Surd. decis*. 343. *nu*. 8. concluſio itaq; iuris ſit, quacumq; ætate refutari feudum poſſe, *Anna, d. rubr. de vaſall. decrep. ætat. nu*. 56. & poteſt vaſallus præuenire, refutando feudum in vita quandocumq; *Maur. alleg*. 42. *num*. 12. *p. p*.

Sed memoria repetendum ſanè eſt, Pactum
3 de feudo † viuentis improbari, *ad tex. c*. 1. *qui ſucceſſ. feud. dar. tenean. Afflic. c*. 1. *de natur. ſucces. feud*. Sicut & pacta omnia, etiam inter liberos & parentes, de ſucceſſione viuentis (iure ciuili) inita, vt triſtiſſimi euentus plena reijci, ac omnem huiuſmodi conuentionem,

Digitized by Google

tionem, veluti votum captandæ mortis in
ſe continentem improbari ſcimus, *ex l. fin.
C. de pact. l. fin. ad fin. ff. de ijs, quib. vt indign. l. ita
tamen. §. a patre. ff. ad trebell. l. 1. §. ſi impuberi. ff.
de collat. bon. l. quidam. §. fin. ff. de donat. Menoch.
cons. 502. d. num. 32. Sotomay. p. 3. iur. controuer.
9. n. 23. Phœb. decis. 2. n. 1. Craſſ. §. ſucceſſio abin-
teſtato. quæſt. 9. n. 5. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18.
n. 193. Tuſc. lit. E. conclus. 590. n. 7. lit. P. conclus.*
4 *14. n. 1.* Verum validam † eſſe feudi donatio-
nem, ſeu inueſtituram cenſui, quia viuo illo,
qui tenet rem, non fit præiudicium, ſi Rex
det ius poſt mortem poſſidentis feudum, etſi
ille non conſentiat, *c. 2. qui ſucceſſ. feud. dar. te-
nean. c. 1. §. moribus. ſi de feud. fuer. controuerſ. c.
ſiquis inueſtierit. vbi not. Bald. de feud. dat. in vic.
leg. commiſſ. Afflic. decis. 292. Phœb. decis. 2. nu.
11.* Cum in fideicommiſſis non procedere,
tex *l. fin. C. de pact.* dixerit *Phœb. d. decis. 2. num.
12.* neq; etiam de bonis viuentis grauati a-
gitur, ſed mortui, ideſt illius, qui bona re-
ſtituere iuſſit, *Ias. l. pactum quod dotali. num. 4.
C. de collat. Dec. cons. 445. num. 29. Burg. de Paz,
in procem. leg. Thaur. in princ.* Phœb. *decis. 2. num.
12. Intrigl. feud. centur. 2. artic. 45. num. 18. Mo-
lin. de primog. lib. 3. c. 2. num. 22.* Sicut validum
5 eſt pactum † inter grauatum hæredem, &
ſubſtitutum de hæreditate mortui, *Cagnol.
l. fin. num. 40. C. de pact. Fuſar. de fideicom. quæſt.
309. num. 5.* Vel inter ſubſtitutum & tertium
viuente adhuc grauato inſcio, & ignorante,
*Gamm. decis. 92. nu. 4. Peregr. decis. 106. Phœb.
decis. 2. num. 12. 15. Craſſ. d. quæſt. 9. num. 17.
Fuſar. de fideicom. quæſt. 310. num. 7. 11.* Molin.
de primog. lib. 3. c. 2. num. 22. vt nec requiratur
poſſeſſoris conſenſus, cum de illius proprijs
bonis non agatur, *Phœb. decis. 2. n. 13.* Cum feu
dum habeant à primo acquirente, & maiora
tum à primo conſtituente, *l. 1. C. de pact. l. Ar
chimedoram. C. Vt in poſſ. legat. Ang. l. ſtipula-
tio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Ias. l. pa-
ctum. C. de collat.* Tiraquell. *de primog. quæſt. 29.
nu 3. 4. Molin. d. c. 2. Phœb. decis. 2. nu. 14. Gutier.
lib. 5. pract. quæſt. 79. num. 8.* Nec emphiteuſis
nominationem recipit quis à nominante,
*Caldas, de emphit. lib. 2. de nomin. quæſt. 2. nu. 9.
quæſt. 4. num. 4. Phœb. decis. 5. num. 3.* quia per
fide commiſſum ſucceditur defuncto, *l. cohæ-
redi. §. cum filię ff. de vulg. & pupill. l. vnum. ex fa-
milia. §. 1. & ibi, Padill. ff. de legat. 1. Phœb. decis. 2.
n. 13.* inde eſt, poſſe Regem viuentis officium
nondum vacans alteri promittere; Vt deci-
ſum refert, Phœb. *decis. 2. Bonadill. lib. 1. polit.
c. 2. num. 18. lit. E.* etſi neget Maſtrill. *de magi-
ſtrat. lib. 1. c. 25. num. 25. ex* Gail. *obſer. 155. nu.
6. Roſentall. de feud. c. 4. conclus. 9. nu. 4.* & alijs
quos citat; Nec de iure improbatur pactum
6 de hæreditate viuentis † cum eiuſdem con-
ſenſu initum, *l. fin. C. de pact. Molin. lib. 2. de-
primog. c. 3. num. 3. Tuſc. lit. P. conclus. 13 num. 2.
conclus. 14. num. 11. Sotomay. d. controuerſ. 9. num.
6. Graſſ. d. quæſt. 9. num. 12.* Patre, aut tertio, in
eodem conſenſu ſemper perſeuerante, *Bart.
num. 17. Bald. num. 22. Salic. num. 1* Goz. *num. 3.
Purpur. num. 185. Cagnol. num. 64. Bolognet. nu.
4.* Rim. *not. 2. Curt. & Dec. d. l. fin. C. de pact.* Co
*uar. c. quamuis. in initio, p. 3. num. 7. 8. & ibi Gut
tier. in initio, num. 35. Molin. d. c. 3. num. 4. Vaſq.
de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 18. num. 158. 199. Mar-
ta, vot. 46. num. 21. Honded. cons. 40. num. 35. in
1. Tuſc. d. conclus. 14. num. 90. Seraphin. iuram.
priuil. 20 num. 6. 30. 31. Craſſ. d. quæſt. 9. num. 1.
Maucin. de iuram. p. 4. effect. 67. num. 5.*
7 Cæterum de Patre, tex. loquitur † ad auum
extenditur, cuius nomine continetur, *l. iuſta
interpretatione. ff. de verb. ſignif. & ibi Rebuff.*
Menoch. *cons. 1192. n. 24.* non ad matrem, *Ge-
org. alleg. 25. n. 4.* maximè cùm de eius ſucceſſi
one peculiaris in Regno ab eodem Catolo e-
dita lex fuerit in c. 204. quod commentatu-
ri, Deo duce, iam ſumus; & ſtatutum ab Aui
paterni ſucceſſione excludens, Auiæ ſucceſſi-
onem non includit, *ex Paris. cons. 49. in 3. Grat.
cons. 26. n. 60. in 1. Socc. iun. cons. 23. in 1. Gabr.
tit. de verb ſignif. conclus. 6. n. 65.* nec ſi de fratris
ſucceſſione diſponit, ad Sororem ampliatur,
Negus. cons. 450. n. 44. & licet dixerit, *Bald. in
l. de quibus. n. 3. ff. de legib* conſuetudinem, qua
filij ſuccedunt patri, ad feudum matris ex-
tendi, ſequitur, *Afflic. c. 1. vers. quarto fallit. de
ſucceſſ. feud. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 27. nu. 29.*
eorum tamen opinio ſi vera eſt, noſtro tamen
in Tex. nõ admittenda, cum matris ſucceſſio
edictalem habeat legem, *d. Cap.* 204.

Ex his quæ diximus, vt propoſitā refuta-
tionis materiam perſequamur, eleganter
quæritur. Filius refutatum ſibi à patre feu-
8 dū † poſſidens, ſi patri ſuo prędeceſſerit: Quis
ei ſuccedet? Doct. variant, Vtq; facilior ſit
Cauſæ exitus; Tres conſtituendi ſunt caſus.

Primus eſt, ſi ex eo ſuperſint filij, Tunc
eorum qui primogenitus eſt, ſuccedet, pa-
tre excluſo in feudo hæreditario, non in
feudo ex pacto & prouidentia, in quo ſucce-
det Pater refutans, Petr. Gregor. *de conceſſ.
feud. p. 2. quæſt. 10. num. 55. 56.*

Contrar. fuit in M. R. C. deciſum Pro D.
Margarita Auſtria, contra D. Principem
Buteræ, prædefuncto Marchione Militelli
filio, cui Principatum refutauerat pater.
9 Non obſtat, *Petr. Gregor.* dictum † *d. quæſt. 10.
num. 55. 56.* quia ſuperſtitibus filio, aut filia

Digitized by Google

eius prædefuncti refutatarij, ipſe ſuccedet,
Georg.alleg.17.num.28. filijs Refutatarij de-
ficientibus, nec *Petr. Gregor.* opinio indiſtin-
ctim procedit, ſed diſtinguendum eſt, an per-
ſonalis refutatio ſit, & pater ſuccedit; ſi ve-
ro realis, ſuccedet proximior, vt mox dice-
mus copioſius.

Secundus Caſus eſt, ſi nullis relictis filijs
præmoriatur filius refutatarius ſuperſtitibus
Patre refutante, & fratribus: Tunc patrem
in ſucceſſione præferendum dicimus, ſi per-
ſonalis refutatio ſit, *ex c.1.de Vaſall. decrep.*
ætat. c.1.de eo qui fin. fecit. agnat. de feud. pater.
Iſern. in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus. verb. Item ſi
apparet feudum. ad fin. rub.24.lib.3. latè execu-
tit, Anna, rubr. de vaſall. decrep. ætat. à nu.367.
Schoner. de feud. lib.1. diſput.9.c.31. Ponte, de
Poteſt. Proreg. tit.8. de refutat. in princ. num.19.
28.30.31. Franc. decis.3. decis.59. Lanar. cons.
64. num.16. cons.68. num.6.12. Miſing. centur.3.
obſer.93. nu.1. Georg. alleg.17. num.16.17.18.
Molfes. ad conſuet. Neapol. p.4. de ſucceſſ. ab inteſt.
quæſt.36. num.5. & in Scholijs, d. quæſt.36. num.
1. Thor. compend. decis. verb. Refutatio regula-
riter. Tum quia præſumpta teſtatoris volun-
tas eſt, qua feudum ſub conditione à ſe ab
dicaſſe cenſetur, ſi nempè filius ſibi ſuper-
uixerit, vel deſcendentes ab eo, alias feu-
dum ad Refutantem ipſum reuerteretur, *c.1.*
de vaſall. decrepi. ætat. Tum quia feudum non
poteſt dici fraternum, ſed paternum, ac per
conſequens de ſucceſſione filij agendum non
eſt, & ad ipſum Patrem reuerti dicitur, ceſ-
ſante cauſa refutationis, *ex l. filio quem pater.*
ff. de liber. & poſthum. Iſern. c.1. de natur. Suc-
ceſs. Pern. cons.13. Franc. decis.3. Ponte, d. tit.8.
de refutat. num.27. Molfes. d. quæſt.36. nu.6.
10 Non obſtat tex. † *Auth. defuncto. C. ad Ter-*
tull. quia non procedit in feudis, *Ponte, d. tit.*
8. de refut. §.1. num.17.39. Sed in allodijs, nam
ſi pater allodium donaſſet filio, qui præmo-
riatur patri, diuideretur illud inter patrem
& fratres in Capita, *ex tex. d. auth. defuncto.*
Franc. decis.59. Ponte, decis.19. num.21.68. Vr-
ſill ad Afflic. decis.315. Thor. compend. decis.
verb. pater an ſuccedat. Molfes. d. quæſt.36. nu.1.
11 Ampl. I. in Matre feudum † filio refutan-
te, quæ, refutatario præmortuo, ſuccedet in
feudo excluſis fratribus, ſi perſonalis eſſet
refutatio, excutit in term. *Franc. decis.591.*
& ita deciſum refert, *Georg. alleg.17. num.48.*
At ſi realis, præferri debet ſoror, *Lanar. conſ.*
68. à num.6. vel frater, ſeu fratris filius, *La-*
nar. d. cons.68. num.15. Georg. alleg.17. nu.29.
12 Ampl. II. In Auo feudum nepori † refu-
tante, qui refutatario ſuccedet, ſi præmori-
retur, ſicut ſuccedit Pater, ſi filio refutaſſet,
Ponte, d. tit.8. de refut. §.1. num.38.40.

Ex his infertur I. Quod ſi pater in feudo
13 filio refutatario † prædefuncto ſuccedit, ad
releuium teneatur? *Iſern. in prælud. Feud. num.*
104. c.1. num.14. de gradib. ſucced. in feud. Mol-
fes. in Scholijs ad d. quæſt.36. num.3. Thor. com-
pend. decis. verb. Pater ſuccedens. & verb. Pater
refutans.

Infertur II. ſi Pater in feudo ſuccedit, filio
14 refutatario † prædefuncto; An vitam mili-
tiam præmortui filij fratribus ſoluere tenea-
tur? Negat, *Molfes. d. quæſt.36. num.13.* Tum
quia, vita militia licet debita ſit ſecundoge-
nitis in linea tranſuerſali, *Maur. alleg.76. nu.*
2. p.p. eſt tamen loco portionis, à qua per pri-
mogenitum excluditur, *ad tex. in Conſtit. Co-*
mitibus. rub.18. lib.3. Petr. Gregor. de Vit. Milit.
quæſt.1. nu.12. Tiraq. de primog. quæſt.75. nu.8.
Maur. alleg.28. n.9 p.p. Molfes. d. n.13. & cons.
9. Sed hoc in caſu, de tranſuerſalium ſucceſ-
ſione non agitur, ſiue feudum iure reuerſio-
nis ad patrem redeat, ſiue ſucceſſionis iure:
Tum quia donec ſuperſunt deſcendentes &
aſcendentes, nulla eſt in feudis Tranſuerſa-
lium ſucceſſio, cum in eis locum non habeat
auth. defuncto. C. ad Tertull. ac proinde tran-
ſuerſales, qui nulla portione priuantur, vita
militia illis non competit, *Iſern. c.1. de gradib.*
ſucceſſ. in feud. Pont. de potes. proreg. tit.8. de refu-
tat. in princ. num.40.41.42.43.
15 Infert. III. Pater refutati feudi † ſucceſ-
ſor; An onera à refutatario prædefuncto filio
ſoluere teneatur? Pro reſolutione diſtinguit,
Maſtrill. ad Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p.4.
quæſt.10. lit. B.

Aut feudum, Pacti, & Prouidentiæ eſt,
Tunc ſi cauſa debiti non afficit feudum, Pa-
ter, ad onera illa exoluenda non teneretur,
Maſtrill. nuper citatus. Quia ſucceſſionis iure
feudum ad Patrem reddit, *ex Lanar. cons.68.*
num.16. Hinc tradit, *Loffred. cons.11. num.10.*
11. quod pater, qui feudum filio refutaue-
rat, mortuo filio, habebit illud, non ſicut
prius fuerat apud eum, ſed ex perſona filij,
Lanar. cons.71. num.1. ad fin. Aut feudum eſt
hæreditarium, Tunc teneri Patrem aduer-
ſus *Iſern.* reſoluit, *Franc. decis.3. decis.591. ad*
fin. Maſtrill. iam citatus.

Tertius caſus eſt, ſi fratribus tantum ſu-
16 perſtitibus † refutatarius frater decederet:
diſtinguendum tunc eſſe puto.

Aut prædefuncto fratri ſuccedere vult
frater, qui refutauit; Tunc ſi perſonalis fuit
refutatio recte ipſe ſuccedet, *Cumi. c. ſi ali-*
quem. glos. antiquis. nu.374. Lanar. cont.71. nu.1.

Atti

Atſi realis, quia omnino refutauit, tunc excluditur refutans, *ad tex.c.1.de eo qui fin.fec. agnat.*& proximus agnatus, admittitur excluſo refutante, *Bald.& Afflic.num.11.d.c.1.argum. l.qui repudiantis.ff.de inoff.teſtam. Cumi.d.num.374.Lanar.d.num.1.2.*

Aut refutatio à Patre prouenit, Tunc ſuccedet frater,qui maior natu eſt cæteris,vel deficientibus fratribus, Proximior agnatus ad feudum eſt admittendus.

Cæterum ſi Agnatus feudum refutauerit Agnato proximiori, eo mortuo ipſe ſuccedet in eodem feudo iure reuerſionis, *ad tex.c.1.de eo qui fin.fec.agnat. Franc. decis.3.decis.591.Georg.alleg.17.num.3.*modò perſonalis refutatio ſit.

Q. Pater feudum filio refutans,quam extinguat obligationem? Hæc quæſtio ſimilis illi videtur,quam excuſſimus, *Glos.12.nu.28.* Sed ab illa, aliena erit, cum plura reſpiciat, quæ illic diſcutienda non fuere:Proinde plures conſtituendi ſunt Caſus.

17 Primus eſt, in Fidelitatis † iuramento & ſeruitijs: Tunc ſi Pater feudum domino etiam inuito refutet, cum vſusfructuarij inſtar ſit, *Coſta,de re integr.diſtin.79.num.10.Roſentall.de feud.c.1.conclus.1. conclus.11.num.4.* qui Proprietario etiam reluctante, vſufructui renunciare ei poteſt, *ad tex.l.cum fructuarius.ff. de vſufruct. Roſentall.de feud. c.9.conclus.50.num.14.* Refutatione itaq; a patre facta; nedum à ſeruitijs, ſed iureiurando liberatur Vaſallus, *Roſentall.d.conclus 50.num.19.*quia ratione rei præſtitum illud fuit,eiq; ineſt conditio, ſi res in eodem ſtatu manſerit,*ex Aluarot.Laudens.Prepos.Rauen.Afflic.c.1.§.fin.de Capit.qui curiam. vendid. ad tex.c.quemadmodum. de iureiur.* Si tamen in manus domini refutet vaſallus,nec aliquid etiam operatur hæc refutatio Domino ignorante facta, *Roſentall.d.conclus.51.num.12.& notat Bald.in prælud. feud. num.17.* quod ſi vaſallus inſalutato domino recedit, non tamen renuntiato feudo, intellige,ipſi domino,cogitur redire,& ſeruire, *arg.l.omnes.de C.agricol.& cenſit lib.10.Roſentall.d.num.12.*

Secundus caſus eſt, in obligatione & hy-
18 poteca,medio † tempore a Patre contracta, Tunc ſi domino refutet pater in beneficium alterius, cui feudum concedendum ab eo voluit,obligationem & hypotecam non extingui dicimus, *Ponte,decis.28.num.11.* At ſi domino refutatum à patre ſit feudum,Tunc extingui pignus medio tempore cõtractum reſoluit,*tex.c.1.§.rurſus.Quib.mod.feud.amitt.* Rationem addit ibi, *Bald.* quia inerat hæc facultas refutandi domino à principio infeudationis ex natura rei, quæ præuenerit cauſam pignoris, & ſcire debebat, qui cum feudatario contraxit, *ex tex.c.1.de vaſall.qui contr.conſtit.Lothar,Præpos.Aluarot.& alij d.§.rurſus.*quos ex facto ſequuntur, *Amat.cons.10.nu.5.Ponte,decis.28.n.4.cons 147.n.2.cons.152.num.26.de Potes.proreg.tit.de diuers.prouiſ.fier.ſolit.§.1.num.16.*

19 Tertius caſus eſt,ſi pater † feudum filio refutet,Tunc hypotecam interim contractam extingui,ſi pacti, & prouidentię, eſt feudum quia filius cui ex primordiali feudi inueſtitura ſtipulatum illud fuiit, lucrari ex refutatione non videtur,ſed magis debiti ſolutionem recipere, *Bart l.1.num.1.ad fin.C.de impon.lucrat.deſcript.lib.10.ex l.fin.C.de codicill.* ſecus in feudo hæreditario,quod cum à Patre, relinquendum filio ſuo nec erat,quia extraneus in eo ſuccedere poterat, lucrari, feudum videtur filius, ex patris voluntate, nullo iure cogente: vbi enim quis reſtituit alicui rem vt ſuam, eiq; illam cedit, cauſam non dicitur habere à reſtituente,vel cedente,nec aliquid dicitur ab eo translatum *ex l.ſi pro fundo.C.de tranſact. l.Vnum ex familia.ff.de legat.2. Alex.l. poſthumi.§.liberorum.ff.de vſur.Ponte,cons.155 n.58.in 2. Caldas,de emphit.libr.2.quæſt.4.nu.17 lib.3.c.4.n.3.*quia feudum ex prouidentia, reseſt reſtitutioni ſubiecta,*Ponte,cons.75.nu.11.in 2.*

Contrar. verius eſſe cenſui. Imo hypotecã
20 omnem † in feudo Prouidentiæ,non extingui, ſaltim reſpectu temporis in quo pater refutando præuenit, Quia etſi grauatus ſub conditione hæreditatẽ alteri poſſit reſtituere,conditione non aduenta,*ex l.poſt mortem.& ibi,Glos.Din.Butrig.Mart.Sil.Bald.Angel.Fulgos.Salic.& omnes.C.de fideicomm glos.l.vxorem.§.Scæuola.ff. de legat. 3. Bald. rub. C. de his quæ in fraud credit.num 11.Cuman.l.ſed ſi ante.& ibi,Alex.ff ad trebell.Rot.in nouiſſ.decis.468.p.4.& in collect.à Farin.decis.263.num.1.p.p.* pendente tamen conditionis euentu,in vim ceſſionis & donationis valet, ſed eueniente cõditione mutat cauſam, & in veram reſtitutionem tranſit, *ex Trebelliano, Petr.Iacob.de Aren. Bart.Caſtr. Alex.Ias. Aquens. Padill. & omnes,com.teſtantes,d.l.poſt mortem.Bart.l ſed ſi certè.& ibi,Imol.ff.ad trebell.Rip.l.fin.n.218.C.de reuoc.donat.* Monteſper. *cons.253.ex comm. Peregr.de fideicom.artic.2.num.51.artic.3.num.127.Fuſar.de fideicom.quæſt.602.num.2.* ſic in feudum refutante, ſcripſit, *Frec.de ſubfeud.lib.3.differ.26. Surd. decis.343.num.48.* quia non a fideicommittente, ſed ab herede grauato

interim

interim habere *Doct.* concludunt; Patris er-
go creditoribus omne debitum ſoluere tene
tur filius feudi refutatarius, cũ non ex Prin-
cipis prouidentia interim poſſideat, ſed do-
nationis titulo, *Faber.lib.6.Cod.tit.22.defin.13*
Non obſtat, *Bart.l.1.num.1.ad fin.C.de im-*
21 *ponen.Lucrat.deſcript.lib.* 10. Quia † etſi refuta
tio feudi ex pacto & prouidentia debiti ſo-
lutio ſit, præmatura tamen eſt; Vt reſpectu
temporis prȩuenti & fructuum, quos interim
percepiſſet pater, donatio eſt nullo iure co-
gente à Patre facta, in quibus patris credi-
toribus ſatisfacere tenetur, *Bart. Caſtr. Ias.*
& omnes, d.l.poſt mortem. Donec mortuo pa-
tre poſſeſſionis cauſam mutet, & in reſtitutio
nem tranſeat, vt à Principe concedente ex
facto primi Acquiſitoris feudum haberet;
ſatiſq; ab ipſo refutante habet feudi fru-
ctus, qui non ad refutatarium interim ſpe-
ctare potuerint, ſed ad refutantem ipſum, cõ-
fert, *tex l.ſufficit.ff.de condict.indeb.* quo loci re-
ſpondet *Papin.* ſi debitor ſub conditione, ea
non dum aduenta ſoluerit, repetere is poteſt,
cum ſoluerit id, quod creditor ille impedie-
batur tunc petere, idem illic annotaſſe ſcio,
Bart.& reliquos.à Menoch.cons.1256.n.34.
22 Ampl. I. Siue prouidentiæ ſit † feudum,
ſiue hæreditarium, quæ pendente interim
conditione, reſpectu refutationis, aſſimilan-
tur; Vt non iure proprio, ſed donationis ti-
tulo feudum illud poſſideat refutatarius.
23 Ampl. II. Siue ius pignoris † ex cauſa feu-
dum afficiente procedat, ſiue non, quia vi-
uo adhuc Patre obligante, ex feudi fructi-
bus, aut eiuſdem feudi diſtractione pro ſui
vita, id omne creditoribus ſoluendum erit,
in quo pater feudum obligauit: & vt ad id
cogi ipſe potuiſſet, ſi poſſideret, ita & refu-
tatarius; quo mortuo tenetur filius iure pro-
prio in feudo ſuccedens, in eo quod legiti-
ma ex cauſa, feudum debet, *P. Molin.diſput.*
24 *641.* Cum ad defuncti † debita, non teneatur
Gomez.l.Thaur.40.num.72.Molin. de primog.
lib.1.c.10.nu.11.Thob.decis.84.nu.4.Schrader.
de feud.p.7.c.7.num.32. Caldaſ. *lib. 1.Forens.*
quæſt.25.num.66. Palaez, de Maior.p.p.quæſt.
24.num.23. Tum quia capit feudum contra
patris ſui teſtamentum ex ſe ipſo, *Anna, ad*
Conſtit.Diuæ memoria.n.122. Georg.alleg.18.n.
20. quot enim ſunt perſonȩ, tot ſunt feudi
conceſſiones, *Gratian.diſcept.332.nu.5.Tapp.*
deciſ.2.num.354. Decian.cons.117.num.33.in
3.Surd.decis.343.num.1. Inde, eſt, vt reſoluto
iure datoris, reſolutum ſit ius acceptoris, *ad*
tex.l.lex vectigali fundo.ff.de pignor.Tiraq.2.re-
tract.§.3.glos.1.num.5.10. Surd.de alim.tit.9.
quæſt.42.deciſ.286.num.14. Mantic.de tacit.et
ambig.lib.4.tit.32.num.96. Raudens.decis.29.
num.167.Morot.cons.62.num.13.29.Macerat.
lib.2.reſol.vlt.cas.48.Seſſe, decis.25.num.72.
73.74.Menoch.cons.116.n.26.32.Teſſaur.lib.1.
foren.quæſt.65.n.3. alios à me habes, *decis.24.*
num.8.decis.91.nu.11. Niſi debita à Maiora-
tus inſtitutore ſint contracta & à Primo feu-
di acquiſitore, *l.cum fidei hæredis.ff.de fi-*
deicom.libert.l.filiusfam.§.diui.vers.quod ſi li-
bertis.ff.de legat.1.l.peto.§.prȩdium.ff.de legat.2.
Perals.l.3.§.fin.num.61.ff.de hæred.inſtit.Padil-
la.l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.num.7.ff.de
leg.2.Palatios.Rube.rubr.de donat.int.vir.Vxor.
§.16.num.14.Mattienz.l.6.glos.3.num.21.tit.
7.lib.5.recop.Caldas.d.quæſt.23.nu.64. Khol.e-
xercit.1.Thab.decis 84.num.1.6. Molin.de pri-
mog.lib.4.c.6.num.1. vel ſi occaſione feudi, a
defuncto poſſeſſore ſint contracta, *Abb.c.1.*
de ſolut.Iſern.num.6.Afflic.num.9.Laudens.nu.
12.c.1.§.quid ergo.de inueſt.rei, alien.fact. Brun.
cons.104 & de ſtat.exclud.famin.artic.11.num.
69.Gram.decis.103.num.47.Lanar.cons.80.nu.
51.Peregr.cons.4.num.46.in 1.Mirad.in conſtit.
in aliquibus.num.50.latè videndus, P.Molin.di-
ſput.641. imo ſi pro feudi vtilitate ęs alienum
contractum ſit, non à filio, aut herede exol-
uendum erit, ſed ab ipſo feudi ſucceſſore,
Molin.de primog.lib.4.c.7.nu.16.Merlin.de legit.
lib.2.tit.2.quæſt.7.num.8. & tunc vendi ab
eo poterit feudum, *Franc.decis.273.nu.5.Mo*
lin.de primog.lib.1.c.10.num.20.lib.4.c.6.num.
1. Padill. d. §. ſi de falcidia. pro quibus exe-
quutiuè ſucceſſor in feudo conueniri etiam
poterit, *Peru.cons.12. Lanar.cons.80.num.44.*
Caſtill.decis.24.num.19.
Ampl. III. Vt ſi pater defuncti Patris
25 ſui legatarijs ſponte † ſe obligaſſet; pro eius
vita teneretur, etiam eius filius refutatarius
Ias.l. poſt mortem. ſub num. 7.C. de fideicomm.
Vt exequutiuè cogi poſſet, quia hæres eſt v-
niuerſalis, qui in feudo ſuccedit, *Ponte.cons.*
88.num.41.in 1.
Cæterum ſi re integra, mutuo conſenſu à re
futatione diſcedere velint contrahentes, an
poſſint? Altius repetenda res eſt; quia co-
pioſior inſurgit Pænitentiæ materia, plenio-
re indigens examine, cum à nemine hactenus
excuſſa ſit, quę vt ſub compendio coarcta-
ri deinceps poſſit, per Quæſtiones, proce-
dendum duxi.
26 Q. I. Refutati feudi † contractus conclu-
ſus & firmatus fuit, ſed antequam refutata-
rio, à Patre refutante traderetur poſſeſſio:
pænituit Contrahentes, ac mutuo conſenſu
diſceſſerunt; An in præiudicium Tertij, cui
gabella

gabella, aut aliud ius eſt acquiſitum, Re v-
tinq; integra, diſcedere à contractu poſſint?
Negant, *Guglie. Cune. Alber. Bald. Angel. & om-
nes, in l. ab emptione. ff. de pact. Bald. l. ſi conſtante
col. 2. C. de donat. ant. nupt. Angel. Imol. Alex. in
l. acta. ff. de re iudic. & in l. in inſulam. ad fin. ff. ſol.
matr.* Conſtat enim ius releuij, aut gabellæ
vel aliud, natum, aut acquiſirum ſtarim,
fuiſſe, nudo licet conſenſu perfecta ſit refu-
tatio, aut alienatio.

27 Contrar. videtur verius, imo † ceſſante
omni traditione, feudum non eſt apertum
Domino, nec mutauit manum, ſed prior va
ſallus adhuc remanet in fide Domini, vt
prius, ad fidelitatem & ſeruitia obligatus.
28 Quia *tex. c. Volentes.* permittens † vaſallo vt
diſponere de feudo poſſit, abſq; Domini
conſenſu, ita ſimplicitet accipiendus non eſt,
ſed vſq; ad dimiſſionem fidei. Cumq; dimiſ
ſa adhuc illa non fuerit, cum refutans ad-
huc rem ineat vaſallus, nec contractus pro-
ducit effectum, priuſquam habearur pro ab-
ſolutè perfecto, *ad tex l. contractus. C. de fid. in-
ſtrum. Soc. l. quibus. diebus. §. quidam. 2. ff. de con-
dit. & demoſtr* Lanar. *cons. 62. n. 4 Gratian. diſce-
pt. 500 n. 30.* Quæ ratio, ſi conuenire non vi-
deatur, quia in refutarione, ſtatim quod re-
futacio eſt pure contracta, omnia iura feu-
dalia cedunt, & acquiruntur Domino, in
cuius præiudicium non admittitur pœniten-
tia, vbi ius fuit quæſitum, *Gratian. diſcept. 909.
nu. 28.* & ſic, re non integra, *Rim. iun. cons. 656.
num. 30. Surd. cons. 137. num. 28. decis. 94. num.
34. Muta, Ferdin. Reg. c. 1 10. n. 9. Bertaz. inſtrum.
claus. 30. glos. 12. num 9.*

Vera tamē erit ratio, quia iura permittunt
29 contrahentibus † re integra libere diſcede-
re à contractu, *l. ab emptione. ff. de pact. C. ſta, de
re integr. diſtinc. 1. n. 2.* nec ille diſſenſus eſt no-
30 uus † contractus contrarius primo, ſed me-
rus diſtractus, *Aloys. Leo, l. 1. nu 4. C. quand. lic.
ab empt. diſced. Euerard. loc. à contract. ad diſtract
num. 13. Petroc. in reſpon. de reſol. contract. num.
637. Pheb. decis. 24. nu. 10.* per quem contra-
ctus præcedens omnino habetur pro infecto,
*Bart. d. l. ab emptione. num. 12. Ias. num. 16. Bald.
Caſtr. Salic. & Leo. num 4 l. 1. C. quand. lic. ab
31 empt. diſced. Pheb. decis. 24 num. 9.* ſecus † re
non integra, *§. fin. inſtit. quib. mod. tollit. oblig.
l. 1. C. quand. lice. ab empt. diſced. l. 2. ibi, infecta
fieri emptio. ff. de reſcind. vendit Leo, d. num. 4.*
Nec cenſetur derogatum facultati pœni-
tendi, & diſtrahendi a iure conceſſæ, *arg. c.
indultum. de regul iur. in 6.* Proinde gabella ſol-
uenda nō eſt, *Bart. Caſtr. & Ias. loc. nuper. citat.
Bald. d. l. ſi conſtante. Rebuff. ad Reg. Conſtit. tit. de
reſciſſ. contract. artic. 1. glos. 6. n. 2. Ponte, Laudem.
quæſt. 38. num. 4. Surd. decis. 305. num. 9.* quan-
diu ergo res eſt integra nullum Domino di-
recto, ex contractu acquiſitum ius eſt, niſi re-
ſolubile, & commutabile, ſicut reſolubilis
interim eſt contractus, *Leo. d. nu. 4.* & pro infe-
cto haberi poteſt à contrahentibus, ita vt in
32 præiudicium † Domini, liceat re integra pœ-
nitere, *Faber. §. 1. Inſtit. de empt. & vendit. &
in l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced.* nec diſſentit
*Iacob. à S. Georg. in tract. de operis, col. 10. verſ. ad
do aliam.* dum quæſtionem ſuam format in
eo, qui ne dum vendidit, ſed rē tradidit, con-
ferr quod, *Anton. de Butr. notat, cons. 37. cons.
43.* Concludimus ergo, quod ſtatim, ac, ſolo
conſenſu, contractus fuerit celebratus, acqui
ſitum eſt Domino ius releuij, ſeu gabella, ſed
reuocabile, quia ſi re integra contrahentes
mutuo conſenſu ab eo diſcederent, nihil
Domino competit. Nec ex diſtractu, quia ex
33 proprio, & vero diſtractu † nihil ei debetur,
*Bald. l. ſi conſtante. C. de donat. ant nup. Tiraq. 2.
retract. §. 6. glos. 2. nu. 7. Phæb. decis. 24. num. 10.*
nec gabella, quæ pro contractu ſoluenda
erat, *Glos. & Caſtr. l. 1. num 8. C. quand. lic. ab
empt. diſcend. in l. 1. num. 2. 3. C. de pact. int. empt.
& vendit. Bald. l ab emptione. num. 1. C. de pact.
Guttier. de gabell. quæſt. 10. num. 4 ad fin. Petroc.
in reſpon. de reſol. contract. num. 637. verſ. quam-
obrem.* Nec ex contractu illo primo, etiam
perfecto, quia habetur pro infecto, iure com
muni permittente, cui in hoc nulla munci-
palis lex derogat, *Leo, d. n. 4. Bald. l. 1. C. de nund.
Tiraq d. glos. 2. num. 14. Phæb. decis. 24. num.
12. Guttier. d. quæſt. 10. num. 6.*

34 Verum ſi Diſtractus † fieret incontinenti,
hoc eſt, antequam diuertatur ad alios extra-
neos actus, nulla ſoluenda eſt gabella, ſecus
ſi ex interuallo, *ex l. continuus. in princ. ff. de
verb oblig. l. duos reos. §. fin. ff. de duob. reis. l. ple-
riq; ff. de rit. nupt. Bald. l. ſi conſtante. C. de donat.
ant. nupt. Pinell. l. 2. p. 2. c. 3. nu. 36. C. de reſcind.
vendit. Did. Perez, l. 2. tit. 7. libr. 5. Ordinam. Go-
mez. 2. Variar. reſol. c. 2. de empt. & vendit. nu.
31. Tiraq. 2. retract. §. 6. glos. 2. nu. 10. 14 Vaſq.
de ſucceſſ. creat. p. p. lib. 3. §. 25. num. 5. Marcabr.
cons. 103. num. 44. Garz. de expens. c. 18. nu. 47.
Surd. decis. 305. nu 9. Bertaz. inſtrum. claus. 30.
glos. 12. n. 9. Tuſc. lit. G. conclus. 5. n. 32. Parlador.
lib. 1. rer. quotid. c. 3. §. 4. num. 2. 5. 6. Guttier. de
gabell. quæſt. 10. num. 2. Palaez, de maior. p. p.
quæſt. 24. num. 80. Phæb. decis. 24. num. 12. ex
comm. Ludouic. Perus. decis. 113. num. 2.* Nec lau-
demium domino, *c. 1.* vbi notat. *Quid. iur. ſit
ſi poſt alien. feud. Alber. l. ab emptione. ff. de pact.
Angel. & Imol. l. acta. in princ. ff. de re iud. Tepat.*

Va-

Variar.lib.2.tit.de laudem.col.8.an debeatur.col 9.quando.Ponte,de laudem quæſt.38.Palaez,d. quæſt.24.nu.80.Bellon.de iis quæ fiunt incontin.c. 103.num 5.6. Burg.de Laudem.p.2.inſpect.1 t. num.1.& in Schol nu.7.Coſta,de re integr.diſtin. 1.num.4. Nec ius decimæ Regio Fiſco, *Petr. Gregor.de conceſs.feud.p.8.quæſt.16.num.18.*

Non obſtat dixiſſe, *Laſart.de decim.vendit.c.*
35 *14.n.7.* gabellã † deberi ex venditione, à qua
Partes incontinenti re integra diſcederent,
quia id verum non eſt, nec communis & vera
reſolutio, quam ipſe citat, id habeat, ſed
potius contrarium, niſi cum ex interuallo
partes à venditione diſceſſerint vt contra,
Laſart.d.c.14 num.7. cenſuit, *Garz.de expenſ. c.18.nu.48.Molin.de contract.diſput.373.* Atq;
ita accipiendi ſunt, *Vega in lib.5.cas.632.Auendan.cons.20.num.1. Azeued.l.1.num.86. tit.17.lib.9.* aſſerentes quod licet partes pænituerit, gabellam tamen deberi; intelligendi
ergo ex his ſunt, ſi pænitentia ex interuallo eſt, ſecus ſi incontinenti, antequam ad extraneos
actus partes diuertant.

36 Proinde mirum ſanè eſt † dixiſſe, *Phæb. decis.24.num 11.* deciſum alias fuiſſe, nec deberi gabellam, ſi ex interuallo a contractu
receſſerint partes, *ex Tiraq.d.glos.2.num.12.* cum contrarium potius probet, *Tiraq d.nu. 10.12 14.ex Caſtr.l.iurisgentiam §.adeo.nu.2.ff. de pact.* Quorũ ſententiam cenſui alias veriorem eſſe; etſi *Phæb,* diſſentiat, *decis.24.n.14.15.*

Q. II. (retento præcedentis quæſtionis
37 themate) quando † res dicatur integra?
Quia in re illa eſt Omnium reſolutio. Vt ante veram rei traditionem res diceretur integra,
Coſta,de re integr diſtin.1.num.3.4. Phæb.decis. 24.nu.9. Tunc nulla ſoluta gabella, licet pænitere, *Marcabr.cons.103.nu.45 Tuſc.lit.G.conclus.5.n.32.* Vel ante quam Dominus iure ſuo
vti cæperit, *Alty.Leo.l.1.nu.14.C.quand.lic. ab empt.diſced.* Sed vt plenius notum hoc habeas, Triplici reſpectu integram rem dici poſ ſe abitror.

Primo, reſpectu Refutantis.
Secundo, reſpectu Refutatarij.
Tertio, reſpectu Domini directi.

38 Circa primum. Integra res eſt, ſi † proceſſum non ſit ad realem refutati feudi traditioné. vel æquipollens; Præcatium nempè, &
conſtitutum, *l.quod meo.& ibi,Doct.l.quamuis. ff.de acquir.poſſeſ.* vel retentionem vſusfructus,
l.quiſquis. C.de donat Ponte,cons.155.n.42.in 2. Handed.cons.18.num.46.in 2. vel traditionem
clauium in præſentia rei, *l.clauibus.ff.de contrah.empt. Bart.l.2.in princ.ff.de acquir.poſſeſ.* vel per ingreſſum emptoris de licentia venditoris, *l.2.C.de acquir.poſſeſ.* vel per traditionem inſtrumentorum acquiſitionis feudi,
in quibus continetur ius competens refutanti in eo feudo, *l.1.C.de donat.* quæ ita accipienda eſt, per traditionem inſtrumentorum
ipſius vendictionis, vt opinatur. *Gugliel.Cun. & Bart.l.licet.C.de acquir.poſſ.Imol. & Alex l. poſſideri.ff.de acquir.poſſeſſ.* vel per alium modum fictæ traditionis, de quo, *Glos.& Doct. in d.l.poſſideri,Leo.d.l.1.nu.8.in l.traditionibus.C. de pact.* Qui etſi actus ficti ſint; veram tamen
poſſeſſionem transferunt, *Mantic.de tacit.& ambig.lib.2.tit.11.num.5.Pancirol.conſ.34.nu. 6.cons.130.num.5. Turret.cons.48.num.3.in 1. cons.55.num.4.in 2. Carot.decis.3.num.2. Torniol.cons.6.num.6.cons.16.num.24. Viui.decis. 434.num.16.Menoch.cons.1905.nu.12. Recup. poſſ.remed 1.num.403.Polidor.Rip.obſer.96.nu. 3.obſer.152.num.7.Valaſc.decis.106.num.7 12. Sacca,cons.31 nu 9.Schrader.de feud.p.9.c.1.nu. 35.Cancer.1.reſol.c 8.num.13. Morot. cons.44. num.11.Lanar.cons.56.num.1.Teſſaur.decis.48. nu 4.Oſaſc.decis.36.num.5.* alios habes in mea *decis 112.num.11.*

Modò quantum ad Preſentem Quæſtio-
39 nem non eſt dubium, quod † per veram, &
realem traditionem res deſinit eſſe integra,
omnis enim contractus traditione perficitur, *l.1.vbi Glos.& Cin.C.de pericul.& commod. rei vendit §.venditæ.Inſtit.de rer.diuis.c.cum ioannes.de fid.inſtrum.Palaez de maiorat.p.p.quæſt 22.nu.136. Tiraq.1 retract.§.1.glos.10.num. 110.* ita quod non liceat contrahentes pænitere in præiudicium Domini, adeo vt ſi pænituerint, poteſt Dominus ius ſuum petere
& releuium, ſeu gabellam, quia reuocari
non poteſt contractus, Tertio, de cuius præiudicio agitur, non conſentiente, *l.fin.ff.de pact.l.id quod noſtrum.& ibi Cagnol.nu.6.ff.de regul.iur.Palaez.de maior.p.p.quæſt.28.nu.15.*

Sed in hoc aduertendum, quod intelligo
40 de pænitentia † ex interuallo; ſi enim facto contractu ſtatim diſcederent, antequam
ad alios actus diuertant; tunc indiſtincte nulla iura debentur domino, nec feudum cenſetur fuiſſe apertum, etiam ſi in ipſo contractu interceſſerit, nedum ficta, ſed etiam
vera traditio, quod fieri poteſt, ſi contra-
41 hatur in re præſenti. Quia diſſenſus † ſuperueniens incontinenti, ab initio ineſt, refutationis contractui, vt in aliquo conſenſum
non fuiſſe cenſeatur, *l.iurisgentium.§.quinimo. ff.de pact.not.in l.contractus.C.de fid.inſtrum. Tacian.cons.112.num.5 57.* Quæ enim incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe, *l.lecta.ff.ſi cert. petat.* incontinenti (dico) vel antequam partes a loco diſcederent, & ad alios actus diuerterent; Contractu non dum à Partibus

habito

habito pto abſoluto, Tunc nec debetut ga-
bella, *Caſtr. d. §. adeo. Cagnol. d. l. lecta. num.* 151.
Alex. de pact. num. 574. *Coſt. de re integr. diſtin.*
1. *num.* 4. contractus imperfecti pænitentiam
recipiunt, *Bald. l. contractus. nu.* 26. *C. de fid. in-
ſtrum. Pacian. cons.* 77. *nu.* 28. & gabella onus
eſt conſequutiuum contractus, *Bald. l.* 1. *nu.* 4.
C. de contrah. empt. Soc. cons. 247. *num.* 3. *in* 2.
Tuſc. lit. G. conclus, 6. *num.* 5.

42 Q. III. Ficta tantum traditio † ſi interue-
nerit, deinde diſſenſus ſuperueniat ex inter-
uallo, videtur non præiudicari Domino di-
recto, quia æquè per traditionem transfer-
tur verum dominium, ac conſequenter a-
peritur, mutatur vaſallus, acſi per realem feu
di traditionem, quod diſputando ſuſtineri
poteſt ex ijs, quę notat, *Gugliel. Cunc. Alber.
Bald. Angel. &* Omnes, *in l. ab emptione. ff. de
pact. Bald. l. ſi conſtante. C. de donat. ant. rupt. Ca-
ſtr. & Alex. in d. l. iurisgentium. §. adeo. Angel.
Imol. & Alex. in l. acta. ff. de re iudic. Alex. l. inſu-
lam. ad fin. ff. ſolut. matr. Firmian. de gabell. p.* 3.
p. 8. *quæſt.* 14. quia actus retroſimilis requi-
ritur, nec ſolus diſſenſus ſatis eſt, *Glos. Bart.
& alij, in l. ab emptione. ff. de pact. Tiraq. de con-
ſtit. p. p. nu.* 19. *Claper. deciſ. fiſcal. cas.* 29. *quæſt.* 3.
nu. 17. *Coſta, de re integr. diſtinc.* 1. *nu.* 4. nec tunc
gabellario, aut Dominę directo, vel alij,
cuius aliquod ratione contractus competit,
fiet præiudicium, *Caſtr. & Ias. d. l. ab emptione
Tiraq.* 2. *retract. §.* 1. *glos.* 2. *Coſta, d. num.* 4.

43 Contrar. Imo ſi ſub precarij, vel conſti-
tuti clauſula venditio fuerit celebrata, ſolo
ſimplici diſſenſū eam reſolui edocuere, *Al-
ber. Fulgos. Caſtr. & Ias. d. l. ab emptione,* & do-
minium retransfertur, *Caldas. de emphit. lib.* 4.
c. 14. *nu.* 15. 17. & hoc verius quia conſtitu-
ti clauſula non liberat conſtituentē ab actu-
ali rei traditione, *Aloys. Leo, l.* 1. *n.* 16. *C. quand.
lic. ab empt. diſced. Plot. l. ſiquando. num.* 172. *C.
Vnde vi. Magon. Lucens. deciſ.* 77. *nu.* 3. *Coſta, con-
uention. claus.* 2. *num* 3. *p.* 2. intelligi ergo de-
bet de actu reali, & efficaci, non autem de
actu verbali, & effectum non ſortiente, firmi-
us enim eſſe inquit, *Bald. c.* 1. *num.* 1. *Quid ſit
inueſtit.* Quod eſt, rei traditioni ſubnixum,
quam ſimplex verbum, *ex l. diuiſionis placi-
tum ff. de pact. Palaez, de maiorat. p. p. quæſt.* 22.
nu. 137. Ex his concludendum cenſui, quod
ſi dominus nō prævenerit, poſſunt contra-
hentes liberè diſcedere, ficta quauis tradi-
tione non obſtāte, dummodo emptor non cę
perit poſſidere, vel frui, nec aliter proceſ-
ſum ſit ad actus facti, veræ nempe traditio-
nis, *Roſentall. de feud. c.* 9. *conclus.* 4. *n.* 1. 4. ſi in fi-
nibus verbi ſtet actus, ſed hoc limitat, *Guttier.
de Gabell. quæſt.* 10. *nu.* 7. 8. reſpectu gabellæ.

Ex quibus patet, quid dicendum de vul-
44 gari illa † notariorum formula, *vendidit, ceſſit
traſtulit, vendit, cedit, trasfert,* Quoniam iſta
non eſt, neq; vera, neq; ficta traditio; domi-
nij, ergo, aut poſſeſſionis translationem ope-
rari non poteſt, Sed licentiam tantum ad poſ
ſeſſionem propria autoritate capiendam, *ex
Bart. l. prædia. in princ. ff. de acquir. poſſeſ.* Rom.
cons. 509. *nu.* 23. *Alex. cons.* 28. *nu.* 3. *in* 2. *cons.*
10. *num.* 5. *in* 4. *Natt. cons.* 305. *cons.* 360. *Paris.
cons.* 101. *cons.* 102. *in* 1. Ludouic. *Perus. decis.*
39. *num.* 6. *Neuiz. cons.* 82. *num.* 26. *Papien. de
form. libell. in caus. vend. glos. Vendidit. num.* 4.
Bertaz. inſtrum. claus. 16. *glos.* 3. *Peregr. cons.* 87.
num 16. *in* 5. *Caldas. de empt. c.* 25. *num.* 18. *Co
ſta, de re integr. diſtin.* 18. *num.* 4. *Conuent. claus.*
2. *num.* 2. *p.* 2. *& de retrotract. c.* 8. *cas.* 25. *num.*
20. *Craſſ. except.* 13. *num.* 9. 10. *Maſcard. de pro-
bat. conclus.* 1184. *num.* 12. Ruin. *cons.* 50. *in* 4.
Cornaz, *decis.* 169. *Tiraq. de conſtit. p.* 3. *limit.*
3. *nu.* 2. *Enriquez, cons.* 16. *nu.* 113. Rot. Lucens.
Diuerſ. *decis.* 141. non tamen aduerſus reſiſten
tem, qui in rei poſſeſſione, vel detentatione
ſit, *Cumi. rit.* 40. *ad fin. Gabr. tit. de acquir. poſſeſ.
conclus.* 8. *num.* 21. *Coſta, d. diſtin.* 18. *num.* 6.
Marcabr. cons. 56. *num.* 25. *Menoch. adipiſc. poſſeſ.
remed.* 2. *num.* 77. dixi plenius, *decis.* 64. *nu.* 11.
etſi dominium, transferri ex illa dixerit,
Honded. cons. 18. *num.* 1. *in* 2. copioſius ſcripſi,
Decis. 24. *num.* 19. ideo interim res non deſinit
eſſe omnino integra, vt etiam ex interuallo
diſcedi poſſit.

Q. IV. Compertum ſatis eſt, Re Eccle-
45 ſiæ † vel Ciuitati vendita, ſtatim celebrato
contractu ſine alia vera, vel ficta, rei tradi-
tione dominium, non poſſeſſionem tranſire,
*ex l. vt inter diuinum. C. de ſacros. eccles. Afflic.
decis.* 299. *num.* 4. *Carol. Tap. de religios. glos. ipſo
ingreſſu. num.* 7. *Guttier. de gabell. quæſt.* 7. *num.*
15. *Coſta, de retrotract. c.* 8. *cas.* 2. *num.* 26. *Alba
cons.* 531. *num.* 16. An ex eò, quod non ſit res
integra, mutuo conſenſu abiri ab eo non
poſſit in præiudicium Domini? vel Gabel-
larij? aut ſimilis? Quod videtur, quia do-
minium verè translatum eſt, & quod ad
rem ſpectat, vera ſit vaſalli mutatio, ipſum-
què feudum apertum dicitur.

Contrar. verius exiſtimo; imo Re in cæte-
ris integra, pęnitere eos poſſe, vt nullum ius
46 aſſequatur Patronus, † quod enim ſtatutum
eſt, *ex d. l. vt inter diuinum.* Speciale eſt fauo-
re Eccleſiæ, & Ciuitatis, *Tuſc. lit. E. conclus.* 7.
num. 4. *lit. D. conclus.* 602. *Tap. d. glos. ipſo ingreſ-
ſu. nu.* 5. eis ergo, non alijs contra eas prodeſſe
debet, *l. quod fauore. C. de legib. l. nulla. ff. eo. &*

iia ſentit, *Iaſ. d. l. ab emption. ad fin. Caldas. de emphit. lib. 4. c. 14. n. 18.* Sed duplicia Domino ſol
47 uenda † ſunt iura, videlicet propter dupli-
cem mutationem, & aperturam, quando ex
interuallo, & poſt traditionem diſceditur à
contractu, Quo in caſu diſtinguit, *Bart.* Aut
diſceditur à contractu, per verba denotantia
primi contractus renouationem, & duplex
ſoluenda eſt gabella: ſecus ſi reſolutionem
illa denotent, *Bart. & Caſtr. l. iuriſgentium.
§. adeo. ff. de pact. Angel. l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced. Alber. l. ab emptione. ff. de pact. Tiraq.
2. retract. §. 2. glos. 1. num. 10. 34. Corbul. tit. de
priuat. ob alien. irrequis. domin. ampl. 27. num. 11.
Teſſaur. decis. 75.* Rot. *Auenion. decis. 122. ad
fin.* Coſta, *de re integr. diſtinc. 1. ſub. num. 4. ad
fin, Surd. cons. 202. num. 2. 30. Burg. de laudem. p.
2. inſpect. 50. num. 9. Paſet. cons. 2. num. 8. cons.
3. ad fin.* niſi incontineti, renouetur, *Pellon. de
ijs quæ incontin. c. 103. nu. 5.* Hæc ad Primum.

Circa Secundum, videlicet, reſpectu Refu
tatarij, ſeu emptoris Compertum ſatis eſt,
48 quod † deſinit res eſſe integra, ſoluto precio:
aut eius parte, *Aloys. Leo, l. 2. num. 11. C. quan.
licet ab empt. diſced.* quia perfecta tunc eſt ven-
ditio, *Petroc. in reſpon. de reſol. contract. nu. 46.*
integra verò res eſſe non deſinit, per datio-
nem arrarum; *Salic. l. contractus. §. illud. num.
14. C. de fid. inſtrum. Leo. d. nu. 11. Tuſc. lit. A. conclus. 444. nu. 2. Gomez. 2. reſol. c. 2. nu. 18. Perez.
l. 2. tit. 7. lib. 5. ordinat. Caldas, de empt. c. 18. nu.
34. Carot. decis. 39. num. 5. Coſta, d. diſtinc. 1. nu.
3. Guttier. de gabell. quæſt. 17. d. num. 19. Molin.
de contract. diſput. 338. diſput. 514. &* contra
Laſart. de decim. vendit. c. 3. nu. 18. firmat *Azeued. l. 1. num. 91. tit. 17. lib. 9. recop. Girond. de gabell. p. 5. num. 18. 19.* niſi dentur, vt in precio
computentur, *Glos. & Doct. d. l. 2. Oroſc. l. iuriſgentium. §. adeo. n. 7. 8 ff. de pact. Gomez, d. n. 18.
Salon. de iuſt. & iur. c. 191. Tuſc. d. nu. 2. 3. Azeued. d. l. 1. nu. 92. 93. Guttier. d. quæſt. 17. nu. 23.
Leo, d. nu. 11. Bart. l. titia. ff. de verb. oblig.* Vtriuſq;
tamen partis conſenſu diſcedere ab ea licet,
*ex d. l. 1. 2. Gozad. l. 2. nu. 84. C. de pact. int. empt.
Bim. cons. 173. nu. 1. Surd. cons. 321. nu. 57. Petroc. d. reſpon. nu. 47. Guttier. d. n. 23. & alij nuper
citati,* ſi actus interuenerit priori ſimilis,
*l. 1. & ibi, Doct. Glos. l. 2. C. quand. lic. ab empt. diſced. Doct. l. ab emptione. ff. de pact. l. nihil
tam naturale. ff. de regul. iur. Ozer. Inſtit. de empt.
& vendit. in rub. num. 2. Oſaſc. decis. 34. num. 5.
Petroc. d. num. 47.* & cum amplius res non ſit
integra, non datur pænitentia, *l. ſi pecunia. §.
item ſi quis. vbi glos. verb. liceat. ff. de condict. cauſ.
dat. Bart. l. 3. num. 1. ff. eod. Surd. cons. 136. nu. 28.*
49 maxime in contractu nominato † in quo mi-
nus licet pænitere, *Bald. l. cum te. C. de pact. int.
empt. Natt. cons. 171. num. 2. Surd. cons. 38. num.
7. decis. 162. num. 17. decis. 343. num. 26. Monet.
de Commut. vlt. volunt. c. 9. nu. 475. Clar. §. emphiteuſis. quæſt. 2. ad fin. Gratian. diſcept. 500. nu.
18. Roland. cons. 3. num. 33. cons. 8. num. 29. in 1.
Roſenthall. de feud. c. 9. conclus. 50. num. 8. Alba,
cons. 115. num. 11. cons. 729. nu. 3. cons. 782. nu.
41. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 8. num.
12. lib. 3. tit. 16. num. 25.*

50 Sed per dationem † fideiuſſorum, aut pi-
gnorum, non deſinit res eſſe integra, ſiue ab
emptore, ſiue à venditore dentur, *Aloys. Leo,
l. 1. num. 12. C. quand. lic. ab empt. diſced.* Nec e-
tiam per recepti totius precij confeſſionem
& renuntiationes vulgares, ſi in veritate ni-
hil ſolutum probetur, *Leo, d. l. 1. num. 13.* Quia
dicta precij confeſſio plenè probat, ad com-
modum Domini directi, vel cuiuſcumq; ter-
tij, non vt ei præiudicet, *Aloys. Leo, d. num. 13.
Cagnol. l. ſingularia. num. 33. ff. ſi cert. petat. Soc.
cons. 143. in 1. Tiraq. 2. retract. §. 4. glos. 6. num.
9. 14. 15. Maſcard de probat. conclus. 509. num. 3.
7. Carot. de depoſ. p. p. quæſt. 2. num. 10. 21.*

Q. V. in hac materia, An requiratur rem
hoc reſpectu eſſe integram; Ponè venditum
eſt feudum pro mille, † & venditor ſtatim
51 recepit centum, inde quia fortè nimis im-
portunè inſtabat pro perfectione ſolutionis,
vel quia ſcrupuloſius appendebat pōdus ſin
gulorum nummorum, inuicem faſtidientes
diſceſſerunt à venditione, quam pro infecta
haberi voluerunt, & venditor reſtituit par-
tem precij, quam receperat. Quod vt re-
ſciuit Patrouus, in ius vocat vaſallum, vel
manum inijcit feudo, quod ſibi adiudicari
petit ex retractu, precium offerens, vel petit
decimam, & tarenum precij, aut laudemium
ab emphiteuta. Vaſallus reſpondit ſe non
nouum; ſed antiquum eſſe vaſallum, iam du
dum in fidem admiſſum, nec exinde dimiſſa
ab eo fuit fides: nec feudum apertum, nec
mutauit manum, etſi nuper proceſſerit ad
venditionem, illam fuiſſe verbalem, & non
realem, nullumq; ſortitam eſſe effectum, ſed
infra triduum mutuo conſenſu diſtractum.
Dominus replicat, nōn fuiſſe re omnino inte
gra diſceſſum, quia ex parte emptoris, res
erat, partim ſecuta. Num quid in his ter-
minis durum ſit, locum eſſe retractui, vel de
cimę & tereno? Siquidem durum eſt, at-
tento quod in hac materia principaliter at-
tendi debet mutatio manus, feudiq; aliena-
tio, vnde quamuis precium fuerit ſolutum,
cum ex parte vēditoris nihil fuerit ſecutum.
puto pænitere eum poſſe, interueniente actu
retro-

A

ſimili, *Nizol.alleg.* 28.*num.* 14. reſtitutionis
precij, antequam Dominus cæperit iure ſuo
52 vti. Quamuis re ſemel ſecuta † ex parte
vendentis, hoc eſt, feudo translato non ad-
mittam pænitentiam in pręiudicium Domi-
ni, etiam per actum retroſimilem, & re in
cæteris integra. Sed ad Secundum ſatis.

Circa Tertium, videlicet reſpectu Domi-
ni. Res deſinit eſſe integra, quandocumq;
53 dominus iure ſuo † vti cæperit, *Aloys Leo.l.*
1.*num.* 14.*C.quand. lic.ab empt. diſced.* ſiuè per
viam præhenſionis, vt quando venditione
facta, manum iniecit feudo; ſiue per viam
exceptionis, vt quando emptori iuſta offe-
renti, reſpondet ſe velle vti retractu; ſiue per
viam actionis, vt cum primum certior fa-
ctus, vel ſuſpicatus eſſet venditionem, agit
contra emptorem; ſiue ad declarandum an
emerit, vel acquiſierit tale feudum, & lite-
ras oſtendendum propter dubium, ſiue preci
sè ad dimittendum iure retractus, vel ſol-
uendum ius decimæ. Quorum alterum ſi ſe-
quatur, licet res ſit integra; non poteſt abiri
nec diſcedi à contractu, quin integrè domi-
nus obtineat ius ſuum, ac ſi exequutio eſſet
facta; Ratio quia acceptatio Patroni, qui
cõtractum, ratum habuit, ob ius ſibi ab inde
quæſitum, fortificat acquiſitionem illius iu-
ris, adeo vt poſtea contrahentes velint diſtra
here, deteguntur eſſe in dolo, & mala fide re-
ſpectu Domini, vnde illis non prodeſt, *l.ne
ex dolo.ff.de dol.Aloys. Leo,d.num.* 14. nec do-
mino præiudicare poſſunt reſpectu gabellæ,
*Faber.§.1.inſtit.de empt. & in d.l.1. Caldas, de
emphit.lib.4.c. 14.nu.16.17.*

Q. VI. Dominus extra iudicium requi-
54 ſiuit, & interpellauit † emptorem, vt dimit-
teret ſibi feudum, per retractum, vel actiones
ſuas cederet, oblato precio; vel requiſiuit
ſiue venditorem, ſiue emptorem, vt ius de-
cimæ ſoluerent. Vtrum ſit ſufficiens præuen
tio, ad hoc, vt amplius non poſſit pænitere?
Negant alij, cum debeat id fieri in iuditio,
vt eſt vſitatum, *l. cum poſtulaſſem. in princ.ff.
de damn.infect.*

Contrar. puto verius, quia Dominus cum
habeat intentionem fundatam, non in nudo
iudicis officio, ſed in actionis iure, ſufficit
interpellatio extraiudicialis ad conſtituen-
dum in mora, & vt præuentum in retractu
ſit, *Tiraq. 1 retract.§.36.glos.2.num.56.Carpan.
Mediol.Stat.c.417.num.799.p.p.*

Ex quibus infertur. Quod ſtatim ac em-
55 ptor † vel eius procurator notificauit patro
no venditionem, amplius nequit pænitere,
etiam ſi Dominus nihil reſponderit; quia
cenſetur acceptaſſe, cum ſit ſibi vtile, ſatiſq;
eſt non denegaſſe, aliud enim eſt diſſentire,
aliud conſentire, aliud non aſſentire, quod
eſt medium. Rex enim dum ſtat in conſulen
do, & deliberando, licet non aſſentiat, non ta
men diſſentit, *c.bonæ.2.de poſtul.prelat.Ponte.
cons.14.num. 20.in 2.& decis. 6.num.5.* tacitè
inquam cauſa deliberandi, & eligendi, vel
retractum, vel ius decimæ vſq; ad diem a
56 Lege ſtatutam, imo ſi requiſitus † dominus
intra iuris terminum, nec reſpondeat ſe vel-
le emere, cæteris quoq; præferendus eſt re
integra, feudo nempe, nondum in alterū m
translato, *Ias.num.25.Salic.num. 16.in l.fin.
C.de iur.emphit.Corbul.de iur.emphit.tit.de pri-
uat.ob alien.irreq.domin.lim.5.Coſta,de re integr.
diſtin.69.num.6.* Conſenſum vero † ſemel pre
57 ſtitum in alienatione dominus directi reuo
care nequit, *Craver.cons.888.num.4. Dec.cons.
140.num.13.cons.155.nu.21.Coſta,de re integr.
d.diſtinc.101.num.4.* Imo nec aſſenſus, aut be-
neplacitum Regis, vel alterius Domini in
alienatione feudi præſtitus reuocari poteſt,
*Roſentall. de feud.c.9. conclus.36.nu.7. Schra-
der.de feud.p. 8.c.4.nu.8. Anna, iun.cons.86.nu.
10.Coſta, d. diſtinc. 101.nu.5.* nec reuocatur di-
ſpenſatio ſemel facta, ſi careat ſubreptionis
vitio, *Glos. c.cum ex eo. vbi Franc. & Gemin.
de elect.in 6.Dec.c.at ſi clerici.§.de adulterijs. nu.
104.de iudic.Rom.ſing.513.Coſta,d.diſtinc.101.
num.5.* Sic conſanguineum retractu nolle vti
58 declarantem † pęnitere non poteſt, *Boer.decis.
76.nu.1.2.3.9.Tiraq.1.retract.§.26.glos. 2. nu.
5.& ad fin.tit.nu.39.Gomez,l.Thaur.73.nu.14.
Mattien.l.12.glos.1.ad fin.Azeued.nu.1.tit.11.
lib.5.recop.* etſi inuito emptore conſanguine-
um, à ſententia pro ſe in retractu lata recede-
re, poſſit, *ex l.iudex circumuento.ff.de minor.Ti-
raq 1.retract.ad fin.tit.nu.24.28. Mattien. glos.
2.num.2.Azeued.nu.2.d.l.12.* ſecus ſi alias do-
59 minus † ſciret, vel eſſet ei denunciatum ſine
mandato emptoris: Tunc ſi dominus acce-
ptaret, vel alterum ex iuribus ſuis eligeret
non notificando emptore, quia ante huiuſ-
modi notificationem, puto rem eſſe integrā
ad pęnitendum: Opinio hæc in cæteris etiam
contractibus, & modis alijs alienandi locum
habet, data terminorum paritate, & eo lo-
co, vbi de retractu feudali, iure decimæ, aut
releuij agatur.

Cæterum, terminum a iure ſtatutum cur
rere a tempore monitionis voluit, *Beſcian.in
Conſuet.Alucra.fol.146. col.4.ad fin. Afflic. de
iur.prothom.§.2.num.10.Carpan.d.c.417.num.
819.Caldas.de emphit.lib.4 c.14.n.19.* quia con-
ſuetudo illa cõtractus perfectionem reſpicit.

Aa 2 Vtrum

Verum vnam monitionem ſufficere, quaſi peremptoriam, dixit *Afflic.d.§.2.n.12.* & hoc iure vtimur; Quæ monitio loco & tempore congruo fieri debet, *Caldas.d.lib.4.c.13.num.4.* ac debet verum precium continere, *d.c.13.num.24.* Aliter enim quandiu dominus dubius eſt, neq; de vero precio certior factus terminus non currit, *Tiraq.1.retract.§.4.gloſ.3. Carvan. Mediol.ſtat.c.417.n.794.* Qua ratione, *Bocr.ad Conſuet Biturie.tit.de la retenue, de choſes, §.1.* hunc terminum currere a tempore oblati inſtrumenti, venditionis celebratæ, in quo de precio, cæteriſq; pactis, conſtat, *Caldas, d.lib.4.c.14.num.19.* & ſi proximior retractui renunciet, ſequens admittitur, nec locus eſt pænitentiæ, *Surd.cons.424.num.6.*

60 Q. VII. in retractu conſanguinitatis † in quo non deſijt res eſſe integra, nec excluditur facultas diſtrahendi, niſi iuxta tertiũ & vltimum modum, ſi nempe conſanguineus venditoris præuenit: An emptorem, & venditorẽ pænitere poſſit? ipſamq; venditionem pro infecta habere in præiudicium retrahentis, etſi integra alioquin res ſit? Qua in re, ſi priusquam præuenerit conſanguineus, eos pænituerit; liberè potuiſſe teſtantur alij, nedum re non ſequuta per viam ſimplicis diſſenſus, & meri diſtractus, ſed re etiam vtrinq; ſecuta, & ex interuallo per viam noui contractus, ſiue voluntariæ reuenditionis. Vnde ſi emptor ſponte reuendat venditori, antequam veniat conſanguineus, amplius ipſe non admitteretur ad retractum, *Caſſan, ad Burg.conſuet.tit.de retract. §.10.verb.au ſeigneur feodal, nu.8.fol.mihi.362. Tiraq.de retract. conuent. §.1.gloſ.7.ſub num.23. Mareſcot.lib.1.reſol.5.num.5.* & caducitas ob non ſolutum canonem, priusquam Dominus declaret, ſoluendo purgatur, *ex Dec.cons.146.nu 4.cons.452.ſub num.20. Cephal.cons.55.num.6. Mareſcot.d.reſol.5.num.6.* quia cum repoſita res fuerit in agnatione ſua, ceſſat tota, & finalis cauſa legis inducentis retractum, & conſequenter ipſa lex, *l.adigere. §.quamuis.ff.de iur.patron. vt interm.reſoluit, Alberic.p.p.ſtatut.quæſt.87.*

61 Contrar. dixi verius, Quia prælationis, & retractus ius Domino, vel agnatis, ſtatim venditionis contractu perfecto naſcitur, *Tiraq 1.retract.§.1 gloſ.2.num.44.gloſ.10.num.112.115.116. Roſentall.de feud.c.9.conclus.93.num.13.* ſi res non dum tradita, neq; ſolutum precium pro ea fuerit, *Maynard.lib.4.deciſ.51.num.4. Tiraq.d.gloſ.2.num.48.d.gloſ.10.nu.115.* traditio namq; neceſſariam habere videtur conſequentiam ad contractum, *l.1.l.ex empto.ff.de action.empt.* & ex tunc fictione iuris tranſlatum dominium videtur, *Tiraq.d.gloſ.10.nu.116.* Huc quoq; pertinet, *tex.in l.alienatum.in prin.ff.de verb ſignif. alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum, tamen certè dicetur.* Ex quibus verbis apertè intelligendum conſtat, id propriè eſſe venditum, quod etiam manet in dominio venditoris, ſi res non fuerit tradita.

Non obſtat Contrar. quia loquuntur, *Caſſan. Tiraq. & Mareſcot.* ſi ex pacto de retrouendendo, in contractu adiecto redimat venditor: Tunc enim ex ſui natura reſoluitur contractus; At quæſtio eſt, in venditione iam perfecta, quæ ſine redimendi pacto fuerit celebrata, eamq; redimendo poſt ius Domino, vel conſanguineo ex retractu quæſitum, velit venditor redimendo citra pactum reſoluere, & non poſſe dicimus, in alterius eorum præiudicium, *ex Mareſcot.d.reſol.5.à num.7.*

Animaduertendum, & illud eſt, vt quam-
62 uis conſanguineus † non ſit amplius admiſſibilis ex capite ſuo, poterit tamen admitti ex perſona Patroni, vel proprius loquendo, ex perſona ſua, occaſione ſuperuenientis Domini, & retractus feudalis, ijs in locis, quibus retractui feudali locus eſſe poteſt, cum hoc in Regno feudi retractus non detur, *ex Franc. deciſ. 17. num.11.* Si enim facta fuerit
63 traditio † feudi, quantumcumq; per actum retroſiantiem diſtractum ſit, poterit dominus retrahere & auocare nedum à manibus emptoris, ſed à manibus venditoris; quo facto, & retractu adiudicato, niſi forte dominus reponat rem in manibus venditoris, vel alterius eius conſanguinei; priusquam ipſe venerit, poterit conſanguineus euincere dominium iure retractus proximitatis, ſecus ſi emptor infra annum, & ante aduentum Domini, & conſanguinei, vendat alteri conſanguineo primi venditoris, quia tunc ceſſat vterq; retractus; Sed domino duplicia iura, ex duplici nempè venditione competunt.

64 Sed contendi etiam ſolet, Præueniſſe † an dicatur conſanguineus per interpellationem, & oblationem extra iudicialem? Affirmandum videretur, cum in iure actionis fundata ſit eius intentio, ipſeq; conſanguineus, fauorabilior ſit, quàm dominus.

Contra, dicendum eſt, requiri interpellationem iudiciariam, ſaltim citationem libellatam, ad finem retractus proximitatis.

Q. VIII. contractu ſuper feudo celebra-
65 to † Vni ex contrahentibus, antequam Domini conſenſus accedat, an inuito altero pænitere liceat? Negat, ex multis, *Roſentall. de feud.c.9. conclus.3. num.5.* Quia à contractu

etiam

etiam condictionali non licet vni recedere inuito altero contrahente, *l.is cui.ff. de act. & oblig.glos.l.neceſſario.§.ſi ita.ff.de peri. & commod. rei vendit. Alex.cons.168.num.7.in 6.Corn.cons.28.in 2.Cephal.cons.118.Coſta, de re integr.diſtin.1.ſub num.2.* Etſi contrarium,& male opinetur, *Schrader.de feud p.8.c.4.num.10.* cuius argumentis egregiè reſpondit, *Roſentall.d.num.5.*

Hactenus de diſtractu in tertij preiudicium ſatis ſit, ſi mutuo conſenſu à refutatione diſceſſerint Pater & filius,eoſq; pænituerit;

Reliquum eſt An ſolus pater refutationem poſſit reuocare inuito filio? vel ſolus filius inuito patre? Vel vterq; mutuo conſenſu in eorum tantum preiudicium.

66 Primus itq; caſus eſt,in Patre † quem pænitere poſſe dicimus Re integra, inuito etiam filio refutatario,aut alio emptore;contractu non dum abſoluto,& perfecto,*Coſta de re integr.d ſtinc.1.ſub nu.2.Caldas,de empt.c.18.nu.37.* Re non integra pænitentiæ locus non eſt,*Rot,decis.517.num.5.p.p.* contractus enim nominati ſtatim ſunt perfecti, quoad ciuilis, & naturalis, obligationis natiuitatem, *l.iurisgentium.ff.de pact.Pacian.cons.77.nu.17.* Sed refutatio contractus eſt nominatus,cum elegans, & ſpeciale à feudorum iure habeat nomen: Alter ergo ab eis diſcedere non poteſt, *l.in commodato.§.ſicut.ff.commod.l.ſicut.C.de action.& obligat.l.in ciuile C.de rei vendic. Peregr.Trat.varij,lib.5.num.53.Lancell.Gall.cons.2.num.8.cons.53.nu.4 Coſta, de re integr.diſtin.1.nu.1.2.* etiam amiſſis arris,*Caldas,d.c.18.num.37.* imo ſi contractus a patre,& filio habitus ſit pro perfecto,& abſoluto, nec patris amiſceret pænitentiam,Re adhuc integra, *l contractus.C.de fid.inſtrum.l.2.C.quand.liceat ab empt.diſced.Rot.decis.517.num.5.p.p.Alba,cons.139.num 23.cons.562.num.29.Peregr.tract.var.lib.5.num.53.Lancell.Gall.cons.53.num.29.Monet.de commut.vlt.volunt.c.9.num.475.* mutuo enim conſenſu contractus initus, vnius conſenſu diſſolui non poteſt, *Bart.l.ab emptione.num.11.ff.de pact.Surd.conſ.52 num.54.cons.136.num.25.cons.150.nu.10.Pacian.cons.21.num.3.in 4.Turret.cons.35.nu.8.in 3.Eugen cons.73 num.29.*

67 Declar. I. Niſi reuocandi facultas † reſeruata ſit à Patre refutante, vel certo tantum caſu, *tot.tit.C.de donat.quæ ſub mod.Ruin.cons.182.nu.18.in 1.Natt.cons.270.nu.4.* vel omni in caſu, & liberè, *Soc.cons.66.num.15.verſ.& poſito.cons.67.num.35.in 1.* potuit enim refutans in ſua refutatione donationis titulo inter viuos apponere pactum, conditionem, modum, & tempus, ac facere illam reuocabilem, quo vtilius ſibi viſum fuerit à principio, ſi donatario ius quæſitum non ſit, *Caual.decis.42.num.34.decis.45.num.6.p.2.Fontanell.de pact.nupt.claus.4.glos.26.nu.2.Loffred.cons.5.num 6.Burſ.cons.173.num.68.69.70.Caſtill.Sottomay p.3.iur.controuerſ.10.num.55.* etſi donatio fiat eccleſiæ, *Imol.c.cum dilecti.per tex.ibi,de donat.Natt.cons.270.num.4.Surd.cons.67.num.36.ad fin.Ruin.cons.182.num.14.15.in 1.* Siue in eodem donationis inſtrumento præſeruatum fuerit reuocandi pactum; ſiue incontinenti, hoc eſt, poſt donationem,nullo adhibito temporis interuallo, *Soc.d.cons.67.num.34.35.36.* compatitur namq; donatio inter viuos, & pactum de reuocando, *Mantic.de tacit. & ambig.lib.13.tit.47.num.4.Caual.decis.42.num.34.p.2.Gabr.cons.3.num.2.in 1.Nauar.cons.17.num.7.lib.3.Fontanell.de pact.nupt.claus.4.glos.26.num.2.* ipſaq; refutatio ſuum ſortietur effectum, ſi refutans non reuocauerit;cum nec reſeruata hæc reuocandi facultas,donationis inter viuos, ſeu refutationis naturam mutet, vt ſit cauſa mortis, *Loffred.cons.5.num.6.Anton.Monach.Bonon.decis.71.num 65.Gabr.cons.3.num.2.in 1.Fontanell.d.glo.26.nu.2.Cauale.decis.42.num.34.p.2.* ſcripſi plenius, *Crim.cons.54.num.41.42.*

68 Declar. II. Vt ſi alienatum ſit feudum abſq; † domini aſſenſu, reuocari alienatio poterit ab alienante inuito emptore,*ex Conſilij.Diuę memorię.Ponte,cons.73.n.3.in 2.* Adeo vt,nec de euictione agere poſſit emptor,ſed ad precium quanti emit, *Ponte.cons.72.cons.73.in 2.* Niſi porrectæ fuerint preces pro aſſenſu, & dominus adhuc aſſenſum non præſtiterit, *ad tex.c.bonæ.2.de poſtul prælat.Ponte,decis.6.num.5.cons.14.num.20.in 2.*

69 Declar. III. Vt quod de contractus perfecti obligatione dictum eſt,ne altero inuito diſſolui poſſit; in Pacto non procedat, quod alterius contrahentis cauſa tantum conuentum eſt, *Mantic.de tacit.& ambig.lib.4.tit.29.nu.17.* quia obſeruandum id erit, ſi ipſe voluerit, *ex l.1.§.pen.ff.de poſ.*

70 Secundus caſus eſt, in filio † refutatario qui poteſt ab initio refutationem ratam non habere, cum ſit generale, beneficium nõ conferri in inuitum, *ad tex.l.inuito ff.de reg.iur.* Tum quia celebratur refutatio in filij tantum gratiam,cui licita eſt pænitentia re integra,*arg l.1.§.pen.ff.depos.Bart.l.1.C.de action.& oblig.glo.l.qui ea mente.ff.de furt.Coſta, de re integr.diſtinc.1.ſub num.2.* nec de reputatione hac, & dimiſſione ſoluenda eſt gabella,

quia

quia non eſt alienatio, *Tuſc. lit. G. concluſ. 5. num. 31. Marcabr. cont. 103. nu. 42.* & rationem addit *num. 43.* quia gabella non ſoluitur de contractu, ex quo dominium non transfertur, *Tuſc. d. num. 31.*

71 Ampl. I. Vt ſi abſq; vlla † ratione diſceſſerit filius a reſuratione, ipſeq; pater refutans conſenſerit, Tunc ex nouo mutuo vtriuſq; conſenſu, ac mera voluntate, reſoluta videtur refutatio, *argum. l. cum emptor. ff. de reſcind. vendit. Guttier. de gabell. quæſt. 10. num. 15.* Proinde fiſco nullum fiet præiudicium in ſuo releuio & gabella, *Laſart. de decim. Vendit. c. 14. num. 30. Guttier. d. nu. 15.* imo ſi hoc contingeret, re iam tradita, de huiuſmodi voluntaria refutationis reſolutione, tanquàm ex noua refutatione aliud exoluendum erit releuium, aliaq; gabella, quia nouus contractus eſt, *Guttier. d. num. 15.*

Tertius caſus eſt, ſi vterq; contrahens re 72 integra † per contrarium diſſenſum à venditione, vel refutatione receſſerint, eoſq; pænituerit, Tunc rectè eos poſſe reſoluit, *Coſta, de re integr. diſtin. 1. num. 2. Valenzuol. cons. 14. nu. 49.* etiam in præiudicium domini, quoad releuia & retractum, *Roſentall. de feud. c. 9. concluſ. 3. num. 12. ſub lit. B.* niſi preces oblatæ Regi fuerint pro aſſenſu præſtando, & reſpondeat Rex negotium Proregi committendo qui attentis rationibus expoſitis, de iuſtitia prouideret, vt ſibi viſum fuerit: Tunc pœnitentiæ amplius locus non eſt, quia res non eſt integra, *ad tex. c. bonæ. 2. de poſtul. prælat. Ponte, decis. 6. num. 5. cons. 14. nu. 20. in 2.*

73 Re non integra, receditur quidem † ſed actus requiritur retroſimilis, *l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced. l. prout quiſq. ff. de ſolut. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Pereg. d. lib. 5. nu. 53. Oſaſc. decis. 34. num. 5. Nizol. alleg. 28. num. 14. Coſta, 74 d. diſtin. 1. ſub nu. 2.* Ipſumq: contractum † mutuo conſenſu pro parte, vel in totum reformare poſſunt contrahentes, *Roſentall. de feud. c. 6. conclus. 69. n. 26.* Qui enim poteſt tollere, reformare etiam in parte poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum alienatum non videtur, quod in agnatione conſeruatur.*
2 *Lex feudi alienationem prohibens, de extraneo acquiſitore cogitauit.*
3 *Vaſallus, nouus non eſt is, qui inueſtitura comprehenſus eſt, ſed antiquus.*
4 Tex. c. 1. de alien. feud. patern. *declaratur.*
5 *Patris nomine, Auus continetur.*
6 *Fauori ſuo renuntiare quiſq; poteſt, nec quod in fauorem inductum eſt, in odium retorqueat.*
7 *Naturam feudi non immutat alienatio remotiori facta.*
29 *noch. cons. 215. num. 145.* repræſentare, † nihil aliud ſit, quam ex integro aliquem referre, *Aldouin. cons. 99. num. 10. Sed ex l. cum aliquis. C. de iur. deliber.* maior eſt potentia in repręſentato, quam in repręſentante, *Roger. cons. 23. num. 23. p. 2.* Nec repręſentari aliquis poteſt pro vna tantum parte, *Curt. cons. 75. Menoch. d. num. 145.* ipſaq; repręſentatio, nihil aliud eſt, inquit, *Menoch. cons. 413. num. 39.* quamquędam ſubrogatio, quæ fit de perſona filij ad perſonam patris, Adeo vt eos excludat, quos pater viuens excluſiſſet, *Tiraq. d. quæſt. 40. nu. 17. 18. Peregr. decis. 103. nu. 3.* & ad eam partem admittitur nepos, quæ ad eius patrem peruenire potuiſſet, ſi viueret, *§. cũ autem. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Emil. Gall. de Except. in ſucceſ. ab inteſt. tit. 4. except. 3. num. 27. p. p.*

30 Infert. II. In Statutis etiam odioſis, † & correctorijs, ac contra ius commune, imo in quacumq; materia ſtricte interpretanda, locus eſt repręſentationi, *Decian. cons. 9. num. 2. & infra. vol. 2. Surd. cons. 325. ſub nu. 12.* eaq;
31 iudicatur † fauorabilis, & extendenda, tanquàm antiquiſſima & à iure Diuino deſcendens, *Surd. d. num. 12.* Tum quia vt obuiemus fraudibus lex latam admittit interpretationem, ipſamq; diſpoſitionem fauorabilem reddit, *Crauet. cons. 764. num. 6. Tuſc. lit. F. conclus. 475. num. 2.* Cumq; ad obuiandum fraudibus lex hæc fuerit edita, *Coſet. cons. 29. nu. 13.* iuſta dicitur, & rationabilis, *Bart. l. 1. num. 31. C. de ſumm. Trinit. Dec. c. 2. num. 6. de probat. Couar. c. cum eſſes. nu. 6. de teſtam. Magdalen. de numer. teſt. in teſtam. requis. c. 2. n. 14.* excogitauit ſemper lex quantum fieri poteſt, vt fraudibus obuiaret, *c. quanto. de priuileg. c. ſi ciuitas. de ſent. excomm. in 6. c. quanto. ad fin. de diuort. l. fin. §. imperator. ibi, exiſtimo te huic fraudi recte occurſurum ff. de ſuſpect. tutor. l. 1. ff. ſi quis omis. caus. teſtam l. 1. ibi, nam ſi aliter, obſeruetur. 3 ff. de Carbon. edict. l. ordinata. verſ. ſed ſi cum alijs. ff. de liber. caus. l. 1. §. 1. ibi, & quia poteſt fieri, ff. de litigios. l. qui ſub prætextu. C. de ſacros. eccles. l. cum ij. §. tranſactiones. C. de tranſact. l. illud. §. 1. ff. de Tribut. act. l. iulianus. §. mutui. ff. ad macedon. l. 1. §. editiones. ff. de eden.* Proinde in feudis
32 repręſentatio † admittitur, *Ruin. cons. 12. nu. 13. 32. in 1. Decian. cons. 9. in 2. cons. 55. num. 50. in 3. Tuſc. lit. F. conclus. 352. num. 35. Caldas. Forens. quæſt. 11. à nu. 20. ad fin. vſq; & de emphit. lib. 2. quæſt. 17. nu. 4. 28. Surd. d. num. 12. Magon. Lucens. decis. 19. nu. 17.* vſq; in infinitum, *Corſet. ad Patris cons. 10. nu. 20.* & in emphiteuſi, *Crauet. cons. 67. num. 5. Decian. cons. 9. num. 5. in 2. cons. 55. num. 50. in 3. Negus. cons. 184. num. 1. Caldas. cons. 15. nu. 40. & de emphit. lib. 2. quæſt. 17. num. 28. Surd. d. num. 12. Magon. Lucens. decis. 19. num. 10. Tuſc. d. conclus. 352. num. 36. Peregr. de fideicomm. artic. 21. num. 13.* etſi confuſim loquutus aliter ſentire videatur, *Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 50. num. 5.*

33 Infer. III. Repręſentationem, † naturam imitari; ideo pater non repræſentat filium, *Caſtr. auth. defuncto. C. ad Tert. ull. Gomez. num. 5. 6. 7. Tell. num. 6. Palat. Ruui. nu. 9. in l. Thaur. 6. Matrien. l. 1. glos. 3. num. 12. 13. Azeued. num. 7. tit. 6. lib. 5. recop. Craſſ. §. ſucceſſio. ab inteſtato. quæſt. 2. num. 6.* Sed è contra, quia hæreditas magis debita eſt deſcendentibus, quam aſcendentibus, *l. ſcripto hærede. ff. vnd. liber. Amat. Marcb. decis. 10. num. 6. Oſaſc. cons. 72. num. 28. Bardell. cons. 20. num. 52.* etiam in feudis, *Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 15. conclus. 16.* ac ideo vltra nepotes inter deſcendentes datur repræſentatio in infinitum, *ex Glos. §. multis. Verb. vſq. ad quintum gradum. inſtit. de*

ſuc-

*ſucceſſ.libert. Paris.cons.30.num.43.in 2.Gabr. tit.de ſucces.ab inteſt.conclus.1.nu.18.Oſaſc.cons. 72.num.29.*Roger.*cons.43.num.1.Azeued.l.5. num.4.tit.8.lib.5.Craſſ. §.ſucceſſio ab inteſtato. quaſt.2.num.13.Caldas.cons.15.nu.12.* ideoq; ſiquis relicto filio deceſſerit, & ex nepote mortuo pronepotibus, iſti nepotes, & pronepotes ſuccedunt proauo, vna cum filio, & ſic cum patruo magno, inter aſcendẽtes ergo
34 repreſentationi † locus nõ eſt, *Gomez,l.6 Thaur.n.6.*Mattien.*l.1 glos.3.n.3.lib.5.recop, Sottomay.iur.controuerſ.19.n.55.p.3.* quia repręſentatio, quę de patre fit in filio, eſt ſecũdum naturam, *Salic.d.auth.defuncto.n.2.* ideo ars naturam imitatur quoad poteſt, *§ minorem. inſtit.de adopt.Cardin.clem.5.queſt.2 de ſepul.clem. 1.q art.4. de elect. Roger. cons. 46.num.26. Gomez.d.l. Thaur.6.ſub num.6.* quod vero pater repreſentet filium, eſt ſecundum naturam impoſſibile, *Gomez.d.num.6.* Ars ergo ipſa non audet id aggredi, *Barbat. cons. 50. in 4.Surd.d.nu.12.* quia pater & filius, *ex l fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* natura cenſentur eadem perſona, id eſt ſecundum veritatem iuris naturalis, *Caſtr.d.cons.164.num.4.in 2. Surd.d.num.12* ſi fictio eſt (*vt dixi, num.28.*) ſuper naturali, de natura ceſſat, *glos.fin.l talis. ff de legat.* 1. *Bart.l. ſub conditione. ff. de ſolut. Bald.cons.243.ad fin.in* 1.*Decian.conſ 69.num. 11.in 2.Tuſc.lit.F.conclus 216.nu.25.* quia ſuppponit caſum, qui fingitur, eſſe poſſibilem, *l.adoptio.ff de adopt.§ minorem.inſtit.eod Bart.n. 22.Ias.n.117.in l.ſi is qui pro emptore. ff.de vſucap.Rot.Bonon.decis 78 n.31.* porro impoſſibile eſt tam in genere, quam in ſpecie, quod pater dicatur filius, & ſuccedat in feudis, quia fictio, ſicut ars, imitatur naturam, *Decian.cons.7.nu.37.in 1.Tuſc.d conclus.216.nu. 26.Mantic.de tacit.& ambig lib.22.tit.20.nu. 2.Ruin.cons.69.num.10.in 1.* Neq; etiam, quod eſt iuri contrarium fingi poteſt, *Aret l. 3.§. ex contrariis. nu.1.ff. de acquir. poſſ. Corn. cons.81.num.38.in 1.Mantic.d.tit.20.num.2.* Lex etiam etſi imitetur naturam, *Mantic.de tacit.lib.14.tit 7.nu.3.* non tamen fingit quod eſt impoſſibile, *l.qui ad certum.ff.locat.Mantic. d.lib.14.tit.8.num.4 8.9.* vel iuri contrarium, *d. tit. 8. num. 3.* ne fruſtra aliquid inducat, *Mantic.de tacit.lib.24.tit.3.num.5.* ob id, nec in aſcendentium ordine locum haberet repręſentatio, *Alex.cons.115.in 2.Capra, cons. 149.dub.3.Tiraq.1 retract.§.14.glos.2.num. 13.Bolognin.ad* Mathes.*de ſucceſſ.ab inteſt.art.2. num.39.Marta, de ſucceſſ legal p.2.quæſt.1.art. 1.num.6.* non quia reſeruata eſt prærogatiua gradus, ſed quia eſt contra operationem
35 naturæ. Sed in feudis id verius, quia † à feudi ſucceſſione Deſcendentes remouentur, *ex.c.1.de natur.ſucceſſ.feud.Aluarot.c.1.§. hoc. quoq.de iis, qui feud.dar.poſſ.Pern.cons.12.num. 39.Bald.auth.defuncto.C.ad Tertull.Corn.cons. 16.num.7.in 1.Roſentall.de feud.c.7.conclus.14. a num.2.Intrigl.feud.cent.2.artic.4.num.1.Cephal.cons.641.num.18.Azeued.l.1.num.63. 64.tit.8.lib.5.recopil.Marta, d.artic.1.num.18. Sonsbec.de feud.p 9.num.45.Scrader.de feud.p. 7.c 6.num.1.Vulte.lib.1.de feud.c 9.num.101.* quia feudum, & maioratus reſpiciunt Lineam deſcendentium, *Roxas.de ſucceſſ.c.30. num.41.c.31.num 39.Bolognet.cons.9.num.21. 22 Mattien.l.1.glos.3.num.11.glos.5.num.2. Azeued.l.1.n 65.tit 8.lib 5.recop.* niſi vocati in ſpecie, ad ea ſint aſcendẽtes *Bald.d.auth.defuncto. Azeued.d.l.1.num.64.* Nec etiam in feu-
36 do † ab eis in filium ſimpliciter refutato, ſi cum filiis moriatur, *Rouit.cons 49.num.27.* niſi perſonalis ſit refutatio, *Iſern.Aluarot.Prępoſ & Aff ic c.1.de vaſal.decrep.ætat.Curt.de feud.p.2.p.3.n.45.Ias de feud.p.8.n.2.*Rouit.*cons. 49.num.27.Milanens.decis.8.num.289.p.p. Schrader.de feud.p.7.c 6.num.4.Surd.cons.446. num.17.18.arg.c.1.de eo qui, fin. fecit. agnat.* & ita accipiendus eſt, *Marta, d.quaſt.1.artic.*
37 *1.n.20.* ſecus in allodiis a patre filio † donatis, quia donatario præmortuo non ſuccedit donans, vt in refutatione, ſed donatarii hæredes, *Franc.decis.69.Teſſaur.decis.32.Rouit. cons.49.num.28.iuxta tex.auth.defuncto.C.ad Tertull.* dixi de hac refutati feudi ſucceſſione §.1.*Glos.12.* alia addidi, *Glos.15.* quo Lectorem remittimus ne actum egiſſe videar, dum hæc pauca, ad repræſentationem in genere, ſcitu credidi neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Legem irritare, eſt, impedire ne vim obtineat, priuſquàm plenam obligandi vim habeat.*
2 *Abrogare legem eſt, eam tollere, poſtquam vim obligandi obtinuit.*
3 Molin. de iuſt.& iur. Tract.5.diſput.57.nu. 2. verſ. quod ſi integrè. *reiicitur.*
4 *Legum Correctio ſtrictè interpretanda, & euitanda eſt*
5 *Statutum ſi ius commune, in duobus poteſt corrigere. interpretari debet, vt in vno corrigat.*
6 *Legis abrogatio ex Principis ſcientia inducitur.*
7 *Legem ad abrogandam contrarius Vſus requiritur, nec ſufficit Populum ea non vti*
8 *Diſpenſare in lege, Quid ſit?*
9 *Prælati inferiores in legibus Superiorum interdũ diſpenſant, eas tamen abrogare non poſſunt*

C *Diſpen-*

10 *Diſpenſatio, ex ſola Regis ſcientia inducitur*

11 *Diſpenſare, ſtrictè, & large ſumi poteſt? & quando?.*

12 *Interpretari legem, eſt, nullam a lege vim obligandi auferre, ſed ſenſum alioquin latentem & verbis non expreſſum, ex ratione legis depromere.*

13 *Interpretatio nouum ius non inducit, nec caſum nouum addit,*

14 *Declarans, nihil noui inducit, Etiam ſi addat qualitatem*

15 Cap. 118. Regis Carol. *quod commentamus; iuris communis correctorium non eſt, nec quid noui in deſcendentium repreſentatione diſponit.*

16 *Princeps in re controuerſa non corrigit, ſed quod verius eſt, eligit, & declarat*

17 Tex. c. ſi aliquem. ibi, ille qui tempore & c. explicatur.

18 *Declaratio locum non habet in caſu claro*

19 *Repræſentatio locum non habet, vltra caſus à iure expreſſos*

20 *Fingere legis eſt, non hominis: ſed Princeps (etſi homo ſit) fictionem inducit, ſicut lex.*

21 *Comprehenſio etiam in correctorijs dicitur, non extenſio vnius ad alium caſum, ſi vtriuſq; eadem eſt ratio; alias ſecus.*

22 *Repræſentatio in caſibus à iure permiſſis, præſumpta teſtatoris vocatio eſt.*

23 *Repræſentatio in deſcendentibus Vſq; in infinitum procedit.*

24 *Legis proprium eſt, futura reſpicere.*

25 *Lex declaratoria præteritos caſus reſpicit, Atſi verbum in ea ſit,* de cętero, deinceps *futuros tantum determinat. Declar. num. 28. 29. 30.*

26 *Geminationis quæ ſit vis? & Virtus? ſed quando procedat? num. 31. 32.*

27 Cap. 118. Reg. Carol. *Non eſt noua lex, cum meliorem controuerſi iuris opinionem eligat*

33 *Verbum, Defuncto proximior* in Reg. Iacob. c. ſi aliquem. *declaratur, & num. 34.*

35 *Lex declaratoria addens aliquid, Nouum ius cenſetur in eo, quod addit.*

36 *Poſſeſſio defuncti Aui in nepotem continuatur, etſi ſecundogenitus refutatarius poſſideat.*

37 *Verbum,* Statuimus, *nouum ius inducit.*

38 *Legis condendæ poteſtas & Imperium ſolius Principis eſt, & eorum quibus princeps tantum conceſſit.*

39 *Declaratio ad eum ſpectat, qui diſpoſuit, non ad alium.*

40 *Leges extendere, noſtrum non eſt*

41 *Derogatio, eatenus operatur, quatenus expreſſis legis verbis repugnat.*

42 *Derogatur lex prima per ſecundam, licet de illa mentionem non faciat.*

Si degni declarare, Statuire, & ordinare.

Vt dignetur ſtatuere, iubere, & declarare. Glos. II.

VT quid rei veritas habeat, melius intelligatur, obſeruandum cenſui, diſcrimen eſſe, inter Irritare legem; Abrogare legem; Diſpenſare in lege; & legem Interpretari, & Declarare.

1 Legem irritare † eſt, impedire ne ius obli-
gandi ex ea integrè conſurgat: ſeu impe-
dire ne vim obtineat, priuſquam lex vim
obligandi haberet, *Molin. de iuſt. & iur. tract.*
5. de Iuriſd. diſput. 57. num. 2. Cuius rei adhibe-
ri poſſumus exemplum in illis legibus, qua-
rum vis obligandi iuxta iuriſdictionē, quo-
ad id a quibuſdam Rebuſpulblicis ſupre-
mis ipſarum poteſtaribus conceſſam, pen-
det ab approbatione Populi; ſi enim popu-
lus in lege à talibus publicis poteſtaribus la
ta, non conſentiat, irrita eò ipſò redditur.
2 Abrogare vero † legem eſt, poſtquam
lex vim obligandi obtinuit, eam tollere.
Quod ſi integre tollatur, erit penitus abro-
gata, *Gallin. de verb. ſignif. lib. 5. c. 5. num. 19.* ſi
vero ex parte ſolum, quoad omnes tollatur,
erit ſolum ex parte abrogata, *Molin. d. diſput.*
3 *57. ſub. nu.* 2. ſed errat, † quia cum pars detra
hitur, derogatur legi: Abrogatur vero cum
prorſus tollitur, *l. derogatur. 102. ff. de verb. ſi-
gnif., vbi Alciat. & Rebuff. Bolognet. l. Omnes.
populi. num. 175. ff. de Iuſtit. & Iur. Regens Cor-
ſet. in ſcholijs ad Patris, cons. 10. num. 37. Gallin.
d. c. 5. n. 20. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 13.
n. 37.* Quod enim expreſſe non corrigitur, ſta-
4 re non prohibetur, cum legum correctio o-
dioſa, † ſit euitanda, *Menoch. cons. 105. num.
46. cons. 197. nu. 60 cons. 906. n. 36. cons. 1122.
num. 29. Maſcard. de Gener. ſtatut. interpr. con-
clus. 5. n. 148. 159.* Hinc ſi interpretari poteſt
5 ſtatutum, vt corrigat † duo, interpretandum
ſanè erit, vt corrigat circa vnum, & ſic vt mi-
nus corrigat, *Roland. cons. 74. num. 19. in 3. Rot.
decis. 708. nu. 3. p. p. decis. 161. num. 13. p. 2. Ber-
taz. ciuil. cons. 47. num. 24. Maſcard. de ſtatut. in-
terpret. conclus. 12. num.* 2. & vbi ſtatutum po-
teſt operari, quod corrigat circa duo, non
debet interpretari, quod corrigat circa
tria, *Gozad. cons. 19. num. 5. Grat. cons. 13. num.*

43. in

43.*in* 2.*Contard.de moment.poſſeſ.queſt.*7.*n.*6.7.
6 ſed legis abrogatio † ex ſola Principis ſcien-
tia inducitur, *Glos.Abb.& Prepoſ.in c.quia cir-
ca.de Conſaguin.& affinit.Nauar.in Manual.con-
feſſ.c.*23.*num.*111. *Rouit.Pragm.* 1.*num.*27. *de
7 Offitial.& quæ ijs prohib.*ad abrogandam † le
gem iam receptam,non ſufficit,non vſus po-
pulorum, ſed contrarius requiritur vſus,
*Iſer.in c.ſi vero, violator. vers.ſi ruſticus. nu.*18.
de par.tenen. Corſet.cons. 12.*nu.*18. *Rouit.in pro-
em.pragm.num.*13.
8 Diſpenſare autem in Lege eſt † vim obli-
gandi ab ea auferre,comparatione alicuius,
aut aliquorum, cum quibus in ea diſpenſa-
tur, idq; in aliquo, aut in aliquibus euen-
tibus particularibus,vel in perpetuum relin
quendo in lege vim ſuam obligandi quoad
cæteros, in cæteriſq; euentibus, etiam quoad
eos, cum quibus in aliquo, vel in aliquibus
tantum euentibus diſpenſatur, *Molin. d. diſ-
put.*57.*ſub num.*2. Vnde cum is, qui abroga-
re poteſt Legem, vim ab ea quoad omnes
auferendo, poſſit etiam vim ab ea auferre
quoad aliquem,vel aliquos, cum quibus ea
diſpenſat: conſequens profectò eſt, vt qui
abrogare poteſt legem,poſſit quoq; in ea di-
ſpenſare:ſed non omnis,qui poteſt in lege diſ
penſare, poteſt etiam illam abrogare, *Mo-
lin.d.n.*2.nec derogare,*Tuſc.lit.D.conclus.*125.
*n.*1.Prælati enim inferiores diſpenſare † in-
9 terdũ poſſunt in legibus ſuperiorum,eas ta-
men abrogare non poſſunt, *Clem.ne romani.
de elect.c.inferior.*21.*diſtin.Tuſc.lit.I.concl.*119.
*n.*10.19.20.*lit.E.conclus.*285.*nu.*1.ſed ex ſola
ipſius Regis ſciẽtia † inducitur diſpenſatio,
10 *Rouit.pragm.*1.*n.*27.*de Offitial.& quæ ijs.prohib.*
Obſeruandum deinde eſt,diſpenſare inter-
11 dum ſumi preſsè † ac propriè, vt defini-
tum, explanatumq; nobis eſt. Interdum ve
ro ſumi latius, vt *diſpenſare*, ſit eximere a-
liquem ab obligatione legis,ſiue ſit, vim à le
ge auferendo,vt in eo euentu illum non ob-
liget; ſiue ſit, nullam omnino vim obligan-
di a lege auferendo, ſed ſuperiore efficien-
te aliquid, quo id deſinat ſub eam legem
cadere; quod ſecluſo eo facto, ſub eam ca-
deret legem, cum ab obligatione legis exi-
mere. Eſt vero,hoc ante mentis oculos ha-
bendum, quoniam ſæpè Doct.ſumunt latius
diſpenſare, ne credamus eos ſumere,*diſpenſare*,
preſsè,& decipiamur,in equiuoco laborãtes.
Interpretari verò legem, eſt † nullam a le-
12 ge vim obligandi auferendo, ſenſum alio-
quin latentem, & verbis non expreſſum ex
ratione legis depromere, *Turam.de legib.p.*2.
*c.*3.*num.* 64.*Gallin. de verb.ſignif. lib.*5.*c.*2.
*n.*1.3.20.& explicare in quo euentu lex non
intelligatur obligare, *Molin,d diſput.* 57.*ſub
n.*2.addit,& merito,*Calder.cons.*1.*vtlit.pende.*
quod cum interpretatio legis ſecundum ip-
ſius rationem procederet, *c. nuptiarum.* 27.
*queſt.*1.*c.ſic enim.*28.*queſt.*1.*c.debitum.de bigam*
Caſus,in quo ſubeſt per omnia ratio legis,ſal
tem tacitè incluſus intelligitur, *l.quædam §.
nummularios.ff.de edend.l.ſi poſtulauerit.§.ratio.
ff.de adult.Maſcard.de ſtatut.interpr.conclus.*5.*n.*
13 8.non ergo nouũ ius inducit † interpretatio,
*Tuſc.lit.I.conclus.*327.*n.*1. ſed legis ſemel con-
ſtitutæ ſententiam,cum opus eſt,aperit, atq;
defendit, *Turam.d.c.*3.*n.*65.nec nouũ caſum
addit,ſed qui primò in ratione legis erat in-
cluſus,detegit, ſiue declarat,*c.ſi poſtquam.de
elect.in* 6.*c.nouit.de appell. Maſcard.d.conclus.*5.
*nu.*9. caſus enim in quo ſimilis eſt ratio, pro
expreſſo habetur,*glos.l.gallus.verb.non ſolum
ff de liber.& poſthum.*nec mirum, quia lex eſt
omne, quod ratione legis conſiſtit, *Maſcard.
14 d conclus.*5.*num.*10. ſic & verbum † declarare
nihil noui inducit, *Morot. cons.* 90. *num.* 19.
*Marta,de iuriſd.p.*4. *centur.* 2.*cas.* 152.*num.*4.
*Gamm. decis.*51.*num.*6. *Bertaz. inſtrum. claus.*
30.*glos.*4.*num.*1.*Roland.cons.*15.*num.*27 *in* 3.
*Barbos.dict.*65.*Scac.de Camb.§.*7.*glos.*3.*nu.*29.
*Macerat.lib.*1.*reſol.*3.*num.*12.*Maſcard. de ſta-
tut.interpr.conclus.*13.*num.*41.*Cephal.cons.*540.
*num.*82 *Gabr.tit.de regul.iur.conclus.*3.*num.* 1.
48.*Rot.decis.*142.*num.*2.*p.*2.*Gallin.de verb.ſi-
gnif.lib.*2.*c.*14.*num.*2.etiam ſi addat qualita
tem, *Macerat.d.num.*12.*Gabr.d.conclus.*3. *num.*
48 & facilius admittenda interpretatio eſt,
ſtatuti iam facti, quàm inductio eius, quod
factum non eſt,*Decian.cons.*32.*num.* 29.30. *in*
2.*Maſcard.de Statut.interpr.conclus.*2. *num.*87.
His ita conſtitutis,quod hac in *Glos.*quæ-
15 ritimus eſt; An iuris † communis correctoria
ſit hæc *Caroli,V.lex?* Negat *Auend.ad Thaur.l.*
40.*glos.*17.*num.*8. aſſerens,quod in hoc lex
hæc,iuris communis correctoria non ſit,ſed
declaratoria verioris opinionis,*Sottomay.iur.
controuerſ.*19 *ſub num.*51.*p.*3.*Valenzuol. cons.*
23.*num.*109.*Intrigl.feudal.centur.*2. *artic.*47.
*n.*5.*Burgos.de Paz,ad l.Thaur.*40.*n* 432.*Palat.
Rubе.l.*27.*nu.*17.*Auend.d.l.*40.*glos.*14.*nu.*26.
*Molin.de primogen.lib.*3.*c.*6.*num.*24.*c.*7.*num.*
17.& id voluit decidere,quod in Regno erat
dubium. *in Tex.ibi, & per leuare ogni du-
bio.* Quod inſpiciendum potiſſimè noſtra
tempeſtate eſt, in qua ex controuerſo & in-
certo iure plerumq; pendemus, vt multo-
rum iudicio, & authoritate probat inter a-
lios paſſim, *Canal. decis.*15.*num.* 3.4. *decis.*
28.*num.*16.30.31.*decis.*44.*num.*39.40.*p.p.de-*

cis.5.num.69.p.2.decis.20. num. 49. decis. 26.
num.50.p.3.decis.26.num.1. p.4. Bertaz. ciuil.
cons.25.num. 20.Curt.cons.119.num.6.Anton.
Rube.cons.11.num.24. cons. 46. num. 4.Galuan.
16 cons.10.nu.25. dubium vero eſt, ex Tex. † c.ſi
aliquem.editi, à Rege Iacob. ibi, ille qui tempore
mortis ſupererit defuncto proximior in feudo ſucce-
dat. Sed filius Secundogenitus patri ſuo pro-
ximior in gradu eſt nepote, imo admiſſa re-
præſentatione, an nepos patruo præferatur?
non leuis fuit contentio; Ad quã componen-
dam, legem hanc iuris dubij declaratoriam
impetrare neceſſe fuit, & licet, tex.d.c. ſi ali-
quem. in collateralium ſucceſſione loquatur,
procedit tamen in ſucceſſione Deſcenden-
tium, ex Pern.cons.4.Petr.Greg de conceſſ.feud.
p.4 quæſt.10.Corſet.conſ.19.nu.31.cons.20.nu.
2.adeo vt excluſa repræſentatio videretur, ex
d.c.ſi aliquem. vt firmat, Corſet.ad Patr.cons.10.
nu.18.& cum Tex. hic, ad interpretationem
verbi, Proximus, ſit editus; declaratiuam con-
tinere interpretationem, teſtatur, Gallin.de
verb.ſignif.lib.5.c.5.num.11. Nec quid noui
diſpoſuit in deſcendẽtium repræſentatione,
ſed quod à iure communi inter aſcendentes
& deſcendentes, ſancitum erat, confirmat, Sot-
tomay.d.Controuers.19.ſub num.89. & ex legis
noſtræ verbis compertum eſt, ibi, ſi degni de-
clarare, ſtatuire & ordinare. ſed vbi quæſtio de
iure controuerſa eſt, vt Cæſarea indigeat de-
17 ciſione; Tunc Princeps ſuper ea † ſtatuendo
nõ corrigere, ſed eligere, & declarare dicitur.
Ea enim propriè declaratio eſt, quæ, ſi quid
latebat, ſolum aperit, Papon.cons.75.nu.20.
21.Becc.cons.186.nu.1.26.Barz.decis.38.nu.7.
Palaez, de Maior.p.p.quæſt.44.nu.4. Surd.cons.
380.n.9.Rip.obſer.189.n.7.Cartar. decis.16.n.
59.Bim.cons.231.num.4. Bardell.cons.51.nu.2.
Hinc declaratio locum non habet in ca-
18 ſu claro † ſed in eo, qui ſit dubius, Bald. l.
Voluntatis.C.de fideicom.Bertaz.ciuil.cons.103.
n.6.Bimi.cons 242.n.13.Fontanell.de pact.nupt.
claus.4.glos.5.n.14.glos.9.p.4.n.137.Surd.cons.
380.num.50 cons.426.num.28.Gabriel.de re-
gul.iur. conclus.3. num 63.66. Gratian. diſcept.
957.num.24.Becc.cons.3.nu.44.cons.186.nu.
25.& quæ facta non eſt, circa verbum aliquod
ambiguum, aut quæ verbis dubijs, propriè,
& vere non conueniat; prioris diſpoſitionis,
declaratio cenſetur, ſed noua, atq; alia diſpo
ſitio, Caſtr.l.hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff.
de teſtam. cons. 22. in 1. Dec. l. in ambiguis. ff.
de regul.iur. Crauet. de antiq. temp. p. p. quæſt.
2.num.28.Ludouis.decis.375.nu.12.Bimi.cons.
203.nu.26.Burg.de Paz.cons.25.nu.60.Surd.
cons.426.nu.47.Ponte.cons.1.num.50.52.in 1.
Tapia, de Conſtit.Princ.p.2.c.fin.nu.28.29.Me-
noch.cons.191.n.29.cons.317.n.12.cons.331.
nu.100.Barz.decis.68.num.26.Tract. de interpr.
vlt.Volun.lib.1.interpr.1.dub.5.Solut.51.num.
8 Cephal.cons.525.num.26. Sottomay. iur. con-
trouers.10.num.29.p.3. quia vt declaratio ſit,
neceſſe eſt quod res ſit dubia, Paz.d.cons.25.
nu.65.Surd.cons.339.nu.11.Turret.cons.19.nu.
16.in 3.Ludouis.d.nu.12.Gallin.d.c.5.n.15.
19 Ex his Infertur. I. Licet repræſentatio iu-
ris fictione inducta † non niſi in caſibus à iu-
re expreſſis admitti poſſit, Angel.§.cum filius,
num.7. inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. defer. Dec.
cons.1.num.5.Paris.cons.37.à num. 1.in 2.Pi-
chard.ad tit. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.
§.2.num.13.Coſta.de Patr.& nepot.p.p.num.18.
Couar. pract. quæſt.38.num.4. Auend. l.Thaur.
40.glos.16.num.4. Valaſc.de iur. emphit. quæſt.
50.num.6.Decian.cons.1.nu.398.in 1. Anguiſſ.
cons.3.num.49.in 3.Molin.de iuſt.& iur.tom.3.
diſput.626.num.2.Valaſc. de iur. emphit. quæſt.
50.num.6 Caldas.de emphit.lib 2. quæſt.17.nu.
9.Valenzuol cons.23.num.88. Mattien.l.5.glos.
5.num.1.tit.7.lib.5.recop.Cancer.2.reſol.c.5.nu.
7.Gamm.decis.174.nu.15. Tum quia ſi repræ-
ſentatio, priuilegium eſt, ex Valenzuol. cons.
23.n 1.42.74. Mangil.de imput. quæſt. 66.num.
7.& alijs citatis, Glos.1.n.10.Sed Priuilegia iu
ris nemo inducit, niſi lex ipſa, §.ſed & quod
Principi.inſtit.de iur.natur. gent. & ciuil. Tum
quia ſi fictio eſt, vt dixi, Glos.1.num.28.nec fi-
ctionem quis inducet, ſi lex non fingit, quia
20 fingere, † legis eſt, Decian.cons. 5.num 50. in 1.
Tuſc.lit.F.conclus.219.n.1.non hominis, l.ſi for
te.ff de Caſtr.pecul.l.codicillis. §.fin. ff. de legat.
3.Bart.num.24.Ias.nu. 175.in l.ſi is qui pro em-
ptore.ff.de vſucap.& in l.ſi quis in fundi vocabu-
lo.n.48.52.57.ff.de legat.1. Alex.cons.149. n.
4.in 2.Crauet.cons.134.nu.33.Tuſc.lit.F.concluſ.
216.nu.22.Gallin.de verbor.ſignif.lib.9.c.38.
nu.4.6. Princeps tamen fictionem inducere
poteſt, ſicut lex, Coſta, de retrotract, monit.6.ad
c.2.num.5.Decian.d.cons.5.num.50.Tuſc. d.con-
clus.219.num.2. Poriò ſi ſtatutaria Lex exi-
mit vnum caſum, vel perſonam, ſed ea-
dem in alio caſu, & perſona, militet ratio
in lege expreſſa; ad perſonam, vel caſum non
21 expreſſum etiam in correctorijs † ampliatur,
qui, ex vi rationis comprehenſi dicuntur
non autem extenſi, Bart. auth.de his, qui o-
blig. ſe perbib.hab. res minor.§. 1. iuncta glos. l.
1.& ibi, Bart.ff.de legit.tut. Bald. Ias. & Doct.
auth.quas.actiones.C.de ſacroſ.eccleſ.Gamm.de
extens.num.90.Minad.cons.3.num.13.Soc.conſ.
30.in 1.Crauet.cons.227.num.4.5.6. Bec. cons.
162.num.21.Mantic.de tacit. & ambig. lib. 13.
tit.42.

Digitized by Google

tit.42.num.14.Seſſe,decis.64.num.31.Surd.de alim.tit.9.quæſt.31.nu.57.Gratian.diſcept.918. num.66.diſcept.920.num.3.Soc.iun.cons.30.nu. 32.cons.128.num.186.in 1.cons.70.num.3.in 2. laté. Surd. decis. 276. num. 9. decis. 62. num. 25. Natt.cons.109.num.3. Pariſ.cons.66.in 2. Menoch. recup.poſſ.remed. 15. num.19. 20. Rot. Bonon.decis.7. num.19. 20.decis.47.nu.13.Maſcard.de general.ſtatut. interp.conclus.4.nu.167. Anton. Monach. Lucens. decis. 66. num. 2. Floren.decis.11.num.12. Ratio, ſtatutum ampliat; ad caſus generali ratione comprehenſos, *l. cum pater.§.dulciſſimis.ff.de leg. 2. l. regula. §. ſi quis. ff. de iur. & fact. ignor. Cephal. cons. 490. num.17 cons.196.nu.26. Maſcard.de gener.ſtatut.interpr.conclus 5.n. 27.28. Monach. Lucens. decis. 2.n.11.Floren.decis.11.n.9.Negus.cons.450 n.10.Surd.cons.67.n.21.* & omnes caſus complectitur, etiam non expreſſos, nec propterea dicuntur omiſſi, *ex not. a Bald. in l. de quibus ſub num.23.ff de legib.* etſi materia odioſa ſit, ſummodo non contineat odium irrationabile, *Negus.cons.450.num.11. Rot. Bonon. decis.6.nu.33.* idem ſi pænalis ſit, Sed ad fraudem remouendam, *Dec.l factum. §.in pœnalibus.num.12.ff.de reg.iur.Rot.Bonon.decis.94.nu.* 78. Admittitur enim extenſio de caſu ad caſum, in lege inducti ratione euitande fraudis, ſi vtroq; in caſu eadem adſit ratio, *l.ſi veritas. C.de fideicomm Bald.l.non dubium. num.7.C.de legib.Alex.conſ.32.nu.6.in 7. Crauet.cons.192.num.21.Farin.decis.182.num.10. ad cons.Vol.2. & in fragm.lit.E.num.84.Couar. c.cum eſſes.num.9.de teſtam.* Fraudem ex aui refutatione, adepta poſſeſſione, & inueſtitura conſiderarunt Rex, & Regni Proceres. Ratio generalis comprehendit caſus, & perſonas, quos rationis identitas connectit, *Minad. cons.1.à num. 42. Farin.in Fragm. lit. E. num.51, Alba.cons.771.num.31.Maſcard.de gener.ſtat.interpr.conclus.4.nu.167.189.* & in ſtatutis conſideranda eſt ratio, *Simon.de Præt.de intepr.vlt. volunt. lib.2.ſolut 5.num.28.* Neq; extenſio dicitur, cum eadem omnino ratio, quæ ſola reddi poteſt, & mens ipſius legis ſuffragatur, ſed interpretatio intellectiua, & declaratio, *c.1.de tempor.ordin.in 6.Bald l.omnes populi.nu 25.ff.de iuſt.& iur.Dec.cons.227. num.7.cons.372.num.7. Tiraq.de legib. connub. glos.3.num.23.* Mantic.de tacit.& ambig.lib.13. *tit.42.num.13. lib. 21.tit. 10.num. 28. Surd. d. quæſt. 31.num.57.cons.25.num.39.* Extenſiua vero, interpretatio eſt, ſi deficientibus verbis eius diſpoſitio ad alios caſus trahitur ex ſimilitudine rationis, *Bald. per illum tex. in l. ſi furioſi.num.2.C. de nupt. Mantic. d. num. 28.*

quia ius repræſentationis ex naturali ratione introductum, conſtat (*vt dixi §. 2.glos. 1.num.10.*) fauorabile itaq; eſt, & in omni materia extendendum, *Decian cons. 9. num. 3.in 2.Sottomay.d.iur.controuerſ.19.nu.37.* n. ſi, qui repræſentari petitur, a ſuccedendo, excluderetur, ſi viueret, *Bald.l. venia.num.5.C.de in ius.vocand Lopez,l.3.glos.mugeres.nu.13.p.6. Thab decis.22.num.25.Valenzuol.cons.23.nu. 129.Lancr.cons.1.num. 78.79.* & cum fauorabile ſit, extenſio admittitur, *Farin. d. lit. E num. 79. Roland. cons. 72. num. 64. in 1. Becc.cons.129.num.6.cons.181.num.31.* etſi ratio in lege non ſit expreſſa, & taxatiua vtatur dictione, *l.illud.C.de ſacroſ.eccles.Gallin. de verb.ſignif. lib.8.c.5.nu 29. Farin.d.lit.E.n.82. 254. Papon.cons.2. nu.48.* Atſi minor ratio ſit in vno, quam in alio caſu: vel dubium ſaltim ſit, an eadem militet ratio, in ijs quæ ſunt contra ius, impeditur extenſio. *Oſaſc. cons. 72.num.27.Farin.d.lit.E.num.130. Papon.conſ. 18.num 31. Becc.cons.181.num.32. Taſc.lit.E. conclus. 661.n.20.conclus.663.nu.14.19.Franc. decis.578.n 3 Tiraq.de leg.connub.glos.5.n.215.*

Proinde declaratio, ex hoc *Reg. Carol. c.* 118. procedit, nedum in filio primogeniti, ſed in nepote primogeniti, imo in vlteriori, gradu deſcendente, vt in Aui ſucceſſione, Secundogenito præferatur, & ſubingreſſio in infinitum detur, de nepote ad pronepotem, vbi adeſt ea generalis ratio, vt bona perpetuo remaneant in familia, *Burſ.conſ.93. nu. 14.Bim.cons.140. num. 26.* ſed an ex vi primogenituræ, aut ex prærogatiua lineę, vel gradus, ibi erit ſermo.

Infertur, II. Vt repræſentatio in caſibus à
22 iure permiſſis † præſumpta teſtatoris vocatio ſit, eamq; tacitam appellant, *Peralt. l. cum ita. §. in fideicomiſſo.num.22.ff.de legat. 2. Corn.cons.24.nu.31.in 2 Soc. cons. 37.nu. 1,2.in 3.Paris.cons.38.num.14.in 1.Phab.decis.22.nu. 9.27.Curt.cons.57.nu 8.Soc. iun.cons.116.n.17. in 1.Port.cons.55.nu.91.Cephal.cons. 489. Decian.cons.1.num.364.in 1.Menoch.lib.4.præſum. 95.num.2.conſ.357 num.33.Caldas, de emphit. lib.2.quæſt.17.nu.29. Perigr.de fideicom. artic. 21.nu 5.* & aſſimilat inquit, *Menoch. cons.* 1243. *num.* 13. illi Patris voluntati, quam probat, *tex.l.cum auus ff.de condict.& demo-*
23 *ſtrat.* Proinde aſcendentium † repræſentatio nedum in nepotibus, & pronepotibus, ſed in alijs etiam inferioribus vſq; in infinitum (ſi caſus dari poſſet) progreditur inteſtatæ ſucceſſionis inſtar, nulla gradus prioritate inſpecta, *§.item vetuſtas inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt.defer.glos.Faber.& Port.in §.multis*

in-

inſtit de ſucceſſ. libert. Cephal.conſ.465.num.7.
Menoch.conſ.124.num.8.56.conſ.357.num.20.
lib.4.præſum.95.num.7.Rouit.conſ.51.num.2.
Decian.conſ.9. num.45.56. in 2. Port.conſ.55.
num.30.58.Sfort.conſ.35.num.32. Molin.de
primog.lib.3.c.7.num.6.Negus.conſ.533.num.
11.Peregr.de fideicomm.artic.21.num.6. etſi il-
lum ad decimum vſq; gradum limitet, Co-
nar.pract.quæſt.38.num.5.verſ.ego quidem.
24 Infertur, III. Quod ſi legis virtus ſit † futu
ros caſus reſpicere, l.leges.C.de legib.l.fin.&
ibi, Bart.C.de pignor. l.meminimus.vbi Bald.C.de
legit.hæred. Bart. Bolognet.& reliqui, in l. omnes
populi.ff. de iuſt.& iur. c.fin. de Conſtit. Afflic.in
proem. Conſtit.§.præſentes.num. 16. Franc.decis.
500.n.1.Gizzarel.decis.17.n.4.Ruin.conſ.49.n.
1 in 3.Pute.decis.407.p.p.Aldouin.conſ.72.nu.
7.Tuſc.lit.L.conclus.264.num.1. conclus. 265.
Farin.in fragm.lit.L.n.25.26.Becc conſ.3.n.74.
Sacca,conſ.65.num.27.Rouit.conſ.42.num.19.
Maſcard.de ſtatut.interpr.conclus.13.nu.1. Mon-
tier.decis. 50.num.24. Vaſqu. illuſtr. controuerſ.
c.44 num.2.Menoch.conſ.240.num.12.13. Ma-
gon.Lucens.decis.88. nu.2.Honded. conſ. 14.nu.
28.in 2.Azeued.l.6.num.1.tit.1.lib.2.recop.Me
dic.de legib.p.4.quæſt.35.nu.5.Gail. lib. 2.obſer.
9.nu.1.2.3. Gabr. conſ.16.num.22.in 2.Borrell.
ſumm.decis.tit.de legib.num.47. Rim. iun. conſ.
653.nu.36. ſic & Priuilegium ad futura tan-
tum extenditur, Alex.conſ.195.n.8.in 2.Tuſc.
d.conclus.264.n.16.Collant.de re frumen.c.8.nu.
2.Villar.reſpons.16.c.1.à n.11.Girond.de priuileg.
quæſt.35.num.201.202.Alphonſ.Narbon.lib.4.
recop.tit.21.de las extrieguas,y,execuc.l.25.glos.
13.nu.10.imo lex antiqui iuris dubij declara-
toria, † etſi ſui natura præteritos caſus com-
25 prehendat,ex Bart.d.l.omnes populi.1.num.40.
Iaſ.l.non dubium.nu.14.C.de legib.Felin.nu.3.7.
Dec.num.13.14.c.fin.de Conſtit.Rot.decis.142.
nu.2.p.2.Cephal.conſ.540.nu.84.Gamm.decis.
51.nu.6. Maſcard.de ſtatut.intepr.conclus.13.nu.
41.Gabr.tit.de reg.iur.conclus.3.num. 10. Alba,
conſ.761.n.91. Farin.in fragm. lit. L.n.51. Cal-
das,de emphit.lib.3.c.11.n.15.30.Tuſc.d.conclus.
264.num.45.51.conclus.265.nu.4. vbi tamen
ſub verbo, de cætero, deinceps, lata ſit, futuros
tantum caſus comprehendet,ex Felin.d.c.fin.
n.5.Bolognet.l.omnes populi.nu.162.ff.de iuſt.&
iur.Capra, reg.6.num 21.Farin.d.lit.L.num.54.
Gam.decis.313.n.10. Maſcard.d.conclus.13.n.
43.Tum quia verbum, de cætero, futurum re-
ſpicit, c. de cætero. de teſtib. Menoch. conſ. 461.
num.10. Aldouin.conſ.72.nu.8. Tuſc. lit.D.con-
clus.259. Marcabr.conſ.26.nu.48. Barbos.dict.
63.Sic & verbum, Deinceps, l.cum biſſextus.
ff.de verb.ſignif.l.nemo deinceps.ff.de epiſcop.au-
dien.clem.1.§.porrò.de ſumm.trinit.Rebuff.l.ap-
pellatione parentis.ff. de verb.ſignif. Valenzuol
26 conſ.85.num.26. quę cum ſint geminata † e-
nixam magis oſtendunt legiſlatoris volun-
tatem, glos. c.ſi quis iratus. 3. quæſt. 3. glos.
verb. iuſſio. in §. & hoc verò iubemus. auth.
vt null.iudic.l.baliſta.ff.ad trebell. l.mulier.C. ad
Vellei an. Barbos. l.quæ dotis. num. 96. ff.ſolut.
matrim. Alciat. conſ. 44. num. 48. lib. 9. Soc.
conſ.259.num.3.in 2.Dec.conſ.615.nu.3.Cra-
uet.conſ.98.num.5.conſ.201.num.42.Grat.conſ.
124.num.39.in 1. Ruin.conſ. 134. num.14. in
3.Craſſ.except.14.Rot.Bonon.decis.106.nu. 30.
Natt.conſ.159.num.11.Burſ.conſ.170.nu.44.
Roland.conſ.71. num. 49.in 2.conſ.61.num.40.
in 3.Crot.conſ.368 num.17.Oſaſc.conſ.71.num.
12.conſ.74.num.26.Schrader.conſ.3.num.313.
Ruger.conſ.43.nu.54.56.Menoch.lib.4.præſum.
81.num.24.conſ.326.num. 16.conſ.328.num.
14.Decian. conſ.3. num.18.in 2.conſ.91.num.
15.in 3.Aldouin.conſ.63.num.34.conſ.20.nu.
121.conſ.56.num.4. Aimi. conſ. 171.num. 73.
conſ.201.num.3.Surd.decis.369. num. 16.conſ.
10.num. 54.conſ.73.num. 64. Becc. conſ. 70.
num.10.Cephal.conſ.559.num. 2.conſ. 472.nu.
24.conſ.548.num.16.conſ.649.num.48.Mace-
rat.lib.1. reſol.3.nu.7. Alba, conſ.540.num.5.
conſ.761.nu.73. Carpan.Mediol.ſtat.284.nu.
12.p.p.Valenzuol.conſ.53.nu.7. Petra,de fidei-
com.quæſt.15.num.200.Bardell.conſ.62.num.1.
Caſſanat.conſ.4.nu.146.conſ.38.num.27. Aze-
ued.conſ.15.num.42.Decian.conſ.39.num.93.in
2.Maſcard.de probat. conclus.838. Mantic. de
coniect.vlt.volunt lib.3.tit.6. num.9.libr.8.tit.
18.num.18. Turret.conſ.22.num. 34.conſ. 99.
num.19.conſ.95.num.18.in 1.Phæb.decis. 38.n.
7.Cauat.decis 14.num.25.p.3.Barz.decis.5.num.
12.Schrader.conſ.3.num.317. Surd.decis. 272.
n.16.conſ.369.n.15.Amat.decis.10.n.50.Gall.
conſ.39.num.4.Raudens. de analog.c.15.nu.87.
ſpecialem nominationem arguunt, omnem-
què interpretationem excludunt, Menoch.
conſ. 40.num. 4. Bardell. conſ. 82.num. 10. 11.
imo omnes ex ſui vi ſollemnitates ſupplent
omnemq; erroris præſumptionem remouent
Paris.conſ.71.num 16.in 3.Bardell.conſ.82.nu.
8.Macerat.lib.3. reſol. 1.num.32. Becc.conſ.70.
num.17.Surd.conſ.73.num.64. & ius de futu-
ro comprehendunt, Roland.conſ.28.num.42.
in 4.Galuan.conſ.1. num.15. reddunt validum
contractum ex ſe inualidum, Medic. de re-
gul.iur.p.p.regul.3.ampl.116.Schenard.conſ.65.
num.25.p.p. Aldouin. conſ.77.num.6. Galuan.
conſ.1.nu.123.Cephal.conſ. 497.num.30. eaq;
eſt geminationis virtus, vt contra eam ne-
queat opponi, Turret.conſ. 47 num. 73. in 1.

Bar-

Digitized by Google

*Bardell.conſ.62.num.1. Bellon.de ijs, quæ fiunt incontin.c.97.nu.7.Morot.conſ.88.nu.14.Alba, conſ.734.num.6.Cephal.conſ.357.num.54.*nul-
lamq; recipiat reſtrictionem,*Cabail.conſ.128.*
num.16.in 2. & comprehendit, quod non eſt
cōprehenſibile,*Bero.conſ.116.n.26.in 3. Sche-*
nard.conſ. 4.n.8 p.2.conſ.22.nu.177.p.p. ſed in
tertij præiudicium,geminatio non operatur,
Soc.iun.conſ.77.n. 105.in 1.Marta, claus.3.nu.
*3.p.4.Bellon.d.c.97.n.14.*vel ſi eadē ſubſit nul
litatis cauſa, aut defectus, *Cravet.conſ.151.*
num.31.Schrader.conſ.1.nu.133. Aldouin. conſ.
*77.num. 34.*ſicut operari nec poſſet gemina-
tio,ſi actus ſint prohibiti, *Medic.de regul.iur.*
p.p.regul.3.num.19. Aldouin.conſ.77.num.38.
Cum tamen hoc Regni Cap. à Catol. Im-
27 per. illius nominis, V. fuerit editum † non
in vim nouæ legis, ſed vt meliorem contro-
uerſi iuris opinionem eligens,dubitationem
remoueat, vt innuit, *Menoch.conſ. 1143.ſub*
num. 7. interpretatiuè ſaltim per extenſio-
nem comprehenſiuam, ad præterita, exten-
ditur, quia ex eo tempore ineſſe cenſetur
declaratio,quo edita prior lex fuit, *Fonta-*
nell.de pact.nupt.claus.4.gloſ.5.num.17.Cephal.
conſ.540.num.83. & ad illud tempus retro-
trahitur,*Rim.iun.conſ.131.n.9.conſ.249.n.51.*
conſ.351.n.79.conſ.495.n.7.Gratian.regul.295
nu.3.Honded.conſ.14.n.38.in 2.Schrader.conſ.1.
nu.372.Surd.de alim.tit.6.quæſt.8.nu.68.de-
cis.29.num.6.8.Mattien.l.3.gloſ.16.num.2.tit.
10.lib.5.Collant.de re frument.lib.3.c.8.Vaſq.de
ſucceſ.creat.§.18.à nu.275.Paz,l.ſtyl.200.quæſt.
1.num.2. Coſta,de retrotract.caſ.13.c.8.nu.1.2.
Tuſc.lit.V.conclus.86.lit.L. conclus.264.nu.47.
51.Moria,in empor.iur.tit.de legib.quæſt.1.num.
12.13.17.Papon.conſ.24.num.22.conſ.75.nu.
18.conſ.76.num.19.conſ.119.nu 18. Grab.tit.
de reg.iur.conclus.2.num.9. Alba, conſ.1.5.nu.
2.Decian.conſ.8.nu.211.in 1. Cartar.decis.16.nu.
32.Caualc.decis.19.nu.33.p.4.Valenzuol. conſ.
23.nu.139.Raudens.conſ.27.num.27.28.conſ.
47.num.5. in 1.Bim.conſ.231.num.5.
28 Non obſtat,quod lex etſi † declaratoria
loquatur per verbum *deinceps*, quia verbum
illud referendum eſt ad ſententias, non ad
caſus, *Gamm.decis.51.num.6.* quia verborum
intentio, & effectus, non ipſa verba attendi
debent, *l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de legat.2.*
l.non aliter.ff.de leg.3.l.3.C.de liber.præter.Ne-
gus conſ.521.num 23.
29 Reſponſ. II. Vt ſi concedamus legem † ad
caſus præteritos extendi non poſſe,de hone-
ſtate tamen,ſecundum illam, caſus præteri-
tos iudicare debemus,non ex vi legis, ſed
quia dignum ſit,eam eligi opinionem,quam
lex noua declarat veriorem,*Gamm.decis.51.*
num.6.
30 Reſpon.III. Vt lex hęc,etſi noua ſit † com
prehendat caſus etiam præteritos, quæ in ſui
eſſentia pendent à futuro,& eius exequutio-
nem reſpiciunt, *Butr.nu.15.in c.fin. de conſtit.*
Gemin.c.ex antiquis.54.diſtinc. Bart.num.44.
47.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.Maſcard.de
Gener.ſtatut interpr.conclus.13.nu.55.Roland.
de lucr.dot.quæſt 93.
31 Non obſtat geminatio,† quia interpretan
da ſemper eſt, ne ex ea inconueniens & ab-
ſurdum contingere poſſit, *Iaſ.l.1.num.21.*
22.ff.de legat.1. Oſaſc.decis.num.13.17. Petroc.
*de reſolut.contract.num.583.*Sed abſurdum ſa
nè eſt, ſi ad preterita,declaratio non trahe-
retur, ergo.
32 Reſpon. II. quod hæc † dictionum gemi-
natio,*in* Tex.cum eiuſdem ſignificationis ſit,
aliud non denotet, niſi maiorem voluntatis
expreſſionem circa id,quod iam diſpoſitum
eſt; ſed diſpoſitionem non alterat, nec di-
uerſum effectum inducit, *imo* perinde eſt,ac
ſi vna tantum dictio eſſet prolata. *Paris.conſ.*
110.num.45.48.in 1.Gabr.conſ.106.num.35.in
2.Viui.decis.262.num.10.
Nec obſtat, *Tex.d.c.ſi aliquem. ibi, defun-*
cto proximior. Quibus verbis illum vocaſſe
videtur Tex.qui nedum proximus,ſed magis
proximus in gradu ſit: Cumq; patruus pro-
ximior eſt in gradu,quam nepos,ex multis à
33 *Pereg.conſ.113.n.3.in 3.* Hoc ergo † decidit
& declarat Carolus Rex,& Imperator,Proxi
miorem auo non eſſe Patruum,ſed Nepotem
ex filio Primogenito, qui prædefunctum pa
trem ſuum repreſentat, ſecutus, *Gloſ.l.cum*
ita.§.in fideicommiſſo. verb. proximo.ff.de leg.2.
dum Tex. illic, in vocatione proximi de fa-
milia loquens decidit, quod nepos licet re-
motior, quàm frater, admittitur ad fidei-
commiſſum, & ita manifeſtè vult, verbum
Proximior,quod idem denotat, ac *proximus*,
quando eſt in ſuperlatiuo, intelligitur etiam
per repręſentationem in filijs & filijs fratrum
ad quod citat, *auth.ceſſante.& auth.poſt fra-*
*tres.C.de legit.hæred.*quā gloſ. laudant *omnes.*
ex Molin. de primog.lib.3.c.7.num.20.Phœb.de-
cis.22.num.19.
34 Nec differt,*Tex.c.ſi aliquem.*loqui † per ver-
bum, *proximus*,vel *proximior*. Quia par eſt vir-
tus,*Surd.conſ.494* cum *proximus*, dicatur ille
quē nemo antecedit,*ex l.proximus.ff.de verb.*
ſignif.optimè Surd.d.conſ.494. ſed proximo,ne
mo proximior eſt, *Bald.conſ.146.ad fin.in 2.*
Molin.de primog.lib.3.c.8.n.12.Phęb.decis.22.n.
*20.*ex quibus idem ſanè eſt,dicere,deferatur
cognato

gnato proximo, aut proximiori, ſi quidem
poteſt eſſe alius proximior illo, qui eſt pro-
ximus, quod eſt ſuperlatiuū, vt de verbo, pro-
pè, & proprior, & in verbo proximus repræ-
ſentationem dari reſoluimus *ex glos. et comm.
d. §. in fideicommiſſo.* ſic & in verbo *proximior.*
cum idem ſignificet. Et vt mox dicemus, *Glo.*
6. in feudis datur ſucceſſio per lineam, cu-
randum nec eſt de *proximiori* dum ſupereſt
aliquis ex linea primo vocata: Vbi enim da-
tur repræſentatio, *proximior*, eſt, qui repræ-
ſentando *proximior* fit, *Tirier. deciſ. 59. ſub nu.
7. Milanens. decis. 8. num. 198. 199. p. p.* ex quo
ceſſat penitus argumentum Proximioris in
gradu.

Cæterum monitum te velim, quandoq;
non eſſe legem purè declaratiuam, ſed habe
re aliquid admixtum legis conſtitutiuæ, ex
poteſtate legiſlatoris declarãtis, Tunc quan-
tum ad id, quod ſub verbo, *Declaramus*, con-
tinetur, non eſt noui iuris inductiua, vt di-
xi, num. 14. in eo tamen, quod addit, erit
35 noui iuris edictoria, adeo vt † quod addit,
præter nudam illam declarationem, non ex-
tendatur ad præterita, ſed futuram tantum,
reſpiciet, *ex glos. c. 1. de cleric. non reſiden. in 6.
Gemin. & Felin. num 7. in c. cognoſcentes. de Con-
ſtit. Crot. l. omnes. populi. num. 133 ff. de iuſt. &
iur. Peregr. cons. 9. num. 8. in 4 Bertaz. ciuil. cons.
24. num. 7. Rot. decis. 142. num. 3 p. 2. Maſcard. de
ſtatut. interpr. conclus. 13. num. 8 9. 42. Farin. in
fragm lit. L. num. 52. Suarez, de legib. lib. 3. c. 14.
num. 4* quia in eo noua lex eſt, quæ futura
reſpicit & ligat poſt duos menſes a die pu-
blicationis, *Batr. num. 13. Imol. num 6. Alex.
de Neuo. num. 28. in c. 2. de conſtit. Capr. regul.
5. num. 6. Menoch. de arbitr. cas. 185. num. 26. ad
fin. Farin. in fragm lit. C. nu. 678.* qui id verum
addunt, ſi conſtitutio noua eſſet modificati-
ua & antiquæ legis correctoria: Tum ma-
ximè ſi verbo promulgatorio vtatur, *ſtatui-
mus, Ordinamus.* Exemplum eſt, *in c quante.
de ſenten. excomm.* vbi per verbum *interpreta-
mur*, declarat Pontifex, ſub percuſſoribus E-
piſcopi, comprehendi non ſolum qui poſiti-
uè cooperantur, ſed etiam qui non obſtant,
cum poſſint; quæ declaratio non eſt pura,
ſed per poteſtatem condendi legem potius
quàm per interpretationem facta. Et ideo
talis interpretatio in rigore non extenditur
ad præterita, niſi aliud expreſſe declaretur
Nam interdum fieri ſolet extenſio talis de-
clarationis ad preteritum, ex peculiari ipſius
legiſlatoris ſatis expreſſa voluntate, *Suarez,
d. nu. 4.* gratia namq; dirimendarum litium
fit quandoq; quod alias fieri prohibetur, *ex
Specul. tit. de deleg. §. 2. num. 7. Negus. cons. 255.
num. 15.* & vt facilior quoad liceat, ſit litium
finis, *ex l. properandum. C. de iudic. c. finem litibus.
de dol. Aldouin. cons. 17. num. 12. cons 46. nu. 38.*
neceſſum ergo fuit (loquit Tex.) *Statuere &
ordinare.* Vt Marchionatuum, Comitatuum
& feudorum poſſeſſio in Nepotes continua-
tionis iure tranſire intelligeretur, etiam ſi
interim eandem occupaſſet patruus, Fede-
rici Regis cap. 43. non obſtante. Qua cer-
te in parte lex iſta haud quidem veteris iu-
ris declaratoria cenſenda erit, ſed imo iuris
antiqui, nempe, *d. c. 43.* correctoria, quo ſtatu
36 tutum eſt, vt ciuilis, & naturalis † poſſeſſio
tranſeat in gradu proximiorem, & primo lo-
co vocatum, qui in feudo ſucceſſurus eſt, e-
tiam abſq; poſſeſſionis actu; quamuis alius
poſſeſſionem fuiſſet adeptus in vita detento-
ris vltimi, vel eo mortuo, *Celſ. Hugo, cons.
119. num. 3. 6. Guttier. lib. 4. pract. quæſt. 72. Mo-
lin. de primog. lib 3. c. 13. Valenzuol. cons. 69. nu.
70. P. Molin. de iuſt. & iur. tom. 3. diſput. 627.* &
37 merito † quia verbum, *Statuimus*, noui iu-
ris eſt inductiuum, *c. paſtoralis. de iudic. c. 1. de
offic. deleg. in 6. Clem fin. vbi glos. verb. ſtatuimus.
de reſcript. Rebuff. in concord. tub. de Collat. §. 1.
lit. A. Garz. de benefic. p. 3. c. 1. nu 9. Seraphin. de-
cis. 510. nu. 4. Barbos. dict. 334.* fauorem reſpi-
ciens, cum ex ea finis litibus imponatur, *l. ter-
minato. C. de fruct. & lit. exper. l. quidam extima-
uerunt. ff. ſi cert pet. l. properandum. C. de indic. Ne-
uiz. cons 5. num. 35. Oſaſc. decis. 22. num 8. Farin.
in fragm. lit. E. nu. 91.* vt nec futuros tantum
caſus diffiniat, quia ſi declaratoriæ nouæ le-
gis ratio, antiqua ſit, alterius legis declara-
tionem reſpiciens, Tunc noua lex retrotrahi-
tur ad præterita, licet vtatur verbis, quæ no-
ui iuris promulgationem denotent, *ex glos.
clem. 1. verb. cenſemus. de conceſſ. preben. Felin. c.
fin. num. 4. de conſtit. Farin. in fragm. lit. L. nu. 52.
Maſcard. de gener. ſtatut. intepr. conclus. 13. n. 42.*

38 Lege Regia omne imperium † & pote-
ſtas legis condende in Principem fuit tran-
slata, vt nec alij remanſerit, præter ijs, qui-
bus Princeps conceſſit, *l. 1. & ibi, glos. ff. de
conſtit. Princ. §. ſed & quod Principi. inſtit. de
iur. natur. Negus. cons. 465. num. 22.* Quam legis
nouæ condendæ facultatem ſibi auferre nec
poſſet Rex, *Alba, cons. 185. num. 29* Eiq; in-
39 terpretari † legem permittitur, *ex Felin. c. in
cauſis. de re iudic.* cuius eſt condere, *ad tex. l. ſi
imperialis maieſtas. C. de legib. ibi, exploſis ridicu-
loſis ambagibus tam cõditor, quàm legum interpres
ſolus imperator, rectè exiſtimabitur. l. non ambigi-
tur. ff. eod.* Lopez, *l. 27. glos. 1. tit. 18 par. 3.
Tuſc. lit. I conclus. 329. nu. 10. Theb. decis. 14 num.
7. Gut-*

Digitized by Google

*7.Guttier.lib.4.pract.quaſt.28. num.3.Pacian. cons.36.nu.151.Peregr.cons.9.nu.8.in 4.Cancer, lib.3.reſol.c.3. de priuileg.nu. 69.*Optime *Surd. decis..2num.5. Seraph.decis.892.nu.3. Decian. cons.36.num.8.9.in 5.Garz,de nobilit.glos. 1.§. 1.num. 2.Viui.decis.401.nu.44.Gomez,l.Thaur. 1.num.6.Morla,in empor.iur.tit.de legib.in princ. nu.20.*& ad eum pertinet creatio, ad quem ſpectat deſtructio, *c. Cum ex iniuncto. ad fin. de hæret. Surd.cons. 301.num.8. Thæb. decis.14. num.7.* inde eſt, vt ſuper dubijs legis verbis Principis declarationi ſtandum ſit, *Eurs.cons. 345.num.22.Pacian.cons.20 num.154.*in præiudicium partis, *Gabr.tit.de regul.iur. conclus. 3.num.66.* Raudens.*cons.27.num. 28. in 1. &* Tertij, *Bimi.cons.231.num.3.*neq; enim ſuper re clara cadit interpretatio, *Marc.br.cons.37. nu.29.cons.68.nu.56.Mantic.de tacit.& amb.ig. lib.1.tit.16.num.9.Crauet.cons.282.num.6.*

Interpretatio, ab ipſo concedente non ab alio, petenda eſt, *glos.l.idem pomponius.§ fin.ff. de reiuendic.l.ex facto.ff.de Vulgar.c. cum venisſent.de iudic.Bart.& alij, l.inter ſtipulantem.§.1. ff.de verb.oblig.Maur.alleg.25.num.16.p.ſ. Otalor.de nobilit p.3.c.2.num.5.p.4.c.3.num.1.2. Garz.de nobilit.§.1.glos.1.num.1.2.3.* ſic & declaratio beneficij, priuilegij, & inueſtituræ, à principe *habenda* eſt, *Schrader.cons.1.nu.351. Tuſc.lit.I.conclus.329.nu.3.*& noua declaratio non poteſt fieri, a non habente ius coſtituendi in prejudicium iuris alterius, *Dec.c.fin.nu. 13.de conſtit.* Ancbar.*cons.398.Soc.cons. 260.n. 10.in 2. Becc.cons 3 n.49. Peregr. cons 9 num.8. in 4.*Proinde a Rege quæſtionem hanc decidi neceſſe fuit. & dubium ex Regni, *c.ſi aliquem. ibi, Proximior.* cum maiorum quæſtionum interpretatio, ac deciſio, ſolius Regis ſit, vel Pontificis, *ad tex.c.maiores.de baptiſm.c. vt debitus. de appell.c. per venerabilem.qui fil ſint legit.Felin.e.* Et ſi *quæſtiones.nu.4.de Simon.Man-*
40 *tic.de tacit.lib.2 tit.1.n.55.*cum noſtrum † nec ſit
leges extendere, *l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolut. matrim.l fin.cum ibi,not.C.de legib.* Guid. *Pap.cons. 147.n.7.Negus.cons.66.nu.12.Gallin. de Verb. ſignif.lib.8.c.4.num. 35.*nec ſtatuta, *Aldouin. cons.98.num.25.* maxime vltra caſum ab eis expreſſum, *l.1.§.igitur in re dubia. ff.de exercit. action. Valenzuol.cons.23.nu.63.*

Sed illud prætereundum non eſt, quod cum ex hoc Regis Carol. cap. 118. derogatum ſit *Reg. Iacob.c.ſi aliquem.*eatenus de-
41 rogatio † operatur, quatenus in lege expreſ-
ſis repugnat, non ultra, *Bart.l.1.§. fin. num. 3.C.de latin.libert.toll.Felin.c.non nulli.ſub num. 7.de reſcript. Marſ.l.1.§ ſi ſeruij num. 28.ff. de quæſt.* Rom. *cons. 57.num.1.2.Alex. cons. 7. num:17.in 7.*Boer.*de poteſt.legat. de later. num. 96.Ruin.cons.67.num.3.in 1.Gonzal.cancell.regul.glos.50.num.9.*ipſaq; limitata derogatio ſuos terminos non egreditur, *l.ſi domus. ff.de ſeruit.vrban.prædior.Valenzuol.cons.71.nu.91.* Imo cum, *d.c.ſi aliquem*. hac lege derogatum
42 ſit † neceſſaria non fuit ſpecialis derogatio,
quia per contrariam legem poſteriorem derogatæ ſunt priores *c.1.de conſtitut.in 6.Felin.d. c.non nulli.num.4.*Rip.*c.1.nu.55.de reſcrip. Iaſ. l.Barbarius.num.44.ff.de offic.præt. Gomez, in proem.regul. cancell. quæſt. 5.ad fin. Pute, decis. 164.num.2.p.2.Gonzal.cancell.regul glos. 9.§. 1.num.50 51.Menoch.lib.6.præſum.40. nu.17. Gabr.de iur.quæſit. conclus.1.num.77. cons.21. nu.26.*illud enim ex multis inſerui, vt diſcas Lector, cautè attendere vires, & effectus verborum, varioſq; caſus prudenter diſcernere, & prout cuiusq; differentia exigit, decidere, non autem eadem (quod aiunt) fidelia, præcipitanter denigtare potius, quam dealbare.

SVMMARIVM.

1 Reg. Carol. *cap.* 118. *in ſucceſſione ab inteſtato procedit.*

2 *Verbum* ſuccedat. *ab inteſtato, intelligitur*

3 Repreſentatio, *ab inteſtato propriè locum habet.*

4 *Pater per viam vltimæ voluntatis nullo modo poteſt minuere ius primogenituræ. Ampl. num.7. 10.12.13.Declar.num. 20.21.22.23.*

5 *Primogenitura patris beneficium non eſt, ſed legis.*

6 *Succedendi ius filio competens in patris hæreditate, etſi eo viuo formatum adhuc non ſit, diſponi tamen ab eo non poteſt.*

8 *Regni ſucceſſione priuari Primogenitus non poteſt.*

9 *Primogenito competit regnum, quod iure hæreditario defertur.*

11 *Ius quæſitum primogenitis, ex gratia principis, auferri non poteſt*

14 Tex.cap.licet.de vot. *declaratur, & num.* 15.

16 Tex. auth. hoc amplius. C.de fideicom. *declaratur. & num.19.*

17 *Legitima etſi iure naturæ debita ſit filio in genere, eius taxatio iuris poſitiui eſt, a quo augeri, & minui poteſt, etiam difformiter inter filios.*

18 *Granamen etſi in legitima etiam reſpectu augumenti, iniungi filio non poſſit, in alijs tamen bonis ſupra legitimam expreſſe, & tacitè imponi poteſt.*

24 *Repræſentatio in Regni ſucceſſione locum vendicat, vt nepos ex prædefuncto filio primogenito, præferatur patruo.*

25 *Pater in filij primogeniti præiudicium, de feudo ex pacto antiquo diſponere non poteſt. Amp. num.27.28.Declar.num. 29.*

gnato proximo, aut proximiori, ſi quidem
poteſt eſſe alius proximior illo, qui eſt pro-
ximus, quod eſt ſuperlatiuũ, vt de verbo, pro-
pè, & proprior, & in verbo proximus repræ-
ſentationem dari reſoluimus *ex gloſ. et comm.
d. §. in fideicommiſſo.* ſic & in verbo *proximior.*
cum idem ſignificet. Et vt mox dicemus, *Glo.*
6. in feudis datur ſucceſſio per lineam, cu-
randum nec eſt de *proximiori* dum ſupereſt
aliquis ex linea primo vocata: Vbi enim da-
tur repræſentatio, *proximior*, eſt, qui repræ-
ſentando *proximior* fit, *Perier. deciſ. 59. ſub nu.
7. Milanenſ. decis. 8. num. 198. 199. p. p.* ex quo
ceſſat penitus argumentum *Proximioris* in
gradu.

Cæterum monitum te velim, quandoq;
119 *Grauatus ſi nulla iuſta cauſa alienet, Animo euertendi fideicommiſſum id egiſſe præſumitur, etſi fraudis particeps emptor non ſit*

120 *Pacta & conuentiones inſolita, fraudem indicant*

121 *Solutionis dilatio & pacta, emptoris commodum reſpicientia, fraudem arguunt.*

122 *Fraus fit legi prohibenti, ne in certas perſonas vaſallus diſponat, ſi mediæ perſonæ relinquat,*

123 *Vaſallus ſtudioſe in dominum delinquens in fraudem agnatorum deliquiſſe præſumitur.*

124 *Fraus præſumitur contra inſtrumenta, ob delictum ſtatim commiſſum*

125 *Fructus percipere poſt, refutatiorem, fraudẽ arguit*

127 *Fraus præſumitur, ſi obſeruari ſolita in alienationibus, non ſeruentur*

128 *Feudum in tantum alienari poteſt, in quantum vrget neceſſitas*

129 *Inofficioſæ donationis reuocatio ad legitimam vſq; fit, cum fructibus, ſed à quo die?*

130 *Fructus legitimæ debentur à die mortis parentis in*

Ter-

132 *Tertius, poſt parentis mortem, rei empte poſſeſſor, pro rata legitimæ ad fructus tenetur a die mortis nec bona fides excuſat*

Che de cætero, accadendo in detto Regno morte di detti Marcheſe, Conte, Baroni, & Feudatarij.

Deinceps Marchionum, Comitum, Baronum, & Feudatariorum morte intercedente.

Glos. III.

PRimogeniorum ſucceſſionis materiam frequentem, ac ſummè tum vtilem, & neceſſariam, tum difficilem eſſe, omnibus vel mediocriter eruditis ſatis perſpicuũ eſt. Ideoq; ad ea, quæ tractanda ſe offerunt, ſumma ope, animum intendere oportet, quæ tamen non tam latè proſequemur, quàm res ipſa expoſcere videretur; cum plura, quæ ad hanc tractationem expectare potuerunt, in præludijs, iam diſcuſſa latius ſint, vbi de Feudorum natura diſſeruimus: Ad ea igitur, quæ tum ibi, tum etiam hactenus de his dicta fuerunt, lectores in hac parte remittimus. Nam præter quàm, quod ea in præludijs dixiſſe neceſſarium fuit, vt eorum materia perfectè, atq; abſolutè tractaretur; Ea etiam illis in locis oportuit interponere, veluti fundamenta quædam, quibus hæc, quæ ſequuntur inniterentur; ne hic multarum quæſtionum congerie Lectorem grauarent.

1 Illud autem in primis hac de re præmittendum ſe offert; Tex. hunc loqui, Auo refutante
mortuo, ibi, *Morte intercedente*. Adducit *Scriben.* Ab inteſtato, *Cumi c. ſi aliquem. verb. gradu. num.* 133.136. *Intrigl. feud. centur.* 2. *artic.* 47. *num.* 4. Tum quia verbum, *ſuccedat*, quo *Tex.*
2 vtitur, *Ab inteſtato.* † intelligitur, *l.* 3. §. *de illo. ff. pro Soc. c. rainutius. verb. adiectæ vero. de teſtam. Surd cons.* 81. *nu.* 1. *Molin. de rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 32. *Barbos. dict.* 339. *Marta, de ſucceſſ. legal. p.* 3. *quæſt.* 12. *artic.* 4. *num.* 2. & ſucceſſio, ius ſanguinis eſt, *Bald. cons.* 275. *num.* 5. *in* 2. *Sottomay. iur. controuerſ.* 19. *num.* 118. *p.* 3.
3 Tum quia repræſentationis quæſtio † diſcutienda propriè eſt in ſucceſſione ab inteſtato, *Corſet. cons.* 6. *ſub nu.* 17. Tum quia filius etſi patris locum ingrediatur, vbi de ſucceſſione aſcendentium agitur, *ex §. cum filius. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* §. 1. *Auth. de hæred. ab inteſt. Dec. cons.* 79. *cons.* 217. *Cancer.* 1. *reſol. c.* 5. *nu.* 6.7. *Azeued. cons.* 2. *nu.* 40. *l.* 5. *num.* 2.3. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop. Spin. de teſtam. glos.* 1. *num.* 45.46. *Couar. pract. quæſt.* 38. *nu.* 4. *Seſſe. decis.* 229. *nu.* 9. *Pheb. decis.* 39. *num.* 6. Id tamen verum in ſucceſſione ab inteſtato, *ad tex. §. reliquum. Auth. de hæred. ab inteſtat. Seſſe, decis.* 62. *nu.* 5. *Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 485. *num.* 16. *Iacob. Gall. cons.* 16. *nu.* 15. *Menoch. lib.* 4. *præſump.* 95. *num.* 8. *Cancer. d. c.* 5. *num* 9.43. Tum quia ſucceſſor ex teſtamento, ex expreſſa teſtantis voluntate vocatus dicitur, qui autem per repræſentationem, ex tacita, *Dec. l. cum quid. num.* 4. *ff. ſi cert. pet. in l. ſemper in ſtipulationibus. nu.* 5. *ff. de reg. iur. cons.* 515 *num.* 1. *Curt. iun. cons.* 4. *nu.* 5. *Molin de primog. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 43. *Gall. d. cons.* 16. *num.* 9. Imo nepos, qui patris locum ingreditur illius perſonam fictè aſſumit, *Alex. cons.* 204. *num.* 7. *in* 2. *Lanar. cons.* 1. *num.* 51. *Gall. cons.* 16. *nu.* 10. *Ruin. cons.* 171. *num.* 11. *in* 2. *Menoch. cons.* 124. *num.* 96. fit enim repræſentatio ex iure quodam ſpeciali, *Bart. l. poſt consanguineos.* §. 1. *C. de ſuis, & legit. Caſtr. auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. Menoch. cons.* 200, *num.* 11. iuris fictione adinuento, *Bald. l. tutela. §. ſi duo. ad fin. ff. de legit. tut. Gamm. decis.* 59. *num.* 41. *Griuel decis.* 40. *nu.* 20. *Gall. d. cons.* 16. *num.* 4. *Annæ Robert. rer. iudic. lib.* 3. *c.* 15. *verſ. pro Seio fratre. Aquir. de ſucces. portug. num.* 310 *Griuell. decis.* 120. *num.* 15. *Montier. decis.* 36. *num.* 46. *Spin. de teſtam. glos.* 1. *num.* 39. 44. 45. *Decian. cons.* 7. *num.* 85. *in* 1. *Coſta. de retrotract.* 3. *reg.* 3. *ad c.* 2. *nu.* 2. & ex æquitate propter ordinem ſucceſſionibus datum, quas lex induxit, *Decian. cons.* 1. *num.* 36. *in* 1. *Coſta, d. nu.* 2. ſed veniens ex expreſſa & vera diſpoſitione, præfertur venientibus ex tacita, & ficta, quia prævalet veritas, & expreſſio, *l. filio, quem pater. vbi, Bart. ff. de liber. & poſth.* Repræſentationi ergo ab inteſtato locus eſt. Alioquin, nec procederet quod in materia poſtergationis *Doct.* nos docent, poſſe eligi ex pluribus filijs, vel nepotibus vnum, ſi in omni ſucceſſione daretur repræſentatio, *Corſet. d. nu.* 17. cumq; filij, vel remotioris electio frequens ſit, poſtergationis iure, vt plenius habeatur hæc poſtergationis materia ad plurium (circa feudalem ſucceſſionem) quæſtionum reſolutionem, quas infra in locis opportunis edifferendas cenſui: Altius eam attingam.

Q. I. ius primogenituræ, An auferri transferri, vel diminui à patre poſſit? ſentio quæſtionem hanc, multiplicem eſſe, ac in multos & varios caſus ſeſe effundere, vt neceſſa-

tio diſtinguendam arbitrer.

Aut reſpectu ſubiecti quæritur? An diſpo-
nat de iure primogenituræ in ſe? vel bonis
quæ iuri primogenituræ ſubijci poſſunt?

Aut reſpectu diſpoſitionis quæritur? an
in vltima voluntate diſponat? vel inter viuos

4 Priori in caſu, ſi de ipſo iure † primoge-
nituræ in ſe, velit Pater diſponere; Tunc ge-
neralis erit Negantium concluſio. Non poſ-
ſe, vllo modo, illud auferre, diminuere, vel
alterare, aut aliter de illo diſponere in præ-
iudicium primogeniti, ſiue inter viuos, ſiue,
in vltima voluntate, *Afflic. decis. 112. Curt. de
feud. p. 4. num. 23. Tiraq; de primog. quæſt. 23. nu.
10. Peregr. de fideicomm. artic. 11. nu. 107. cons.
1. n. 21. in 4. cons. 22. n. 1. 4. in 2. Valenzuol. cons.*
5 *69. num. 65.* non enim beneficium patris † ſed
legis eſt, & à Progenitoribus Patris, *Tiraq.
de primog. quæſt. 21. nu. 5. 7.* ab eo ergo auferri
non poteſt, *l. ſi arrogator. §. ſed ſi impuberi. ff. de
adopt. l. 3. ff. de interdict. l. ſeruus. C. de pact. Bald.
l. 1. not. 3. C. de fideicom. l. non tantum. §. emancipa
tus. ff. de contr. tabul. Alexandr. c. per venerabi-
lem. §. quod autem. num. 45. qui fil. ſint legit. Bald.
cons. 360. in 2. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3.
queſt. 6. Peregr. cons. 160. num. 7. ad fin. in 5. Va-
lenzuol. cons. 69. num. 60. 72. Milanens. decis. 8.
num. 9. p. p. Amat. cons. 35. num. 4. cons. 100. nu.
75. Tap. decis. 2. num. 173. 236. 420. Surd. cons.
308. num. 4. 5. 6. Franc. decis. 368. num. 4. ad fin.
Grat. cons. 133. num. 15. in 1.* & à domino, *Gabr.
cons. 107. nn. 8. 9. in 1. Rim. iun. cons. 751. num.
53. confert. tex. §. ſed hec quidem. Auth. de nupt.
ibi, licet decies millies contrarium aliquid velint
morientes: quod enim a lege datum eſt lucrum, pri-
uatus auferre modis omnibus non poteſt.* Et
quæ a genere deferuntur, debent incolumia
remanere, *Bart. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de
oper. libert. l. pater. filium. ff. ad l. falc. Valenzuol.*
6 *d. num. 60.* ſimiliter non poteſt † pater nec ex
contractu, nec ex vltima voluntate diſpo-
nere de ipſo iure ſuccedendi in hæreditate
ſua competenti filio, vel alij deſcendenti, ſed
neceſſe habet vel relinquere ſucceſſionem ab
inteſtaro, vel in aliquo illũ inſtituere, *§. aliud
quoq. Auth. Vt cum de appell. cognoſc.* & tamen
illud ius ſuccedendi, ante ſucceſſionem de-
uolutam, nec in eſſe eſt, nec eſt ius formatum
*l. 1. ff. de hered. vel act. uendit. iuncta, l. nihil. aliud.
ff. de verb ſignif.* igitur nec de ipſo iure primo-
genituræ poterit diſponere, cum ius forma-
tum viuo patre illud eſſe dixerim, *glos. 5. 6.*

7 Ampl. I. etiam in Regnis, † & Regalibus
dignitatibus, quorum ius primogenituræ au
ferre primogenito nec poteſt, noſcens ſupe-
riorem, nec Regni ſpem, & in ſecundogeni-
tum transferre, *Ioan. Andr. c. licet. de vot. Ias. n.
3. Rip. num. 3. l. nemo poteſt. ff. d legat. 1. Abb.
cons. 3. dub. 2. in 2. Lanar. cons. 1. num. 8.* Tiraq. de
*primog. queſt. 21. num. 12. Aguir. de ſucceſſ. por-
tug. p. 2. num. 4. p. 4. num. 54. Tuſc. lit. P. conclus.
653. num. 4.* Nec alij illud relinquere, poſter-
gato proximiore, cui competeret ſucceſſio,
*c. 1. de ſucceſ. feud. Ioan. Andr. & Anchar. in c.
grandi. de ſupplen. neglig. prælat. in 6. Abb. c. intel-
lecto. num. 5. de iureiur. Gugliel. Benedict. c. rainu-
tius. verb. in eodem. num. 155. de teſtam. Peralt. l.
3. §. qui fideicommiſſaria. nu. 36. ff. de hered. inſtit.
Sot. de iuſt. & iur. quæſt. 4. artic. 1. Corſet. de potes.
reg. p. 2. quæſt. 8. num. 6. Molin. de primog. lib. 3.
quæſt. 6. num. 13. Cabed. decis. 76. num. 9. p. 2.
Palaez. de maiorat. p. 4. queſt. 1. nu. 46.* & dicitur
proximior quem nullus præcedit, etſi in mi-
lleſimo gradu ſit, *ex not. in l. cum. ita. §. in fidei-
commiſſo. ff. de leg. 2. in l. aretuſa. ff. de ſtat. homin.
Cabed. decis. 51. nu. 4. p. 2. Lanar. cons. 1. num. 6.
Aguir. de ſucceſſ. portug. p. 3. num. 53. Alba, cons.
172. num. 21. 36.* Regnum enim defertur pri
8 mogenito † vel lege ipſa, aut conſuetudine
quaſi iure gentium inducta, *ex Bald. l. ex hoc
iure. quæſt. 4. ff. de iuſt. & Iur. Pereg. cons. 1. n. 20.
in 4. Aguir. de ſucceſſ. portugal. p. p. nu. 107. Sotto-
may controuerſ. 19. nu. 118. p. 3.* ergo iure ſan-
guinis & perpetuæ conſuetudinis, *Lopez, l.
6. glos. deceno grado tit. 13. part. 5. & in l. 4. gloſ-
ſus deudas. tit. 15. par. 2. Pichar. ad tit. inſtit. de hæ-
redit. quæ ab inteſt. defer. §. 2. de repreſent. nu. 28.
Mattien. l. 6. glos. 3. nu. 13. tit. 7. libr. 5. recop. Bo-
uad ll. in polit. lib. 2. c. 16. num. 2. Cordub. de liber.
agnoſc. §. idem reſcripſit. num. 136. Vaſq. de ſucce-
eſſ. creat. lib. 3. §. 26. nu. 86. 90. Gam. decis. 174.
num. 15. Palaez. de maior. p. 4. quæſt. 1. num. 47.
48. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. num. 5. lib. 3. c. 6.
num. 9. Alba, cons. 172. num. 15. Lanar. conſ. 1. n.
2. 3. Tuſc. lit. R. conclus. 88. num. 14. P. Molin. de
iuſt. & iuri diſput. 616. nu. 5. 6. 8.* vt ſecundoge-
nitum excludat, *Peregr. d. cons. 1. num. 15.* te-
ſtari ergo de eo nec poteſt Rex; primogeni-
tum, vel proximiorem, cui regnum compe-
tit, inſtituendo, *Laudens. c. 1. nu. 5. rub. 1. feudor.
Ias. l. de quibus. nu. 65. ff. de legib. Tuſc. lit. P. con-
clus. 653. num. 4. Amat. cons. 100. num. 73.* neq;
inſtitutus capere illud poterit vi teſtamenti,
Reliquiſſe enim non videtur qui, quod reli-
quit, reddere debuit, *l. vnum ex familia. §. ſi de
falcidia: & ibi, Padill. nu. 21. ff. de legat. 2. Guttier
lib. 5. pract. quæſt. 55. nu. 15.* cum neceſſaria ſuc
ceſſio ſit ex parte Baronis, *Lanar. cons. 1. num.
23.* nullumq; eſt teſtamentum, lege feudi
repugnante, *c. 1. de ſucceſſ. feud.* ſed ui legis
immutabilis Regni, à qua vocatur, ſucce-
det, *Benedic. d. verb. in eod. n. 148. Molin. d. lib. 1. c.
8. num.*

Digitized by Google

8.nu.10.*Peregr. cons.1.num.4.42.in 2.cons.2.*
nu.10.in 4. Sot. omay. d.iur. controuerſ. 19.num.
118.nec in ijs, quibus iure ſanguinis ſuccedi-
mus, aditione hæreditatis, opus eſt, *l. ge-*
neraliter.§.in his.C.de ſecund. nupt. auth. hæres.
& ibi, Bald.C.eod.Peregr.d.conſ.2.num.11. quo
iure, nec priuari primogenitus à patre po-
teſt, *Tiraq de primog.quæſt.21.nu.3. quæſt. 27.*
Peregr.cons.1.n.21.in 4.Parlador.quotid.differ.
18.nu.3. quamuis ſecus ſit in bonis, quæ non
ſunt radices regni, *Palaez, de maior.p.4.quæſt.*
1.num.50.Sottomay.d.quæſt.19.nu.125.Garz.
de nobilit.§.1.gloſ.1.num.17.

At ſi Regnum † iure hæreditario ex pe-
culiari ſui lege, & natura deferretur, Tunc
ius primogenituræ, iure hæreditario ad re-
gnum hoc, competeret filio & ita accipien-
dus eſt, *Oldrad.cons.94.cons.95.cons.230.Al-*
ber.in proem.digeſt.§.diſcipuli.col.5. & l.fin. C.
de donat.int vir. Anchar. c.licet.de vot. Lauden.
de primog. ad fin. Abb.cons.3.in 2.Cannet.c.Vo-
lentes.§.ſed an ius.num.8. nec poſſet Rex, etiam
ſuperiorem non recognoſcens diſponere de
ipſo iure primogenituræ in præiudicium pri
mogeniti, ſicut nec exhæredare, nec legitima
priuare ſine iuſta cauſa, *Peregr.de fideicomm.*
artic.11.num.107.Azeued.l.1.num.15.tit.7.lib.
5.recop.Tiraq.de primog.quæſt.35.num.14.

Puto tamen, quod deficientibus liberis,
de Regno diſponere, vt pote, patrimoniali,
Regem poſſe, ſi nemo etiam ſit conſanguine
us, *Lanar.cons.1.num.12.23.* non tamen diui-
dendo, *Lanar.d.cons.1.num.15.* vel in alieni-
genam transferendo, aut ſeruituti ſubijcien
do, ſeu aliter agendo in Reipublicæ ſuæ, &
ſubditorum præiudicium *Lanar.cons.1.num.*
16. ſine libero eorum conſenſu.

Quare cauendus eſt, *Garz. de expens. c.16.*
num.15. contendens regnum non iure ſangui
nis, ſed hereditario deferri; & anxiè probant,
Auend.l.Thaur.40.gloſ.1.num.27. Aguir. de
ſucceſſ.portuz.p.p.num.69.70. Fuſc. lit. P. con-
clus.658. num.1. adeo vt regnum hæreditas
dicatur, *Azeued.l.3.num.8. tit.10. lib.5.recop.*
Auend.lib.1.de exeq.mand.c.4.nu.1.

Ampl. II. ſi inſtitutum † primogenituræ
ius, ſuo priuilegio confirmaſſet Rex, quia irre
uocabilem ei adderet firmitatem, ac ſi ab ip
ſo Rege, illud primogenituræ ius fuerit inſti-
tutum, *ex Rom.cons.98 quem laudat Purpur. l.*
more.num.67.ff.de iuriſd.omn.iud. Afflic.decis.
248.num.6.7.& lib.3.Conſtit.rub.5. num.75.
84.ex l.lege obuenire.ff.de verb ſignif.Valenzuol.
cons.69.num.67. Regis enim authoritas effi-
cit, vt omnibus vocatis, ſine traditione do-
minium acquiratur, *Angel.l.officium.ff. de rei*
vendic.Iaſ.l.quoties.num.5.C.eod. & in prælud.
feud.num.72.Butr.num.13.Abb.nu.10.in c.con-
quæſtus.de reſtit.ſpoliat.Iacob.l.traditionibus. ad
fin.vbi Dec.num.4.C.de pact.& cons.689. num.
20.Peralt.l.titia.§.titia cum nuberet.num.12.ff.
de legat.2.Alex.cons.3.n.8.in 5.cons.187.n.17.
in 2. Cabed.decis.39.nu.7.p.2.Valenzuol.cons.
69.nu.68.Burgos.de Paz.cons.25.nu.2.Guttier.
5.pract.quæſt.71.nu.18.Peguer.decis.113.nu.2.
Molin.de primog.lib.3.c.3.n.4: Rot.decis.14.n.10
p.2.decis.170.num.7.p.p. addit *& nu.14.* quod
cum ex Principis gratia, fuerit ius quæſi-
11 tum primogenitis † non poſſet aliquid ope-
rati reuocatio ſuperueniens, nec alienatio in
alium, aut poſtergatio, *Barbat.c.raynaldus.de*
teſtam. Rip.nu.92. Ambros.nu. 268. *Loazes, nu.*
176.in l.filius.familias.§.diui.ff.de legat.1.Zas.l.
ſi quis.§.ea lege.num.13.ff.de verb.oblig. Curt.
iun.cons.174.num.19.Gamm.decis.228 Suar.al-
leg.9.num.13.Cabed.decis.51.num.10.p.2. Valen
zuol.cons.69.n.69. Lanar.cons.1.n.12. Tuſc. lit.
P.conclus.653.n.4.Burſ cons.350 n.19.Palaez.
de maior.p.3.quæſt.9.num.2.3. ſiue pacto, lege,
aut conſuetudine, quæſitum ius ſit, *Tiraq. 2.*
retract.§.1.gloſ.7.num.22.Peregr. cons 1.num.
18.in 2.Cabed.decis.77.num.4.p.2. Indultum à
iure beneficium, ſicut non eſt alicui auferē-
dum, *c.indultum.de reg.iur.in 6.Rebuff.cons. 60.*
verſ.tertio. ita nec indultum beneficium pri-
mogenitis ex vi inſtitutæ primogenituræ, &
regiæ facultatis, ac priuilegij in vim legis à
Principe conceſſi, *Valenzuol.cons.69 num.71.*
quod enim lege permittente quæſitum eſt,
auferri non debet, *l.ſeruus.C.de pact.Bald.l.1.*
not.3.C.de fideicom.Grat.cons.133.nu.15.in 1.
& dominium ſemel quæſitum, ſui natura per-
petuum eſt, *Cabed.decis.208.nu.8.p.p.Suarez.*
alleg.27.num.14.adfin. cum Principis bene fi-
cium debeat eſſe perpetuum, *l. beneficium. ff.*
de conſtit.princ.c.decet.de reg.iur.in 6.

Ampl. III. Vt primogenitus † mente cap
12 tus à natura, in regno ſuccedere non poſſit,
ex Bald.cons.6389.in 2.3.Parlador.quotid difer
19.n.13.Molin.de primog.lib.1.c.13.nu.46.58
Aguir. de ſucceſſ.portug.p.3.num.45. niſi cum
eo diſpenſaſſet Princeps, *l.quidam conſulebant.*
ff.de re iudic.in term. Bald.l.eam quam. num. 39.
C.de fideicom.cons.243.conſ.262.in 1. Menoch.
cons.421.num.18.19.20.cons.1264.num.48.
Crauet.cons.958.nu.2.3.Leon.cons.12.Soc.iun.
cons 60.num.22.in 4. Saltim tacite, *Bimi, cons.*
106.num.36. Vel eius filius tunc ſuccederet,
Bald.Soc.Aguir.loc.præcit.

Ampl. IV. Etſi primogenitus † fuerit
13 inobediens patri ſiue in eius vita, ſiue poſt
mortem, non adimplendo teſtamentum, vel
quod

quod iniunctum ei fuit, iure primogenituræ priuari à patre vel alio non poteſt, *Azeued. l.1.nu.15.tit.7.lib.5.recop. Lanar.conſ.1.nu.18.*

Nec obſtat, *c.licet.de Vot.* quia non proce-
14 dit ex † ſolo præcepto patris & in obedientia filij, ſed ex promiſſione & obligatione à filio ſponte facta, ibi, *& Ate ſponte ſuſceptum. Molin.de primog.lib.1.c.9.num.5.Lanar.conſ.1. num.19.*

Reſpon. II. *Tex. d.c. licet.* hæreditario in
15 regno † loquit, vt ex illius ſerie ſatis conſtat. Sed quia in regno etiam hæreditario locum non habere cenſui, *tex.auth. hoc amplius. C.de fideicom.* Solutio hæc non placet, ſed præcedens. Cum à Regno, quod non hæreditario, ſed iure ſanguinis defertur, dubium non ſit, filium non poſſe priuari propter aliquam voluntatis paternæ inobedientiam, *Padill. d.auth.hoc amplius.num.17.C.de fideicomm. Azeued.l.1.num.42.tit.8.lib.5.recop.* quia non capit illud à patre. Idem de Ducatu, Baronia vel alio feudo, quod non iure hæreditario, ſed ſanguinis, vel lege inueſtituræ defertur, in his enim locum non habet *tex.d.c.licet. nec d.auth.hoc amplius. vbi* Bald. *& Ias. limit.7. Benedi.d.c.rainutius.verb.ſi abſq.liberis.2.nu.216.* Sicut de legitima diximus, ſiue primogeniti
16 ſiue † alterius filij, quæ excipitur à pena, *d. auth.hoc amplius.vt eſt ibi,tex.* illa namq; magis a lege, quàm a patre prouenit vt *in term. d.c.licet.* adnotarunt, Couar.*c.ſi hæredes.n.9.de teſtam.Molin.de primog.lib.1.c.9.nu.6.* Siue de alio etiam lucro, vel hæreditatis parte, ex ſtatutaria lege filio reſpectu iuris primogenituræ competente. Et licet, *Tex. d.auth.hoc amplius.* excipiat debitum naturale tantum, nõ quod a lege conſuetudinaria, & pure poſitiua eſt introductum. Cum tamen penes le-
17 gem poſitiuam † ſit taxatio portionis legitimæ, quæ iure naturæ debetur in genere, ac indeterminatè filio, vel filijs, eadem poſitiua ſtatuti, vel conſuetudinis lege, augeri, vel minui poteſt, *Aufr. ad Tholos. decis.437.Enriq. conſ.15.nu 9.* ipſaq; portio ſtatuto in deſcendentibus aucta legitimæ naturam habet, *Cranet.de antiq.tempor.p.4 Seſſ.1.num.142. Amat.conſ.43.num.3.conſ.56.nu.12 conſ.74.nu. 52.* vt eadem ſemper legitima dicatur, *l.fin. ff. de fund. inſtruc. l. proponebatur. ff. de iudic. Amat.conſ.56.n.8.14.* ac eiſdem gaudet priuilegijs, *Gabr. conſ.135.num.21.in 2.Merlin. de legit.lib.1.tit.3.quæſt.6.n.3.* ſiue vniforme, ſiue difforme ſit augumentum, plus antiquiori filio, quàm iunioribus, tribuens, ac minus feminæ, quam maſculo, quod iure naturæ debitum cenſeri, innuit, *tex.auth.nouiſſima. C. de inoff. teſtam.* Imo portio hæc filijs magis competit, quam legitima, *Caſtr. conſ. 441. num.3.in 1.Amat.conſ.43.num.5.* & ſic notabilior eſt legitima, de iure communi filijs debita, *Anchar. conſ.101.col. 2.ad fin. Caball. conſ. 64.nu.4.in 2.* etſi diſſentiat, *Seraph.decis.416. num.34.* Proinde leges de legitima loquentes ad portionem ſtatuto auctam trahendas, ait Alex.*l.ſi quis priore.num.6.ff.ad trebell. Calder. conſ.32.tit.de teſtam. Schrader.de feud. p.2.p.9. ſect.2.nu.7. Amat.conſ. 43.num.19.conſ.56.nu. 15.* quæ priuilegium ſtatim acquirit vt grauari nequeat, *Vaſq.nu. 306.Suarez.ampl.14. l.quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. Vaſq. de ſucceſ.creat.§.10.num. 263. Graſſ.§.legitima. quæſt.40.nu.2. Merlin. de legit.lib.3.tit.2.quæſt. 20.num.19.Honded.conſ.24.num.25.in 1.* cæteriſq; gaudet priuilegijs, quæ innouata non ſunt, *Alex.citatus à Ias.l.omnes populi.nu.60.ff. de iuſt. & iur. Calder.conſ.14.tit. de conſtit. & conſ.32.tit. de teſta. Suarez.d. ampl.14. Fabian. auth.nouiſſima. num.53.C.de inoff. teſtam. Surd. de alim.tit.9.quæſt.21.nu.6.Menoch.conſ.1021. num.3.Gabr.conſ.116 nu.1.6.in 1.Turrett. conſ. 1.num.41.in 2.Theſaur.lib.1. Forens. quæſt. 43. num.5.Seſſe, decis.26.num. 22.Valaſc.de partit. c.17.num.3.Caual.decis.7.num.45. p.3.* & hæc potior ratio, *tex.in corpore, Auth.de hæred. & falc. §.ſi quis autem non impius. collat. 1.* (cui ſtandum eſt, & non verbis Irnetij, qui authoritate, & ſenſu ſuis, tranſtulit *d.auth. hoc amplius.in C.*) nihil exprimit de debito naturali, vel de legitima iure naturæ debita, ſed ſolum dicit illud, quod lex dari vult, & neceſſario à lege percipitur, manere integrum, & non auferri propter inobedientiam, vel contenptum voluntatis ſupremæ teſtatoris, & admonitionis iudicis, *Lanar.conſ. 1. num.19. Molin. de primog. lib.1.c.9.num.9.* Igitur indiſtinctè pæna, *d. auth. hoc amplius.* non habet locum in his, quæ beneficio legis, vel conſuetudinis percipiuntur, ſiue ſint de legitima, *Guttier.lib.5.pract.quæſt.55.num. 12.17.* ſiuè propter legitimam: Sed illa pæna concluditur in his duntaxat, quæ alias libere à teſtatore auferri poterunt: Grauamen
18 namq; in bonis † vltra legitimam & tacitè, & expreſſe iniungi poteſt, *l.ſcimus.§. cum autem. C.de inoff.teſtam.Suarez.d.l.quoniam in prioribus. ampl.6.Molin.de primog.lib.2.c.1.n.29* non infra legitimam copioſè *Graſſ.§.legitima quæſt. 15.ad fin.quæſt.38.quæſt.39.n.13.Menoch.conſ. 713.n.13.Sottomay.d. controuers. 19.ſub num. 124. Aldouin.conſ.108.num.10. Ludouis. decis. 134.num.2.decis.179.num.4.decis.421. nu. 8. Griuel.decis 61.num.4.5.Cancer. 1.reſol.c.3.nu. 22.*

22. & 3. reſol. c. 11. num. 201. Burſ. cons. 438. nu. 9. cons. 431. n. 55. Raudens. de analog. c. 19. n. 27. Gabr. tit. de legit. conclus. 1. n. 5. Gomez, l. Thaur. 48. num. 11. Fontancl. de pact. nupt. claus. 4. gloſ. 5. num. 29. Hondcd. cons. 65. num. 26. in 1.

Ex quibus infertur, Quod ſi ex loci conſue
19 tudine † totum feudum ſpectet, ad ſolum primogenitum, vel ſi ex indiuiſibilis rei natura, tota Primogenito ſit debita, cum non poſset pater filium priuare primogenitura, ex Tiraq. de primog. quæſt. 21. ſub n. 3. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. quæſt. 8. nu. 12. 26. Frec. de feud. lib. 2 ſupereſt. n. 8. Cumi. c. ſi aliquem gloſ. antiquis. num. 16. Tap. decis. 2. num. 169. Aguir. de ſucceſſ. portug. p. 2. num. 4. nec in his, procedet, d. auth. hoc amplius. etiam ſi non iure contractus, ſed iure hæreditario deferantur, quia ſatis eſt quod lex ſpecialis, vel communis totum defert, vel afficit primogenito, ita vt non poſſit teſtator contrarium diſponere, nec ad alios transferre, vt ceſſet pæna, d. auth. hoc amplius. quæ de directo, eſt contra, Gloſ. fin. d. c. licet. quam reprobandam puto, etſi Scribentes, omnes ibi, & alibi, quotquot legi, eam ſequantur, ſed malè, & indigeſtè, iudicio meo.

20 Declar. I. Non procedere † ſi iuſta ex cauſa, iure primogenituræ filium priuaret pater, ex qua, alias iure communi potuiſſet illum exhæredere ingratitudinis nempe, cauſa, Bammacar. c. 1. §. omnes filij. nu. 57. ſi de feud. defun. milit. conten. Peregr. de fideicom. artic. 11. num. 107. à fortiori, in regno, cui ſucceditur iure hæreditario, & tamquam hęres licet iure primogenituræ, Suarez. alleg. 10. in princ. Auend. lib. 1. de mandat. reg. lib. 1. c. 4. à num. 1. Azued. l. 1. nu. 17. tit. 7. lib. 5. recop. Sed de cauſis illis intelligo, quibus filius poteſt in totum exhæredari, & priuari legitima iure naturæ debita, auth. vt cum de appell. cognoſc. §. cauſas autem. coll. 8. Afflic. d. §. omnes filij. & in conſtit. Diuæ memoriæ. col. 2. Laudens. de primog. col. 6. verſ. quæro an pater. Licirier. Tiraq. & alij, quos citat, Intrigil. feud. centur. 2. artic. 39. num. 19. Aguir. d. p. p. nu. 89. Tap. decis. 2. nu. 170. Si igitur in totum, multo fortius in parte, ſeruata forma, d. §. cauſas. Vnde filius hic poteſt in vncia inſtitui, ita vt plus petere non poſſit, vel iure primogenituræ priuari, & ad æqualitatem cæterorum filiorum duntaxat vocari.

Subdeclar. I. non procedere in omnibus
21 feudis, † dignitatibus, vel regnis (ſalua eorum indiuiſibilitate) quæ iure hæreditario deferuntur: quamuis enim in iſtis propter ſimplicem inobedientiam filius non priuaretur, vt nuper dixi, ex Tap. decis. 2. n. 171. tamen propter huiuſmodi ingratitudinis cauſam, quæ in delictum caderet, bene poteſt priuari Gugliel. Benedict. c. raynutius. verb. in eodem teſtamento relinquens. 1. num. 102. de teſtam. ſicut & ex legitimis cauſis, Marta, de ſucceſ. legal. p. 3. quæſt. 1. artic. 2. num. 104. in Regnis autem & feudis, vel alijs rebus quibuſcumq; quæ non iure hæreditario, ſed ſanguinis & inueſtituræ deferuntur, non poſſet filius priuari prætextu ingratitudinis, etiam in iure expreſſę, Natt. cons. 682. nu. 7. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 27. num. 21. non enim ius illud accipit à patre offenſo, ſed aliundè, l. filiusfam. §. cum pater. ff. de leg. 1. l. 3. ff. de interd. & releg. l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſtit. Padill. l. Vnum ex familia. §. ſi de falcidia. n. 16. ff. de leg. 2. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. per tot. Peregr. de fideicomm. artic. 22. n. 95. Tap. decis. 2. n. 170. 172. Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 10. n. 8. Palador. quotid. differ. 18. n. 3. niſi ingratitudo hæc in delictum caderet, de quo conuictus ſit; vt infamis, & inhabilis ad hęc bona, vel dignitates, videatur, c. 1. An ille qui infert. nec tunc a patre, ſed a Domino volēte, priuatur feudo, Roſentall. d. conclus. 10. nu. 10. Vnde propter crimen læſæ maieſtatis in regiam coronam, vel Rempublicam, ab aliquo de ſanguine regio commiſſum, poſſet ille perduellis etiam cum futura ſua poſteritate priuari omni ſpe, & iure futuro, in ſucceſſione coronæ, & regni, Iſern. c. 1. §. prædictis. num. 12. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. Tap. d. nu. 171. & ob feloniam, vt feudum ipſo iure aperitur domino, l. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. licet ad auocandum, ſententia declaratoria requiratur, Iſern. c. 1. §. ſancimus. 2. quo tempor. miles. num. 9. Tap. decis. 2. num. 293. Proinde cum primogenitura etiam vetuſta, ingratus filius priuari à patre poſſit, ex Oldrad. cons. 94. num. 16. Laudens. de primog. quæſt. 19. Rip. l. nemo poteſt. num. 7. ff. de legat. 1. Curt. iun. in auth. non licet. num. 4. C. de liber. præter. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 146. Acoſta, de ſucceſſ. portug. fol. 149. & in feudo etiam antiquo, tradit, Iacob. de feud. num. 65. Curt. de feud. p. 3. quæſt. 3. num. 6. Caccialup. de feud. art. 5. num. 9. Zas. de feud. p. 8. nu. 17. Siluan. de feud. in rub. quib. mod. amitt. num. 116. Quos procedere intelligo, ſi ingratitudinis cauſa ſonet in delictum, vt dixi, cum citent omnes, tex. d. §. prædictis. ſitq; iuris regula, Doct. à lege, quam allegat, interpretandum eſſe.

22 Declar. II. Non procedere de libero † & ſpontaneo filij ætate maioris conſenſu, quo accedente poſſet etiam ſine alia cauſa, & ſolennitate in totum exhæredari etiam à legitima iure naturæ debita, l. non putauit. §. ſi quis

ſua

ſua manu.ff.de bonor.poſſ. contra tabul. gloſ.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoff.teſtam. Cyn. *l.ſi pater.§.fin.C.de inſtit.& ſubſtit. Bart.l ſi quãdo.§.fin.& ibi, Iaſ. ad fin.C.de inoff. teſtam. Imol.l.filio præterito ff.de iniuſt.rupt.teſtam. Gugliel.* Benedict.*d.c.rainutius. Verb.in eodem teſtamento relinquens. 2.nu. 18.Guttier.l.nemo poteſt. num.142.ff.de legat.1.in c.quamuis.num. 27.de pact.in 6.& lib.5.pract.quæſt.75.nu.2.* Cancer. *1.reſol.c.3.nu. 23.Boer.decis.14.num.9.decis.96. nu.5. Tepat. 2.reſol. tit. de exhæred.col. 3. verſ. exhæredatio debet. Peregr.cons.40. num.11.in 1. Clar.§.teſtamentum.quæſt.43.num.3.* Burſ.cons. 355.*num.32.Menoch.cons.78.num.* 29. & tradit,*Iaſ.num* 27.Dec.*num.9.in l.poſthumo.C.de contratab.*teſtamentum, quo filius exhæredatur, non rumpi, ſi illud filius exinde approbet, *Menoch.d.num.29.Tuſc.lit.E.conclus.578. num.11.* idem ſi præteriri permittat filius, *Tepat.d.tit.ex hæred.col.4.præteritio.Cancer.d.num. 23 Guttier.d.l.nemo poteſt.n.143.Burſ cons.390. n.10.* vel ſi tacitè, aut expreſſè illud approbet, *Hyeron.à Leon.decis.30.num.9.10.*

23 Declar. III. Non procedere † ſi idoneus primogenitus non ſit, in Regni adminiſtratione, *Iaſ.num.3.* Rip.*num.7. in l.nemo poteſt. ff de legat.1.*Corſet *de reg.potes.quæſt.10 Lup.c. per veſtras,§. 26. num.6.de donat.int.vir.Laudens.de primog.quæſt.21.n.11.Tiraq.de primog. quæſt.21.num.11. Azeued.l.2.nu.4.tit.1.lib.7. recop.Peregr.de fideicom.artic.11.num.107.Roſentall.de feud.c.7. conclus. 26.n.14.conclus.28. nu.10.Aguir.de ſucceſſ.portug.p.p.n.90.*Marta, *de ſucceſſ.legal.p.3.quæſt.1.artic.2.n.105.*Quoniam ſucceſſio in regijs dignitatibus, iure primogeniture defertur, *ex c.licet.de vot.*Communi omnium conſenſu receptum accepimus, vt ſi ex Rege regnante tres extent filij maſculi; ſingulis ſubordinatum ſuccedendi ius pro ordine genituræ quæſitum eſſe, vt contraria Patris ordinatione diuerti, aut conuerti non poſſe hactenus diximus, *ex Mantic.de tacit.lib.22.tit.27. num.15.19.21.23.27.*

Hoc itaq; ius primo quæſitum; An in filios
24 tranſmittatur & deſcendentes ſuos † cum prælationis iure, aduerſus ſecundum, eiuſq; lineam, adeo vt Nepos in regni ſucceſſione præferatur Patruo poſt mortem Aui? Qua in re, Affirmatiuè ex multis reſoluit, *Tiraq. de primog.quæſt.40.nu.91.*Mantic.*de tacit.lib.23. tit.27.à num.40.ad fin. vſq; Menoch. cons.211. num.97.Molin.de primog.lib.3.c.6.nu.3. Peregr.cons.1.nu.21.in 4 Hyeron.à Leon. decis.109. num.11.Viui decis.502.num.5.Guttier.lib.2.Canon.quæſt.14.num.58,59.60.Peguer.decis.114. num.8.Amat.cons.100. num.48,* & cum ſemel intrauerit vnam lineam, denegatur reuerſio ad aliam, *arg tex. vbi, Doct.notant.l.cum vxore vſufructus.C.quando dies legat.in l 1.C.de condict inſert.Oldrad.cons.21.Celſ.Hug.cons.93.num.6. Couar.pract.quæſt.38.num.7. Soc.iun.cons.126. num.27.in 1.cons.108.num.2.in 2.Mantic.d.tit. 27.num.17.Peguer.decis.114. num 10. Gamm. decis.359.num.9.*Fuſar.*de fideicomm.quæſt.484. num.34.* Cabed.*decis.208.nu.8.Guttier.d.quæſt. 14.num.46.47.Cephal.cons 656.num.50.Beret. cons.134.num.9. Molin.lib.3.de primog.c.4.nu. 14.c.6.num.33.c.9.num.1.c.10.nu.10. Menoch. cons.211.nu.11.cons.1170.nu.36.* Peregr. *cons. 42.num.6.in 3.de fideicom.artic.27.nu.14.Cancer.3.reſol.c.21.num.294.Caldas.cons.1.nu.13. 33.Palacz de maior.p.2.quæſt.6.num.57.* quia linea primogeniti ſupra ſecundogeniti lineã priuilegiata in infinitum eſt, *§.noſtra.inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. defer.*nec ſucceſſionis ius aperiri poſſet exiſtentibus in linea poſteriori *Ponte, de poteſt proreg.tit.9. num.* 42. quamuis maioribus natu, aut prioribus in gradu: donec exiſtant aliqui in linea priore Regni capaces, *c.1.§.1.de natur.ſucceſſ.Caſtr.cons.164.in 2.Molin.de primog.lib.3.c.4.nu.14.*Guttier.*cons. 13.num.11.27.& d.quæſt.14.num.48.*Marta, *de ſucceſ.legal.p.p.quæſt.12.artic.c.1.num.8. Thob. decis.97.num.17 decis.39. num.11. Decian. cons. 98.num.18.in 3.* quia prior linea ſequenti præfertur, vt ex mente authorum euincitur in antiqua illa cõcertatione Patrui, & Nepotis de regni ſucceſſione, cum & authores pleriũq; & iudicia etiam gladiatoria, pro Nepote ex prædefuncto primogenito ſteterint, aduerſus patruum, quamuis ætate maiorem, *Molin. de primog.lib.3.c.5.num.30.c.7.nu.9.10.Anna, cons.125.nu.40. Parlador. quotid.differen.24.n. 2.3.Peregr.d.cons.1.nu.22. Acoſta, de patr. & nepot.num.30.*ac per conſequens ex vi repræſentationis extat in gradu anteriori, *Thob. decis 39.nu.12.*& in eo, cuius erat pater, *Honded conſ.70 num.48 62.cons.8.nu.36.37.cons. 13.num.43.in 1* ex vi continuationis, *Ceual. comm.quæſt.606 nu.53.54.* Nepos enim non corrumpit, ſed repræſentat gradum, legis fictione, *§.cum filius.inſtit.de hæred.quæ ab inteſt. defer.Roland.cons.68.num.27.in 1.Decian. cons. 63.num.12.in 2.*Menoc.*cons.91.Hieron. à Leon. decis.109.num.17. Coſta, de retrotrac.regul.3. ad cap.2.num 4.Honded.d.cons.70.nu. 49.* in quo gradu reperit ius excludendi ſeniores acquiſitum, à ſui natiuitate, *c. Ioſeph. de verb. ſignif. Bald.l. cum antiquioribus.num.11.C.de iur. deliber.Caſtr.cons.164.num.11.in 2.Tiraq.de primog.quæſt.40. num.55.93.poſt Bart. l is poteſt. num.8.ff.de acquir.hæred. Thob.decis. 39.num. 6.*

Digitized by Google

nu.6. Palaez,de maior.p.2.in init.nu.65.Auend. l.Thaur.40.glos.17.Intrigl.feud.centur.2.artic. 41.n.13.Molin.de primog.lib.3.c.6.n.36.Cancer. 3.reſol.c.21.n.297.298.Menoch.cons.111.n.58. cons.1082.num.16.Cenal.comm.quæſt.606.nu. 53.Peregr.de iur.fiſc.lib.1.tit.2.num.51.& proximitas ficta a iure poſitiuo inducta, æquiparatur veræ proximitati,latè, Teſſaur.decis. 65.nu.3.Fachin.lib.4.iur.controuerſ.84.Gamm. decis.59.iuncta,decis.385.Coſta, d.regul.3.num. 5.& primogenituræ effectus inceptus in patre propagatur,& transfunditur in filium, Hyeron.a Leon.decis.109.num.18. Peregr.cons. 62.nu.19.in 2.Reyger. Theſaur.iur.lit.Pr.nu.8.

Poſteriori in caſu Princip. Si pater vellet diſponere de rebus,vel bonis,in quibus ius primogenituræ conſiſtit, vel conſtitutum ſperatur; Tunc ſi reſpectu diſpoſitionis quæritur, Ea vtimur ſubdiſtinctione; Aut in vltima voluntate; Aut inter uiuos diſponat.

Primus caſus eſt,ſi ex quolibet vltimæ voluntatis genere,vni ex filijs vel agnatis in pari gradu exiſtentibus feudum, aſſignet, aut diſponat,Baro. Quæſtio hęc,priſcis tēporibus ad ætatem vſq; Tiraquel. varie à Doct. agitata definitaq; fuit, vt interdum vnam interdum aliam inſequuti fuerint ſententiam: Diſtinctione quandoq; vtentes,vt ipſe inquit, lib.1.retract.§.11.glos.6.num.23. & de primog.quæſt.77.ex Ioan.Andr.& Canoniſt. in c.licet.de vot.Rubc.Alex.cons.133.Loffred. cons.1.num.144.Paris.Pute.de reintegr.feud.c. 293.Pern.cons.12.Surd.cons.106.nu.17.18.Cephal.cons.174.num.8.

Sed vt omiſſo latiori apparatu, ad reſolutionem properem, Diſtinguo quatuor feudorum genera. Primum eſt ex pacto,& prouidentia antiquum. Alterum & ſecundum eſt,ex Pacto & prouidentia nouum. Tertiū eſt,ex Francorum iure:ſeruata ſexus,& ætatis prærogatiua. Quartum deniq; eſt, Diuiſibile ſeu Longobardum, quod communi feudorum iure regitur, vt omnes filij, in eo ſuccedant æqualiter, ad tex.c.1.§.omnes filij.ſi de feud.defunc.content. Vt nec vni à patre prælegari poſſit, niſi conſentiente fratre, Euerard. iun.cons.32.n.43.44.45.in 2.cons.21.n.78.79. in 1.Mareſcot.lib.2.reſol.76.à nu.7.18.20.

Circa Primum feudi genus,compertum eſt,
25 Feudatarium de eo diſponere non poſſe † vt alio modo, quam filij, vel agnati ex tenore inueſtituræ, vel ab inteſtato ſucceſſuri eſſent ex nouo Patris,vel feudatarij, facto, etſi Domini interueniat aſſenſus,ad tex.c.1.de ſucceſſ. feud.qui in feudo loquitur ex pacto & prouidentia antiquo, c.1.§.filius.ſi de feud.defunc. conten.c.1.§.ſed & res. per quos fiat inueſtit.c.filius.de capit.qui curi.Vendid.c.1.an agnat.c.1. de alien.feud.pater.vbi Aluarot.Præpos.& alij,Bammacar.num.43.Afflict.num.3.in c.omnes filij.ſi de feud.defunc.content.Bald. auth.ſi quas ruinas. nu.6.C.de ſacros.eccles. Intrigl.feud.centur.artic. 5.à nu.425.426.456.Georg.de feud.c.50.à nu. 1.8.Marin.de feud.tit.2.num.55. Afflic.decis. 119.Alex.cons.51.in 4.cons.8.in 3.Mareſcot.d. reſol.76.Merlin.de legit.lib.2.tit.1.quæſt.4.nu.7. quæſt.5.n.15.Pute.de reintegr.feud.c.293.Tiraq. 1.retract.§.11.glos.6.n.21.Polid. Rip.obſer.370. Ruin.cons.45.nu.17.cons.90. in fin.vol.1. Crauet.cons.256.nu.2.cons.715.Bero.cons.113.num. 35.in 2. Soc. iun. cons.72.num.33. in 1.cons. 112.in 2.Natt.cons.501. Siluan.cons.15. Schrader.de feud.p.7.c.2.n.11.Menoch.lib.4. præſum. 142.num.4.5.cons.158.nu.62.78.79. Peregr. cons.22.num.1.in 2. Bertaz.ciuil. cons. 90.num. 2.3. Mantic. de tacit. lib.23.tit.27.num.6. 8.Amat.cons.7.num.32.cons.100.num.85.Ce-
26 phal.cons.617.à num.57.& ita † accipiendus eſt, Pern.cons.7.cons.12.Frec.de ſubfeud.lib.2. quæſt.ſupereſt vt aliqua.nu.12.qui dum in feudo nouo prædicta procedere innuunt,minus recte loquuntur: Tum quia feudum dat lex, & legis prouidentia, non teſtator, l.ſi arrog. ff.de adopt.l.cum patronus.ff. de legat.2.c.1.an agnat. Molin. lib.1. de primog. c.8. num.21. & quod lex tribuit;priuatus,ideſt alius, quam lex, non aufert,§.ſin autem.auth.de nupt.Pern. cons.12.num.3.Tum quia vt nulla ordinario feudatarij valeat, neq; maneat, ex tex.c.1. de ſucceſſ.feud. non eſt ex deficientia aſſenſus Domini,vt ſupponit,Glos.c.imperialem.de prohib.feud.alien.per Feder.Sed ex deficientia poteſtatis ipſius feudatarij, qui etiam cum aſſenſu, futuris agnatis nocere non poterit, c. 1.de alien.feud.pater.Molin.d.num.21.Vni ergo ex filijs, à patre relinqui non poteſt feudum, quia ex pacto ad omnes gradatim pertinet,c. 1.de ſucceſſ.feud.c.1.§.omnes filij.ſi de feud.defun. content.ſit.Menoch.cons.276.num.33.Mantic.de tacit.lib.23.tit.27.num.13.

27 Ampl.I.Domini aſſenſum † ſiue tacitum ſiue expreſſum, ſatis non eſſe, vt valida ſit Feudatarij diſpoſitio, in filiorum,aut agnatorum præiudicium, Bammacar. d. §. Omnes filij.num.40.42.Georg. de feud.c.50.num.4.5.

28 Ampl.II.Nec † pro anima de feudo primogenio teſtari poſſe,Decian.cons.3.n.193.in 4.Marin.de feud.tit.2.num.56.nec legati onus feudo imponere, Cephal.cons.617.à nu.181.

Ampl.III.Vt feudatarij teſtamentum,quo primogenitus inſtituitur,nullum ſit,lege feudi repugnante, Lauden.c.1.num.5.rub.1.feud.

Iaſ.l.de quibus.n.65.ff.de legib. Amat.cons.100.num.73. Decian.cons.3.num.193.cons.17.nu.34.in 4.Lanar.cons.1.num.22.Mareſcot.d.reſol.76.à nu.9. quia in ſucceſſione non teſtamentum, ſed inueſtituræ tenor inſpicitur, *c.1.de duab.fratr.inueſt.Bald.in prælud.feud.nu.47.Alex.cons.55.num.18.in 4.Dec.cons.614.num.3.Amat.d.cons.100.num.82.* à qua ſucceſſio regulatur, *c.1.& ibi, Bald.de capit.corrad.Surd.cons.1.num.36.cons.5.à num.63.Guttier.libr.2.Canon.quæſt.27.Marta,de ſucceſſ.leg.p.p.quæſt.4.artic.3.num.19.p.3.quæſt.13.artic.1.num.22.Peguer.decis.113.nu.8.decis.114.nu.10.15.Phab.decis.29.num.6.Cabed.decis.34.num.12.p.2.Palacz.de maior.in præfact.nu.2.3.Mantic.d.tit.27.num.4.7.Cephal.cons.173.nu.7.* Generale eſt, primam inueſtituram attendi, *Soc.iun.cons.76.nu.11.33.cons.77.nu.120.in 1.Molin.de primog.lib.1.c.8.num.21.Phab.d.num.6.Tap.decis.2.nu.132.* confert, quod tradit, *Caſtr.cons.441.num.2.in 1.* ſtante ſtatuto, quod teneatur mater filijs certam portionem relinquere, ſi de illa Mater in eum teſtetur, nulla erit diſpoſitio, nam ſi contra diſponat, obſtat ſtatuti lex; ſi vero idem diſponat, inutilis eſt diſpoſitio, *l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.§.ſed ſi duos.ff.de legat.2.confert tex.l.ſi ſeruus fideicommiſſa.ff.de hæred.inſtit.ibi, qui enim etiam inuito defuncto poterat libertatem extorquere, is liber eſſe iuſſus, non magnum videtur beneficium à defuncto conſequi: immo nihil commodi.Peralt.l.3.§.qui fideicommiſſã à num.36 ff.eod.Gomez.l.Thaur.40.n.80.Bald.cons.170.in 2.Amat.d.nu.73.74.Tap.decis.2.n.49.* neceſſaria enim eſt ex parte defuncti baronis ſucceſſio, *Lanar.cons.1.num.23.* legis neceſſitas, & rei natura præfertur teſtatoris voluntati, *Cephal.cons.716.num.24.*

29 Declar. I. Non procedere, ſi † feudatarij diſpoſitio Domino & Primogenito conſentiente fiat, quem pœnitere non poſſet, *Iacob.de Beluis.in c.1.§.præterea.quib.mod.feud.amitt.*

Sed legato feudo, num extimatio ſoluenda ſit? dicemus, *§.3.glos.1.* interim adeas, *Amat.cons.7.cons.8.Bardell.cons.73.num.35.38.Anna,cons.87.*

Circa ſecundum Feudi genus ex Pacto, & prouidentia Nouum. Illa eſt iuris Conclu-

30 ſio, poſſe patrem nedum vni ex filijs † feudum dare, *ex l.2.C.de ſecund.nupt. Bald.auth.ſi quas ruinas.C.de ſacroſ.eccles.Afflic.c.1.§.hoc quoq; n.2.de ſucceſ.feud.Bammacar.d.§.omnes filij.nu.51.Alex.cons.28.n.2.in 5.Ruin.cons.45.nu.17.cons.48.in 1.Clar.§.feudum.quæſt.40.Tiraq.1.retract.§.11.glos.6.n.23.Natt.cons.475.n.2.cons. Socin. n.2.cons.505.nu.14.Bertaz.ciuil.cons.89.n.34.Becc.cons.56.Peregr.cons.160.n.6.in 5.Cephal.cons.3.num.12.cons.302.Menoch.cons.513.num.39.cons.504.nu.3.* ſed etiam extraneo, *Bammacar.d.§.omnes filij.num.49.Cancer.1.reſol.c.5.ſub num.58.Surd.decis.11.ad fin.Menoch.cons.158.num 69.70 Polidor.Rip.obſer.370.* & primogenitum poſtergare poteſt, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.6.quæſt.16.n.5.Bardell.cons.105.n.36.Intrigl.feud.centur.2.artic.41.à nu.8 ad fin. vſq.* Tum quia primus feudi acquiſitor non ligatur forma, *Gregor.de feud.p.4.quæſt.9.nu.6.7.* & in eo primogenituram conſtituere poteſt, & cum iuris Francorum clauſula, *Afflic.decis.112.Pern.cons.6.cons.12.cons.15.cons.16.cons.25.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.3.quæſt.5.n.1.2.& quæſt.7.8.& ibid.Scholiaſt.Intrigl.decis.16.num.9.feud.centur.1.quæſt.10.num.77 78.79.centur.2.artic.7.num.35.Cumi.c.ſi aliquem.verb.antiquis.nu.150.ad fin.Cannet.c.volentes,§.ſed quid ſi fuerit.§.at non erit.num.83.Maſtrill.decis.56.Milanent.decis.8.num 20 21.22.p.p.Corſet.cons.3.nu.15.cons.10.num.8.9.cons.23.num.5.& Regens filius,in ſcholijs,ad cons.6.num.2.Tiraq.1.retract.§.32.glos.1.nu.2.Cephal.cons.3.Bec.d.cons.56.num.21.Fachin.lib.6.iur.controuerſ.62.verſ.ſecunda eſt. Surd.cons.593.num.27.Oſaſc.decis.23.Decian.cons.23.in 1.Menoch.cons.35.cons.504.dixi copioſius Decis.108.num.18.* Certiq; iuris eſt, poſſe primum acquirentem de re ſua pro velle diſponere, ipſamq; fideicommiſſo ſubijcere, excluſo etiam ſucceſſore ad bona prædicta ex Conſuetudine vocato, *ex auth.vt lic.matr.& auię.in princip.l.3.C.de inſtit.& ſubſtit.Iſer.c.1.num.7.de natur.ſucceſ.feud.deciſum refert.Franc.decis.307.Amat.cons.74.nu.3.Merlin.de legit.lib.2.tit.1.quæſt.5.num.10.* Tum quia filius iure ſibi non dum delato, quod patris beneficio conſequi ſperat, non debet contra patrem vti, *l.ex qua perſona.ff.de reg.iur.l.ſi poſt mortem.§.fin.ff.de contratab.l.quæſitum.ff.de ſeru.export.l.qui romæ.§.flauius.ff.de verb.oblig.* Tum quia Feudum nouum (vt inquit, *Bald.c.1.§.hoc quoq; de ſucceſſ.feud.*) non habet agnatos. Quaſi dixerit, *Bald.* nemo eſt, qui contradicere poſſit; ſi de eo pro uelle diſponat, *Pern.cons.12.num.4.cons.13.nu.6.cons.18.nu.3.Corſet.cons.8.num.3.Muta,Feder.Reg.c.volentes.nu.64.* Tum quia hæreditarij inſtar eſt feudum, *Frec.de ſubfeud.author.29.Georg.de feud.c.50.num.8.Gizzar.decis.28.num.3.* adeo vt ſi poteſt alienari, & eius formam mutari, voluit. *Amat.cons.100.num.86.*

Ampl. I. Si feudum filio conceſſum ſit patris contemplatione, quod cum profectitium ſit, *ad tex.l.profectitia.C.de iur.dot.l.dedit dotem.*

Digitized by Google

tem.C.de collat.Bart.Bald.Caſtr.Corn.& alij, in
l.cum oportet.C.de bon.quæ liber. Ias. num. 27.
Dec.num.92.in l.1.C.qui admitt.Corn.cons.181.
num.93.in 1.Soc.cons.91.num.10.in 1.Nauar.in
manual.c.17.n.143.& poteſt pater alienando,
delinquendo, renuntiando, aut aliter diſpo-
nendo præiudicium ei inferre, *Fulu.Conſtant.*
l.1.2.num.142.C.de fil.offic.lib.12. quia feu-
dum filiofam. Patris intuitu a Principe do-
natum, in proprietate & vſufructu, Patri ac-
quiritur, *Iſern.c.1.§.etſi libellum.de alien.feud.*
pater. Coſtan. d.l.1.à num.56. nihil enim (in
quit, *Iſer. c.1.num. 3. de feud.guard.*) differt
feudum pro ſeruitijs conceſſum, ab eo, quod
pecunia fuit acquiſitum, cum pecunia, &
opera inter ſe æquipolleant, *l.ſi conuenerit.§.*
1.ff.pro Soc.Cyn.& alij in l.omnimodo.C.de in
offic.teſtam. Alex.l.in quartam.n.27.ff.ad l.falc.
& cons.179.num.2.in 5.Gomez.l.Thaur.29.
Gamm.decis.29 Garz.de expens.c.4.num.24.
ad quod expendi poteſt, *tex.c.ſunt non nulli.*
2.quæſt.1. vbi obſequia & pecunia æquipa-
rantur, vt par ſit virtus, *Coſtant.d.nu.56.60.*
Declar. I. Non procedere ſi ex coniecturis
31 detegi † poſſit, Filij contemplatione, vel pro-
pter eius merita, conceſſum fuiſſe feudum;
Bammacar.c.1.§.omnes filij. num. 50.ſi de feud.
defun. content. Ideo ſi pater feudum pro filio
fuerit ſtipulatus, *ex l. quod dicitur.ff. de verb.*
oblig. non poteſt reuocare, & in alium tran-
sferre *ex magis comm. Turret. cons.61.in 1. Ce-*
phal.cons.617.à n. 57 92. & ſi diſſentiat, *Surd.*
cons.351. & ma e; quia *Rolan.& Molin. quos*
citat, neceſſuam probant opinionem; Filij
autem contemplatione feudum conceſſum
dicimus, ſi nomen ipſius in priuilegio ſit ex-
preſſum *Honded.cons.90 n.18.in 1.*ſed, *Cephal.*
cons.617.n.171. in feudo pecunia patris em-
pto filij contemplationem nõ admittit, ſed
vbi ſoli filio conceſſum eſt feudum, *nu.172.*
Declar. II. Vt pater de feudo pro primo-
genito quæſito, teſtari nequeat, *Cephal.cons.*
12.num.30.Roland.cons. 10.in 3. Peregr. cons.
160.num.7.in 5.Surd.cons.573.num.6.
Circa tertium Feudi genus in quo iure
Francorum viuitur, vt Maſculus fœminæ &
maior natu minori præferatur. Quia viuere
iure Francorum eſt quod ſolus primogenitus
in feudo ſuccedat, *ex Iſern.in c.1.§.hoc quoq;*
de ſucceſſ.feud.c.1.§.omnes filij.ſi de feud.defunc.
mil.conten. in c.imperialem.§.præterea. in princ.
de prohib.feud.alien.per Feder.Afflic.in conſtit.
Comitibus.not.3. Dec.cons.445.dixi prælud.6.n.
32 22. iuris enim eſt, de eo † in Primogeniti pre-
iudicium nec ſecundogenito patrem diſpo-
nere poſſe, *Afflic. decis. 112. Peregr. cons.22.*
n.1.4.in 2. imo ipſo iure non valet, *ad tex.c.1.*
de ſucceſſ.feud. nec reſpectu poſſeſſionis; nec
proprietatis; neq; obligationis perſonalis,
vel realis, aut alio quouis modo, *Bammacar.*
c.1.§.Omnes filij.num.52.ſi de feud.defunc.milit.
quia talis diſpoſitio ſortiri non poteſt effe-
ctum niſi poſt mortem, cũ ſtatim in tempore
mortis proprietas, & poſſeſſio rerum, quæ
cadunt in ius primogeituræ, tranſit ipſo iu
re in primogenitum, eiq; incommutabiliter
acquiritur; Hæc igitur diſpoſitio in ſucceſ-
ſoris præiudicium, effectum habere non po
teſt, *Glos.& Afflic.in Conſtit.Conſtitutionem di*
uæ memoriæ. rub.5. de reuoc. alien. lib. 3. quia
plures ſunt, & non vna conceſſio; Altera in
perſonam patris ſtipulantis, qui Legando
feudum, ius legaſſe dicitur quod habet, *Ce-*
phal.cons.617.nu.65.66. Altera in perſonam
filiorum quibus licet pater ius vtile ſtipu-
lendo acquirere poſſit, *l. quodcumq; §.ſi quis*
ita.& l.quod dicitur ff.de verb.oblig. non tamen
poteſt eis præiudicare, *Cephal.cons. 617.nu.*
67.68 Proinde a ſingulis perſonis quæuis
conceſſio incipiet, vt à ſuo concedente re
cognoſcat, *Bald..c.1.n.3.4 ſi vaſall.feud priuet.*
Dec.cons.389.in princ.cons.606.n.15 Caldas, de
in integr.reſtit, glos.ſua facilitate.n.92 .Suar.l.quo-
niam in priorib.quæſt.8.n 6.C de inoff.teſt. Tiraq.
de primog.quæſt.40.num.166.Roland cons.15.
num.13.in 4.Polid.Rip.obſer.370.nu.8.Peguer.
decis.114.num.2.Menoch.cons.99.nu.113.Rim.
iun.cons.751.num 53.Couar.pract.quæſt.38.nu.
6.Molin.de primog.lib 1.c.1.num.17. Auendan.
l.Thaur.40.glos.1 num.17.37. Sed hoc ius pri-
33 mogenituræ † quamuis non ſit legitima
iure naturæ debita, quatenus trientem, vel
ſemiſſem virilis ab inteſtato portionis exce-
dit; eſt tamen quædam legitima conſuetudi
naria, & beneficium legis, quod à patre te-
ſtante, auferri non poteſt, nec aliquod onus
imponi, & quoad hoc æquipatatur legiti-
mę iure naturæ debitę, cui nullum graua-
men poteſt apponi, *l.quoniam in prioribus.C.de*
inoff teſtam. Ioan. Andr.& alij.in c.licet.de vot.
Trapos.c.per venerabilem.§.quod autem. nu.45.
qui fil ſint legit.Felin.c.prudentiam.de offic.deleg.
Ias.l.nemo poteſt. ff. de legat. 1. Ballamer. decis.
718.Cephal.cons.777.nu.7.cons.617. nu. 189.
cons.726.num.7.Amat.cons. 38.num. 1. nec fi-
deicommiſſo ſubiacet, *Cephal.cons.719. num.*
38.cons.624.num.6.
34 Ampl. I. Siue per viam diſpoſitionis † ſi-
ue per viam pœnæ, aut alterius conditionis.
Vnde ſi grauauerit Primogenitum dare e-
tiam Eccleſiæ vel Pauperibus centum, niſi
feuda æqualiter diuideret, talis pœna, & diſ-

26 Pern. & Frec. locis illic citatis, explicantur.

30 *Feudum ex principis prouidentia nouum, nedum vni ex filijs (primogenito poſtergato) diſponi a Patre poteſt; ſed extraneo. Declar. num. 31.*

32 *Feudatarius de feudo iuris Francorum in primogeniti præiudicium ſi diſponat, nulla eſt diſpoſitio.*

33 *Primogenituræ ius legitimæ eſt ſimilis, cui nullum grauamen imponi poteſt, Ampl. nu. 34. 35. Declar. num. 36. 38.*

37 *Renuntians iuri primogenituræ, ordine ſucceſſiuo ab anteceſſoribus venienti, poteſt ſibi præiudicare in præpoſteratione, non in ſucceſſione,*

39 *Feudatarius non poteſt de feudo inter filios diſponere abſq; aſſenſu Domini, vt alio modo ſuccedant, quam ab inteſtato eſſent ſucceſſuri, Ampl. num. 40. 41. Declar. num. 42.*

43 *Feudum hæreditarium, teſtamento diſponi poteſt: ſed an maſculis potius? quam fœminis? nu. 44.*

45 *Feudum hereditarium in eos diſponi poteſt, qui alias ſucceſſuri non ſunt. Ampl. num. 46. 47. Declar. num. 48.*

49 *Feudum mixtum (de iure) ſecundogenito legari poteſt. Ratio, num. 50. Diſtingue, num. 51.*

52 *Feudi ſucceſſio quatuor reſpicit Lineam, Sexum, Gradum, & Etatem.*

53 *Feudum mixtum, ſolam ætatis poſtergationem in Regno admittit. Ampl. nu. 54. 55. 56. 57. Declar. num. 58. 59.*

59 *Feudū primogenituræ inter viuos alienatū reuocari non poteſt, viuo patre. Ampl. n. 60. Declar. n. 61.*

62 *Feudum hæreditarium à patre alienatum, eo mortuo, non reuocat filius. Ampl. num. 63. Declar. num. 64.*

65 *Feudi hæreditarij donatio vni ex filijs ſecundogenitis, aut extraneo, à patre facta, in iuris, aut legitimæ primogenito competentis præiudicium. An inofficioſa ſit, ſi alia pater habeat bona, in quibus conſultum ſit filijs. & num. 66.*

67 *Donatio, re, & conſilio inofficioſa reuocari à filio poteſt, patre mortuo*

68 *Donatio, quæ iuſta ex cauſa ſecundogenito facta eſt à patre, an inofficioſa ſit?*

69 *Donatio facta extraneo, An in fraudem filij inofficioſa præſumatur? Ampl. num. 70. 71. 73. 74. Declar. num. 75. 76.*

77 Surd. cons. 332. num. 14. *deceptus, probatur.*

78 *Remuneratoria donatio inofficioſa non eſt, ad deducendam filij legitimam.*

79 *Merita ad donandum, an in genere exprimi ſatis ſit? vel ſpecialis mentio requiratur? n. 80.*

81 *Merita rebus donatis, an equalia eſſe debeant?*

82 *Patre in fraudem primogeniti hæreditarium feudum vendente, nulla actio ei datur. Declar. nu. 83. 84. Contrar. num. 85. Ampl. num. 86.*

87 *Inofficioſæ donationis querela, fraudandi animum An requirat? & probandus ſit?*

88 *Heres non tenetur de facto defuncti, in fraudem ſui?*

89 *Inofficioſæ dotis reuocandæ actio, an conſtante, vel ſoluto matrimonio detur filijs ad legitimam.*

90 *Feudum pacti & prouidentiæ nouum à patre alienatum non reuocant filij, nec agnati. Ampl. num. 91. Declar. num. 92. 93. 94.*

95 *Feudum pacti & prouidentiæ antiquum, patre mortuo, reuocat filius, Ampl. num. 96. 97. Declar. num 98 99. 100. 101. 102.*

103 *Reuocandi feudi actio, à iure ſuccedendi pendet.*

104 *Proximior, in feudi reuocatione, remotiorem agnatum excludit, etſi eidem alienatum ſit feudum. Ampl. num. 105. 106. 107.*

108 *Vaſallo petente, an poſſit Dominus feudum in allodium commutare, ſi eſt antiquum.*

109 *Vaſallus, in fraudem agnatorum, cum domino colludere non poteſt*

110 *Feudum ſi in emphiteuſim a domino immutetur, an reliquas retineat qualitates?*

111 *Primogenitus feudi mutationem reuocare an poſſit, & ad ius primogenituræ illud reducere?*

112 *Fraus coniecturis probatur, & teſtibus. nu. 129.*

113 *Fraus committitur ſi feudum quis alienet, vt eum qui ſuccedere debet, a ſua ſucceſſione priuet*

114 *Fraus probatur, ſi ſe alienaturum minatus quis ſit, vt alios feudi inueſtitura comprehenſos, à ſucceſſione excluderet.*

115 *Venditio coniuncto facta, fraudis ſuſpicione non caret, iunctis alijs*

116 *Infirmitas lethalis fraudem arguit in contractu tunc inito*

117 *Vaſallus deſperans de filijs, feudum domino in Agnatorum fraudem refutaſſe præſumitur.*

118 *Fraus arguitur, ſi vendito feudo, precium in eum ſtatim diſponeret, qui in feudo hæres inſtitui non poterat*

119 *Grauatus ſi nulla iuſta cauſa alienet, Animo euertendi fideicommiſſum id egiſſe præſumitur, etſi fraudis particeps emptor non ſit*

120 *Pacta & conuentiones inſolita, fraudem indicant*

121 *Solutionis dilatio & pacta, emptoris commodum reſpicientia, fraudem arguunt.*

122 *Fraus ſit legi prohibenti, ne in certas perſonas vaſallus diſponat, ſi mediæ perſonæ relinquat.*

123 *Vaſallus ſtudioſe in dominum delinquens in fraudem agnatorum deliquiſſe præſumitur.*

124 *Fraus præſumitur contra inſtrumenta, ob delictum ſtatim commiſſum*

125 *Fructus percipere poſt, refutationem, fraudē arguit*

127 *Fraus præſumitur, ſi obſeruari ſolita in alienationibus, non ſeruentur*

128 *Feudum in tantum alienari poteſt, in quantum vrget neceſſitas*

129 *Inofficioſæ donationis reuocatio ad legitimam vſq; fit, cum fructibus, ſed à quo die?*

130 *Fructus legitimæ debentur à die mortis parentum*

Ter-

132 *Tertius, poſt parentis mortem, rei emptæ poſſeſſor, pro rata legitimæ ad fructus tenetur à die mortis nec bona fides excuſat*

Che de cætero, accadendo in detto Regno morte di detti Marcheſe, Conte, Baroni, & Feudatarij.

Deinceps Marchionum, Comitum, Baronum, & Feudatariorum morte intercedente. Glos. III.

PRimogeniorum ſucceſſionis materiam frequentem, ac ſummè tum vtilem, & neceſſariam, tum difficilem eſſe, omnibus vel mediocriter eruditis ſatis perſpicuũ eſt. Ideoq; ad ea, quæ tractanda ſe offerunt, ſumma ope, animum intendere oportet, quæ tamen non tam latè proſequemur, quàm res ipſa expoſcere videretur; cum plura, quæ ad hanc tractationem expectare potuerunt, in præludijs, iam diſcuſſa latius ſint, vbi de Feudorum natura diſſeruimus: Ad ea igitur, quæ tum ibi, tum etiam hactenus de his dicta fuerunt, lectores in hac parte remittimus. Nam præter quàm, quod ea in præludijs diriſſe neceſſarium fuit, vt eorum materia perfectè, atq; abſolutè tractaretur; Ea etiam illis in locis oportuit interponere, veluti fundamenta quædam, quibus hæc, quæ ſequuntur innitterentur, ne hic multarum quæſtionum congerie Lectorem grauarent.

1 Illud autem in primis hac de re præmittendum ſe offert; Tex. hunc loqui, Auo teſtante mortuo, ibi, *Morte intercedente*. Addunt *Scriben.* Ab inteſtato, *Cumi c. ſi aliquem. verb. gradu. num.* 133. 136. *Intrigl. feud. centur.* 2. *artic.* 47. *num.* 4. Tum quia verbum, *ſuccedat*, quo *Tex.* vtitur, *Ab inteſtato.* † intelligitur, *l.* 3. *§. de il-*
2 *lo. ff. pro Soc. c. rainutius. verb. adiectæ vero. de teſtam. Surd cons.* 81. *nu.* 1. *Molin. de rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 32. *Barbos. dict.* 339. *Marta, de ſucceſſ. legal. p.* 3. *quæſt.* 12. *artic.* 4. *num.* 2. & ſucceſſio, ius ſanguinis eſt, *Bald. cons.* 275. *num.* 5. *in* 2. *Sottomay. iur. controuerſ.* 19. *num.* 118. *p.* 3.
3 Tum quia repræſentationis quæſtio † diſcutienda propriè eſt in ſucceſſione ab inteſtato, *Corſet. cons.* 6. *ſub nu.* 17. Tum quia filius etſi patris locum ingrediatur, vbi de ſucceſſione aſcendentium agitur, *ex §. cum filius. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §.* 1. *Auth. de hæred. ab inteſt. Dec. cons.* 79. *cons.* 217. *Cancer.* 1. *reſol. c.* 5. *nu.* 6. 7. *Azeued. cons.* 2. *nu.* 40. *l.* 5. *num.* 2. 3. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop. Spin. de teſtam. glos.* 1. *num.* 45. 46. *Couar. pract. quæſt.* 38. *nu.* 4. *Seſſe. decis.* 229. *nu.* 9. *Pheb. decis.* 39. *num.* 6. Id tamen verum in ſucceſſione ab inteſtato, *ad tex. §. reliquum. Auth. de hæred. ab inteſtat. Seſſe, decis.* 62. *nu.* 5. *Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 485. *num.* 16. *Iacob. Gall. cons.* 16. *nu.* 15. *Menoch. lib.* 4. *præſump.* 95. *num.* 8. *Cancer. d. c.* 5. *num* 9. 43. Tum quia ſucceſſor ex teſtamento, ex expreſſa teſtantis voluntate vocatus dicitur, qui autem per repræſentationem, ex tacita, *Dec. l. cum quid. num.* 4. *ff. ſi cert. pet. in l. ſemper in ſtipulationibus. nu.* 5. *ff. de reg. iur. cons.* 515. *num.* 1. *Curt. iun. cons.* 4. *nu.* 5. *Molin de primog. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 43. *Gall. d. cons.* 16. *num.* 9. Imo nepos, qui patris locum ingreditur illius perſonam fictè aſſumit, *Alex. cons.* 204. *num.* 7. *in* 2. *Lanar. cons.* 1. *num.* 51. *Gall. cons.* 16. *nu.* 10. *Ruin. cons.* 171. *num.* 11. *in* 2. *Menoch. cons.* 124. *num.* 96. fit enim repræſentatio ex iure quodam ſpeciali, *Bart. l. poſt conſanguineos. §.* 1. *C. de ſuis, & legit. Caſtr. auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. Menoch. cons.* 200. *num.* 11. iuris fictione adinuento, *Bald. l. tutela. §. ſi duo. ad fin. ff. de legit. tut. Gamm. decis.* 59. *num.* 41. *Grivel. decis.* 40. *nu.* 20. *Gall. d. cons.* 16. *num.* 4. *Annæ Robert. rer. iudic. lib.* 3. *c.* 15. *verſ. pro Sciofratre. Aguir. de ſucces. portug. num.* 310 *Grivell. decis.* 120. *num.* 15. *Montier. decis.* 36. *num.* 46. *Spin. de teſtam. glos.* 1. *num.* 39. 44. 45. *Decian. cons.* 7. *num.* 85. *in* 1. *Coſta. de retrotract.* 3. *reg.* 3. *ad c.* 2. *nu.* 2. & ex æquitate propter ordinem ſucceſſionibus datum, quas lex induxit, *Decian. cons.* 1. *num.* 36. *in* 1. *Coſta, d. nu.* 2. ſed veniens ex expreſſa & vera diſpoſitione, præfertur venientibus ex tacita, & ficta, quia præualet veritas, & expreſſio, *l. filio, quem pater. vbi, Bart. ff. de liber. & poſth.* Repræſentationi ergo ab inteſtato locus eſt. Alioquin, nec procederet quod in materia poſtergationis *Doct.* nos docent, poſſe eligi ex pluribus filijs, vel nepotibus vnum, ſi in omni ſucceſſione daretur repræſentatio, *Corſet. d. nu.* 17. cumq; filij, vel remotioris electio frequens ſit, poſtergationis iure, vt plenius habeatur hæc poſtergationis materia ad plurium (circa feudalem ſucceſſionem) quæſtionum reſolutionem, quas infra in locis opportunis ediſſerendas cenſui: Altius eam attingam.

Q. I. ius primogenituræ, An auferri transferri, vel diminui à patre poſſit? ſentio quæſtionem hanc, multiplicem eſſe, ac in multos & varios caſus ſeſe effundere, vt neceſſa-

tio diſtinguendam arbitrer.

Aut reſpectu ſubiecti quæritur? An diſponat de iure primogenituræ in ſe? vel bonis quæ iuri primogenituræ ſubijci poſſunt?

Aut reſpectu diſpoſitionis quæritur? an in vltima voluntate diſponat? vel inter viuos

4 Priori in caſu, ſi de ipſo iure † primogenituræ in ſe, velit Pater diſponere; Tunc generalis erit Negantium concluſio. Non poſſe, vllo modo, illud auferre, diminuere, vel alterare, aut aliter de illo diſponere in præiudicium primogeniti, ſiue inter viuos, ſiue, in vltima voluntate, *Afflic.decis.112.Curt.de feud.p.4.num.23.Tiraq; de primog.quæſt.23.nu.10.Peregr.de fideicomm.artic.11.nu.107.cons.1.n.21.in 4.cons.22.n.1.4.in 2.Valenzuol.cons.*
5 *69.num.65.*non enim beneficium patris † ſed legis eſt, & à Progenitoribus Patris, *Tiraq. de primog.quæſt.21.nu.5.7.*ab eo ergo auferri non poteſt, *l.ſi arrogator.§.ſed ſi impuberi.ff.de adopt.l.3.ff.de interdict.l.ſeruus.C.de pact.Bald.l.1.not.3.C.de fideicom.l.non tantum.§.emancipatus.ff.de contr.tabul.Alexandr.c.per venerabilem.§.quod autem.num.45.qui fil.ſint legit.Bald.cons.360.in 2.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.3.quæſt.6.Peregr.cons.160.num.7.ad fin.in 5.Valenzuol.cons.69.num.60.72.Milanens.decis.8.num.9.p.p.Amat.cons.35.num.4.cons.100.nu.75.Tap.decis.2.num.173.236.420.Surd.cons.108.num.4.5.6.Franc.decis.368.num.4.ad fin.Grat.cons.133.num.15.in 1.*& à domino, *Gabr.cons.107.nu.8.9.in 1.Rim.iun.cons.751.num.53.confert.tex.§.ſed hæc quidem.Auth.de nupt.ibi, licet decies millies contrarium aliquid velint morientes: quod enim a lege datum eſt lucrum, priuatus auferre modis omnibus non poteſt.* Et quæ a genere deferuntur, debent incolumia remanere, *Bart.l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.libert.l.pater.filium.ff.ad l.falc.Valenzuol.*
6 *d.num.60.*ſimiliter non poteſt † pater nec ex contractu, nec ex vltima voluntate diſponere de ipſo iure ſuccedendi in hæreditate ſua competenti filio, vel alij deſcendenti, ſed neceſſe habet vel relinquere ſucceſſionem ab inteſtato, vel in aliquo illũ inſtituere, *§.aliud quoq.Auth.Vt cum de appell.cognoſc.*& tamen illud ius ſuccedendi, ante ſucceſſionem deuolutam, nec in eſſe eſt, nec eſt ius formatum *l.1.ff.de hered.vel act.uendit.iuncta, l.nihil.aliud.ff.de verb ſignif.*igitur nec de ipſo iure primogenituræ poterit diſponere, cum ius formatum viuo patre illud eſſe dixerim, *gloſ.5.6.*

7 Ampl. I. etiam in Regnis, † & Regalibus dignitatibus, quorum ius primogenituræ auferre primogenito nec poteſt, noſcens ſuperiorem, nec Regni ſpem, & in ſecundogenitum transferre, *Ioan.Andr.c.licet.de vot.Iaſ.n.3.Rip.num.3.l.nemo poteſt.ff.d legat.1.Abb.cons.3.dub.2.in 2.Lanar.cons.1.num.8.Tiraq.de primog.queſt.21.num.12.Aguir.de ſucceſſ.portug.p.2.num.4.p.4.num.54.Tuſc.lit.P.concluſ.653.num.4.*Nec alij illud relinquere, poſtergato proximiore, cui competeret ſucceſſio, *c.1.de ſucceſ.feud.Ioan.Andr.& Anchar.in c.grandi.de ſupplen.neglig.prælat.in 6.Abb.c.intellecto.num.5.de iureiur.Gugliel.Benedict.c.raynutius.verb.in eodem.num.155.de teſtam.Peralt.l.3.§.qui fideicommiſſaria.nu.36.ff.de hered.inſtit.Sot.de iuſt.& iur.quæſt.4.artic.1.Corſet.de poteſt.reg.p 2.quæſt.8.num.6.Molin.de primog.lib.3.quæſt.6.num.13.Cabed.decis.76.num.9.p.2.Palaez.de maiorat.p.4.quæſt.1.nu.46.*& dicitur proximior quem nullus præcedit, etſi in millesimo gradu ſit, *ex not.in l.cum.ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2.in l.aretuſa.ff.de ſtat.homin.Cabed.decis.51.nu.4.p.2.Lanar.cons.1.num.6.Aguir.de ſucceſſ.portug.p.3.num.53.Alba, cons.172.num.21.36.*Regnum enim defertur pri-
8 mogenito † vel lege ipſa, aut conſuetudine quaſi iure gentium inducta, *ex Bald.l.ex hoc iure.quæſt.4.ff.de iuſt.& Iur.Pereg.cons.1.n.20.in 4.Aguir.de ſucceſſ.portugal.p.p.nu.107.Sottomay.controuerſ.19.nu.118.p.3.*ergo iure ſanguinis & perpetuæ conſuetudinis, *Lopez, l.6.gloſ.deceno grado tit.13.part.5.& in l.4.gloſ.ſus deudas.tit.15.par.2.Pichar.ad tit.inſtit.de hereditat.quæ ab inteſt.defer.§.2.de repreſent.nu.28.Mattien.l.6.gloſ.3.nu.13.tit.7.libr.5.recop.Bouadil.in polit.lib.2.c.16.num.2.Cordub.de liberis agnoſc.§.idem reſcripſit.num.136.Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.3.§.26.nu.86.90.Gam.decis.174.num.15.Palaez.de maior.p.4.quæſt.1.num.47.48.Molin.de primog.lib.1.c.9.num.5.lib.3.c.6.num.9.Alba, cons.172.num.15.Lanar.conſ.1.n.2.3.Tuſc.lit.R.conclus.88.num.14.P.Molin.de iuſt.& iur.diſput.626.nu.5.6.8.*vt ſecundogenitum excludat, *Peregr.d.cons.1.num.15.*teſtari ergo de eo nec poteſt Rex; primogenitum, vel proximiorem, cui regnum competit, inſtituendo, *Laudens.c.1.nu.5.rub.1.feudor.Iaſ.l.de quibus.nu.65.ff.de legib.Tuſc.lit.P.conclus.653.num.4.Amat.cons.100.num.73.*neq; inſtitutus capere illud poterit vi teſtamenti; Reliquiſſe enim non videtur qui, quod reliquit, reddere debuit, *l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.& ibi, Padill.nu.21.ff.de legat.2.Guttier lib.5.pract.quæſt.55.nu.15.*cum neceſſaria ſucceſſio ſit ex parte Baronis, *Lanar.cons.1.num.23.*nullumq; eſt teſtamentum, lege feudi repugnante, *c.1.de ſucceſſ.feud.*ſed vi legis immutabilis Regni, à qua vocatur, ſuccedet, *Benedic.d.verb.in eod.n.148.Molin.d.lib.1.c.8.num.*

8.nu.10.Peregr.conſ.1.num.4.42.in 2.conſ.2.nu.10.in 4.Sot.omay.d.iur.controuerſ.19.num.118.nec in ijs,quibus iure ſanguinis ſuccedimus, aditione hæreditatis, opus eſt, l.generaliter.§.in his.C.de ſecund.nupt.auth.hæres.& ibi, Bald.C.eod.Peregr.d.conſ.2.num.11.quo iure,nec priuari primogenitus à patre poteſt,Tiraq.de primog.quæſt.21.nu.3.quæſt.27.Peregr.conſ.1.n.21.in 4.Parlador.quotid.differ.18.nu.3.quamuis ſecus ſit in bonis, quæ non ſunt radices regni,Palaez.de maior.p.4.quæſt.1.num.50.Sottomay.d.quæſt.19.nu.125.Garz.de nobilit.§.1.gloſ.1.num.17.

9 At ſi Regnum † iure hæreditario ex peculiari ſui lege, & natura deferretur, Tunc ius primogenituræ, iure hæreditario ad regnum hoc, competeret filio & ita accipiendus eſt, Oldrad.conſ.94.conſ.95.conſ.230.Alber.in proem.digeſt.§.diſcipuli.col.5.& l.fin.C.de donat.int vir.Anchar.c.licet.de vot.Lauden.de primog.ad fin.Abb.conſ.3.in 2.Caunet.c.Volentes.§.ſed an ius.num.8.nec poſſet Rex,etiam ſuperiorem non recognoſcens diſponere de ipſo iure primogenituræ in præiudicium primogeniti,ſicut nec exhæredare,nec legitima priuare ſine iuſta cauſa, Peregr.de fideicomm.artic.11.num.107.Azeued.l.1.num.15.tit.7.lib.5.recop.Tiraq.de primog.quæſt.35.num.14.

Puto tamen, quod deficientibus liberis, de Regno diſponere,vt pote, patrimoniali, Regem poſſe,ſi nemo etiam ſit conſanguineus, Lanar.conſ.1.num.12.23.non tamen diuidendo, Lanar.d.conſ.1.num.15.vel in alienigenam transferendo, aut ſeruituti ſubijciendo, ſeu aliter agendo in Reipublicæ ſuæ, & ſubditorum præiudicium Lanar.conſ.1.num.16.ſine libero eorum conſenſu.

Quare cauendus eſt, Garz.de expens.c.16.num.15.contendens regnum non iure ſanguinis,ſed hereditario deferri;& anxiè probant, Auend.l.Thaur.40.gloſ.1.num.27.Aguir.de ſucceſſ.portug.p.p.num.69.70.Fuſc.lit.T.conclus.658.num.1.adeo vt regnum hæreditas dicatur, Azeued.l.3.num.8.tit.10.lib.5.recop.Auend.lib.1.de exeq.mand.c.4.nu.1.

10 Ampl. II. ſi inſtitutum † primogenituræ ius,ſuo priuilegio confirmaſſet Rex,quia irreuocabilem ei adderet firmitatem, ac ſi ab ipſo Rege,illud primogenituræ ius fuerit inſtitutum, ex Rom.conſ.98 quem laudat Purpur.l.more.num.67.ff.de iuriſd.omn.iud.Afflic.deciſ.248.num.6.7.& lib.2.Conſtit.rub.5.num.75.84.ex l.lege obuenire.ff.de verb.ſignif.Valenzuol.conſ.69.num.67.Regis enim authoritas efficit, vt omnibus vocatis, ſine traditione dominium acquiratur, Angel.l.officium.ff.de rei vendic.Iaſ.l.quoties.num.5.C.eod.& in prælud.feud.num.72.Butr.num.13.Abb.nu.10.in c.conqueſtus.de reſtit.ſpoliat.Iacob.l.traditionibus.ad fin.vbi Dec.num.4.C.de pact.& conſ.689.num.20.Peralt.l.titia.§.titia cum nuberet.num.12.ff.de legat.2.Alex.conſ.3.n.8.in 5.conſ.187.n.17.in 2.Cabed.deciſ.39.nu.7.p.2.Valenzuol.conſ.69.nu.68.Burgos.de Paz.conſ.25.nu.2.Guttier.5.pract.quæſt.71.nu.18.Peguer.deciſ.113.nu.2.Molin.de primog.lib.3.c.3.n.4.Rot.deciſ.14.n.10 p.2.deciſ.170.num.7.p.p.addit & nu.14.quod cum ex Principis gratia, fuerit ius quæſi-

11 tum primogenitis † non poſſet aliquid operari reuocatio ſuperueniens,nec alienatio in alium,aut poſtergatio, Barbat.c.raynaldus.de teſtam.Rip.nu.92.Ambros.nu.268.Loazes,nu.176.in l.filius.familias.§.diui.ff.de legat.1.Zas.l.ſi a quis.§.ea lege.nup.13.ff.de verb.oblig.Curt.iun.conſ.174.num.19.Gamm.deciſ.228 Suar.alleg.9.num.13.Cabed.deciſ.51.num.10.p.2.Valenzuol.conſ.69.n.69.Lanar.conſ.1.n.12.Tuſc.lit.P.conclus.653.n.4.Burſ conſ.350 n.19.Palaez.de maior.p.3.quæſt.9.num.2.3.ſiue pacto,lege, aut conſuetudine,quæſitum ius ſit, Tiraq.2.retract.§.1.gloſ.7.num.22.Peregr.conſ.1.num.18.in 2.Cabed.deciſ.77.num.4.p.2.Indultum à iure beneficium, ſicut non eſt alicui auferendum,c.indultum.de reg.iur.in 6.Rebuff.conſ.60.verſ.tertio.ita nec indultum beneficium primogenitis ex vi inſtitutæ primogenituræ, & regiæ facultatis, ac priuilegij in vim legis à Principe conceſſi, Valenzuol.conſ.69 num.71.quod enim lege permittente quæſitum eſt, auferri non debet, l.ſeruus.C.de pact.Bald.l.1.not.3.C.de fideicom.Grat.conſ.133.nu.15.in 1.& dominium ſemel quæſitum,ſui natura perpetuum eſt,Cabed.deciſ.208.nu.8.p.p.Suarez.alleg.27.num.14.ad fin.cum Principis beneficium debeat eſſe perpetuum, l.beneficium.ff.de conſtit.princ.c.decet.de reg.iur.in 6.

12 Ampl. III. Vt primogenitus † mente captus à natura, in regno ſuccedere non poſſit, ex Bald.conſ.6389.in 2.3.Parlador.quotid differ 19.n.13.Molin.de primog.lib.1.c.13.nu.46.58 Aguir.de ſucceſſ.portug.p.3.num.45.niſi cum eo diſpenſaſſet Princeps, l.quidam conſulebant.ff.de re iudic.in term.Bald.l.cum quam.num.39.C.de fideicom.conſ.243.conſ.262.in 1.Menoch.conſ.421.num.18.19.20.conſ.1264.num.48.Crauet.conſ.958.nu.2.3.Leon.conſ.12.Soc.iun.conſ 60.num.22.in 4.Saltim tacite, Bimi,conſ.106.num.36.Vel eius filius tunc ſuccederet, Bald.Soc.Aguir.loc.præcit.

13 Ampl. IV. Etſi primogenitus † fuerit inobediens patri ſiue in eius vita, ſiue poſt mortem,non adimplendo teſtamentum,vel

quod

quod iniunctum ei fuit, iure primogenituræ
priuari à patre vel alio non poteſt, *Azeued.*
l.1.nu.15.tit.7.lib.5.recop. Lanar.cons.1.nu.18.
Nec obſtat, *c.licet.de Vot.* quia non proce-
14 dit ex † ſolo præcepto patris & inobediētia
filij, ſed ex promiſſione & obligatione à fi-
lio ſponte facta, ibi, *& Ate ſponte ſuſceptum.*
Molin.de primog.lib.1.c.9.num.5.Lanar.cons.1.
num.19.
Reſpon. II. *Tex. d.c. licet.* hæreditario in
15 regno † loqūr, vt ex illius ſerie ſatis conſtat.
Sed quia in regno etiam hæreditario locum
non habere cenſui, *tex.auth. hoc amplius. C.de*
fideicom. Solutio hæc non placet, ſed præce-
dens. Cum à Regno, quod non hæredita-
rio, ſed iure ſanguinis defertur, dubium non
ſit, filium non poſſe priuari propter aliquam
voluntatis paternæ inobedientiam, *Padill.*
d.auth.hoc amplius.num.17.C.de fideicomm. A-
zeued.l.1.num.42.tit.8.lib.5.recop. quia non
capit illud à patre. Idem de Ducatu, Baro-
nia vel alio feudo, quod non iure hæredita
rio, ſed ſanguinis, vel lege inueſtituræ defer-
tur, in his enim locum non habet. *tex.d.c.licet.*
nec d.auth.hoc amplius. vbi Bald. *&* Ias. *limit.7.*
Benedi.d.c.rainutius.verb.ſi abſq.liberis.2.nu.216.
Sicut de legitima dicimus, ſiue primogeniti
16 ſiue † alterius filij, quæ excipitur à pena, *d.*
auth.hoc amplius.vt eſt ibi,tex. illa namq; ma-
gis a lege, quàm a patre prouenit vt *in term.*
d.c.licet. adnotarunt, *Couar.c.ſi hæredes.n.9.de*
teſtam.Molin.de primog.lib.1.c.9.nu.6. Siue de
alio etiam lucro, vel hæreditatis parte, ex ſta
tutaria lege filio reſpectu iuris primogenitu-
ræ competente. Et licet, *Tex. d.auth.hoc am-*
plius. excipiat debitum naturale tantum, nō
quod a lege conſuetudinaria, & pure poſi-
tiua eſt introductum. Cum tamen penes le
17 gem poſitiuam † ſit taxatio portionis legi-
timæ, quæ iure naturæ debetur in genere, ac
indeterminatè filio, vel filijs, eadem poſitiua
ſtatuti, vel conſuetudinis lege, augeri, vel
minui poteſt, *Aufr.ad Tholos.decis.437.Enriq.*
cons.15.nu 9. ipſaq; portio ſtatuto in deſcen-
dentibus aucta legitimæ naturam habet,
Cranet.de antiq.tempor.p.4 Seſſ.1.num.142. A-
mat.cons.43.num.3.conſ.56.nu.12 cons.74.nu.
52. vt eadem ſemper legitima dicatur, *l.fin.*
ff. defund. inſtruc. l. proponebatur. ff. de iudic.
Amat.cons.56.n.8.14. ac eiſdem gaudet priui-
legijs, *Gabr. cons.135.num.21.in 2.Merlin. de-*
legit.lib.1.tit.3.quæſt.6.n.3. ſiue vniforme, ſi-
ue difforme ſit augumentum, plus antiquio-
ri filio, quàm iunioribus, tribuens, ac minus
feminæ, quam maſculo, quod iure naturæ
debitum cenſeri, innuit, *tex.auth.nouiſſima. C.*
de inoff. teſtam. Imo portio hæc filijs magis
competit, quam legitima, *Caſtr. cons.441.*
num.3.in 1.Amat.cons.43.num.5. & fauorabi
lior eſt legitima, de iure communi filijs debi
ta, *Anchar.cons.101.col. 2.ad fin. Caball. cons.*
64.nu.4.in 2. etſi diſſentiat, *Seraph.decis.416.*
num.34. Proinde leges de legitima loquentes
ad portionem ſtatuto auctam trahendas, ait
Alex.l.ſi quis priore.num.6.ff.ad trebell. Calder.
cons.32.tit.de teſtam. Schrader.de feud. p.2.p.9.
ſect.2.nu.7. Amat.cons. 43.num.19.cons.56.nu.
15. quæ priuilegium ſtatim acquirit vt gra-
uari nequeat, *Vaſq.nu. 306.Suarez. ampl.14.*
l.quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. Vaſq.
de ſucceſ.creat.§.10.num.263.Graſſ.§.legitima.
quæſt.40.nu.2. Merlin.de legit.lib.3.tit.2.quæſt.
20.num.19.Honded.cons.24.num.25.in 1. cæte-
riſq; gaudet priuilegijs, quæ innouata non
ſunt, *Alex.citatus à Ias.l.omnes populi.nu.60.ff.*
de iuſt. & iur. Calder.cons.14.tit. de conſtit. &
cons.32.tit. de teſta. Suarez.d. ampl.14. Fabian.
auth.nouiſſima. num.53.C.de inoff. teſtam. Surd.
de alim.tit.9.quæſt.21.nu.6.Menoch.cons.1021.
num.3.Gabr.cons.116 nu.1.6.in 1.Turrett. cons.
1.num.41.in 2.Treſaur.lib.1. Forens. quæſt. 43.
num.5.Seſſe, decis. 26.num. 22.Valaſc.de partit.
c.17.num.3.Caual.decis.7.num.43. p.3. & hæc
potior ratio, *tex.in corpore, Auth.de hæred. &*
falc. §.ſi quis autem non impius. collat. 1. (cui
ſtandum eſt, & non verbis Irnerij, qui au-
thoritate, & ſenſu ſuis, tranſtulit *d.auth. hoc*
amplius.in C.) nihil exprimit de debito na-
turali, vel de legitima iure naturæ debita,
ſed ſolum dicit illud, quod lex dari vult,
& neceſſario à lege percipitur, manere in-
tegrum, & non auferri propter inobedien-
tiam, vel contenptum voluntatis ſupremę te
ſtatoris, & admonitionis iudicis, *Lanar.cons.*
1.num.19. Molin. de primog. lib.1.c.9.num.9.
Igitur indiſtinctè pæna, *d.auth. hoc amplius.*
non habet locum in his, quæ beneficio le-
gis, vel conſuetudinis percipiuntur, ſiue ſint
de legitima, *Guttier.lib.5.pract.quæſt.55.num.*
12.17. ſiuè propter legitimam: Sed illa pæna
concluditur in his duntaxat, quæ alias libe-
re à teſtatore auferri poterunt: Grauamen
18 namq; in bonis † vltra legitimam & tacitè, &
expreſſe iniungi poteſt, *l.ſcimus.§. cum autem.*
C.de inoff.teſtam.Suarez.d.l.quoniam in prioribus.
ampl.6.Molin.de primog.lib.2.c.1.n.29 non in-
fra legitimam copioſè *Graſſ.§.legitima quæſt.*
15.ad fin.quæſt.38.quæſt.39.n.13.Menoch.cons.
713.n.13.Sottomay.d. controuers. 19. ſub num.
124. Aldouin.cons.108. num.10. Ludouis. decis.
134.num.2.decis.179.num.4.decis.421. nu. 8.
Griuel.decis 61.num.4.5.Cancer. 1.reſol.c.3.nu.
22.

22. & 3. reſol. c. 11. num. 201. Burſ. conſ. 438. nu. 9. conſ. 431. n. 55. Raudens. de analog. c. 19. n. 27. Gabr. tit. de legit. conclus. 1. n. 5. Gomez, l. Thaur. 48. num. 11. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gloſ. 5. num. 29. Honded. conſ. 65. num. 26. in 1.

Ex quibus infertur, Quod ſi ex loci conſue
19 tudine † totum feudum ſpectet, ad ſolum primogenitum, vel ſi ex indiuiſibilis rei natura, tota Primogenito ſit debita, cum non poſset pater filium priuare primogenitura, ex Tiraq. de primog. quæſt. 21. ſub n. 3. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. quæſt. 8. nu. 12. 26. Frec. de feud. lib. 2 ſupereſt. n. 8. Cumi. c. ſi aliquem gloſ. antiquis. num. 16. Tap. decis. 2. num. 169. Aguir. de ſucceſſ. portug. p. 2. num. 4. nec in his, procedet, d. auth. hoc amplius. etiam ſi non iure contractus, ſed iure hæreditario deferantur, quia ſatis eſt quod lex ſpecialis, vel communis totum defert, vel afficit primogenito, ita vt non poſſit teſtator contrarium diſponere, nec ad alios transferre, vt ceſſet pœna, d. auth. hoc amplius. quæ de directo, eſt contra, Gloſ. fin. d. c. licet. quam reprobandam puto, etſi Scribentes, omnes ibi, & alibi, quotquot legi, eam ſequantur, ſed malè, & indigeſtè, iudicio meo.

20 Declar. I. Non procedere † ſi iuſta ex cauſa, iure primogenituræ filium priuaret pater, ex qua, alias iure communi potuiſſet illum exhæredere ingratitudinis nempe, cauſa, Bammacar. c. 1. §. omnes filij. nu. 57. ſi de feud. defun. milit. conten. Peregr. de fideicom. artic. 11. num. 107. à fortiori, in regno, cui ſucceditur iure hæreditario, & tamquam hęres licet iure primogenituræ, Suarez. alleg. 10. in princ. Auend. lib. 1. de mandat. reg. lib. 1. c. 4. à num. 1. Azued. l. 1. nu. 17. tit. 7. lib. 5. recop. Sed de cauſis illis intelligo, quibus filius poteſt in totum exhæredari, & priuari legitima iure naturæ debita, auth. vt cum de appell. cognoſc. §. cauſas autem. coll. 8. Afflic. d. §. omnes filij. & in conſtit. Diua memoria. col. 2. Laudens. de primog. col. 6. verſ. quæro an pater. Licirier. Tiraq. & alij, quos citat, Intrigil. feud. centur. 2. artic. 39. num. 19. Aguir. d. p. p. nu. 89. Tap. decis. 2. nu. 170. Si igitur in totum, multo fortius in parte, ſeruata forma, d. §. cauſas. Vnde filius hic poteſt in vncia inſtitui, ita vt plus petere non poſſit, vel iure primogenituræ priuari, & ad æqualitatem cæterorum filiorum duntaxat vocari.

Subdeclar. I. non procedere in omnibus
21 feudis, † dignitatibus, vel regnis (ſalua eorum indiuiſibilitate) quæ iure hæreditario deferuntur: quamuis enim in iſtis propter ſimplicem inobedientiam filius non priuaretur, vt nuper dixi, ex Tap. decis. 2. n. 171. tamen propter huiuſmodi ingratitudinis cauſam, quæ in delictum caderet, bene poteſt priuari Gugliel. Benedict. c. raynutius. verb. in eodem teſtamento relinquens. 1. num. 102. de teſtam. ſicut & ex legitimis cauſis, Marta, de ſucceſ. legal. p. 3. quæſt. 1. artic. 2. num. 104. in Regnis autem & feudis, vel alijs rebus quibuſcumq; quæ non iure hæreditario, ſed ſanguinis & inueſtituræ deferuntur, non poſſet filius priuari prætextu ingratitudinis, etiam in iure expreſſę, Natt. conſ. 682. nu. 7. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 27. num. 21. non enim ius illud accipit à patre offenſo, ſed aliundè, l. filiusfam. §. cum pater. ff. de leg. 1. l. 3. ff. de interd. & releg. l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſtit. Padill. l. Vnum ex familia. §. ſi de falcidia. n. 16. ff. de leg. 2. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. per tot. Peregr. de fideicomm. artic. 22. n. 95. Tap. decis. 2. n. 170. 172. Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 10. n. 8. Palador. quotid. differ. 18. n. 3. niſi ingratitudo hæc in delictum caderet, de quo conuictus ſit; vt infamis, & inhabilis ad hęc bona, vel dignitates, videatur, c. 1. An ille qui infert. nec tunc a patre, ſed a Domino volère, priuatur feudo, Roſentall. d. conclus. 10. nu. 10. Vnde propter crimen læſæ maieſtatis in regiam coronam, vel Rempublicam, ab aliquo de ſanguine regio commiſſum, poſſet ille perduellis etiam cum futura ſua poſteritate priuari omni ſpe, & iure futuro, in ſucceſſione coronæ, & regni, Iſern. c. 1. §. prędictis. num. 12. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. Tap. d. nu. 171. & ob feloniam, vt feudum ipſo iure aperitur domino, l. 3. ff. ad l. iul. maieſt. licet ad auocandum, ſententia declaratoria requiratur, Iſern. c. 1. §. ſancimus. 2. quo tempor. miles. num. 9. Tap. decis. 2. num. 293. Proinde cum primogenitura etiam vetuſta, ingratus filius priuari à patre poſſit, ex Oldrad. conſ. 94. num. 16. Laudens. de primog. quæſt. 19. Rip. l. nemo poteſt. num. 7. ff. de legat. 1. Curt. iun. in auth. non licet. num. 4. C. de liber. præter. Vaſq. de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 146. Acoſta, de ſucceſſ. portug. fol. 149. & in feudo etiam antiquo, tradit, Iacob. de feud. num. 65. Curt. de feud. p. 3. quæſt. 3. num. 6. Caccialup. de feud. art. 5. num. 9. Zas. de feud. p. 8. nu. 17. Siluan. de feud. in rub. quib. mod. amitt. num. 116. Quos procedere intelligo, ſi ingratitudinis cauſa ſonet in delictum, vt dixi, cum citent omnes, tex. d. §. prædictis. ſitq; iuris regula, Doct. à lege, quam allegat, interpretandum eſſe.

22 Declar. II. Non procedere de libero † & ſpontaneo filij ætate maioris conſenſu, quo accedente poſſet etiam ſine alia cauſa, & ſolennitate in totum exhæredari etiam à legitima iure naturæ debita, l. non putauit. §. ſi quis

ſua

ſua manu.ff.de bonor.poſſ. contra tabul. glos.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoff.teſtam. Cyn. l.ſi pater.§.fin.C.de inſtit.& ſubſtit. Barr.l ſi quãdo.§.fin.& ibi, Ias. ad fin.C.de inoff. teſtam. Imol.l.filio prætẽrito ff.de iniuſt.rupt.teſtam. Gugliel. Benedict.d.c.rainutius. verb.in eodem teſtamento relinquens.2.nu.18.Guttier.l.nemo poteſt. num.142.ff.de legat.1.in c.quamuis.num.27.de pact.in 6.& lib.5.pract.quæſt.75.nu.2. Cancer. 1.reſol.c.3.nu.23.Boer.decis.14.num.9.decis.96. nu.5.Tepat. 2.reſol. tit. de exhæred.col.3.verſ. exhæredatio debet. Peregr.cons.40.num.11.in 1. Clar.§.teſtamentum.quæſt.43.num.3. Burſ.cons. 355.num.32.Menoch.cons.78.num.29. & tradit,Ias.num 27.Dec.num.9.in l.poſthumo.C.de contratab.teſtamentum,quo filius exhæredatur, non rumpi, ſi illud filius exinde approbet, Menoch.d.num.29.Tuſc.lit.F.conclus.578. num.11.idem ſi præteriri permittat filius,Tepat.d.tit.ex hæred.col.4.præteritio.Cancer,d.num. 23.Guttier.d.l.nemo poteſt.n.143.Burſ cons.390. n.10.vel ſi tacite,aut expreſſe illud approbet, Hyeron.à Leon.decis.30.num.9.10.

23 Declar. III. Non procedere † ſi idoneus primogenitus non ſit, in Regni adminiſtratione, Ias.num.3. Rip.num.7. in l.nemo poteſt. ff de legat.1.Corſet de reg.potes.quæſt.10 Lup.c. per veſtras,§.26.num.6.de donat.int.vir.Laudens.de primog.quæſt.21.n.11.Tiraq.de primog. quæſt.21.num.11. Azeued.l.2.nu.4.tit.1.lib.7. recop.Peregr.de fideicom.artic.11.num.107.Roſentall.de feud.c.7. conclus.26.n.14.conclus.28. nu.10.Aguir.de ſucceſſ.portug.p.p.n.90.Marta, de ſucceſſ.legal.p.3.quæſt.1.artic.2.n.105.Quoniam ſucceſſio in regijs dignitatibus,iure primogenituræ defertur,ex c.licet.de vot.Communi omnium conſenſu receptum accepimus, vt ſi ex Rege regnante tres extent filij maſculi;ſingulis ſubordinatum ſuccedendi ius pro ordine geniture quæſitum eſſe, vt contraria Patris ordinatione diuerti, aut conuerti non poſſe hactenus dixerim, ex Mantic.de tacit.lib.23.tit.27. num.15.19.21.23.27.

Hoc itaq; ius primo quæſitum; An in filios 24 tranſmittatur & deſcendentes ſuos † cum prælationis iure, aduerſus ſecundum, eiusq; lineam, adeo vt Nepos in regni ſucceſſione præferatur Patruo poſt mortem Aui? Qua in re, Affirmatiuè ex multis reſoluit,Tiraq. de primog.quæſt.40.nu.91.Mantic.de tacit.lib.23. tit.27.à num.40.ad fin. vſq; Menoch. cons.211. num.97.Molin.de primog. lib.3.c.6.nu.3. Peregr.cons.1.nu 21.in 4 Hyeron.à Leon. decis.109. num.11.Viui decis.502.num.5.Guttier.lib.2.Canon.quæſt.14.num.58,59.60.Peguer.decis.114. num.8.Amat.cons.100. num.48, & cum ſemel intrauerit vnam lineam,denegatur reuerſio ad aliam, arg tex. ubi,Doct.notant.l.cum vxore vſufructus.C.quando dies legat.in l.1.C.de condict inſert.Oldrad.cons.21.Celſ.Hug.cons.93.num.6. Couar.pract.quæſt.38.num.7. Soc.iun.cons.126. num.27.in 1.cons.108.num.2.in 2.Mantic.d.tit. 27.num.17.Peguer.decis.114 num.10. Ganim. decis.359.num.9.Fuſar.de fideicomm.quæſt.484. num.34. Cabed.decis.208.nu.8.Guttier.d.quæſt. 14.num.46.47.Cephal.cons 656.num.50.Beret. cons.134.num.9. Molin.lib.3.de primog.c.4. nu. 14.c.6.num.33.c.9.num.1.c.10.nu.10. Menoch. cons.217.nu.11.cons.1170.nu.36. Peregr. cons. 42.num.6.in 3.de fideicom.artic.27.nu.14.Cancer.3.reſol.c.21.num.294.Caldas.cons.1.nu.13. 33.Palaez de maior.p.2.quæſt.6.num.57. quia linea primogeniti ſupra ſecundogeniti lineã priuilegiata in infinitum eſt,§.noſtra.inſtit.de hæred. quæ ab inteſt. defer.nec ſucceſſionis ius aperiri poſſet exiſtentibus in linea poſteriori Ponte, de poteſt proreg tit.9. num.42. quamuis maioribus nato, aut prioribus in gradu: donec exiſtant aliqui in linea priore Regni capaces, c.1.§.1.de natur.ſucceſſ.Caſtr.cons.164.in 2.Molin.de primog.lib.3.c.4.nu.14.Guttier.cons. 13.num.11.27.& d.quæſt.14.num.48.Marta, de ſucceſ.legal.p.p.quæſt.12 artic.c.1.num.8. Thob. decis 97 num.17 decis.39. num.11. Decian. cons. 98.num.18.in 3.quia prior linea ſequenti præfertur, vt ex mente authorum euincitur in antiqua illa cõcertatione Patrui,& Nepotis de regni ſucceſſione,cum & authores plerũq;& iudicia etiam gladiatoria,pro Nepote ex prædefuncto primogenito ſteterint,aduerſus patruum,quamuis ætate maiorem,Molin. de primog.lib.3.c.5.num.30.c.7.nu.9.10.Anna, cons.125.nu.40. Parlador. quotid.differen.24.n. 2.3.Peregr.d.cons.1.nu.22. Acoſta, de patr.& nepot.num.30.ac per conſequens ex vi repræſentationis extat in gradu anteriori, Thob. decis 39.nu.12.& in eo, cuius erat pater, Honded conſ.70 num.48 62.cons.8.nu.36.37.cons. 13.num.43.in 1 ex vi continuationis, Ceual. comm.quæſt.606 nu.53.54. Nepos enim non corrumpit,ſed repræſentat gradum, legis fictione, §.cum filius.inſtit.de hæred.quæ ab inteſt. defer.Roland.cons.68.num.27.in 1.Decian. cons. 63.num.12.in 2.Morot.cons.91.Hieron. à Leon. decis.109.num.17.Coſta,de retrotrac.regul.3. ad cap.2.num 4.Honded.d.cons.70.nu. 49. in quo gradu reperit ius excludendi ſeniores acquiſitum, à ſui natiuitate, c. Ieſeph. de verb. ſignif. Bald.l. cum antiquioribus.num.11.C.de iur. delíber.Caſtr.cons.164.num.11.in 2.Tiraq.de primog. quæſt.40. num.55.93.poſt Bart. l is poteſt. num.8.ff.de acquir. hæred. Thob. decis. 39. num. 6.

nu.6.Palaez,de maior.p.2.in init.nu.65.Auend.
l.Thaur.40.glos.17.Intrigl.feud.centur.2.artic.
41.n.13.Molin.de primog.lib.3.c.6.n.36.Cancer.
3.reſol.c.21.n.297.298.Menoch.cons.111.n.58.
cons.1082.num.16.Cenal.comm.quæſt.606.nu.
53.Peregr.de iur.fiſc.lib.1.tit.2.num.52.& pro-
ximitas ficta a iure poſitiuo inducta, æqui-
paratur veræ proximitati,latè, *Teſſaur.decis.*
65.nu.3.Fachin.lib.4.iur.controuerſ.84.Gamm.
decis.59.iuncta,decis.385.Coſta,d.regul.3.num.
5.& primogenituræ effectus inceptus in pa-
tre propagatur,& transfunditur in filium,
Hyeron.a Leon.decis.109.num.18.Peregr.cons.
62.nu.19.in 2.Reyger. Theſaur.iur.lit.Pr.nu.8.

Poſteriori in caſu Princip. Si pater vel-
let diſponere de rebus,vel bonis, in quibus
ius primogenituræ conſiſtit, vel conſtitutu-
rum ſperatur; Tunc ſi reſpectu diſpoſitionis
quæritur, Ea vtimur ſubdiſtinctione; Aut in
vltima voluntate; Aut inter uiuos diſponat.

Primus caſus eſt,ſi ex quolibet vltimæ vo-
luntatis genere, vni ex filijs vel agnatis in
pari gradu exiſtentibus feudum, aſſignet,
aut diſponat,Baro. Quæſtio hæc,priſcis tépo-
ribus ad ætatem vſq; *Tiraquel.* varie à Doct.
agitata definitaq; fuit, vt interdum vnam
interdum aliam inſequuti fuerint ſenten-
tiam: Diſtinctione quandoq; vtentes,vt ip-
ſe inquit, *lib.1.retract.§.11.glos.6.num.23. &*
de primog.quæſt.77.ex Ioan.Andr.& Canoniſt.
*in c.licet.de vot.*Rubc.*Alex.cons.133.Loffred.*
cons.1.num.144.Paris.Pute.de reintegr.feud.c.
293.Pern.cons.12.Surd.cons.106.nu.17.18,Ce
phal.cons.174.num.8.

Sed vt omiſſo latiori appatatu, ad reſolu-
tionem properem, Diſtinguo quatuor feu
dorum genera. Primum eſt ex pacto,& pro-
uidentia antiquum. Alterum & ſecundum
eſt,ex Pacto & prouidentia nouum. Tertiū
eſt,ex Francorum iure:ſeruata ſexus,& ætatis
prærogatiua. Quartum deniq; eſt,Diuiſibile
ſeu Longobardum, quod communi feudo-
rum iure regitur, vt omnes filij, in eo ſucce-
dant æqualiter, *ad tex.c.1.§.omnes filij.ſi de*
*feud.defunc.content.*Vt nec vni à patre præle-
gari poſſit, niſi conſentiente fratre, *Euerard.*
iun.cons.32.n.43.44.45.in 2.cons.21.n.78.79.
in 1.Mareſcot.lib.2.reſol.76.à nu.7.18.20.

Circa Primum feudi genus,compertum eſt,
25 Feudatarium de eo diſponere non poſſe † vt
alio modo, quam filij, vel agnati ex tenore
inueſtituræ,vel ab inteſtato ſucceſſuri eſſent
ex nouo Patris,vel feudatarij, facto, etſi Do-
mini interueniat aſſenſus, *ad tex.c.1.de ſucceſſ.*
*feud.*qui in feudo loquitur ex pacto & proui
dentia antiquo, *c.1.§.titius.ſi de feud.defunc.*
conten.c.1.§.ſed & res.per quos fiat inueſtit.c.fi-
lius.de capit.qui curi.vendid.c.1.an agnat.c.1.de
alien.feud.pater.vbi Aluarot.*Præpos.& alij,Bam*
macar.num.43.Afflict.num.3.in c.omnes filij.ſi
*de feud.deſunc.content.*Bald. *auth.ſi quas ruinas.*
nu.6.C.de ſacroſ.eccles. Intrigl.*feud.centur.artic.*
5.à nu.425.426.456.Georg.de feud.c.50.à nu.
1.8.Marin.de feud.tit.2.num.55.Afflic.decis.
119.Alex.cons.51.in 4.cons.8.in 3.Mareſcot.d.
reſol.76.Merlin.de legit.lib.2.tit.1.quæſt.4.nu.7.
quæſt.5.n.15.Pute.de reintegr.feud.c.293.Tiraq.
1.retract.§.11.glos.6.n.21.Polid.Rip.obſer.370.
Ruin.cons.45.nu.17.cons.90.in fin.vol.1.Cra-
uet.cons.256.nu.2.cons.715.Bero.cons.113.num.
35.in 2.Soc.iun.cons.72.num.33.in 1.cons.
*112.in 2.*Natt.*cons.501.* Siluan.*cons.15.Schra-*
der.de feud.p.7.c.2.n.11.Menoch.lib.4.præſum.
142.num.4.5.cons.158.nu.62.78.79.Peregr.
cons.22.num.1.in 2.Bertaz.ciuil.cons.90.num.
1.2.3. Mantic. *de tacit. lib.23.tit.27.num.6.*
8.Amat.cons.7.num.32.cons.100.num.85.Ce-
26 *phal.cons.617.à num.57.*& ita † accipiendus
eſt, *Pern.cons.7.cons.12.Frec.de ſubfeud.lib.2.*
*quæſt.ſupereſt vt aliqua.nu.12.*qui dum in feu-
do nouo prædicta procedere innuunt,minus
recte loquuntur: Tum quia feudum dat lex,
& legis prouidentia, non teſtator, *l.ſi arro-*
ff.de adopt.l.cum patronus.ff.de legat.2.c.1.an
agnat.Molin.lib.1.de primog.c.8.num.21. &
quod lex tribuit;priuatus,ideſt alius, quam
lex, non aufert, *§.ſin autem.auth.de nupt.Pern.*
*cons.12.num.3.*Tum quia vt nulla ordinario
feudatarij valeat, neq; maneat, *ex tex.c.1.*
de ſucceſſ.feud. non eſt ex deficientia aſſenſus
Domini, vt ſupponit, *Glos.c.imperialem.de pro-*
*hib.feud.alien.per Feder.*Sed ex deficientia po
teſtatis ipſius feudatarij, qui etiam cum aſ
ſenſu, futuris agnatis nocere non poterit, *c.*
*1.de alien.feud.pater.*Molin.*d.num.21.*Vni ergo
ex filijs, à patre relinqui non poteſt feudum,
quia ex pacto ad omnes gradatim pertinet, *c.*
1.de ſucceſſ.feud.c.1.§.omnes filij.ſi de feud.defun.
content.ſit.Menoch.cons.276.num.33.Mantic.de
tacit.lib.23.tit.27.num.13.

27 Ampl.I. Domini aſſenſum † ſiue tacitum
ſiue expreſſum, ſatis non eſſe, vt valida fit
Feudatarij diſpoſitio, in filiorum, aut agna-
torum præiudicium, *Bammacar.d.§.Omnes*
filij.num.40.42.Georg.de feud.c.50.num.4.5.

28 Ampl.II. Nec † pro anima de feudo pri-
mogenio teſtari poſſe, *Decian.cons.3.n.193.in*
*4.Marin.de feud.tit.2.num.56.*nec legati onus
feudo imponere, *Cephal.cons.617.à nu.181.*

Ampl.III. Vt feudatarij teſtamentum,quo
primogenitus inſtituitur,nullum ſit,lege feu
di repugnante, *Landen.c.1.num.5.rub.1.feud.*

*Iaſ.l.de quibus.n.65.ff.de legib. Amat.cons.*100.
*num.*73. *Decian.cons.*3.*num.*193.*cons.* 17.*nu.*
34.*in* 4.*Lanar.cons.* 1.*num.* 22.*Mareſcot.d.reſol.*
76.*à nu.*9. quia in ſucceſſione non teſtamen-
tum, ſed inueſtituræ tenor inſpicitur, *c.* 1.
*de duob.fratr.inueſt.Bald.in præl.ud.feud.nu.*47.
*Alex.cons.*55.*num.*18.*in* 4.*Dec.cons.*614.*num.*
3.*Amat. d.cons.* 100. *num.* 82. à qua ſucceſ-
ſio regulatur, *c.*1.*& ibi, Bald.de capit. corrad.*
*Surd.cons.*1.*num.*36. *cons.*5.*à num.*63. *Guttier.*
*libr.*2.*Canon.quæſt.*27.*Marta,de ſucceſſ.leg.p.p.*
*quæſt.*4.*artic.*3.*num.*19.*p.*3. *quæſt.*13. *artic.*1.
num. 22. *Peguer. decis.*113.*nu.*8. *decis.*114.*nu.*
10.15. *Phab.decis.*29.*num.* 6. *Cabed. decis.*34.
*num.*12.*p.*2. *Palaez.de maior.in præfact.nu.*2.3.
*Mantic. d.tit.*27.*num.*4.7. *Cephal.cons.* 173.*nu.*
7. Generale eſt, primam inueſtituram atten-
di, *Soc.iun.cons.*76.*nu.*11.33.*cons.*77.*nu.* 120.
in 1.*Molin.de primog.lib.*1.*c.*8.*num.*21.*Phab.d.*
*num.*6.*Tap.decis.*2.*nu.*132.conferri,quod tra-
dit, *Caſtr.cons.*441.*num.*2.*in* 1.ſtante ſtatuto,
quod teneatur mater filijs certam portio-
nem relinquere, ſi de illa Mater in eum te-
ſtetur, nulla erit diſpoſitio, nam ſi contra
diſponat, obſtat ſtatuti lex; ſi vero idem di-
ſponat, inutilis eſt diſpoſitio, *l. vnum ex fa-*
milia.§.ſi de falcidia. §.ſed ſi duos.ff. de legat. 2.
confert tex.l.ſi ſeruus fideicommiſſa.ff. de hæred.
inſtit.ibi, qui enim etiam inuito defuncto poterat
libertatem extorquere, is liber eſſe iuſſus, non ma-
gnum videtur beneficium à defuncto conſequi: i-
mo nihil commodi. Peralt.d.l. 3.*§.qui fideicommiſſã*
*à num.*36 *ff.eod.Gomez.d.l.Thaur.*40.*n.*80.*Bald.*
*cons.*170.*in* 2.*Amat.d.nu.*73.74.*Tap. decis.*2.
*n.*49.neceſſaria enim eſt ex parte defuncti ba
ronis ſucceſſio, *Lanar.cons.*1.*num.*23.legis ne
ceſſitas, & rei natura præfertur teſtatoris vo
luntati, *Cephal.cons.*716.*num.* 24.

29 Declar. I. Non procedere, ſi † feudatarij
diſpoſitio Domino & Primogenito conſen-
tiente fiat, quem pœnitere non poſſet, *Iacob.*
*de Beluis.in c.*1.*§.præterea.quib.mod.feud.amitt.*

Sed legato feudo, num extimatio ſoluen
da ſit? dicemus, *§.*3.*glos.*1.interim adeas, *A-*
*mat.cons.*7.*cons.*8.*Bardell.cons.*73.*num.*35.38.
*Anna, cons.*87.

Circa ſecundum Feudi genus ex Pacto, &
prouidentia Nouum. Illa eſt iuris Conclu-
30 ſio, poſſe patrem nedum vni ex filijs † feu-
dum dare, *ex l.*2.*C.de ſecund.nupt. Bald. auth.*
*ſi quas ruinas.C.de ſacros.eccles. Afflic.c.*1.*§.hoc*
*quoq; n.*2.*de ſucceſ.feud. Bammacar.d.§.omnes fi-*
*lij.nu.*51.*Alex.cons.*28.*n.*2.*in* 5. *Ruin.cons.* 45.
*nu.*17.*cons.*48.*in* 1.*Clar.§.feudum.quæſt.*40.*Ti-*
*raq.*1.*retract.§.*11.*glos.*6.*n.*23.*Natt.cons.*475.*n.*
2.*cons.* 501.*nu.*2.*cons.*505.*nu.*14. *Bertaz.ciuil.*
*cons.*89.*n.*34.*Becc.cons.*56. *Peregr.cons.*160.*n.*
6.*in* 5.*Cephal.cons.*3.*num.*12.*cons.*302. *Meno-*
*ch.cons.*513.*num.*35.*cons.*504.*nu.*3. ſed etiam
extraneo, *Bammacar.d.§.omnes filij. num.* 49.
Cancer. 1.*reſol.c.*5.*ſub num.*58.*Surd.decis.*11.*ad*
*fin. Menoch.cons.*158.*num* 69.70 *Polidor.Rip.*
*obſer.*370. & primogenitum poſtergare po-
teſt, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.*6.*quæſt.*16.
*n.*5.*Bardell.cons.*105.*n.*36.*Intrigl.feud.centur.*2.
*artic.*41.*à nu.*8 *ad fin. vſq.* Tum quia primus
feudi acquiſitor non ligatur forma, *Gregor.de*
*feud.p.*4.*quæſt.*9.*nu.*6.7.& in eo primogeniũ
conſtituere poteſt, & cum iuris Francorum
clauſula, *Afflic.decis.*112.*Pern.cons.*6.*cons.*
12.*cons.*15.*cons.* 16.*cons.* 25. *Petr. Gregor. de*
*conceſſ.feud.p.*3.*quæſt.*5.*n.*1.2.*& quæſt.*7.8.*&*
ibid.Scholiaſt. Intrigl.decis. 16. *num.* 9.*feud.cen-*
*tur.*1.*quæſt.* 10.*num.*77 78.79.*centur.* 2. *artic.*
7.*num.*35.*Cumi.c.ſi aliquem. verb. antiquis.nu.*
150.*ad fin. Cannet.c.volentes,§.ſed quid ſi fuerit.*
*§.at non erit.num.*83.*Maſtrill.decis.*56.*Milanens.*
*decis.*8.*num* 20 21.22.*p.p.Corſet.cons.*3.*nu.*15.
*cons.*10.*num.*8.9.*cons.*23.*num.*5.*& Regens fi-*
*lius,in ſcholijs,ad cons.*6.*num.*2.*Tiraq.*1.*retract.*
*§.*32.*glos.*1.*nu.* 2. *Cephal.cons.* 3.*Bec.d.cons.*56.
*num.*21.*Fachin.lib.*6.*iur.controuerſ.*62. *verſ.ſe-*
*cunda eſt. Surd.cons.*593. *num.*27. *Oſaſc. decis.*
23.*Decian.cons.*23.*in* 1. *Menoch.cons.* 35. *cons.*
504.*dixi copioſius Decis.*108.*num.* 18. Certiq;
iuris eſt, poſſe primum acquirentem de re
ſua pro velle diſponere, ipſamq; fideicom
miſſo ſubijcere, excluſo etiam ſucceſſore ad
bona prędicta ex Conſuetudine vocato, *ex*
*auth.vt lic.matr.& auię.in princip.l.*3.*C.de inſtit.*
*& ſubſtit.Iſer.c.*1.*num.*7.*de natur.ſucceſ.feud.de*
*ciſum refert.Franc.decis.*307.*Amat.cons.*74.*nu.*
3.*Merlin.de legit.lib.*2.*tit.*1.*quæſt.* 5.*num.* 10.
Tum quia filius iure ſibi non dum delato,
quod patris beneficio conſequi ſperat, non
debet contra patrem vti, *l. ex qua perſona.ff.*
de reg.iur.l.ſi poſt mortem.§.fin.ff.de contratab.l.
quæſitum.ff.de ſeru.export.l.qui romæ.§.flauius.ff.
de verb.oblig. Tum quia Feudum nouum (vt
inquit, *Bald. c.*1. *§. hoc quoq; de ſucceſſ. feud.*)
non habet agnatos. Quaſi dixerit, *Bald.* ne-
mo eſt, qui contradicere poſſit; ſi de eo pro-
uelle diſponat, *Pern.cons.*12.*num.*4.*cons.*13.*nu.*
6.*cons.*18.*nu.*3.*Corſet.cons.*8.*num.* 3. *Muta,Fe-*
*der.Reg.c.volentes.nu.*64. Tum quia hęredita-
rij inſtar eſt feudum, *Frec.de ſubfeud. author.*
29.*Georg.de feud.c.*50.*num.*8.*Gizzar.decis.*28.
*num.*3.adeo vt ſi poteſt alienari, & eius for-
mam mutari, voluit. *Amat.cons.*100.*num.*86.

Ampl. I. Si feudum filio conceſſum ſit pa-
tris comtemplatione, quod cum profectitiũ
ſit, *ad tex.l.profectitia.C. de iur. dot.l.dedit do-*
tem.

Digitized by Google

tem.C.de collat.Bart.Bald.Caſtr.Corn. & alij, in l.cum oportet.C.de bon.quæ liber. Ias. num. 27. Dec.num.92.in l.1.C.qui admitt.Corn.cons.181. num.93.in 1.Soc.cons.91.num.10.in 1.Nauar.in manual.c.17.n.143.& poteſt pater alienando, delinquendo, renuntiando, aut aliter diſponendo præiudicium ei inferre, Fulu.Conſtant. l.1.2.num.142.C.de fil.offic.lib.12. quia feudum filiofam. Patris inruitu a Principe donatum, in proprietate & vſufructu, Patri acquiritur, Iſern.c.1.§.etſi libellum.de alien.feu.i. pater. Coſtan. d.l.1.à num.56. nihil enim (inquit, Iſer. c.1.num. 3. de feud.guard.) differt feudum pro ſeruitijs conceſſum, ab eo, quod pecunia fuit acquiſitum, cum pecunia, & opera inter ſe æquipolleant, l.ſi conuenerit.§.1.ff.pro Soc.Cyn.& alij in l.omnimodo.C.de in offic.teſtam.Alex.l.in quartam.n.27.ff.ad l.falc. & cons.179.num.2.in 5.Gomez.l.Thaur.29. Gamm.decis.29 Garz.de expens.c.4.num.24. ad quod expendi poteſt, tex.c.ſunt non nulli. 1.quæſt.1.vbi obſequia & pecunia æquiparantur, vt par ſit virtus, Coſtant.d.nu.56.60.

Declar. I. Non procedere ſi ex conjecturis
31 detegi † poſſit, Filij contemplatione, vel propter eius merita, conceſſum fuiſſe feudum; Bammacar.c.1.§.omnes filij.num.50.ſi de feud.defun.content.Ideo ſi pater feudum pro filio fuerit ſtipulatus, ex l. quod dicitur.ff. de verb.oblig. non poteſt reuocare, & in alium transferre ex magis comm. Turret. cons.61.in 1. Cephal.cons.617.à n.57 92. & ſi diſſentiat, Surd. cons.351. & mare; quia Rolan.& Molin. quos citat, nec ſuam probant opinionem; Filij autem contemplatione feudum conceſſum dicimus, ſi nomen ipſius in priuilegio ſit expreſſum Honded.cons.90 n.18.in 1.ſed, Cephal. cons.617.n.171.in feudo pecunia patris empto filij contemplationem nō admittit, ſed vbi ſoli filio conceſſum eſt feudum, nu.172.

Declar. II. Vt pater de feudo pro primogenito quæſito, teſtari nequeat, Cephal.cons.12.num.30.Roland.cons.10.in 3. Peregr. cons.160.num.7.in 5.Surd.cons.573.num.6.

Circa tertium Feudi genus in quo iure Francorum viuitur, vt Maſculus fœminæ & maior natu minori præferatur. Quia viuere iure Francorum eſt quod ſolus primogenitus in feudo ſuccedat, ex Iſern.in c.1.§.hoc quoq; de ſucceſſ.feud.c.1.§.omnes filij.ſi de feud.defunc. mil.conten. in c.imperialem.§.præterea. in princ. de prohib.feud.alien.per Feder.Afflic.in conſtit. Comitibus.not.3. Dec.cons.445.dixi prælud.6.n.
32 22.iuris enim eſt, de eo † in Primogeniti præiudicium nec ſecundogenito patrem diſponere poſſe, Afflic.decis.112.Peregr.cons.22.n.1.4.in 2.imo ipſo iure non valet, ad tex.c.1. de ſucceſſ.feud.nec reſpectu poſſeſſionis; nec proprietatis; neq; obligationis perſonalis, vel realis, aut alio quouis modo, Bammacar. c.1.§.Omnes filij.num.52.ſi de feud.defunc.milit. quia talis diſpoſitio ſortiri non poteſt effectum niſi poſt mortem, cū ſtatim in tempore mortis proprietas, & poſſeſſio rerum, quæ cadunt in ius primogeuituræ, tranſit ipſo iure in primogenitum, eiq; incommutabiliter acquiritur; Hæc igitur diſpoſitio in ſucceſſoris præiudicium, effectum habere non poteſt, Glos.& Afflic.in Conſtit.Conſtitutionem diuæ memoriæ.rub.5. de reuoc. alien.lib.3. quia plures ſunt, & non vna conceſſio; Altera in perſonam patris ſtipulantis, qui Legando feudum, ius legaſſe dicitur quod habet, Cephal.cons.617.nu.65.66.Altera in perſonam filiorum quibus licet pater ius vtile ſtipulendo acquirere poſſit, l. quodcumq; §.ſi quis ita.& l.quod dicitur ff.de verb.oblig. non tamen poteſt eis præiudicare, Cephal.cons.617.nu.67.68 Proinde a ſingulis perſonis quæuis conceſſio incipiet, vt à ſuo concedente recognoſcat, Bald..c.1.n.3.4 ſi vaſall.feud priuet. Dec.cons.389.in princ.cons.606.n.15 Caldas, de in integr.reſtit, gloſ.ſua facilitate.n.92 .Suar.l.quoniam in priorib.queſt.8.n 6.C de inoff.teſt. Tiraq. de primog.quæſt.40.num.166.Roland cons.15. num.13.in 4.Polid.Rip.obſer.370.nu.8.Peguer. decis.114.num.2.Menoch.cons.99.nu.113.Rimin.cons 751.num 53.Couar.pract.quæſt.38.nu.6.Molin.de primog.lib 1.c.1.num.17. Auendan. l.Thaur.40.glos.1 num.17.37.Sed hoc ius pri-
33 mogenituræ † quamuis non ſit legitima iure naturæ debita, quatenus trientem, vel ſemiſſem virilis ab inteſtato portionis excedit; eſt tamen quædam legitima conſuetudinaria, & beneficium legis, quod à patre teſtante, auferri non poteſt, nec aliquod onus imponi, & quoad hoc æquiparatur legitimæ iure naturæ debitę, cui nullum grauamen poteſt apponi, l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſtam.Ioan. Andr.& alij.in c.licet.de vot. Trapos.c.per venerabilem.§.quod autem. nu.45. qui fil ſint legit.Felin.c.prudentiam.de offic.deleg. Ias.l.nemo poteſt. ff. de legat. 1. Ballamer. decis. 718.Cephal.cons.777.nu.7.cons.617. nu.189. cons.726.num.7.Amat.cons.38.num.1.nec fideicommiſſo ſubiacet, Cephal.cons.719.num. 38.cons.624.num.6.

34 Ampl. I. Siue per viam diſpoſitionis † ſiue per viam pænæ, aut alterius conditionis. Vnde ſi grauauerit Primogenitum dare etiam Eccleſiæ vel Pauperibus centum, niſi feuda æqualiter diuideret, talis pæna, & diſ-

ſpoſitio ipſo iure nulla eſt, l. ſeius & augerius. v
bi Bart. Ang. Imol. & Caſtr. ff. ad leg. falc. Bald. &
alij, in l. 1. C. de ijs, quæ pæn. nomin. Bammacar. d.
§. omnes filij. num. 56. Siue directo vt legan-
do prędia feudalia; ſiue alias per indirectum.

Ampl. II. Etſi quid præcipuum filio legaſ-
ſet pater, quippe quod deberet eſſe conten-
tus legato, adhuc feudum patere non pro-
hibetur filius, qui patris teſtamentum ap-
probauit, Cephal. cons. 617. à num. 181.

Ampl. III. Etſi per donationem cauſa mor
35 tis † diſponeret feudatarius, quæ omnes pa-
titur prohibitiones, & falcidias; quas pati-
tur legatum, cui in omnibus adæquatur, l.
fin. C. de donat. caus. mort. Doct. l. 2. ff. de legat. 1.
Verum ſi de facto donans tradidiſſet, præiu-
dicaret primogenito, reſpectu poſſeſſionis
tantum, quæ ipſo iure non reuertitur; nec
propria authoritate poſſet recuperari, nec
poſſet tranſire (de iure loquor) vel continuari
in filium, cum non eſſet pænes defunctum.

Declar. I. Non procedere, ſi primogeni-
36 tus † patris teſtamento conſentiret, c. 1. §.
præterea. vbi glos. & Doct. quib. mod. feud. amitt.
Bammacar. d. §. omnes filij nu. 59. Gram. decis. 92.
Ponte, cons. 24. n. 26. in 2. Corſet. ad cons. 22. n. 15.
Roſentall. de ſeud. p. 9. conclus. 78. nu. 4. Tiraq. de
primog quæſt. 24. quæſt. 25. quæſt. 26. Menoch.
cons. 158. num. 64. Cabed. decis 96. num. 4. p. p.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 27. num. 31.
Palaez, de maior. p. 3. quæſt. 18. num. 4. quæſt. 21.
num. 4. nec conſenſus ſemel à filio maiore
ſponte pręſtitus reuocari poteſt amplius, ſiue
ante, vel poſt patris mortem, l. fin. C. de pact.
latè Shrader. de feud. p. 10. Sect. 8. num. 128.
Verum quod ſi iuri primogenituræ renun-
tians, filios habet, illis præiudicare non po-
teſt, imo poſſunt ipſi illud petere, Cardin. &
alij. à Tiraq. d. quæſt. 24. num. 5. Surd. cons. 403.
num. 81. Cabed. decis. 96. nu. 5. p. p. quia in præ-
iudicium cedentis valet, ceſſio Natt. cons.
502. Teſſaur. lib. 1. forens. quæſt. 34. num. 34. Ti-
raq. de primog quæſt 29. Berett. cons. 134. Reiger.
Theſaur. iur. lit. Pr. nu. 12. Maluas. cons. 22. nu.
103. Honded. cons. 72. num 40. in 1.

37 Obſeruandum & illud erit, † quod ille
qui iuri primogenituræ renunciat, quæ pri-
mogenitura iam ordine ſucceſſiuo ab ante-
ceſſoribus venit, poteſt ſibi præiudicare in
præpoſteratione, non vero omnino in ſucceſ
ſione, Cabed. d. decis. 96. nu. 6. imo ſi is in quem
renuntiauit ſine filijs moriatur, ipſe renun-
tians poterit, & debet ad ſucceſſionem ad-
mitti, Tiraq. de primog. quæſt. 26. nu. 4. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 27. num. 32. Cabed,
d. num. 6. Ruin. cons. 1. num. 17. in 1. Si vero fi-
lius maior conſenſum pręſtaret patri peten-
ti, vt in ſecundum filium nouum a Rege
fieret feudum, tunc pænitere non poteſt, &
ab omni ſucceſſione, omnino excluditur, Ca-
bed. d. decis. 96. num. 8. ex l. creditor. §. ſi tecum.
iuncta glos ff quib. mod. pign. tac. contrah. l. ſicut
in annos ff. quib. mod. vſufr. amitt. Mantic. Tiraq.
Ruin. iam cit.

Declar. II. Non procedere ſi primogeni-
38 tus † eſſet ingratus, Bammacar. d. §. omnes filij.
num. 57. Peregr. de fideicomm. art. 11. num. 107.
quia ex omnibus cauſis, quibus perfectæ do
nationes poſſunt reuocari, eiſdem primoge-
niti poſſunt exhæredari & ſecundogeniti in-
ſtitui, Bammacar. d. §. omnes filij. num. 58. Cephal.
cons. 174. nu. 8. cum & exhæredatio legitimè
facta filium priuet ſua legitima, Cephal. cons.
667. nu. 23. Sed an verum? alibi erit ſermo.

Circa quartum Feudi genus, Diuiſibile,
& Longobardum, cum ad omnes filios per-
uenire illud debeat, ex c. 1. §. omnes filij. ſi de
feud. defunc. conten. ſuer. Cephal. cons. 617. num.
39 93. 94. Feudatarius in qualibet † vltima vo-
luntate non poteſt de feudo inter filios di-
ſponere, vt ſuccedant alio modo, quam ab
inteſtato, ex hoc nouo patris facto, eſſent ſuc
ceſſuri, Glos. in Conſtit. Diuæ memoriæ. verb. ſu-
per feudis. rub. 5. lib. 3. excutit copioſè. Georg. de
feud. c. 50. à num. 1. niſi aſſenſus Domini in-
teruentat, Bammacar. d. §. omnes, filij. num. 44.
Proinde feudum francum, & Longobardum
in hoc differunt, quod indiuiduum illud ſit,
hoc vero diuiduum, Bammacar. d. §. omnes fi-
lij. num. 48. & ſicut in feudo franco primo-
genitus non poteſt integro feudo priuati,
ita in Longobardo, ſecundogeniti eorum
portionibus excludi nequeunt, quando om
nes ſunt ſucceſſuri, Anna, rubr. de vaſall. de-
crept. ætat. num. 181. Surd. cons. 108. num. 17. 18.

40 Ampl. I. Hoc in feudo † ita ſuccedere fra-
trem conſanguineum tantum, ſicut vtrinq;
coniunctum, Bald. l. 1. in princ. C. de legit. hæred.
Griuel. decis. 40. num. 35. quia in eo ſuccedunt
fratres, vt agnati, non vt cognati, ſicq; con-
iunctio ex latere matris, non venit in conſi-
derationem, ſi non agitur de re materna,
duoq; vincula ſi in vno concurrant, cum ta
men eorum alterum nihil ad rem pertineat,
non auget effectum, Griuel. decis. 40. num. 35.
Tiraq. 1. retract. §. 14. glos. 10. 11.

41 Ampl. II. Etſi inæqualiter filij à patre † fue
rint inſtituti, Soc. iun. cons. 72. num. 34. in 1. ra-
tio eſt ex §. ſoluto. Auth. de nupt. vbi lucra nu-
ptialia ſpectant ad filios æqualiter, non po-
teſt mater præeligere, licet inæqualiter eos
inſtituiſſet, quia lex defert, Georg. de feud. c.
50.

50 num. 4. & pactio, Marta, de ſucceſſ. legal. p. 3.
quæſt. 1. art. 2. num. 11.

Declar. I. Non procedere in feudis dignita
42 tum. † quæ cum diuidi de iure non poſſint,
ſolus primogenitus, ſuccedit, c. 1. de feud. Mar
ch. Bammacar. d. §. omnes filij. n. 11. Afflic. decis.
112. decis. 248. Cephal. cons. 617. n. 1. cons. 694.
nu. 13. Ruin. iun. cons. 513. n. 18 Vaſq. de ſucceſ.
creat. §. 26. limit. 31. n. 93. Rip. de indiuid. quæſt.
2. nu. 49. Bero. conſ. 67. n. 38. in 1. Paris. cons. 23.
num. 136. in 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23.
tit. 27. num. 15. 19. 22. 23. Menoch. cons. 158. nu.
43 71. Nec in feudis † iuris Francorum, vt in
Regno, ex Conſtit. vt de ſucceſſionibus. rub. 23.
lib. 3. Afflic. not. 3. Bammacar. num. 12. d. §. omnes
fi. ij. Minad. cons. 1. num. 10. in quibus ſolus
primogenitus ſuccedit, Afflic. c. 1. §. præterea
ducatus. num. 2. de prohib. feud. alien. per feder.
Mantic. d. tit. 27. ſub nu 19. & maſculus præfer-
tur fœminæ, Cephal. cons. 664. num. 36. Potuiſ-
ſem ſuper ſingulis primi huius caſus punctis
plura afferre. Sed inſtituti noſtri modum ex-
cedere veritus, qua breuiori, & æquiori potui
reſolutione tranſegi.

Secundus caſus eſt, in feudo hæreditario
44 quod ſit † abſolutè, & ſimpliciter hæredita-
rium eſt, ſiuè nouum ſit, ſiue antiquum Feu-
datarius pro arbitrio ſuo haud ſecus atq; de
bonis ſuis allodialibus teſtari poteſt etiam
extraneo, Rip. l. ex facto. §. ſi quis. num. 16. ff. ad
trebell. Rube. in l. gallus. §. quidam rectè. num. 198.
ff. de liber. & poſthum. Mozz. de natur. feud. nu.
83. Schrader. de feud. p. 7. c. 2. n. 44. Peregr. cons.
22. nu. 4. 5. in 2. Menoch. cons. 504. nu. 4. Cancer,
1 reſol c. 5. num. 56. Bimi. cons. 38. num. 9. Vulte.
de feud. lib. 1. c 9. num. 74. Decian. cons. 58. in 2.
Roland. cons. 10. num. 2. in 1. Natt. cons. 159. nu.
6. Cephal. cons 3 num. 12. cons. 617. à num. 79.
151 ad num. 169. Bec. cons. 28 num. 3. Amat.
cons. 100. num 63. Tolid. Rip. obſer. 370. Oſaſc.
decis. 26. num. 18. cons. 27. num. 11. Quia feu-
dum hæreditarium, iiſdem regulis modera-
tur, quibus aliæ res hæreditariæ, Capic. decis.
2. Natt. cons. 464. nu 22. Corſet ad cons. 12. nu.
66. Schrader. d. p. 7. c. 4 nu. 87 Cephal. cons. 665.
nu. 17. Clar. §. feudum quæſt. 46. ad fin. Cancer. d.
nu. 56. Quod eò extendendum duxi, vt fœ-
minis relinqui poſſit, Iſern. c. 1. an agnat. in c. 1.
de alien. feud. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 1. c.
58. Bero. cons. 65. num. 64 74. in 1. cons. 130. nu.
31. in 2. Crot. cons. 136. num. 51. Cephal. cons.
665. num. 48. Soc. iun. cons. 72. num. 23. in 1.
cons. 112. cons. 114. num 9. in 2 Roland. cons. 3.
num 65. cons. 96. num. 7. in 1. cons. 1. num. 47. in
3. Burſ. cons. 22. nu. 2. cons. 76. nu. 7. etſi maſcu-
lis relinquendum dixerit, Bald. c. 1. §. donare
qual. feud. alien. pot. Dec. cons. 193. num. 3. Si-
gnorol. cons. 10. num. 23. Roland. cons. 79. ad fin.
in 3. Vulte. d. c. 9. ſub num. 75. Atq; de eiuſmo-
45 di feudo † hæreditario intelligo eos, qui vo
luerunt vaſallum de feudo hæreditario te-
ſtari poſſe, eoſq; qui alias ſucceſſuri non e-
rant, inſtituere, Ias. l. 2. n. 213. C. de iur. emphit.
Curt. de feud. p. 4. n. 13. Alex. cons. 19. nu. 7. cons.
28. nu. 19. in 5. Dec. cons. 208. n. 8. cons. 390. n. 5.
Paris. cons. 1. num. 8. cons. 106. nu. 29. in 1. Natt.
cons. 501. num. 14. Burſ. cons 3. num. 1. Menoch.
cons. 104. num. 19. Vulte. de feud. lib. 1. c. 9 ſub
nu. 74. neq; hoc in caſu Domini conſenſum,
requirit, Borchols. de feud. c. 8. num. 6. Roland.
cons. 3. num. 11. in 1. cons. 71. nu. 6. cons. 79 n. 30.
in 2. cons. 16. n. 16. in 3. cons. 34. nu. 84. cons. 84.
num. 19. in 4. Vulte. d. num. 74. Idq; in ſpecie de
feudo conceſſo vaſallo, proli, & quibus de-
derit, docent feudiſtæ, in c. 1 de feud. non ha-
ben. propr. nat. feud. Dec. cons. 171 nu 2 cons. 193.
n. 5. Gozad. cons. 4. n. 8. vel pro hæredibus qui-
buſcumq; Rip. d. num. 16 Honded cons. 92. num.
22. in 1. Roland. cons. 42. nu. 13. in 1. cons. 79. nu
29. in 2. Sanz, de diuis. bon. lib. 1. c 7. nu. 1. quia,
vnum facit patrimonium, à Burgenſaticis
nec diuerſum, latè Frecc. de ſubfeud. differ. 33.
ad fin. & inueſt. form. 3. num. 3. 4. 48. differ.
13. ad fin. Alba, cons. 447. num. 29. Marta, de
Succeſſ. legal. p. 3. quæſt. 3. artic. 4. num. 29.
fusè Tiraq. de Morte, p. 4. Declar. 5. num. 12.
Rouit. pragm. 24. n. 27. de feud. de quibus vt de
reliquis bonis hæreditarijs iudicandum vo-
luit, Dec. cons. 78. num. 6. cons. 395. nu. 5. Clar.
§. feudum. quæſt. 46. ad fin. Paris. cons. 2. nu. 42.
in 2. Ferret. cons. 119. num 9 Natt. cons. 464. nu.
22. Roland. de lucr. dot. quæſt. 54. num. 27. Burſ.
cons. 131. num. 22. Graſſ. §. legitima. quæſt. 21. nu.
4. ſed in eo primogenitum poteſt inſtitui, Burſ.
cons. 3. num. 10. Cephal. cons. 694. num. 41. Alba,
cons. 382. num. 64. cons. 783. & fideicommiſ-
ſum, cons. 568. quia alienare qui poteſt, for
mam rei mutare non prohibetur, l. quod de
bonis. §. fin. ff. ad l falc. Caſtr. cons. 176. nu. 2. cons.
186. in 2. Amat. cons. 100. num. 86. Alba, cons.
382. num. 45. cons. 568. num. 9.

Ampl. I. Vt feudum hæreditarium in fi-
46 deicommiſſi † reſtitutione comprehendatur
Bald. l. 1. quæſt. 33. 49. ff. de rer. diuiſ. & in l. cum
virum. nu. 28. Padill. nu. 55. C. de fideicom. Alex.
l. ſi patroni. num. 15. ff. ad trebell. cons. 19. num 9.
in 5. Ias. de feud. num. 49. Iacob. de feud. verb. &
eum pacto. num. 11. Alba, cons: 568. Schoner. de
feud. lib. 1. diſput. 1. c. 61. Gail. lib. 2. obſer. 154. nu.
15. Thoming. decis. 2. num. 10. 12. Gozad. cons.
26. num. 1. Parſ. cons. 2 num 42. cons. 3. num. 34.
cons. 30. num. 68. in 2. Natt. cons. 159. num. 19.
cons.

cons.464.num.21.latè Surd.cons.475.num.26.
Soc. iun. cons.72.num.22.in 1.cons.79.num.17.
in 4.Clar.§.feudum.quæſt.85.Caualc.decis.32.n.
35.p.3.Craß.§.fideicommiſſum.quęſt.50.n.2.Can
cer.1.reſol.c.5.nu.56.Peregr.de fidcicom.artic.6.
nu.18.Intrigl de ſubſtit.centur.2.quæſt.94.n.27.
centur.3.quæſt.74.nu. 118.Simon de Pret.de in-
terp.Ult.volun.fol.351.nu.7.Becc.cons.28.n.3.
Roland.cons.1.nu.5.in 1.cons.79.n.23.24.in 2.
Fuſar.de fideicom.quæſt. 631.num.1.Cephal.cons.
523.n.54.89.Roſentall.de feud.c.7.conclus.11.à
n.17.Trentacinq.de ſubſtit.p.4.t.8.n.20.Sanz.
de diuis.bonor.lib.1.c.7.nu.3.42.Mantic.de con-
iect.vlt. volun.lib. 7.tit 9. num.4. Bertaz. ciuil.
cons.5.num.14.Menoch.lib.4.præſum.197.num.
5.6.7.cons.704.num.29.cons.1155.dub.3. & in
hereditatis petitione continetur, Bart.l.vt iu-
riſiurandi.§ ſi liberti.num.4 ff.de oper.libert. Ias.
l.ſi non ſortem.§.libertus.nu.35. ff.de condict. in-
deb.Alex.cons.19.num.18 in 5.Dec.cons.390.nu.
14.Schoner.d.diſput.1.c.61.Marin.de feud.tit.3.
n.8.Cephal.cons.665.n.16. Roſentall.de feud.c.
7.conclus.12.n.8.Rot.poſt.Merlin.de legit.decis.
67.nu.4.Roland.cons.84.nu.18.in 4.cons.29.nu.
20 in 3.Oſaſc. decis. 26.num.17.Surd.cons.573.
nu.16.Gail.libr.2.obſer.154.n.11. Vulte.de feud.
lib.2.c.1.num.23.Intrigl. feud. centur.1.quæſt.
50.num.67. Schrader.de feud p.7.c.2.num.64.
c.4.num. 44.Frecc.de ſubfeud.lib.3.num.8.

47 Ampl. II. Feudum hæreditarium † tranſire
etiam ad illegitimos, Balzeran.num.9.c.1.§.
naturales ſi de feud.defunct.conten. Caßan. Bur-
gund.conſuet.rub.3 §.9.nu.16.Roſentall.de feud.
c.7.conclus.19.lit.B.ad fin.Tap.decis.2 num.96.
ſi maternum ſit feudum, Afflic. d.§.naturales.
num.7.Tap.d.decis.2.num.105. etſi naturales
non ſuccedant in feudis, d.§.naturales.Thom.
Marin,de feud.tit.3.n.45.Intrigl.feud.centur.1.
quæſt.9.nu.259.Tap.decis.2.nu.89. Roſentall.
de feud.c.1.conclus.19.nu.2.& rectè, cum feudi
ſucceſſio legitimos vocet, Roland.cons.32.nu.
19.in 3.Decian.cons.24.nu.53.in 1.

48 Declar. I. Vt in feudo † hæreditario de-
functi facto contrauenire nemo poſſit, Schra-
der.de feud.p.3.c.2.nu.24. niſi in fraudem hę-
redis actum id ſit, Bart. & alij, in l.defuncto.C.
ſi in fraud.patron.Burſ.cons.165 num.34. Gabr.
tit.de reg.iur.conclus.11.nu.26.Tiraq.1.retract.
§.1.glos.9.num.57.

Declar.II. Non procedere in feudis pacti
& prouidentiæ, quę reſtituenda non ſunt, ſi
bona omnia reſtituere grauatus ſit feudata
rius, Peregr.de fideicom.artic.6.n.11. quem indi-
ſtinctim loquutũ minus recte opinarut, Mer-
lin de legitim.lib.3.tit.2.quæſt.9.nu.9.

Tertius Caſus eſt, in Feudo Mixto, Quod
49 ſecundogenito legati à Feudatario † poſſe
excluſo primogenito ſcripſit, Bammacar.c.
1.§ omnes filij.num. 53.ſi de feud.defunct. con-
ten.Crauet.cons.256. num.3. Milanens. decis.8.
num.101.decis.9.num.159.p.p.Oſaſc. decis.161.
num.6.Menoch.cons.158.num.64. Graſſ.§.lega-
tum.quæſt.14.num.21.Cephal.cons. 617. à num.
151. quia vt inquit, Pern.cons.4.cons.6.cons.7.
cons.13.cons.15. feudatarius, pluribus agna-
tis, vel deſcendentibus in eodem gradu exi
ſtentibus, non aſtringitur plus vni, quam al-
teri relinquere, Milanens.decis.8.num.99.decis
9.num.160.p.p Bald.cons.198.in 3.Boer.Bitur.
conſuet.tit.de ſcorſiu.§.2 num.38. Paris. cons.2.
à num.34 cons.3.à num.19.cons.106. num.32.
33.34.in 1.Peregr.cons.32 num.7.in 2.

Alij verò rationem adducunt, quod in tali
50 feudo † filius vt ſuccedat. requiritur, eſſe
hæredem, ex com. quam dixi prælud.4.n.37.
adeo vt ſi hæres non ſit, feudum petere ne-
queat; ſi hæres eſt, factum defuncti impu-
gnare non poſſit. Hæc ratio alijs diſplicet,
Quia etſi vaſallus filijs ſuis ita præiudicare
poſſit, non tamen poteſt pręiudicare agna-
tis, non enim requiritur, vt agnatus hæres
ſit vltimo defuncti, ſed ſufficit ipſum media-
tè, vel immediatè illius eſſe hæredem, qui
feudum primus acquiſiuit, quam ſententi-
am comm. & veriorem reſpondit, Paris. cons.
65.in 3.magis.comm.Graſſ.d.quæſt.14.num. 21.
Atq; ita illi diſtiguunt in filijs & agnatis.

Malim ego (inquit, Vulte.de feud.lib.1.c.9.
51 num.79.) diſtinguere † non in perſonis, ſed
in feudo mixto; Nouo; & Antiquo; Vt in illo
quidem vera ſit ſententia exiſtimantium, pa
tri permiſſum, illud vni ex filijs prælegare,
in hoc autem non item, idq; colligere vide-
tur, addit illic, Vulte.ex ſcriptis a Curt.de feud.
p.4.num.132.ad fin.Crot.l.qui romę.§.duo fra-
tres.num. 140.ff de verb.oblig. Alex.cons.29.
num.19.in 5.Soc.cons.127.num.10.in 3.Barb.
cons.66.in 4. Menoch. cons.104.num. 16.cons.
226.num.13.Oſaſc.decis.161.num.6.

Pluribus diffuſe res hæc tractata eſt, Nos
diffuſius tractatum breuius complectemur,
quantum prodeſſe & ſolet, & debet: Vno pri
52 us præmiſſo In feudi ſucceſſione † quatuor
cõſideranda ſunt, linea, gradus, ſexus, & ętas,
quæ ſuo ordine ſibi inuicem præcedũt, Molin.
de primog.lib.3.c.4.n.13.14. Phab.decis.96.n.
18. linea, gradus, & ætas, ex hoc Tex. poſtet-
gari non poteſt, cum de feudo primogenitu-
rę loquatur, vt mox dicemus, Glos.5.6.nec ſe-
53 xus, ex Reg.Carol.c.204. Sed in feudo † mixto
poſtergari recte poteſt ætas ex Iſern.c.Omnes.
filij.ſi de feud.defunc.conten.ſit.in c.1.§. huius
ge-

Google

generis. ex quib. cauſ. feud. amitt. in c. 1. §. ſi libellus. de alien. feud. pater. Doct. in l. quod dicitur. ff. de Verb. oblig. fusè Pern. cons. 4. cons. 12. cons. 13. Caſtr. cons. 170. in 1. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 6. quæſt. 10. num. 20. quæſt. 15. nu. 6. Corſet. cons. 6. nu. 15. 17. & Regens Filius. in ſcholijs, num. 8. Menoch. cons. 161. num. 5. conſ. 504. num. 7. cons. 401. num. 16. Burſ. cons. 3. nu. 2. cons. 295. num. 77. Surd. cons. 573. nu. 31. Decian. cons. 24. n. 44. in 1. quod adeo indubium inquit, *Corſet. Regens in Scholijs ad cons. 8. n. 5.* vt controuerti in regno, nec amplius videatur.

Ampl. I. Vt ſi feudum mixtum (quod di-
54 uidum de iure ſit) in vnum † ex comprehenſis in inueſtitura transferatur, tunc alter eiuſdem gradus pro portione ſua reuocare non poſſit, quia valida eſt in vnum translatio, *Peregr. cons. 32. nu. 7. in 2. Soc. iun. cons. 72 nu. 6. in 1. Amat. cons. 8. nu. 6.* ſecus ſi antiquum ſit feudum ex prouidentia, quia in alterius non cõſentientis præiudicium rata non eſt alienatio, quoad ſuam portionem, *Bald. c. 1. n. 7. de alien. feud. pater. & ibi, Afflic. num. 66. Schrader. de feud. p. 8. c. 7. num. 8. Mareſcot. d. reſol. 76. nu. 16. 20.*

Ampl. II. Vt ætas, & gradus poſtergari
55 poſſit † de conſenſu eius, qui in ętate maior eſt filio, vel nepote: Aut ſi in gradu proximior eſt Auo. Pone inquam filium ex prædefuncto primogenito, ſuperſtitẽ adhuc eſſe, & ex ſecundogenito viuente alium filium, ſi auus huic nepoti ex ſecundogenito feudum relinquat, cum eiuſdem patris ſui conſenſu; recte poterit, nec actio datur nepoti ex prædefuncto primogenito, ſi ſub iuris francorũ forma conceſſum illud non fuerit, *D. Corſet. cons. 6. num. 15. 17.* quia etſi ſola ætas poſtergari in Regno poſſit, vbi tamen ſecundogeniti acceſſit conſenſus, gradum poſtergari etiam poſſe videtur, cum nepos reſpectu aui in remotiori gradu ſit, quam filius; ſed ſtante Patris conſenſu filio prius relictum cenſetur, *Corſet. d. nu. 17.* Nec repræſentatio hoc in caſu diſcutienda eſt, cum dixerim num. 1. 2. in ſucceſſione ab inteſtato illam admitti, & ex Tex. noſtro, in feudo primogenituræ, nõ autem in feudo mixto, quia omnes gradus ſunt in inueſtitura comprehenſi, ſicut & omnes lineæ reſpectu primi acquirentis; ſed in regno nec gradus, nec linea poſtergari poteſt, ſed ętas tantum, ſi vocatus eiuſdem gradus ſit, & lineæ.

56 Ampl. III. Vt ſi feudum ſub forma † cõplexiuè vocante filios, deſcendentes, conceſſum ſit, Maſculinitatis qualitate non expreſſa, nec iuris Francorum clauſula, poſtergari tunc poſſe ætatem, non tamen Sexum, nec Gradum, indubium teſtatur, *Corſet. cons. 6. nu. 15. ex his, quæ Padill. & Doct. notant, in l. vnum ex familia. in princ. ff. de legat. 2. Anchar. cons. 132. Rom. cons. 34. Alex. cons. 55. in 4. Rauden. Var. reſol. c. 71. num. 70.*

57 Ampl. IV. Vt licet in feudo † cum clauſula iuris francorum, poſtergatio fieri non poſſit, ex *Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quæſt. 8. à nu. 8. Fuſc. lit. P. ſing. 14. Intrigl. feudal. centur. 2. artic. 41. nu. 11. 12. art. 39. num. 12. 14. Cumi. c. ſi aliquem. in prælud. num. 257. & glos. antiquis. num. 78. Milanens. decis. 8. ſub nu. 102. p. p.* quia in feudo iuris Francorum primogenitus ſuccedit, *Minad. ad conſtit. in aliquibus. in tex. nu. 51. Corſet. cons. 11. num. 23. cons. 21. nu. 6. cons. 25. num. 14. Anna, cons. 4. num. 2.* Primus tamen acquiſitor recte poteſt poſtergare, *Corſet. cons. 9. nu. 29.* cum de eo poſſit pro velle diſponere, nec ligetur feudi forma; quod ſæpius repetitum eſt.

58 Declar. I. non procedere in † Comitatu & alijs feudis dignitatum, quæ ad primogenitum ſpectant, *Rauden. var. reſol. c. 44. nu. 64. c. 45. num. 11. Decian. cons. 16. num. 6. in 4. Bardell. cons. 105. nu. 56. Peguer. decis. 113.* quia indiuidua ſunt, *Burg. de Paz. cons. 9. nu. 3. Molin. lib. 1. de primog. c. 11. num. 25. Parlador. §. 1. differ. 18. num. 4.* & clauſulam iuris Francorum ex natura feudi inſertam habent, *Maſtrill. decis. 172. num. 34. Corſet. ad patris, cons. 6. num. 8.* ſed generale eſt in feudo iuris francorum non dari poſtergationem, *Corſet. cons. 9. num. 29.* & Regens filius, ad *cons. 6. nu. 8. ad fin.*

59 Declar. II. Vt remotiori agnato † in præiudicium proximioris relinqui non poſſit feudum etiam mixtum, *Corſet. ad Patris. cons. 6. num. 8. ad fin.* etſi ſecus dixerit, *Surd. cons. 63 num. 8. Rim. cons. 17. num. 26. in 2.* Quia poſtergari non poteſt gradus, vbi enim feudum gradatim tranſire debet de agnato proximiore in alios, eligi non poterit remotior, qui ſuccedat in detrimentum proximioris, ſed proximior admitti debet, *Iacobin. inueſt. feud. glos. cum pacto de non alien. num. 32. Brun. cons. 36. cons. 77. Dec. cons. 395. Ruin. cons. 37. nu. 17. in 1. Paris. cons. 5. num. 25. in 1. Menoch. cons. 1256. nu. 14.* Feudum in eius ſucceſſione proximiorem admittit de gradu in gradum, *Decian. cons. 3. num. 200. in 4.* computato tamen gradu ex iure ciuili, *Rim. iun. cons. 796. nu. 6. 7.* & inſpecta linea, non Sexus, vt exiſtente Maſculo feudum fęminæ relinqui poſſit, *Corſet. Regens ad Patris. cons. 6. nu. 7.*

Secundo Caſu *Princ.* ſi pater per Actus inter viuos de Feudo diſponeret, rebus, vel

bonis

Digitized by Google

59 bnnis, in quibus cadit ius † primogenituræ
Tunc viuo patre renocari a filio alienitio
non poteſt, *c.1.de alien.feud.c.1.§.1. per quos
ſiat inueſtit. Afflic.decis. 286. num.3. Marcabr.
cons.98.num.93. Menoch.cons. 99.nu.77. Burs.
cons.410.num.9. Turret. conſ.3. num.29. in 3.
Thoming.cons.5. num.25.27.in 2. Soc.iun.cons.
72.num. 39.40.in* 1. Nec ab agnatis, *Iſern.c.1.
§.& olim.num.5.6.de ſucceſſ.feud. Aluarot.in c.
1.§.deniq; num.23.quæ fuit. prim. caus. benef.
amitt. Iſern.num.1. Aluarot.num.3. Afflic.in c.
1.§.Titius.ſi de feud. defunc. milit. content. fuer.
Tiraq.1.retract.§.2.glos.6.nu. 14. Roland.cons.
57.num.63.in 3.Brun.cons.80.num.12.Neuiz.
cons.10.num.16.Clar.§.feudum.quæſt.48.Oſaſc.
decis.177.Alba, cons.76.* Anton. Sola, *ad decret.
Sabaud.tit.de feud.glos.1.num.15. glos.3. p.2.
num.6.& tit.de alien.feud. num. 23. Bimi.cons.
38.nu.18.* nec fructuum alienatio prohibita
eſt, donec feudatarius viuit, *Sola, d.tit.de feud.
glos.7.3.num.8. Anna, conſ.46.nu.11.*

Ampl. I. Si alienanti patri conſentiat pri
60 mogenitus † nec alienationem reuocare ip-
ſe poterit, *Alex.cons.69.in 4. Surd. cons.484.
num.3.* nocet enim pro ſui vita, *Decian.cons.3.
num.206.in 4.* quia primogenitus cum verè,
& propriè bonorum primogenituræ domi-
nus ſit reuocabilis, alienare quidem ea po-
terit, dum viuet, non vt poſt eius mortem
valeat alienatio, *Molin.de primog.lib.1.c.19.
num.14.c.20.num.1.3.4.5. Palaez, de maior.
p.4.quæſt.1.num.24.25.29.37.Cephal.cons.3.
num.97. Menoch.cons.1023.num.14.* cum enim
à Principe concedente feudum acceperit, a-
lienatio ad alienantis perſonam, reſtringi,
quaſi illam egredi non poſſit, *l.is cui.§.fin.ff.
quemadmod.ſeruit. amitt. l.lex vectigali.ff. de
pignor.c.1.de inueſt.rei alien.fact.com.ex Afflic.
ibid.§.quid ergo.num.3.decis.380.num.2.3.Pi-
nell.l.1.p.3.nu.71.C.de bon.matern. Oſaſc.decis.
156.num.10. Cabed.decis.19.num.11.p.2.Pe-
rier.decis.1.num.10.* etſi legitima præſcriptio
completa iam ſit, *Rip.num.116.Crot.nu.146.
Loaz.num.191.in l.filiusfam.§. diui.ff. de leg.1.
Gregor Lopez.l.10.glos.nile expece.col.8. par.4.
Gomez.l.Thaur.40.num.90. Suar.alleg.3.Pe-
rier.d.nu.10.Curt.iun.cons.181.n.5.Paris.cons.
23.num.199.in 1.*

Ampl. II. Vt licet filius viuo alienante,
ex c.1.§.titius.ſi de feud.defunc. conten.ſit. refu-
ſo precio poſſit feudum redimere infra an-
num, *c.1.§.ſed & res. per quos fiat inueſt. c.1.§.
porro.qualit.feud.olim. Pinell.l.1. p.3.nu. 74.C.
de bon.mater. Schrader.de feud.p.8.c.6.num. 10.*
Agnatus tamen remotior, hoc redimendi iu-
re vti non poterit, *Rom.cons.22.num.6.Brun.
cons.40.num.4. Tiraq.de reuoc. donat.glos.reuer-
tatur.num.454. Schrader.de feud.p.8.c.6.nu.11.*
ex iure etiam ſibi ceſſo a filijs alienateris,
Brun.cons.80.num.21.22. Schrader. d.num.11.

61 Declar. I. Niſi Primogenitus † hęres ſit
patris alienantis in allodijs, *ex comm. Pinell.
l.1.p.3.num.83.C.de bon.mater. Surd.cons.577.
num.13. Molin.de primog. lib 4.c.1.nu. 26.* nec
inuentarium confecerit, *Iſern. c.1.ad fin. qui
ſucceſſ.tenean. c.1.num.5.an agnat.* Lauden.*c.1.
§.titius.num.15.ſi de feud.defunc.content. Afflic.
c.1.§.hoc quoq.nu.74. de ſucceſſ. feud. Thoming.
cons.5.num.7.8.in 2. Roland.cons.44.in 3. Surd.
cons.577.num.14.15.*

Declar. II. Vt alienatio feudi agnatore-
motiori facta, cum conſenſu proximiorum
non preiudicet intermedijs agnatis non con
ſentientibus, *c.1.§. titius. vbi Doct. præſertim.
Præpos.ſi de feud.defunc. content.ſit, Schrader.de
feud. p.8.c.6.nu.7.* præiudicat ſolum conſen-
tientibus, *Decian.cons.3.num.103.in 4.*

Quæritur præterea in hoc tractatu, Patre
mortuo quid ſeruandum? Egregia ſanè quę
ſtio, in qua diſtinctius procedam, ne confu-
ſione quadam obruatur.

62 Prima ſit Affirmatiua, Feudi † hæreditarij
concluſio. Quod cum liberè diſponere poſ-
ſit pater, ſi vendat, permutat, donet, aut a-
liter, nullus reuocationi locus erit, nullamq;
filius primogenitus (eo mortuo) prærogati-
uam vendicare poteſt, *Afflic. decis.112.Pe-
regr.decis.150.nu.28.de fideicom.art.52.nu.83.
Georgr.alleg.8.num.11.Ponte, cons.2.num.41.in
1.Raudens.Var.reſol.c.71.num.285.Viui.decis.
250.num.1.Paris.cons.17.num.43.in 1.Rot.Lu
cens.diuerſ.decis.117. Menoch.cons.2.num. 278.
281.cons.89.num.71.* eum in eo extraneus e-
tiam ſuccedat, *Alba, cons.568.nu.3.cons.755.
num.12.cons.754.num.21.Piſtor.lib.2. quæſt.1.
num.61.Schader.de feud.p.7.c.2.num.44.Sche-
ner.de feud.lib.1.diſput.1.c.60.* nec ſpectat ad
filios ſi hęredes non ſint, *Turret.cons.89.num.
21.in 2.* ijs enim regulis moderatur, quibus a-
liæ res hæreditariæ, *Schrader.d.p.7.c.4.nu.87.
Corſet.ad Patr.cons. 12 num. 66. Roſentall. de
feud.c.7. conclus.6.num.3.* nec in precio inde
redacto, quod feudale non eſt, *Iſern.c.1.§.plau-
ſtorum.ad fin. Quæ ſint regal. Bald. Aluarot.nu.2.
Afflic.num.19.in c.1.de feud.non hab.propr.nat.
Afflic.decis.240.ad fin. Ias.l.ſi cum ſeruum. nu.
6.ff.ſi cert.pet. Anna, ſing.204. Franc.decis. 64.
num.9. Thoming. cons.8. num.100. in 1. Amat.
cons.7.num.31.cons.8.num.2.cons.9.nu.24.Bor-
rell.in ſumm.decis.tit.34.num.659.* nec in prę-
dijs ſubrogatis, quæ cum ſint alterius naturæ
non ſortiuntur naturam feudalium, quo-
rum

rum loco ſubrogantur, *l. cum in fundo. §. ſi fundus. ff. de iur. dot.*

63 Ampl. I. In iure primogenituræ † quod iure hæreditario defertur, regulariter enim omne ius primogenituræ, velut legitima defertur, niſi aliter conſtet, *ex Alber. in proem. D. §. diſcipuli. Laudens. de iur. primog. ad fin.*

Ampl. II. Vt in alienati feudi hæreditarij reuocatione nec filio proſit inuentarium, *Pinell. l. 1. p. 3. num. 93. C. de bon. mater. Frec. de ſubfeud. lib. 2. auth. 29. num. 10. Anna, conſ. 52. num. 20. Roſentall. de feud. c. 9. concluſ. 72. num. 7. 8. Schrader. de feud. p. 7. c. 2. num. 55.*

Declar. I. Non procedere in eo iure pri-
64 mogenituræ † quod iure ſanguinis defertur, vel inueſtituræ, ſubſtitutionis, aut ſimilis diſpoſitionis, *c. 1. de conceſſ. feud. c. 1. An agnat. Purpur. conſ. 390. n. 11. Menoch. conſ. 187. n. 14. Turret. d. conſ. 89. n. 18. Rim. iun. conſ. 401. n. 57. Decian. conſ. 16. n. 51. in 1. conſ. 117. nu. 35. in 3. Mantic. de coniect. vlt. Vol. lib. 7. tit. 9. n. 1. Cephal. conſ. 657. n. 22. Molin. de primog. lib. 1. c. 8. nu. 5.* quoad primogenitum ſpectet, *Alfiu. & alij, à Rim. iun. relati. conſ. 256. num. 21. Turret. d. conſ. 89. num. 13. Molin. de primog. lib. 1. c. 7. num. 4.*

Cæterum, ſi pater feudum hoc diſponeret per viam donationis, quæ inofficioſa ſit re, & conſilio? Tunc paucis reſpondendam exiſtimarit Alij, iuxta plene notata, à *Bart.* & reliquis, *in l. Titio. §. imperator. ff. de legat. 2. in l. 1. & per tot. C. de inoff. donat.* & ad ea lectorem remittunt; quia omnes iuris theoricas ab alijs erudite ſuis locis traditas, transplantare non conuenit, ne plus temporis quis deterat, quã nouæ vtilitatis afferat. Verum remiſſio hæc per ſe non ſufficit, ad eorum reſolutionem, quæ in hac materia occurrere poſſunt: Altius ergo repetenda Res erit.

Pone, pater habens feudum, donat illud vni ex filijs ſecundogenitis, vel extraneo, habet tamen alia bona, non feudalia, in quibus abundè reſeruatur legitima filiorũ, ita quod
65 iure communi † reuocari non poſſit donatio hec tanquam inofficioſa, aut aliter: Vtrum ex iure primogenituræ, quo fraudatur filius, aliquo remedio conſulendum ei ſit?

Prior fuit Negantium opinio, quia de iure communi, a primogenitura excluditur quæ in feudo datur hæreditario. & licet primogenitus reſpectu illius feudi ius primogenituræ habeat viuente patre, ac donationis tempore, nullum tamen ius formatum eius erat, nec ſpes firma reſpectu feudi, & bonorum patris, *l. 1. §. ſi largius. ff. de ſucceſſ. edict. Enriquez. conſ. 14. num. 12. Cancer. 3. reſol. c. 15. num. 50. Gratian. diſcep. 247. num. 59.* alios habes ad Meſſanæ *ſtatut. c. 4. glos. 5. n. 6.* nec in legitima, *l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonor.* plures congeſſi, *d. glos. 5. nu. 4. & c. 7. glos. 18. nu. 1.* ſed nuda tantum expectatio, liberam diſponendi facultatem patri, non impediens.

Poſterior fuit Affirmantium opinio, quia etſi filius, viuo patre, non habeat, etiam reſpectu legitimæ, niſi ſpem ſimplicis ſpectationis, non tamen licet Patri illam defraudare, ſed quæreļæ inofficioſæ donationis locus erit: Lucrum autem hoc a ſtatuto delatum, eſt vera Primogeniti Legitima, aucta, & data ſtatuto, igitur non non licuit Patri diminuere, *Peregr. conſ. 8. n. 15. in 2.* idem namq; iuris eſt de augumento, quod de principali, *l. etiam. C. de iur. dot.* imo nec in totum fraudare ſpem huius lucri, quin ſit locus quæreļæ inofficioſæ donationis; quamuis enim non ſit inofficioſa reſpectu legitimæ primogeniti; erit tamen ipſo iure nulla, tanquam facta in fraudem Conſuetudinis, ad euertendam primogenituram a lege introductam, *l. ſi libertus. ibi, ad hoc vt præceptum legis euertat. ff. de iur. patron.* & nulla ipſo iure eſt alienatio, quæ fit in fraudem legis, *Lancell. Gall. ad conſuet. Alexand. glos. vxori. queſt. 3. num. 8. ad fin. Menoch. conſ. 986. nu. 53.* cum fraus legi facienda non ſit, *Ponte, conſ. 105. nu. 21. in 2.* ipſaq; fraus nemini patrocinatur, *l. in fraudem. ff. de iur. fiſc. c. ſedes. de reſcript. Soc. iun. conſ. 4. nu. 21. in 4. Decian. conſ. 4. nu. 33. in 1.* maximè ſi contra legem fieret, *Borrell. conſ. 12. nu. 6.* nec eam concomitatur, lex in feudorum alienatione loquens, *Bald. & Aluarot. c. 1. §. donare. nu. 4. qualit. olim. feud. alien. poter. Iſer. in c. 1. § ſed ſires. per quos fiat. inueſt. in c. 1. §. titius. ſi de feud. fuer. controuerſ. Abb. conſ. 82. num. 10. in 1. Burſ. conſ. 165. num. 33.*

Pro reſolutione, Primam negantium opi-
66 nionem † Veriorem puto, quia quærela inofficioſæ donationis nunquam fuit introducta, niſi pro conſeruanda legitima iure naturæ debita, *l. cum donationibus. l. ſi mater. C. de inoff. donat. Cravet. in conſ. poſt. Oſaſc. deciſ. 122. nu. 18.* ad quam expreſſim limitatur, *ex l. 1. l. ſi totas. l. ſi liqueat. C. de inoffic. donat.* & ad legitimam vſq; a filijs reuocatur, *Guid. Pap. ſing. 341. Natt. conſ. 125. Tepat. lib. 2. variar. tit. de inoffic. donat. col. 2. verſ. donatio inofficioſa. ex magis com. Sacca, conſ. 32. num. 28.* vt inde extendi non poſſit ad debitum vigore ſtatuti competens. Quamuis enim præcipuum lucrum hoc dicatur, legitima quædam primogeniti, non tamen propriè eſt legitima iure naturæ debita, ſed prælegatum, ſeu beneficium quoddam à legitima ſeparatum, quod extenſo vocabulo dici poteſt legitima primogeniti, non

quod ſit legitima, ſimpliciter loquendo, ſed ex eo quod uon à parente, ſed à lege conſuetudinaria conceditur, ſicut conuentio legitima appellatur, quę à lege ſcripta, vel conſuetudinaria introducitur, vel confirmatur, *l. legitima ff. de pact.* & ita debet intelligi, & interpretari, quod poſt, *Glos fin. in c. licet. de vot.* per manus traditur, regnum vel ducatũ totum eſſe legitimum primogeniti, *Afflic. d. §. preterea ducatus. nu. 31. Mozz. de feud. rub. de Natural. feud. num. 107. Frecc. de ſubfeud. p. 2. diff r. 39. Tiraq. de primog. quæſt. 5 num. 5. quæſt. 53. Roſental de feud. c. 7. conclus. 13. lit. A. Lanar. cons. 1. nu. 20. 21.* vt & Feudum, *Salic l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. teſtam. Alex. l. ſi patroni ff. ad trebell. conſ. 19. conſ. 20. in 6. Anna, ſing. 197. & ad r. t. nu. 254. de Vaſall. decret. ætat. Ricc. collect. 1620. Fab. Anna. cons. 6. n. 12.* & licet diſſentiant, *Angel. l. in quartam ff. ad l. falc. Cuman. & Caſtr. in d. l ſi patroni.* quos citat *Rip. d. l in quartam. num. 178.* vbi poſt alios diſtinguit, *num 179.* id verum in feudo nouo, non in antiquo, quod à genere deſcendit, ſic quoq; non in regno ab aſcendentibus quæſito, *Peregr. cons. 1 num. 50. in 2.* non enim eſt eius legitima propriè, & ſimpliciter iure naturæ debita, cum palam ſit, vt ſolus primogenitus totum habeat, *ex l. vt liberis. C. de Collat. l. maximum vitium. C. de liber. præter. l. pen. C. de legit. hæred.* ſed largo modo dicitur legitima primogeniti, ex eo, quod lege conſuetudinaria ad conſeruationem talium dignitatum inductum eſt, vt ſoli primogenito ſit debita.

Concludo ex his, quod donatio feudi à patre facta, retinente in mobilibus, vel alijs bonis vſq; ad legitimam iure naturæ debitam, vel quaſi, taxatam *ex auth. nouiſſima. C. de. inoff. teſtam.* non poteſt dici inofficioſa, nedum reſpectu cæterorum filiorum, ſed nec etiam reſpectu primogeniti. quã iis per hanc viam fruſtretur omni ſpe, & effectu iuris primogenituræ, quia non obſtante illa ſpe licuit patri de bonis ſuis libere diſponere, tam per ius commune, quàm per conſuetudinem, & ſic cum iure ſuo vtatur, nec præiudicet alicui habenti ius in re, vel cui ſit obligatus, non cenſetur facere fraudem, legi, aut homini, *l. nullus uidetur. ff. de reg. iur.* exornat, *in term. Morot. cons. 29. ad fin. ex Taris. cons. 12. num. 59. in 1. Crauet. cons. 332 num. 17. 19.* cum dicatur inofficioſa donatio, ſi fraudentur filij legitima, *l. ſi mater. C. de inoff. donat. Griuell. decis. 97. n. 4. Gabr cons. 137 n. 18 in 2. Tuſc. lit. Q concl. 41. n. 15.* Ex his patet reſpõſio ad contraria.

67 Verum, ſi conſtet, donationem † nedum re ipſa, ſed conſilio in fraudem primogeniti, vt in themate, factam eſſe, quando pater dedit omne feudum ſecundogenito ſine alia cauſa; Tunc puto ſatis apparere hoc factum, ad fruſtrandum primogenitum ſuo iure primogeniturę, *l. Omnes. §. lucius. ff. de ijs, quæ in fraud. credit. l data. C. de donat.* Vnde mortuo patre, tametſi filius donatarius non ſit hæres, puto poſſe reuocari tamquam inofficioſam, ſeu exemplo inofficioſæ, vt ſtatim dicam reſpectu primogeniti, quatenus ad ipſum erat iure primogenituræ peruenturum.

68 Si autem appareat, de aliqua iuſta † vel probabili & motiua cauſa, ex qua veriſimiliter eſſet facta donatio, puta propter inſignes nuptias ſecundogeniti, vel propter eius inſignem virtutem, aut dignitatem, puto ceſſare præſumptionem fraudis, cum non meritorum ratione, ſed ſanguinis, filio donatũ præſumatur, *ex l. tutor. §. quæ tutoribus. ibi, vt filius, non vt tutor. ff. de excuſat. tut. Dec. l. ſi à patre. in fin. C. de collat. ex comm. Caſtr. cons. 345. num. 14. cons. 371. in 1. Soc. cons. 91. in 2. Rom. ſing 648. Honded cons. 47. n. 12. in 1. Clar. §. donatio. quæſt. 3. nu. 2. Garz. de donat remun. num. 49. 50. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 10. nu. 26 Bertrand. cons 164. nu. 1. ad fin. Vol. 5. Rot. Aneni in. decis. 193. nu. 13.* & pater ſi ſolam feudi partem, vel vnum feudum dederit, cum plura haberet, puto non eſſe pręſumendum id actum animo fraudandi primogenitum. Quia inofficioſa conſilio dici non poteſt donatio, ſi omnia bona præſentia, & futura non donauerit pater, ſed particularia quædam in donationis inſtrumento deſcripta, vt reliqua ei ſupererint, ad quæ venire poſſet filius ab inteſtato & legitimam conſequi, *Caſtr. cons. 356. in 2. Rip. lib. 3. reſpon. de donat. reuoc. c. 10. Clar. §. donatio. quæſt. 24. Rot. poſt. Merlin. de legit. decis. 64 nu. 2. 3. Crauet. in cons. poſt. Oſaſc. decis. 122. nu 20. Griuel. decis 97. n. 4. Sacca, cons. 32. num. 28.* nec in dubio inofficioſa præſumitur, *Bec. cons. 68. num. 8. Griuell. decis. 97. num. 3.*

69 At ſi donatio facta † ſit extraneo, etiam ſi de omni feudo, non puto ex hoc ſolo præſumi fraudandi animum, etſi non appareat de alia iuſta cauſa, quia vehemens amor & conſilium patris in filios, *l. quidam cum filium ff. de hæred. inſtit. l. fin. C. de. curat. furios. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* excludit huiuſmodi præſumptionem, & facit præſumi inſigne quoddam meritum vel amorem in illum donatarium. Tum ex quo liberum fuit patri donare extraneo inter viuos quid, & quantum vellet, non videtur fraudaſſe filium vt ferè in ſimili, ait, *Vlpian. in l. 1. §. quod autem*

mortis

mortis.ff.ſi quid in feud.patron. & hoc, niſi de animo nocendi primogenito conſtet, cui loco legitimę eſt primogenitura, *Tuſc.lit.Q.conclus.41.n.6.* donatio enim facta extraneo nō reſcinditur in totum, ſed ad legitimã, ſi inofficioſa non ſit re, & conſilio, *Crauet.in cons.poſt Oſaſc.decis.122.num.19.Coſta.de ſcient.1.diſtin.77.num.2.Fontanel.d.glos.8.num.22,* adeo vt vtrumq; copulatiuè requiri dixerit, *Bart.d.§.imperator.Rom.cons.26 dub.4.cons.91.Caſtr.cons.251.in 2.Rim.iun.cons.42.nu.97 Bec.cons.223.num.7.* Honded.*cons.43.num.25.in 1.Coſta.de ſcient.& ignor.centur.1.diſtin.77.nu.24.Crauet.in cons.poſt Oſaſc.deciſ.122.nu.19.Fontanell.de pact. nupt.claus.5.glos.8.p.2.nu.22.23.25.Beret.cons.30.num.14.Clar.§.donatio.quaſt.24.Gabr.cons.137.num.29.in 2.Merlin.de legit.lib.2.tit.1.quaſt.21.nu.18.Surd.cons.473.nu.1.Mangil. de imput. quaſt.93.num.21.* imo ſi re, & conſilio eſſet inofficioſa, quæ filio facta eſt donatio, ad legitimam reuocatur, *Bart.l.titio.§.imperator.num.1.ff.de leg.2.l.1.num.3.C.de inoff.donat.* Ias. *auth.vnde ſi parens.num.16.C.de inoff.teſtam.Bald.cons.341.in 2.Rom.cons.95.*Natt.*cons.125.num.3.Bec.cons.68.nu.5.Gabr.cons.137.num.22.in 2.Rim.iun.cons.227.num.17.Merlin.d.quaſt.21.num.22.Negus.cons.374.num.27.Seſſe,decis.26.nu.74.75.*

70 Ampl. I. Donationem inofficioſam † eſſe, ſiue ſit de omnibus bonis, *l.ſi pater.l.ſi totas.C.de inoff.donat.* ſiue de aliquibus, quæ æquipollent, omnibus, *Papon.de arreſt.lib.11.tit.1.arreſt.6.Fontanell.de pact. nupt. claus.5.glos.1.p.3.num.20.Tepat.lib.2.Variar.tit.de inoff.donat.col.2.verſ.donatio dicitur.* Fraus enim ex magna bonorum diſtractione arguitur, *l.omnes.§.lucius.ff.quæ.in fraud.credit.Alex.cons.55.nu.5.in 1.Corn.cons.140.num.8.in 2.Randens.cons.38.nu.44.in 2.Oſaſc.decis.108.nu 15.decis.180.num.7.Burſ.cons.165 nu.27.*

71 Ampl. II. Vt immenſa vni † filiorum facta donatio, ad legitimam vſq; à cæteris filijs reuocari poſſit, *auth.vnde ſi parens.C.de inoff.teſtam.Gail.lib.2.obſer.116.num.3.Tepat.d.col.2.verſ.immenſa.* etſi tantæ quantitatis nō ſit, vt de inofficioſitate redargui poſſet, *Surd.cons.332.nu.15.Rot.decis.161.num.2.* quos citat, *Scholiat.ad Ludouis.decis.539.nu.19.*

72 Ampl. III. Vt ſi eodem tempore † eodemq; contextu diuerſis perſonis, vel eidem diuerſæ factæ fuiſſent donationes, quę iunctę filiorum legitimæ diminuant, Tunc omnes ad legitimam reuocari non eſt dubium, *gloſſ Bart. Bald.Caſtr. & alij, in l.1.C.de inoff.donat.Trentacinq.Variar.lib.3.tit.de donat.reſol.4.nu.4.Fontanell.d.glos.8.nu.42.Turret.cons.40.nu.43.44.in 2.Coſta.d.diſtinc.77.n.4.* vel ſi diuerſis temporibus factę ſint, & nullę, vt eodem. pore confirmande veniat, morte, aut alias, Tunc inofficioſæ etiam erunt, *Trentacinq.d.reſol.4.num.5.Fontanell.d.glos.8.num.44.*

73 Ampl. IV. In filio legitimato † ſiue ex matrimonio, *Angel.et Salic.d.l.ſi totas.nu.2.Rip.l.ſi vnquam.quaſt.32.& ibi,Tiraq.glos.ſuſceperit liberos.n.71.C.de reuoc.donat.Peregr.de fideicom art.24.n.7.Merlin.de legit.lib.2.tit.1.quaſt.21.n.40.* ſiue ex Principis reſcripto, eũ de iure ei cōpetat legitima, *Gabr.cons.86.n.4.in 2 Menoch.cons.164.nu.35.cons.1026.n.3.lib.4.præſum.79.num.49.Surd.cons.185.nu.10.de alim.tit.1.quaſt.8.nu.5.Caball.cons.163.nu.51.in 1.Honded.cons 88.nu.7.in 1.Tuſc.lit.L.conclus.182.n.22.Randen.de analog.c.26.nu.106 Lup de illeg.comment.3.§.1.nu.73.Pereg.de fideicom.artic.23 nu.27.* niſi legitimati ſint poſt donationē, *Rip.d.l.ſi vnquam.n.80.& ibi,Tiraq.glos ſuſceperit liberos.n.70.Tuſc.lit.D.conclus.712.n.34 Gutier.de iuram.confir.p.p.c.9.n.3.Ceual.com.quaſt 720.Merlin.de legit.lib.2.tit.1.quaſt.21.nu.39.*

74 Ampl. V. Vt ſi bona non † donata ad legitimam ſatis non ſint, reuocatio non ſit in totum, ſed ad legitimam tantum, *Bart.d.§.imperator.Curt.cons.1.ad fin.Ias.cons.125.ad fin.in 1.Crauet.in cons.poſt Oſaſc.decis.122.num.20.*

75 Declar. I. inofficioſæ donationis † actionem Naturali filio non dari, *Crauet. d. cons. poſt Oſac.decis.122.num.18.Bald.cons.479.in 4.* quia nulla ei cōpetit legitima, *Alex.& Rip.n.65.l.1.ff.ſolut.matr.Craß.§.legitima.quaſt.3.n.2.Paleot.de Noth.c.38.n.7.Lup.de illegit.com.§.1.nu.60.Peregr.de fiſc.lib.3.tit.18.num.18.*

76 Declar. II. Vt duobus modis † donatio inofficioſa ſit; Ab initio, ſi pater donando excedit beſſem, aut ſemiſſem, vt quod ſupereſt, non ſufficiat ad integram aliorum filiorũ legitimam, *ex Glos.d.auth.vnde ſi parens.verb.immenſa.& in §.1.Auth.de immenſ.donat.* ſiuè re, & conſilio pater inofficioſè donauerit, ſiue re tantum, *l.1.l.ſi totas.l.ſi mater.l.ſi liqueat C.de inoff.donat.* quo ſenſu *Accurs.* & communiter interpretes intelligendam exiſtimant, *d.auth.vnde ſi parens.& tit.de immens.donati.ex Griuel.decis.97.num.15.Angul.de non melioran.l.7.glos.2.nu.5.Valaſc.decis.189.n.19.Lup.de illegit.comment.4.§.2.num.29.Ferrer,p.3.obſer.305.Fontanell.de pact.nupt.claus.5.glos.8.p.2.num.40.*

Ex poſt facto inofficioſa cenſetur donatio, ſi pater non exceſſerit donando, ſed poſtea minus eorũ legitima, filijs reliquerit, habita bonorum ratione, quæ ipſe poſſideret mortis tempore, donationis tamen cauſa prius fa-

& eam metiendo non ad bona præterita, (ideſt, vt loquitur *tex. illius auth.* ad id quod poterat ante donationem deberi) ſed ad bona præſentia, *ex §.1. Auth. de immens. donat.*

Sed hæc poſterior ſpecies à præcedenti, eo maximè differt, quod donatio ab initio inofficioſa, ita reſcinditur, & reuocatur, vt de rebus ipſis donatis detrahatur quãtum opus eſt ad filiorum legitimam, *l. ſi totas. C. de inoff. d nat. Clar. §. donatio. quæſt. 4. Anton. Monach. Bonon. decis. 21. num. 18. Marta, decis. 67. nu. 9. Peregr. de fideicomm. art. 36. nu. 35. Gratian. diſcept. 751. num. 14. Seraph. iuram. priuil. 107. num. 14. Ludouis. decis. 539. num. 4.* Ea vero quæ ex poſt inofficioſa fit, facto teſtatoris minus relinquentis nulla ex parte reſcinditur, nec quicquam detrahitur de rebus donatis, ſed totum legitimæ ſupplementum ſoluitur de bonis non donatis, *Caſtr. d. auth. vnde ſi parens. Caualc. decis. 7. num. 30. p. 3. Surd. cons. 332. nu. 14. Griuell. decis. 97. num. 17.* licet aliter, ſed minus recte ſentiat, *Bened. in c. rainutius. p. 3. glos. legi i na. de teſtam. Fontanell. d. glos. 8. p. 2. nu. 41. Tiraq. de reuoc. donat glos. omnia, vel partem. nu. 34. Trentacinq. lib. 3. var. tit. de donat. reſol. 4. nu. 5. Gabr. cons. 137. num. 11. in 2.* mortuo tamen patre, *Vini. decis. 434. num. 9.*

Potrò tradit perſpicuè, *Surd. d. nu. 14.* quod licet donatio eo tempore, quo fit, non ſit inofficioſa, vt quia ſuperſint tot bona, quæ ſufficiant pro legitima: ſi tamen ex poſt donator de reliquis ſuis bonis in ipſius donatarij, vel alterius commodum diſponat, integram filijs legitimam non relinquens, reuocatur (inquit) donatio, vt à principio in-
77 officioſa. Verum in hoc tantum † fallitur quod ait donationem reuocari poſſe. Nam vt diximus legitima, hoc in caſu, non ſuppletur de bonis donatis, ſed alijs, ſicq; non reuocatur donatio, nec auocatur à donatario res donata, ſed computatur in ſubſtantia patris ad augendum legitimam, perinde ac ſi adhuc in bonis ſi iſſet, mortis tempore, *Griuel. decis. 97. ſub num. 17. Fontanell d. nu. 41.* Hincq; ſatis colligitur aduerſus *Cyn.* rectius ſenſiſſe, *Griuel. decis. 97. num. 18.* vltimam donationem, quę actu lædit legitimam, ne dum eſſe inofficioſam, ſed & per eam priores effici inofficioſas.

Cæterum, quæ de donatione hactenus, excuſſimus, locum etiam vendicant in Refutatione à patre ſine cauſa facta, quia donatio eſt, *Bald. cons. 184. in 4. Tuſc. lit. D. conclus. 685. num. 16. lit. I. conclus. 171, num. 6.*

Ex his itaq; & alijs, quæ ſciens, conſultoq; prætermitto, contendi etiam ſolet, An ex
78 donatione † remuneratoria legitima, deducenda ſit filio? Negat, *Rip. l. in quartam. nu. 149. ff. ad l. falcid. Rot. Auenion. decis. 23. nu. 14. Sanchez. de matrim. lib. 6. diſput. 8. Tepat. lib. 2. variar. tit. de inoffic. donat. col. 2. vers. legitima. Crauet. cons. 141. nu. 4. Peregr. de fideicom. art. 15. n. 8.*

Contrar. reſoluit, *Caſtr. num. 7. Ias. num. 15. auth. Vnde ſi parens. C. de inoff. teſtam. Bertran. cons. 71. num. 9 p. 2. vol. 1. Crauet. cons. 165. nu. 4. 6. Rot. decis. 488. nu. 7. 8. 9. p. p. Cuius opin. magis. comm. teſtatur Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 10. n 24. Seraph. decis. 416. n. 14.* quia gratioſa non eſt, ſed oneroſa donatio, *l. attilius regulus. ff. de donat. l. ſi pater. §. fin. ff. de donat. l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ibi, genus quodam hoc eſſe permutationis. ff. de petit. hæred. Alber. p. p. ſtatut. quæſt 122. Soc. iun. cons. 94. nu. 13. in 2. Rim. Iun. cons. 507. n. 20. 24. conſ. 556. n. 121. Seraph. decis. 416. nu. 13. Roland. cons. 13. nu 27. in 3. Decian. cons. 25. num. 32. in 1. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 10. num. 19. Garz. de donat. remuner. num. 3. 5. 7. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 2. nu. 7. Turret. cons. 9. nu. 7. in 2. Sanz, de diuis. bonor. lib. 2. c. 11. num. 38. Couar c. cum in officijs. num. 8. de teſtam. Suarez, de Lucr. lim. 3. Gratian. diſcept. 202. num. 2. Fontanell. de pact. nup. clauſ. 5. glos. 8. p. 5. nu. 66.* quæ ex ſuperuenientia filiorum non reuocatur, *Caſtr. cons. 434. in 1. cons. 435. in 2. & alijs, a Tiraq. de reuoc. donat. glos. donatione largitus. nu. 11. 12. Garz. de donat. renumer. nu. 10.* nec impugnatur, vt in officioſa, *Alex. cons. 30. in 1.* ſed in hoc diſſentit, *Rom cons. 26. num. 9. Tuſc. lit. D. conclus. 685. num. 45.*

Dubitari idcirco contingit, An generalis
79 meritorum † expreſſio ſufficiat, inter perſonas non prohibitas? Sunt qui putant, ſpecialem requiri, *Bald. l. illud. quæſt. 4. C. de ſacroſ. eccles. & in l. fin. ff. de exercit. act. Caſtr. cons. 345. in 1. cons. 193. in 2. Ias. cons. 54. in 2. cons. 73. in 3. Rim. iun. §. 1. a nu. 26. ad num. vſq; 270. inſtit. de donat. Surd. cons. 164. ad fin. Coſta, de port. rat. quæſt. 75. num. 12. latè Tuſc. lit. D. conclus. 636. Clar. §. donatio. quæſt. 3. 8. Merlin. d. quæſt. 10. num. 25. Ruin. cons. 173. nu. 12. in 1. Tiraq d. verb. donatione largitus. num. 93. 97. Mareſcot. lib. 2. reſol. 27. num. 3. Phæb. decis. 86. num. 11. Decian. cons. 25. num. 39. in 1. Peregr. cons. 3. num. 10. 12. in 3. Menoch. cons. 112. num. 26. cons. 308. à num. 3. Molin. de primog. lib. 2. c. 8. à num. 17. Barz. decis. 117. ſub num. 18. Seraph. decis. 201. nu. 4. decis. 231. num. 1. Honded. cons. 47. num. 50. in 1.* quia merita æqualia eſſe debent rebus donatis, *Natt. cons. 600. nu. 37. cons. 657. nu. 3. Sanz. d. c. 11. num. 42. Rim. iun. cons. 289. num. 20. Seſſe. decis. 52. nu. 4. Merlin. d. quæſt. 10. nu. 20. Burſ. cons. 151. nu. 109. Menoch. de arbitr. cas. 134.* Nec

rura-

iurata donantis aſſertio ſatis eſt, niſi adminicula concurrant, ex Salic. & alijs tradit, Tiraq. d. gloſ. donatione largitus. nu. 100. Seraph. deciſ. 1184. nu. 5. 9. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 15. n. 41. vel ſi promiſſorium eſſet iuramentum, Rip. l. ſi vnquam. quaſt. 15. C. de reuoc. donat. & reſp. 1. num. 9. tit. de donat. cauſ. mort. Corn. conſ. 104. num. 13. in 2. Grat. conſ. 63. num. 24. in 2. Mareſcot. d. reſol. 27. num. 6. Quia generalis meritorum aſſertio ad colorandam donationem apponi cenſetur et potius Notarij ſtilo, quam partium voluntate, Oldr. conſ. 5. Seraph. deciſ. 1184. num. 2. Mareſcot. d. reſol. 27. nu. 7. Menoch. conſ. 112. nu. 2. 27. 33. Rot. Auenion. deciſ. 23. num. 10. & in minimo verificari poſſet, l. quod in rerum. §. 1. ff. de legat. 1. l. fin. C. de annal. except. Phæb. deciſ. 86. num. 11. ideo probanda etiam ſunt merita, Rim. iun. conſ. 295. num. 67 Merlin. d. quæſt. 10. nu. 27. 32. Mantic. d. tit. 15. num. 41. Mareſcot. lib. 2. reſol. 27. num. 2. 3. Coſta, de port. rat. quaſt. 75. n. 7. quæ in ſignia eſſe debent, Rip. l. ſi vnquam. nu. 30. C. de reuoc. donat. Ias. l. ex hoc iure. num. 55. ff. de iuſt. & iur. Tiraq. d. gloſ. donatione largitus. num. 106. 107. Lop. rub. de donat. §. 50. nu. 33. Guttier. de iuram. p. p. c. 5. nu. 2. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 4. num 8. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. queſt. 10. num. 34. imo reſpectu irreuocabilitatis non creditur Principi de meritis, aſſerenti, niſi aliunde probentur, Ruin. conſ. 175. num. 14. in 1. Barz. deciſ. 117. nu. 15 deciſ. 118. num. 12.

80 Alij verò, generalem ſatis eſſe † exiſtimant, ex Bart. l. ſi forte. num 5. ff. de Caſtr. pecul. cum perſonæ non ſint prohibitæ, poſſintq; liberè donare ſine meritis, Rot. Auenion. deciſ. 23. nu. 11. Et ſtandum eſt aſſertioni inſtrumenti, quod de meritis affirmet, inter ipſos contrahentes, l. optimam. C. de contrah. ſtipul id enim operatur generalis in genere, quod ſpecialis in ſua ſpecie, l. ſi chorus. ff. de legat. 3. l. duo fratres. ff. de admin. tutor. cumq; ſpecifica illa meritorum mentio ad aliud non tendat niſi reſpectu probationis; diſponere ergo poſſunt partes, vt ſtetur inſtrumento generaliter loquenti, gloſ. l. vinum ff. ſi cert. petat.

Poſteriorem hanc Doct. ſententiam ſequitur, Rip. qui contrarijs Socc. argumentis reſpondet in l. ſi vnquam. nu. 32 C. de reuoc. donat. Ias. conſ. 144. in 2. Dec. conſ. 20.

Quid dicendum? Meritorum aſſertio quæ donationem conſeruat, ſpecialem requirere probationem, Etſi opinentur alij. Fatebar tamen dici poſſe, & verius, probari merita ex generali expreſſione, in donantis præiudicium, & inter eaſdem partes, vt non competat donatori reuocatio, quia donauit (vt ipſe inquit) ſuo benemerito, Ias. l. 1. nu. 44. ff. de Conſtit. Princ. Decian. d. conſ. 25. num. 40. 44. Surd. conſ. 419. nu 66. 67. Rim. iun. conſ. 556. num. 108. imo nec reſpectu liberorum, quibus fit præiudicium, l. attilius. cum gloſ. ff. de donat. Bart. in l. cum quis decedens. §. titia. num. 1. & in l. aurelius. §. fin. nu. 2. ff. de liber. legat. Alex. nu. 5. Dec. num. 30. in l. donatione C. de collat. Tiraq. d. gloſ. donatione largitus. nu. 79. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 15. num. 41. Mareſcot. lib. 2. reſol. 27. nu. 2. 3. Coſta, de portion. rat. quaſt. 75. num. 7. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 10. num. 32. ſicut dicimus mariti, confeſſionem ſuis non prejudicare creditoribus, Gloſ. & Bart. auth. ſed iam neceſſe. C. donat. ant. nupt. Caſtr. conſ. 383. in 2. Seraph. iuram. priuil. 21 num. 19 Viui. deciſ. 148.

in ordine,aliam excludit, *Papon. cons. 53.nu.
23.* Siquidem illam ortum ducit a lege,quæ
perſonam inhabilem declarat; Hæc naſcitur
à facto, ſeu delicto,quod ab incapace per le-
gem conſtituto committitur, *Peregr.d.tit.
2.num. 26.Papon.d.num.14.*

Incapax dicitur ratione rei,quæ in extra-
neum alienari prohibetur,cuius certus eſt ſuc
ceſſor; in feudo Primogetus, in fideicommiſ
ſo Subſtitutus ; Proinde ſi quis, ijs exceptis
ad feudum , vel fideicommiſſum admitti
peteret ; Ex lege feudi , vel iudicio teſtato-
ris, habendus perinde eſt, ac ſi ad illud in-
ſtitutus non fuiſſet, *Bimi.cons.65.num.8.*cum
hæreditas etiam,aut res alia incapaci reli-
cta,pro non ſcripta habeatur , *ex l.ſiquis mihi
bona.§.planè.ff.de acquir hered.l.ſi in metallum.
ff de his quæ pro non ſcrip.l.in metallum ff.de iur.
fiſc. Clar.§.teſtamentum. quæſt. 31.* Gozad.cons.
21.num. 18.20.*Marzar.cons.84.num. 10. Cra-
uet. cons.925.num.4. Papon. cons.53. num.15.
Manent.cons.144.num.8.*quod apertius ſenſit.
Bald.in l. eam quam.num. 18. 19. C.de fideicom.
qui inſequutus differentias inter non capa-
ces, Eam præ cæteris probat ; Alios nomine
10 capaces,eſſe non re ipſa † quia emolumen-
tum retinere non poſſunt , vel quia id à lege
vetitum , aut teſtatore prohibitum fuerit,
& hi perinde iudicantur,ac ſi incapaces fo-
rent, *Menoch.cons.828.num.32.*ſi enim cape-
re, cum effectu eſt accipiendum , *l. aliud eſt
capere.ff.de verb.ſignif.*& hi licet capaces ſint
non tamen re ipſa , conſequens eſt perinde
eos haberi , ac ſi incapaces omnino forent:
neq; diſſimile in iure noſtro eſt, non capere
& capere, quod alteri mox reſtituendum
ſit, *l.non videtur quiſquam.& ibi, Dec. ff. de reg.
iur.l.ſi pars.§.fin.ff.de inoff.teſtam.l.ſi quis man-
dato.vbi Bart ff.de neg.geſt.*incapax ergo nun-
quam capit, *Manent.cons.144.num.10.* nec ac-
quirit, *num.11.*etiam perfictionem, *Gratian.
diſcept.283.num.7.*quia incapacitas, acqui-
ſitioni obuiat à principio, *Corn. cons. 222.
n.2.3.in 4.Manent.cons.73.cons.144.nu.10. Pe-
regr.de iur.fiſc.lib.3 tit.1.* vt ſubſtituto rema-
neat,vel coniuncto accreſcat, *Caſtr.cons.316.
in 1.Gabr.cons.104.in 1.Manent.cons.144.n.8.
Peregr.de iur.fiſc.lib.3 tit.1. num.2.* ac ſi voca-
tus non fuiſſet, R*ube.cons.22.ad fin.Bero.cons.
57.num.13.in 2.Ponte, cons. 21.num.17. Man-
tic.de coniect. vlt. volun.lib.8.tit. vlt.nu.49. 50.
Honded.cons.75.num. 39.in 1. Molin.de primog.
lib.1.c.9.num. 29. 30. Manent.cons.144.num.7.*
nemo ſuccedit, niſi cui lex ſucceſſionem de-
fert , *Roſentall. de feud.c.5. conclus. 54. gloſ. 8.*
aut teſtator vocat, *Rim.iun.cons.825.nu.37.*
Paria enim ſunt in ſuccedendo , mortuum
quem eſſe,vel extare,& ſuccedere non poſſe,
*l.pater filium. & ibi gloſ.ff.de inoff.teſtam.l. 2.§.
ſed ſi ſint. vbi ,Bart.ff.ad Tertull.Reuit.d.pragm.
1.nu.127.*Quocirca notat, *Roſentall.de feud.c.
10.conclus.41.nu.41.*ſi inhabilis non dum eſt
in poſſeſſione feudi, Dominus nec teneatur
illum in fidelitatem & poſſeſſionem feudi re
cipere;eſt enim ipſo iure a ſucceſſione exclu
ſus:nec ſi indignus eſt, ſuccederet Fiſcus, ſed
ſequens in feudo , admittitur , *Peregr.de iur.
fiſc.lib. 2.tit. 3.ad fin.Decian.cons. 19.num. 143.
in 3.Guazz.de confiſcat.conclus.13.ampl.6.num.
49.Rot.decis.911.lib.3.p.3.*

Differt etiam Incapacitas , & Priuatio,
hæc ſupponit habitum,etſi ad illum non ha-
beat regreſſum , *§.quod autem. vbi, Angel. ad
fin.inſtit.de capit.dimin.l.liber homo.ff.de ſtat.ho-
min.Montier.decis.2.num.31.* illa habitum re-
mouet, & nihil eſt , incapax enim nunquam

ca-

capit, *Peregr. de iur. fiſc. d. lib. 3. tit. 1. nu. 2. Ma-
nent. conſ. 144. nu. 11.* nec facit numerum, cum
pro mortuo habeatur, *l. 1. §. ſed ſi patronus. ff.
de coniug. cum emanc. liber. Rouit. ad pragm. 1. nu.
125. de bon. prodit.* Exemplum erit, ſi quis fuit
ſemel capax, & hæreditatem, vel legatum ac-
quiſiuit, commiſſo exinde delicto incapax
hæreditatis, vel legati dici non poteſt, cum
iam acquiſiuerit, ipſaq; inhabilitas ſuperue-
niens hæreditatem iam acquiſitam, non au-
fert, *ex Becc. conſ. 112. num. 20. Surd. conſ. 45.
nu. 34.* tra lit *Peregr. decis. 12. nu. 5.* nec nocet,
*Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 29. nu. 45. Schra-
der. de feud. p. 10. ſect. 7. num. 115. Molin. de
primog. lib. 1. c. 13. num. 33 34.* quia ſemel hæ-
res, non poteſt deſinere hæres eſſe, *l. ei qui ſol-
uendo. ff. de hæred. inſtit. l. etſi ſine. §. ſed quod pa-
pinianus. ff. de minor. Bart. l. in ſubſtitutione. ad
fin. ff. de vulg. Ruin. conſ. 160. num. 18. in 2. Natt.
conſ. 459. num. 13. Cephal. conſ. 52. num. 22. Pe-
regr. conſ. 155. num. 10. 41. in 5. Becc. conſ. 196.
nu. 14. Surd. conſ. 457. nu. 33. conſ. 267. num. 57.
conſ. 300. nu. 4.* futuram tamen impedit ac-
quiſitionem, *Rom. conſ. 442. Fontanell. de pact.
nupt. claus. 5. glos. 8. p. 10. n. 11.* etiã primogenij,
& feudi, *Rot. decis. 911. n. 1. lib. 3. p. 3.* ſed propter
delictum priuatur ex confiſcatione, imo tũc
per fideicommiſſum alter ſuccedit, trebel-
lianica à grauato detracta: ſi vero vocetur
quis, ſtante alterius incapacitate, ille inca-
pax nihil capit, nihil detrahit, perinde enim
eſt, ac ſi nunquam fuiſſet in rerum naturà,
vt dixi: ſic hæres indignus, cui a fiſco hæredi-
tas aufertur, nec deſinit habere titulum, &
nomen hæredis, quod ad plura prodeſt, *l.
ex facto. §. Iulianus. ff. de Vulg. Peregr. de iur. fiſc.
lib. 2. tit. 2. num. 8. Guazz. de confiſc. conclus. 13.
ampl. 6. num. 39.* remoueri tamen ab eo po-
teſt incapacitas, qui poteſt facere capacem,
hoc eſt, Rex, *Gratian. diſcep. 226. num. 7.* & qui
eum admiſit, *Schrader. de feud. p. 6. c. 6. nu. 46.*

Ex his dictum puta, quod licet incapax ad
ſuam vtilitatem capere non poſſit ad alte-
11 rius tamen commodum † vt Alteri nempè
reſtituat, capere rectè poteſt, *ex l. cogi. §. hi, qui
ſolidum ff. ad trebell.* cum quod accipit, ſi ſer-
uare, aut retinere minimè poſſit, perinde ha-
beatur ac ſi non cepiſſet, aut rei capax nec
fuiſſet: Nam capientis perſona ſpectanda
eſt, non autem miniſterium adhibentis, vt
alter accipiat, *ex l. cum dotem. ff. ad l. falcid.
Caldas. §. tam autem. num. 34. inſtit. de inoff.
teſtam. Caſtr. conſ. 264. in 1. Magon. Lucens. de-
cis. 53. Natt. conſ. 441. nu. 28. Cephal. conſ. 460.
n. 29. 30. Bim. conſ. 65. n. 11. Mantic. de coniectur.
vlt. volunt. lib. 9. tit. 10. num. 13. Gratian. diſcept.*
316. num. 23. Bellon. de ijs quæ fiunt. incontin. c.
83. num. 7. Surd. conſ. 250. num. 1.* momenta-
nea acquiſitio non eſt conſiderationis di-
gna, *l. 3. §. item ſi quis ff. de legat. præſt. l. fin. §. fin.
C. de bon. quæ liber. Dec. conſ. 277. nu. 1. conſ. 569.
num. 1. Fenut. de moment. temp. c. 31. num. 31. Ti-
raq. de reuoc. donat. glos. ſuſceperit liberos. nu. 186.
201. Tuſc. lit. M. conclus. 309. Bellon. d. c. 83. nu.
7. Bimi. d. num. 11.* nec aliquid operatur, vbi
actus non eſt ad acquirendum ordinatus,
*Franc. decis. 14. num. 26. Montier. decis. 2. à num.
34.* nec ad tranſmittendum, *Fenut. d. c. 31.
num. 9.* niſi aliquod ipſe recipiat emolumen-
tum, *Surd. conſ. 250. num. 29.*

Illud tamen animaduertendum eſt, quem
12 libet idoneum præſumi † & habilem, *c. fin.
& ibi, glos. de præſumpt. l. ab ea. ff. de probat. l. hu-
iuſmodi. §. legatum. & ibi Iaſ. ff. de legat. 1. Butr. d.
c. fin. num. 3. & in c. quia. num. 37. de elect. Glos.
& Bart. l. ſi cuæramus. ff. de teſtam. Dec. c. in præ-
ſentia. num. 44. de probat. conſ. 682. num. 15. Al-
ciat. conſ. 30. num. 16. conſ. 43. num. 1. lib. 2. Cra-
uet. conſ. 203. num. 24. Cephal. conſ. 611. num. 2.
Surd. conſ. 367. nu. 8. conſ. 486. nu. 7. conſ. 530.
num. 19. conſ. 571. num. 28. decis. 75. nu. 14. Becc.
conſ. 189. nu. 21. Aldonin. conſ. 27. nu. 2. Valen-
zuol. conſ. 76. nu. 45. conſ. 90. n. 205. conſ. 92. n.
148. Menoch. lib. 6. præſum. 91. conſ. 552. num. 10.
conſ. 227. num. 3.* aſſerens in dubio pro habi-
litate pronunciandum, *Alex. conſ. 149. num.
10. in 5. Dec. conſ. 682. num. 14. Valenzuol. conſ.
92. num. 149.* habilitas in quauis diſpoſitio-
ne ſupponenda eſt, *Glos. l. 1. C. de ſacris. eccleſ.*
vbi enim de vno quæritur, cætera ſupponun-
tur habilia, *Schenar. conſ. 19. num. 69. in 1. Surd.
conſ. 234. nu. 23. conſ. 495. n. 10.* imo habilem
ad actum à ſe geſtum, aliquem eſſe, commu-
ni opinione ſufficit, *Alex. conſ. 138. in 1. Ga-
br. tit. de probat. conclus. 8. à num. 1. Pariſ. de reſi-
gnat. lib. 4. quæſt. 2. num. 21. lib. 7. quæſt. 24. nu.
45.* vbi actus cum debita forma, factus præſu-
mitur, *Caſtr. conſ. 52. conſ. 66. nu. 1. in 1. Becc.
136. nu. 1. Surd. conſ. 469. num. 18. Cartar. decis.
123. num. 4.* ſed hæc habilitas tempore cele-
brati contractus, inſpicienda eſt, *l. ſi filiusfam.
vbi, Bart. & reliqui ff. de verb. oblig. Tiraq. 1. re-
tract. §. 1. glos. 9. num. 98. Molin. de rit. nupt. lib. 3
quæſt. 17. num. 13. quæſt. 29. num. 44. 45. Surd. de
alim. tit. 9. quæſt. 11. num. 9. Molin. de primog. lib.
1. c. 13. num. 33. 34. Cenall. comm. quæſt. 828. nu.
17. quæſt. 850. num. 4.* nec futurus euentus mu-
tat, aut alterat ipſius naturam, *Oldrad. conſ.
207. Cenal. d. quæſt. 850. num. 3.* nec actus per-
fectus vitiatur, etſi peruenerit ad caſum, à
quo incipere non poterat, *l. fin. C. de nupt. Ce-
nal. comm. quæſt. 666. num. 9.* Nec habilitas

perueniens conualidat inſtitutionem inutiliter de incapace factam, *Gabr.cons.* 134.*nu.* 52.*in* 2.*Surd.cons.*456. *num.*28.*Coſta, de port. rat.quæſt.*30.*nu.*4.ſi inhabilis eſt mortis tempore, *Surd.cons.*548.*num.*2.*ex l.ſi titius.ff.de teſtam.milit.* nec conſiderantur, vt ex retro, *Mangil.de imput.quæſt.*83.*nu.*40.*Caual.decis.*1. *n.*8.21.28.*p.*4.*Rim.iun.cons.*560.*n* 50. Sed eo tempore, quo actus ad eff.ctum deducitur, *Mangil.de impuct.quæſt.*77.*num.*158.

Pro Cotonide igitur totius materiæ Primogenitorum: vt primogenituræ ius locum habeat; Sex requiri dicimus ad pleniorem noſtri *Tex.* intellectum.

Ptimum, quod de Allodio non agatur, ſed de ſolo Aſcendentis feudo, in linea directa; proptiam enim a iute communi naturam habent allodia,

Secundum, quod ſit illius Aſcendentis filius, vel nepos ex filio, eum repreſentans, qui ad ſucceſſionem venit.

Tertium, quod ſit Maſculus. Ne quiſpiam cauſari poſſit maſculinum in hoc *Tex.* concipere fœmininum: Habet enim fœmina in ſuccedendo quoad feuda peculiarem in Regno legem, ex Reg. Carol. c. 204.

Quartum, quod ſit ptimus natus, ſiue quod non habeat aliquem ptius ſe, ex defuncto Parente natum, de cuius ſucceſſione agitur.

Quintum, quod Naturalis non ſit, vel legitimus, ſed legitimus, & naturalis filius ex iuſtis nuptijs procreatus.

Sextum, vt feudum intta Regni fines ſitum ſit, nec municipalis huius legis limites excedat. Compettum enim eſt, quod determinatio certi iutis ptimogenituræ, ex hoc *Tex.* facta, vim habere non poſſit reſpectu bonorum, quæ ſunt extra Tettitorium ſuum, ſicut nec aliarum legum determinationes reſpectu Primogeniorum locum habeant in bonis hoc in Regno ſitis. Vt ſua cuiuſq; loci conſuetudo, & lex, ſeruanda ſit.

Ex his pluta ſunt, quæ in controuerſiam veniunt; vtq; facilior eorum ſit exitus. Hæc breui verbotum compendio pet quæſtiones excutienda cenſui.

Q. I. Defunctus eſt primogenitus, vxore prægnante; ſi moriatur exinde patet, relicto ſecundogenito, An ex ptimogeniti repræſentatione ſuccedat ventet, vel ſecundogenitus filius præfetatur qui primus eſt inter filios?

13 Quainte, Natum præferri † non nato ex multis reſpondit, *Alba, cons.* 106. *Tuſc. lit.H.conclus.*6.*num.*10. maxime ſi dubium ſit, an prægans ſit venter, *Bertaz.ciuil.cons.*100. quia habilitas in quacumq; materia conſideratur tempore, quo, caſus, de quo agitur, eueniet *l.ſi dies appoſita.ff.quand.dies legat.ced.l.eum qui ff.de condict.& demoſtr.Tiraq.*1.*retract.*§.1.*glos* 9.*à num.*78.*ad num.vſq.*104. *Decian. cons.*86. *num* 40.*in* 3. nec homo dici poteſt, qui eſt in vteto, *l.fin.ff.de aſſign. liber.l.fin.ff.de collat. bonor.Bald.c.cum in cunctis.num.* 10.*de elect.Surd. cons.*375.*num.* 36.

14 Conttat. dixi verius. Imo ventrem † ex vi repræſentationis ſecundogenitum excludere, ſi prægnantem eſſe, adeo ex ſignis conſtet, vt dubium non ſit, *Alba, d.cons.* 106.*num.*23. *Bertaz.ciuil.cons.*100. & in poſſeſſionem mittendus eſt ventet, *l. ſi communi.* §.*ſed etſi ff. comm.diuid l.*1.*ff.de ventr.in poſſes.mitten.Sfort. de in integr.reſtit.quæſt.* 2.*num.*48. *Tiraq.* 1.*retract.*§.1.*glos.*9.*num.*77.*Laderch.cons.*46.*num.* 1. quamuis ignotetur an ſit maſculus, vel fęminia, & à feudi ſucceſſione excludantur fæminæ, *Palaez, de maior.p.*2. *quæſt.*6. *num.*51. *p.*3 *quæſt.*2.*Sottomay.iur.controuerſ.*19.*nu.*207. *p.*3. Tum quia partus, qui in vtero eſt, in ſui fauorem pro nato habetur, vt nati gaudeat priuilegijs, *l.qui in Utero.ff.de ſtat.hom.l.ſi quis prægnantem. ff.de reg. iur.l. inter.* §. *quandiu. ff. vnd.legit.l.*1.§.*ſi quis proximior.ff vnd. cognat.l. quod dicitur.l.intelligendus.ff.de verb.ſignif.l.antiqui.ff.ſi parſ.hæredit.pet.Aldobr.* §.*cum autem. num.*4.11.*inſtit.de tutel.*§.1.*num.*9.*inſtit.de excuſ.tut.Peralt.rub.ff.de hæred.inſtit. Gutier.* §.*ſui. num.*13.*Inſtit.de hæred.qualit. Dec.cons.*222.*nu.* 2.*Gregor.Lopez,l.*3.*glos.*1.*tit.*23.*par.*4.*Anna. Robert.rer.iudic.lib.*3.*c.*13. *verſ. nam ſi quæratur. Roias, in epitom.ſucceſ.c.*10. *nu.* 42. *Mantua ſing.* 335.*Caldas, l.ſi curatorem. glos.ſine curatore. nu.* 24.*C.de in integr.reſtit. Soc.cons* 276.*num.*16.*in* 2.*Tiraq.lib.*1.*retract.*§.1.*glos.*9.*num.*77. *& de reuoc.donat.glos.ſucceperit.liberos.nu.*144.*Ruger. cons.*1.*num.* 30.*p.p.Molin.de primog.lib.*3.*c.*10. *num.*1.2.*Coſta, de retrotract.c.*2.*num.* 3. *Sfort.de reſtit.in integr.quæſt.*2.*num.*48.*quæſt.*5.*num.*28. *Soccarat.in Conſuet.Cathalon.c.ſi aliquis habet.*§. 13.*num.*67.*Sottomay iur.controuerſ.*19.*nu.*203. *p.*3.*Peregr.de fideicomm.artic.*43.*num.*23.*Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.*11.*tit.*2.*num.* 16.*tit.* 6.*num.*9.*Vulte.de feud.lib.*1.*c.*9.*nu.*88.*Cancer.* 3.*reſol.c.*5.*num.*4.*Valenzuol.cons.*7.*nu.* 32. *Farin.quæſt.*13.*nu.*50. *Palaez, de maior.p.*2.*quæſt.* 6.*num.*51.*p.*3.*quæſt.*2. etiam a die ſuſcepti ſeminis, *Matthæac.lib.*3.*de legat.c.*17.*num.*3. Proinde loci Ciuilitate gaudere inquit, *Thor.compend.decis.lit.C. verb.conceptus.* & illius, in quo cõceptus fuit partus, etſi alibi naſcatur, *Rim. iun.cons.*363.*num.*255. Tum quia ſequentem in gtadu, ex eiſdem iutibus impedit, *l.fin.ff*

de ventr. inſpic. l.2.§. Vtiq.ff. de ſuis & legitim. hæred.Peralt.rub.ff.de hæred.inſtit.à nu.123.Palaez.de maiorat.p.3.quæſt.2.Sotomay.d.quæſt.19 nu.204. Tum quia conditionem,ſi ſine filijs facit deficere, *Petroe. conſ. 5.num.1.2.Spin.de teſtam.gloſ. 14.num. 117. Peregr. de fideicomm. art.43.num.29. Mantic. de coniect. Vlt. Volunt. lib.11.tit.2.num.16.tit.6.num.1.9.10.Tiraq.d. num.77.78.Coſta,de retrotrac.c.2.num.3.Ruſtic. de fideicomm.lib.4.c.15.* cum prægnantem vxorem reliquens nō videtur ſine liberis deceſſiſſe,*l.ſiquis prægnantem.ff.de reg.iur. Anna.Robert. d.c.13. Verſ. primum itaq.* & filiorum nomine continetur venter prægnans,etiam in conditionibus & ſtatutis, *Zabarell.conſ.60.num.5. Tuſc.lit.F.conclus.373.num.40.* Tum quia poſthumus ex primogenito in feudi ſucceſſione excludit patruum,*latè Palaez,d.quæſt.2.n. 5. Auendan.l.Thaur.40. gloſ.4.num. 3.* & ſuus hæres eſt, ac ſuitatem habet, *Craſſ. §. ſuitas. quæſt. 4.num.4. Forſter.de ſucceſ.lib.2.c. 18.1.u. 28.Marta,de ſucceſ.legal.quæſt.6 artic.1.num.6. p.p.* Quia retrotrahitur natiuitas ad tempus præambulum, *l.intelligendus.ff.de Verb. ſignif. l.antiqui.C.ſi pars hæredit.petat.& contra Corn.et Salamon.* reſoluit,*Pinell.rub.C.de bon.mater.p.2. num.36.Aret.l.poſthumo. C. de collat. Zuccard.l. poſthumo. nu.5.8.C.de Contratab. Viui.decis.82. num.10.Caldas,l.ſi curatorem.gloſ.fine Curatore. num.77.C.de in integr.reſtit.* nec mirum,quia ſola lex fictionem inducit,non homo,*Decian. conſ.5.num.50.in 1.Tuſc.lit. F.conclus. 219.nu. 1.* Inde eſt,vt reſtitutio in integrum ei detur, qui eſt in vtero, *l.etiam ei.ff.de minor. Bald.rub. de reſtit.in integr.ad fin. in c.1.not.2.& ibi,Felin.de præſcript.Sfort.de in integr.reſtit.quæſt. 2. num. 48.quæſt.5.nu.28.Ruſtic.de liber. in condict. poſit.p.p.c.2.num.74.Morla,in empor. iur. tit. 5. in princ.ſub num.9.Tiraq.lib.1.retract. §. 1.gloſ. 9.nu.77.Coſta, de retrotract.c.2.nu.3.* eidemq; retractum ſanguinis competere voluit, *Palaez de Maiorat.p. 3.quæſt. 2.num.8. Peralt.rub. ff.de hæred.inſtit. Tiraq.d.nu.77.ad num.vſq.82.* imo, & negotiorum geſtorum actionem ei dari,addit,*Bart.l.cum pater.ff.de negot.geſt.Ruſtic.d.num.73.Tiraq.d.nu.77.* Proinde ventrem quandoq; Coronatum, & in poſſeſſionem Regni miſſum, inquit, *Anna.Rober.lib.3.rer. iudic.c.13.vers ſic aliquando.*

Non obſtat,*Alba,conſ.106.* quia ſupponit

15 ipſe,nec natum † nec conceptum fuiſſe filium tempore,quo euenit ſubſtitutionis caſus: At ſi conceptum ſaltim eum fuiſſe inquit, *Alba,num.23.* tunc aliter reſpondi neceſſe erat, cumq; primogeniti patris ſui morientis tēpore,prægnantem eſſe ventrem hac in quæſtione ſupponimus, concludendum omnino eſt, *Albam*, caſum hunc determinaſſe potius, & probat in ſpecie, *Menoch.conſ. 106.num.5. 6.conſ.413.num.12.13.lib.4.præſump 93.num. 1.3.& infra,*

Nec obſtat, *Bertaz.d.conſ.100.* Quia loquitur in caſu, quo non conſtaret ventrem eſſe prægnantem; Atſi de prægnantia ex ſignis cō ſtet,tunc ſecus eſſe *Bertaz.* illic notat. Quæ verò ſint Prægnantis mulieris ſigna,habes ad *Meſſan.ſtat.c.8.gloſ.2.à num.7.p.p.*

16 Ampl. I. Vt poſſeſſio † defuncti ex Regis *Ferdinan.cap.43.* in eum etiam continuetur, qui eſt in vtero,ſi ad Primogenium, vel Maioratum ipſe vocetur,*Pacian.de probat. lib. 2.c. 4.num.19.Surd.conſ.369.nu.22.Palaez.de maior.p.3.quæſt. 2.num. 9.* ſecus ſi de prægnance vtero non conſtet, ex ſignis ſaltem.

Ampl. II. Vt ſi fœmina ſit admiſſa,nullis extantibus maſculis, Poſthumus inde natus bona à fœmina iam admiſſa, reuocet quia pro nato habendus eſt,a Patris ſui morte, *ex d. l. qui in vtero.* ſcripſit. *Tiraq. de primog.quæſt.10. nu.26. Fuſar.de fideicomm. quæſt. 385.num.18.*

Ampl. III. Vt ſi feudi dominus deceſſerit vxore prægnante,à curatore ventri dato,vaſalli intra tempus legitimum inueſtituram petere coguntur, *Præpoſ.c.1. num. 1.Quæ fuit prim.cauſ.Curt.de feud.p.4.num.56.Schrader.de feud.p.6.c.2.num.32.* Ipſiq; Regi in vtero exiſtenti iuramentum & homagium præſtandum voluit,*Lopez.l.5.gloſ.1.tit.15.part.2.* ac ſi natus iam eſſet, *Palaez.de maior.p.3.quæſt, 2. nu.8.* dato prius curatore, *Alexandr.in c.1.col. 2.Quæ fuit prim. cauſ. Ruſtic.d.num.73.*

Ampl. IV. nec diſtingui poſthumos verè natos eſſe,vel ex vtero defunctæ matris extractos,*Aluarot.c.1.nu.5.An mut.vel alit. imperf. Schrader.de feud.p.7.c.5.num.13.Vult.de feud. lib.1. c. 9.num.88.*

Declar. I. Quod dicimus eum,qui in vtero eſt, non aliter pro nato haberi,quam ſi de eius commodis agatur: Illud non paſſim,ſed adhibita diſtinctione locum habet,cum ſpe-

17 ctari oporteat † verum agatur de lucro aliquo, & priuilegio , quod lex indulgeat, an verò de implemento contractus. Si de lucro & beneficio,non ex contractu, ſed a lege indulto agatur, vtero fauere ſolet, & in fauorē prolis pro nato habetur,qui in vtero eſt. Vetus enim in odium adduci non debet,*l.emancipatum.ff.de Senator.l.2 ff. de filiis decur. l.excuſantur.ff.de excus.tutor.l.etiam.ff.de minor. Anna.Robert.lib.3.rer.iudic.c.13. verſ.ſi de lucro.* Sed ſi de implemento contractus,ea quę prægnans eſt

eſt, liberos habere cenſetur, aut certè res ipſa ex euentu pendet, & iura quandiu claudi tur, incerta ſunt & ſuſpenduntur. Quid enim ſi ante legitimum pariendi tempus prægnans abortu ſpem naſcituri fœtus abicerit, *l. qui mortui. ff. de verbor. ſignif.* At ſi exinde naſci eum contigerit omnia retro conſiderantur, & ex eo tempore, quo mater grauida fuit, is qui in vtero erat, pro nato haberi, & cenſeri debet. Nam toties præſumitur is, qui in vtero eſt, viuere, quoties præſumptio, cum veritate concurrit, *l. 1. ff. de ventr. in poſſ. mitten. Annæ. Robert. loc. cit.*

Declar. II. Quod ſi de ea condictione, vel cauſa agatur in iis, quæ vtilia ſunt pro nato habetur, qui in vtero eſt, in odioſis vero, & dãnoſis pro mortuo, *§. ſeruus autem alienus. & ibi, gloſ fin. inſtit. de hered. inſtit. Caual. decis. 42. nu. 51 p. p. Anna. Rober. d. c. 13. verſ. ſed ſi de ea.*

Q. II. Si duo ſint eiuſdem ætatis fi†j eodem
18 partu editi ſed neſcitur vter prior editus ſit, Quis præferatur? Hanc quæſtionẽ difficilem inquit, *Phæb. decis. 29. n. 3. Tiraq. de primog. queſt 2.* Si ambo Gemini ſint maſculi, vel fœminini ſexus, At ſi alter Maſculus, alter Femina, quia maſculus in feudo, & primogeniis præfertur, ceſſat quæſtio, ſolẽt enim ad ea vocari maſculi, per quos familiarum ſpendor conſeruatur, *Teßaur lib. 1. forens. queſt. 34. num. 3. Bellon. de iis, quæ fiunt incontin. c. 15 1. n. 4.* in allodiis vero fœmina prius natã ſe fuiſſe probare debet ſiue agat, ſiue excipiat, *ad tex. l. ſi ita fuerit legatum. ff. de reb. dub. Pacian. de probat. lib. 2. c. 11. n. 11.* Si vero, eiuſdem, non diuerſi ſint ſexus, vterquè nimirum maſculus, Tunc omiſſa Opinionum relatione, & Argumentorum, conflictu, quod copioſiſſimè præſtitit, Cirier, *de primog. lib. 1. à queſt. 6. vſq. ad quæſt. 12.* Quatuor diuerſas referens Opiniones, quibus hinc inde diſcuſſis, ac reiectis, tandẽ *queſt. 11.* concludit per quatuor concluſiones

Prima, ſi in Geminis eſt qualitatum naturalium diſparitas, is præferendus erit, qui melius à natura dotatus eſt, eo quod, is citius vterum matris præſumatur exiuiſſe, puta maſculus, ſi ſint diſparis ſexus, ſed ſi ambo ſint maſculi robuſtior, *Felin. c. capitulum, S. Crucis. nu. 19. de reſcript. Alciat. regul. 1. præſum. 49. num. 4. Tiraq. de primog. queſt. 17. opin. 7. 8. Pacian. d. c. 11. num. 12.*

Secunda quod ſi ſint pares in qualitatibus, & doribus naturalibus vterq; primogenitus ſit cenſendus, in rebus diuiduis vt ſunt regulariter omnia feuda (de iure loquor) dignitatis feudis; & regalibus exceptis, imo, & vtrumq; ad Regnum admitti voluit, *Lopez. l. 12. gloſ. ambos. tit. 12. par. 7. Lanar. cons. 59. num. 30. Capic. feud. inueſt. rub. feudatar. fil. limit. 1. ad fin. Molin. de primog. lib. 3. c. 1. à num. 19. Tiraq. de primog queſt. 17. opin. 4. num. 1. Gomez. num. 68. Palat. Ruui. num. 6. Ciſuent. queſt. 3. l. Thaur. 4. Intrigl. feud. centur. 2. artic. 36. num. 8. Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. queſt. 11. artic. 1. n. 2. 3.*

Tertia, quod in indiuiduis, vt ſunt regnũ, & feuda dignitatum præferendus ſit poſſeſſor, *arg. §. comodum. inſtit. de interd. c. ſi à ſede. de præben. in 6.* quæ latè tradit, *Tiraq. de primog. quæſt. 17. opin. 11. 12. Caldas. de renouat. emphit. lib. 1. queſt. 17. nu. 34.* quod multo magis procedit in feudis, quam in aliis rebus, cum in his mirabiliter pro poſſidente præſumatur, *c. 1. vbi, Gloſ. & Bald. de controuerſ inueſt. Brun. cons. 108 Alba, cons. 753 num. 10. 11.*

Quarta, neutro poſſidente locus eſt gratificationi, *ex Bald. l. in quibus C. de ſecund. nupt. Rip. l. quo minus. num. 91. ff. de flumin. Cumi. c. ſi aliquem. gloſ. maior natu. num. 204. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. queſt 8. à num. 13. Caldas. d. queſt. 17. num. 32 queſt. 18 num. 23. 39. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 6. c. 58 Lanar. cons. 59. num. 20. 21. Intrigl. feud. centur. 1. queſt. 39. nu. 14. queſt. 57. num. 49. centur 2. artic. 37. num. 6. 18. Tiraq. de primog. queſt. 17. opin. 19. Marta, claus. 34. num. 8. p. 2.* indicium namq; ſortis, Cirier, abhorret, ex his, quę, *d. queſt. 6.* excuſſit, *& Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. queſt. 11. artic. 1. num. 3.* Sed iam ſatis loquutus eſt, Cirier. Quid ergo nerum? excutiamus.

Secunda Cirier, concluſio, Primogenio
19 non conuenit, cuius eſt† vt vnum tantum admittat, *Lopez, rub. de donat. inter. vir. & vxor. §. 69. num. 21. Soc. cons. 47. num. 6. in 3. Dec. cons. 397. num. 7. Couar. 3. reſol. c. 5. num. 3. Surd. cons. 375. num. 11. Peregr. cons. 160. num. 1. in 5. Tiraq. de primog. queſt. 42. num. 3. Molin. de primog. lib. 1. c. 11. num. 9. lib. 3. c. 1. nu. 1. Menoch. cons. 1005. num. 22.* Tum maxime in hoc Siciliæ regno, *Caſtill. decis. 33. num. 22.* & priorem natu reliquis excluſis, *Abb. cons. 3. uol. 2. Boer. de Cuſtod. clau. num. 62. Curt. cons. 67. Couar. 3. reſol. c. 5. nu. 3. Suar. de inoff. teſtam. ampl. 10. nu. 26. Gomez, l. Thaur. 40. num. 59. Caldas, de renouat. emphit. lib. 1. queſt. 17. num. 7.* Si duo ergo inter plures filios, eiuſdem ſint ætatis, vt incertum ſit, vter prior natus, non debet vterq; admitti, ſed excludi potius, cum in concurſu ſe impediẽt, *l. quoties. ff. de vſufr. l. ſi ita fuerit. l. quod de pariter. ff. de reb. dub. Rip. l. quo minus. nu. 62. ff. de flumin.* cum neuter fundatum habeat intentionem, nec ſe vocatum poſſit oſtendere; ſicq; illi duo, abſq; vlla prærogatiua ſuccedent æqualiter, cum reliquis minoribus, *ex. l. ſi ita*

fuerint.ibi,vel ei qui maximus natus eſt,& duo pa
rei etate ſint.ff.de reb.dub. Bart. l.idem erit.ff. de
*ſtat.homin.*dum reſpondet obiectioni,*ex l.cum*
inter.C.de fideicom.libert.confert,tex.l.cum ex plu
ribus.ff.de manumiſſ.teſtam. l.duo ſunt Tity.ff.de
reb.dub.l.qui ſoluendo.cum l.ſeq.ff.de hæred.inſtit.
Quarta etiam, *Cirier*, concluſio, Nec iuris
20 eſt, quia gratificatio † etſi quædam gratia
ſit, quæ fit alteri ex pluribus concurrenti-
bus, quando vtriq; non poteſt ſubueniri, *l.ſi*
quis in graui.§.ſi cum omnes.ff.ad Sillan. Tuſc.lit.
*G.conclus.75.nu.1.*vel quando duo ita ſunt pa
res in iuribus,vt non appareat,qui maius ius
foueat,*glos.c.cum autem.verb.indicio. de iure pa*
tr.Tuſc.d.num. 1.Petr. Gregor. Syntagm. iur.lib.
17.c. 6.num. 50.p.p. Non tamen concedi tur
vni inter alios,niſi in caſibus à iure expreſſis,
Ioan. Andr.c.in noſtra.de teſt.lib.Bald.c.1.de alienat.
feud.Aret.cons.142.nu.13. Tiraq.lib.1.retract.
§.26.glos.2.num.2.de primog.quæſt.17.opin. 2.
num.23.Caldas,de renouat.lib.1.quæſt.17. num.
39. Sed iure, aut conſuetudine cautum non
eſt,Patrem,vel Matrem,aut alium aſcenden-
tem,poſſe inter duos æqualis ætatis filios,
gratificare alterum, eiq; ius primogenitu-
ræ adiudicare, ſi ignoretur quis prior natus
ſit, quia actus morientium in pendenti eſſe
non poſſunt, *l.Iulianus.ff.de donat. caus. mort.*
l.1.§.ſi pendeat.ff.ad maced.l.receptum.vbi,Bart.
Angel.& Caſtr. num. 3.ff.comm.præd. l.cum fi-
lius.§.ſeruus.ff.de legat.1.Bart.l.ſtipulationes non
diuiduntur.num.52.ff.de Verb.oblig.Burgos.de
Paz.cons.32.num.18.Molin.de primog. lib.3.c.
*10.num.4.Suarez,alleg.17.nu.13.14.*nec ſi pa-
rens pro velle alterum præelegerit, negari,
poſſet,q in alterum alteri præferret: Etſi ad
tollendam diſcordiam vni ex filijs poſſit pa-
ter feudum prælegare, *ex Caſtr. cons.179.nu.*
3.Ias.cons.107.in 4.Natt.cons.501.nu.28.Pan-
*cirol.cons.1.ſub num.4.*Sed hoc de feudo iuris
comm. quod ad omnes filios ſpectat.
Nec obſtat quod,*Ioan.Andr.notat ad Spe-*
21 *cul.tit.de feud.col.4.Vers.ego autem.*aſſerens† in
feudo indiuiſibili, ſi dubitetur, vter ſit pri-
mogenitus recurrendum ſit ad Patronum,
qui honeſtiori, & prudentiori illud aſſignare
poterit ſi pares ſunt; eorumq; alteri, cui li-
buerit gratificare, *Lanar.cons.59.num. 20.21.*
Marta,d.quæſt.11.artic.1.nu.3.4. Lup.de donat.
inter.vir.et vxor.c.per veſtras. §.26.nu.8.Cirier.
de primog.lib.1.quæſt.10.Tiraq.de primog.quæſt.
*17.opin.19.*Sed hæc *Ioan. Andr.* opinio iure
non probatur,quamuis alias in ſe ſatis ratio
nabilis ſit, nec in noſtris feudis deferendum
ei erit, niſi de expreſſo conſtet,aut tacito par
tium conſenſu. Tum quia ius ſuum alienę vo
luntati committere nemo cogitur, Tum
quia ſi ad Patroni gratificationem, & ſic
certi hominis, Prior prouocat, ſuſpectum ſe
Patroni præoccupati fauoris, Aduerſario fa-
cit. In feudis vero regalibus à ſupremo Mo-
narcha immediate mouentibus procedere
poteſt *Ioan. Andr.* opinio, vt eo in caſu tanquã
ſupremus iudex gratificare poſſit, ſiquidem
in eo, cum ſit ſummus iuſtitię vigor, omnis
ceſſat ſuſpicio, *l.prohibitum.C.de iur.fiſc.lib.10.*
ad eum in diſcordijs recurrendum eſt, *l.1.C.*
*de nupt.*cum ſuperioritatis ius nec cenſeatur
ſublatum, *l.fin.ff.de calumn.Ias.l.fin.ff.qui Sa-*
tiſd.cogan.Surgen.de Neap.illuſtr.c.25.num.29.
Caput.de regim.reipubl.c.4.nu.18.Petr.de Princ.
potes.c.32.quæſt.3.num.48.
Cæterum, ſi diligenter rem iſtam penſite-
mus; Aliorum diſtinctio verior eſt, Aut con-
ſtat vter ſit habilior, & robuſtior, Aut non.
22 Priori in caſu, ille præſumitur† prior natus
arg.d.l.ſi ita fuerit.Felin.d.c.capitulum.S.crucis.
num.19.Alciat.d.præſum.49.num.4. Pacian.d.
c.11.nu.12.Cirier. de promog lib.1.quæſt.11.nu.
3.Intrigl.feud.centur.2.art.37.num.7.14.15. Si
modica ſit habitudinis differentia, ſecus ſi
magna, quia modicus exceſſus, vel defectus,
non eſt in conſideratione, *l.ſi oleum.ff.de dol.*
l.quamuis.ff.de condict.& demonſtr. Tiraq.de iu.
in reb.exeg. Aldouin. *cons.104.nu.66. Menoch.*
*cons.713.num.15.*parum, & nihil æquiparan-
tur, *§.1.inſtit.ad leg. falc. ibi, nullo vel modico*
lucro.c.licet cauſam.§. quamquam. ibi nulla, vel
modica.de probat.gloſ.1.c.ſi præponente.de reſcri-
pt.Bald.rub.an mut.vel alias imperf.& in auth.
quod locum.C.de collat.Medic.de regul.iur.p.p.re-
gul.5.ampl.63.Mars.ſing.276.& quod parum
diſtat, nihil videtur diſtare, *auth.prętерea.v-*
bi,Bald.C.vnd.vir.& vxor.Tiraq.de reuoc.donat.
in princ.num.124.Cephal.cons.179.num.16.Me-
noch.lib.6 præſum.29.num.25.Valenzuol. cons.
24.num.19. Præterea minimum tunc atten-
ditur, quando in eo proportionabiliter ea-
dit eadem ratio, atq; in magno, *Abb.& Dec.*
c.de appellationibus.nu.4.de appell.Medic.d.reg.
*5.ad fin.Aldouin.cons.104.num.69.*Vel ſi bona
vel mala illa habitudo à Natura procedit
non ſi caſu, vnde ſi alteri deterior contigerit
habitudo, vitio nutricis, vel caſu, nocere
non deberet, ad præſumptionem hanc: habi
tudo, enim ex qua præſumptio prioris, vel,
poſterioris natiuitatis elicitur, conſiderari
ex veriſimili debet, habita ratione ad tem-
pus natiuitatis, ad quod refertur, cum de eo
diſputetur, *arg.l.titius.ff.de milit.teſtam.*Proin-
de, etſi hoc in caſu, alij pulcriorem, alij ro-
buſtiorem præferant, Leues tamen huiuſmo
di

di præſumptiones increpat, Monoch. lib. 6. præſum. 51. nu. 25. 26. Bellon. de ijs, quæ fiunt incontinen. c. 151. nu. 4. Intrigl. d. artic. 37. num. 16.

Poſteriori in caſu, ſi de illa habitudine non
23 conſtet, Tunc ſubdiſtinguendum duxi † Aut alter eſt primogenij poſſeſſor, Aut neuter.

Primo caſu, Poſſeſſor præfertur, eo enim ipſo, quod poſſidet, Caldas, de renouat. emphit. lib. 1. quæſt. 17. num. 29. Maſcard. de probat. conclus. 1194. num. 22. Intrigl. feud. centur. 2. art. 37. nu. 19. 20. etſi de iuribus ſuis nil doceat, plus tamen iuris eo habet, qui non poſſidet, l. 1. ff. vti poſſid. c. paſtoralis. de iure patron. Negus. cons. 81. num. 5. Barz. decis. 140. num. 3. Menoch. lib. 6. præſum. 69. num. 5. imo ex tex. d. c. paſtoralis. regulam Doct. aſſumunt, Cæteris paribus meliorem eſſe conditionem poſſidentis, c. in pari. de regul. iur. in 6. l. in pari. ff. eod. Alex. cons. 140. nu. 1. 2. in 5. Soc. cons. 127. nu. 4. in 1. Tuſc. lit. P. conclus. 427. Gail. de arreſt. c. 1. n. 9. Barz. decis. 46. num. 115. 26. decis. 71. num. 31. Alba, cons. 753. num. 11. cons. 287. num 6. cons. 453. num. 13. cons. 160. num. 2. Dec. cons. 410. num. 5. cons. 424. nu. 2. 3. cons. 443. nu. 28. cons. 467. Bellon. cons. 10. nu. 7. Qui, num. 8. loquitur in feudo, Afflic. decis. 40. nu. 5. Roland. cons. 2. num. 5. conſ. 75. num. 18. in 2. cons. 98. num. 4. 5. cons. 56. num. 32. in 3. Soc. iun. cons. 68. num. 11. in 1. cons. 7. nu. 20. in 2. in qua poſſeſſione cum effectu manere debet, donec aduerſarius ſeprius natum probet, §. retinendæ. inſtit. de interd. l. 2. ff. vti poſſid. l. fin. C. de retinend. Proinde docet nos, Guid. Pap. cons. 68. duobus de feudo contendentibus, obtemperandum eſſe poſſidenti, Alba, cons. 753. nu. 12. Audiendus itaque non eſt, Lanar. cons. 59. num. 30. aſſerens vtrumq; primogenitum cenſeri, nec inconueniens eſt, regnum, ſeu feudum per duos adminiſtrari, alternis ſaltim vicibus, Intrigl. feud. centur. 2. artic. 37. num. 12. Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quæſt. 11. artic. 1. num. 2.

Ampl. I. Nedum ſi delata iam, & adita hæreditate, poſſeſſor is ſit, vt primogenitus, ſed ſi ſimplicem tantum habeat quaſi poſſeſſionem iuris primogenituræ, ante aditam hæreditatem, vel viuo adhuc communi parente. Hæc enim quaſi poſſeſſio in dubio ſufficiet ad accipiendum, in hæreditate delata, vel deferenda, omne ius primogenito attributum: Quia hæc quaſi poſſeſſio cum conſiſtat in iuribus circa perſonam, ſufficit ad transferendum onus probandi contrarium, in aduerſarium, l. circa. & ibi, Bart. ff. de probat. l. liberis. ad fin. ff. de liber. cauſ. attento maxime, ſi huic quaſi poſſeſſioni originalis perſonæ vel rei ſtatus non repugnet, nec aliqua iuris præſumptio, ſed ſtatus, ſeu primogenituræ qualitas ei ineſt, vel apta eſt ineſſe, a ſola perſonæ origine, Bardell. cons. 105. nu. 44. vnde in realibus etiam liberaret ab onere probandi, & illud transferret in contradicentem, ex Bart. Alex. Caſtr. Iaſ. n. 35. l. ſi prius. ff. de nou. oper. nunt. Iaſ. l. is poteſt. n. 57. ff. de acquir. hæred. Bald. cons. 351. in 1. confert, not. dictum, Salic. in l. non epiſtolis. ad fin. C. de probat. quod ſola quaſi poſſeſſio fraternitatis, ſufficit ad obtinendam hæreditatem alicuius defuncti ſine liberis.

Ampl. II. Idem ſeruandum in duobus, qui ex ceſo matris vtero ſimul in lucem exierunt Corſet. de poteſt. reg. quæſt. 64. Tiraq. de primog. quæſt. 18. num. 5. Menoch. lib. 6. præſum. 52. num. 18. Intrigl. feud. centur. 2. artic. 37. num. 9. 10.

Declar. I. Dummodo iſta quaſi poſſeſſio primogenituræ, quæſita ſit eius etiã conſenſu, vel patientia ad quem pertinet, puta iudicio vel contractu parentis communis, qui alterum ſemper habuit, & exiſtimauit pro antiquiore, & prius nato. Vel ſi parens indifferenter ſe habuit ex recognitione, vel patientia aduerſarii, qui eum tanquam primogenitum recognouit, vel ſcienter paſſus eſt, eum pro tali ſe gerere, ſerioſè, vel in actibus, qui non poſſunt fieri citra ius & nomen primogeniti, non per modum familiaritatis, aut iure amicitiæ, vel alieno, ſed iure ſuo proprio, ad tex. l. qui iure. vbi, Bart. ff. de acquir. poſſ. l. fin. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. l. 1. §. ariſto. ff. de aqu. quotid. Caſtr. l. ſeruitutes. poſt num. 9. ff. de ſeruit. Alex. cons. 50. nu. 8. in 3. Pract. Papien. de form. libell. act. confeſſ. gloſ. ſeruitus aquæ ductus. nu. 20. Felin. c. de quarta. num. 40. de præſcript. Menoch. de arbitr. caſ. 160. Bero. cons. 110. in 2. Paſet. cons. 56. num. 19. conſ. 57. Maſcard. de probat. conclus. 1214. num. 3. conclus. 1230. num. 1. Capiblanc. de baron. pragm. 1. n. 151. 152. Gabr. tit. de præſcript. conclus. 1. Tuſc. lit. P. conclus. 411. num. 2. 9. 13. Addit Rip. c. cum eccleſia ſutrina. num. 56. de cauſ. poſſeſ. & propriet. quod nec per mille actus iure amicitiæ, vel familiaritatis factos acquiritur quaſi poſſeſſio, ex l. male agit. C. de præſcript. trig. ann. opus enim eſt, actus illos iure proprio & ſibi debito, præſtitos omnino fuiſſe, Caſtr. cons. 179. in 1. Soc. cons. 60. in 1. Tuſc. d. conclus. 411. n. 3. Honded. cons. 79. nu. 57. 59. in 1. aſſerens, nec ius aliquod ex liberali tollerantia acquiſitum fuiſſe, Ioan. de Amic. cons. 50. Caual. decis. 3. num. 6. 7. p. 5. & de Vſufr. num. 202. Rauden. decis. 9. num. 17. Peregr. cons. 96. num. 10. cons. 4. num. 59. in 3. aut ſimplicis honorificentiæ, vel alterius ciuilitatis: Abb. Caſtr. & Ruin. à Peregr. relati cons. 81. num. 25. cons. 4. num. 9. in 4. Aldonin. cons. 53. num. 42.

Niſi

Niſi poteſtati etiam ſint, ſe, velle iure ſuo poſſidere, *Caſtr. conſ. 179. in 1. Soc. conſ. 60. conſ. 131 in 1. Tuſc. d. conclus. 411. num. 9.*

24 Secundo ſubdiſtinctionis caſu, ſi neuter poſſeſſor eſt, nec in quaſi poſſeſſione primogenituræ, & vterq; neget inuicem cedere, aut aliter conuenire, Tunc ſorte dirimendum eſt dubium *l. ſi qui ſunt. ibi, ſortiri eos opportet, aut ex conſenſu, vel ſuffragio. ff. famil. herc. l. fin. §. ſancimus. C. comm. de legat. l. generaliter. §. proinde. ibi, quid ergo ſtatuet. ff. de fideicom. libert. §. optionis. inſtit. de legat. l. ſi cum ambo. ff. de iudic. Tiraq. d. primog. queſt. 17. opin. 1 Gregor. Syntagm. iur. lib. 47. c. 4. nu. 5. p. 5.* ſi indiuidua res ſit, *Tiraq. l. retract. §. 11. glos. 10. num. 4. Carpan. Mediol. ſtat. 417. nu. 642. p. p.* de feudo *Ii. trigl. artic. 37 nu. 2.* etſi impugnet, *num.* 5. & male, cum multas etiam quæſtiones, eo modo, Antiqui dirimerent, *Teſſaur. decis. 206. num. 9.* Adeo vt altero ad diuiſionem prouocante, niſi vtroq; conſentiente, in rebus etiam diuiſibilibus, ius primogenituræ diuidi non debet; hoc enim eſſet, Tum contra naturam iuris primogenituræ, quod vnum tãtum primo natum præſupponit, & illi ſoli competit, *Oldrad. conſ. 231. Tiraq. de primog. quæſt. 42. num. 3. Molin. de primog. lib. 1. c. 11. num. 8. Curſ. conſ. 226. num. 53. Bardell. conſ. 105. num. 42.* Tum contra ſubſtantiam, ſeu naturalem ipſius primogenituræ veritatem, quæ contingere minimè poteſt niſi vni, cum ex natura ſit impoſſibile, ambos ſimul vno impetu de vtero matris proceſſiſſe, *l. arethuſa. ff. de ſtat. hom. Pacian. lib. 2. de probat. c. 11. num. 7. Bellon. de ijs, quę fiunt, Incontin c. 151. num. 1. 2. Menoch. de arbitr. cas. 47. num. 8.* Sed eodem partu nati dicuntur, *ex d. l. arethuſa. Menoch. lib. 4. preſum. 51.* Tum cõtra Francorum ius (Quo vtimur) vt feudi ius vni ſoli conueniat; prouocantem ergo ad iudicium ſortis audiendum puto, & alterum ad hoc compellendum, etſi per virilem diuidere offerat, & alioquin fieri poſſit diuiſiò.

Ampl. I. licet alter ſimpliciter habeat electionem, & parentum gratificationem, niſi atteſtati pro certo fuerint Parentes, hunc prius natum; hoc enim (modò aliud in contrarium non appareat) ſufficere puto ad prioris natiuitatis probationem, nec in dubio tunc verſamur.

Ampl. II. Et ſi hæc Parentum atteſtatio in iudicio ſolenniter facta non ſit, ſed extra coram honeſtis perſonis, *ad tex. & quod. ibi, notat. Angel. in l. quæro. ff. de ædilic. adic.* ſatiſq; in his ſunt probationes, quæ haberi poſſunt, *Lap. alleg. 94. Alex. conſ. 53. in 2. conſ. 121. in 3.*

Sed contra firmatum hanc concluſionem opponet quis, Hanc facti potius eſſe, quam iuris quæſtionem, *ex l. idem erit. ff. de ſtat. homin. & ibi, Bald. num. 4. Pacian. d. c. 11. num. 8.*

25 Sed facti quæſtio † ſorte non dirimitur, *ex glos. l. 1. verb. prohibebit. ad fin. C. vti poſſid. Cin. Bart. Bald. Salic. Angel. & omnes, ibid. Alber. & Ias. l. fin. in prin. C. comm. de legat. Bart. l. ſi duo in prin. ff. vti poſſid. Imol. Caſtr. & Alex. l. huiuſmodi. §. fin. ff. de legat. 1. Doct. c. licet cauſam. de probat. Felin. c. capitulum. S. crucis. ad fin. de reſcript. Rip. l. quominus. num. 56. ff. de flumin. Caput. de regim. reipubl. c. 4. num. 15. ad fin. Tiraq. de primog. quæſt. 17. opin. 1. num. 91. Menoch. de arbitr. cas. 442. num. 11.*

Reſpon. I. Facti quæſtionem, Sorte non dirimendam, nullo iure probari, imo eędem rationes, quibus in dubio iuris, ad iudicium Sortis recurritur, æquè militant in dubio facti, quod aliter non poteſt ita commodè explicari, puta vt ambitionis, vel gratiæ ſuſpicio auferatur, quam rationem reddit, *Tex. l. generaliter. Verſ. quid ergo ſtatuet. ff. de fideicom. libert.* & vt contentioni finis ſit, *ex l. fin. C. com. de legat.* cumq; in locis prædictis Doct. probent dubium iuris Sorte dirimendum, Altero ſaltim ad id prouocante, ſi non in tertij, ſed ipſorum præiudicium, diſcordent. *Caput. d. c. 4. à nu. 16. Felic. de Societ. c. 27. nu. 30. 32. c. 28. nu. 28. Petr. Gregor. Syntagm. iur. lib. 34 c. 4. à nu. 1. p. 3* Idem ergo dicendum eſt in dubio facti, *Dec. d. c. licet cauſam. n. 28. Rauen. ſing. 685: Carpan. d. ſtat. 417. nu. 644.* conuenit enim rei incertæ iudicem eſſe fortunam, *l. fin. C. comm. de legat. Rip. l. quominus. num. 56. ff. de flumin. Ias. §. quædam. inſtit. de action. in l. 1. num. 39 ff. ſi cert. pet. in l. ſi duobus. nu. 7. C. comm. de legat. exornat. Caput. d. c. 4. à num. 18. Sanz. de diuis. bonor. lib. 1. c. 2. num. 56.*

26 Secundo opponet quis, ſi † vt talis admitti vellet quiſpiam, docere prius debet ſe talem, *l. non ignorat. C. de his qui accuſ. non poſſ.* Tũ maxime ſi qualitas nedum introducendæ petitionis cauſa eſt ſed pronuntiationis deffinitiuæ & qui, ſe fundat in determinato natiuitatis tempore, probare debet, *l. matrem. C. de probat. Glos. & Doct. l. non ſolum. §. ſed vt probar. ff. de nou. oper. nunt. Soc. conſ. 42. num. 9. in 1. Pacian. de probat. lib. 2. c. 11. num. 9.* & vbi certa qualitas eſt productiua alicuis effectus ad eum conſequendum, illã probari neceſſe eſt, *l. 4. §. docere. vbi not. Ang. ff. vi bonor. rapt. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in loc. publ. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius v cat. l. eum actum. ff. de neg. geſt. l. ſi forte. & ibi Bart. ff. de Caſtr. pecul. Bart. l. 1. §. idem quæſitum. ff. de aquo quotid. & eſtiu. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. & ibi, Ias. ff.*

de

de nou.oper.nunt. cũq; eſſe prius natum, ſit qua
litas non multiplicabilis, præciſè ad primoge
nium requiſita, probari ergo oportet. Imo,
ex Bald. in c. ſeries. de teſtib. potius ſubſtantia
dicitur, quam qualitas, reſpicit enim electio
nem, & deſignationem vnius tantum perſo-
næ. Vnde non ante quærendum eſt de re &
iure primogenituræ, quam perſona certa ap
pareat, cui detur, *l. quidam referunt. ff. de iur.
codicill.* Atſi neuter ſe illam perſonam eſſe do-
ceat, vterq; debet excludi, *d. l. ſi ita fuerit.*

Reſpon. I. quod ſi certum iam ſit, vnum
primum natum, illi ius primogenij ipſo iure
adeo acquiſitum eſt, vt de acquiſitione exin-
de non agatur, ſed iuris potius conſeruatio-
ne, nam in *d. l. ſi ita fuerit. & d. l. cum ex pluribus.*
agitur de legato directæ libertatis, quæ ipſo
iure acquiritur, §. *qui autem. inſt. de ſing. reb. per
fideicom. relic.* & teſtator ſenſit de certo homi
ne, & tamen non ſufficit in rerũ natura cõſta
re, quis ille ſit, §. *pen. inſtit. de uerb. oblig.* ſi nobis
incertus ſit, ita quod perit libertas, res om-
nium rerum longe fauorabilis, *l. libertas. ff.
de reg. iur.* quanto magis, ſatius ſub eadem in-
certitudine perſonæ, peribit ius primogenitu
ræ, verum enim verò lex non præciſè reſpicit
illum tantum, qui primo natus eſt, nec ſen
tit omnino de certo homine, ab ipſo initio
natiuitatis, ſed de certificando delatę hęre-
ditatis tempore, & iuris primogenituræ, ad
effectum acquirendi.

Reſpon. II. Quod cum lex non præciſè
de eo ſentiat, quem in rerum natura certum
eſt prius natum fuiſſe, ſed de illo etiam, qui
fuit poſterior natu, & priore deficiente ef-
ficitur primus, ſi enim deficiente illo quem
priorem natu conſtat, ſequens obtineat ius
primogenituræ, multo fortius cedente, vel
gratificante illo, de quo dubitatur, prior ſit
nec nè, ſed iudicio Sortis victus cedat alteri.
Non ergo perit ius primogenituræ, ſed vi-
ctori remanet.

Prætereundum tamen nec eſt, quod † ſors
27 inter ipſos duos eo partu editos, mittenda
tantum eſt, inter quos eſt dubium, vter ſit
prior, non autem debent ad ſortem admitti
reliqui filij, quos conſtat eſſe poſteriores.
Nec ſimile eſt, quod de præmio dicimus, pri
mo peruenienti ad brauium propoſito, quã-
do duo ſimul ante illos peruenerunt, quo
28 caſu iterum eſt currendum † & ne dum illi
duo, ſed etiam reliqui omnes debent æquè
admitti ad Curſum, *Cin. in proem. digeſt. An-
gel. & Alex. in l. cum qui nouiſſimus. ff. ad trebell.
Felin. c. capitulum, S. Crucis. de reſcript.* quia tunc
conſtat ambos ſimul perueniſſe, & neutrum
alterum pręcedere, & cum præmium vni,
ſoli, & omnes præcedenti, fuerit propoſitum,
ac certò conſtet nullum hoc feciſſe, nullum
cæteros omnes poſt, ſe reliquiſſe, conditionẽ
nullo modo impletam eſſe videtur, ac nul-
lum victorem, nullum victum eſſe, nulli ergo
ius brauij quæſitum, & ſic nihil cæteris ob-
ſtare, cum vitioſus ſit curſus, & nullus, *d. l. ſi ita
fuerit.* Atquè ita ex conſuetudine ſeruatum,
inquit, *Iacob. de Aret. Cyn. Iacob. Butr. & alij,
§ ſed cum nos. in princ. ff. de Conſtit. Imol. Cuman.
& Alex. l. ex duobus. l. qui filiabus. §. 1. nu. 5. ff.
de Vulg. Felin. c. capitulum, S. crucis. num. 45. de
reſcript. Mars. de probat. num.* 404. *Corſet. de Bra-
ui. quæſt. 1. Fenuc. de momen. tempor. c. 24. num. 6.*
At in caſu noſtro, certò conſtat alterum am-
borum prius natum, & à conſuetudine vo-
catum, & illi ſoli hoc ius quęſitum eſſe, reli-
quos autem ętate poſteriores conſtat eſſe ex-
cluſos à iure primogenituręe, vnde non debẽt
admitti ad ſortem, ſed ſoli illi debent ad-
mitti, de quorum prioritate, & acquiſitionis
iure dubitatur, & ſic patet ratio differentiæ.

Cæterum ſi nec profeſſione Teſtium, nec
inſtrumentorum fide, nec indicijs ſatis pro-
bari, aut liquere poſſit, Quis ex duobus ſimul
29 natis † prius in lucem exierit? Cognoſci in
primis poteſt, ſi in bracchio, quod prius è vẽ-
tre exierat, appoſitum eodem inſtanti fuerit
ſignum ab Obſtretrice, quæ actui intererat,
exemplo illius, *Thamar, Genes, c.* 38. de quo
meminit, *Tiraq. de primog. quæſt. 17. n. 1. Pheb.
decis. 39. num. 3.* Sed hoc minus rectè dictum
cenſui, cum licet alter Gemellus, primo ma
num, aut bracchium ex vtero emiſerit, is
tamen, qui primo natus eſt, Primogenitus
appellatur, vt habetur, *Genes. c. 8. de filijs Tha-
mar,* declarat, *Tiraq. de primog. quæſt. 1. Marta,
de ſucceſſ. legal. p. p. quęſt. 11. art. 1. num. 1.*

II. Si Plebanus in libro, quo nomina eorũ
deſcribi erat ſolitus, qui ab eo ſacro baptiſ-
matis fonte luſtrabantur, prius vnum ſcripſe
30 rit, *Phab. decis. 39. num. 4.* Etenim plebani † li
ber, quem Curatum vocant, firmum & eui-
dens eſt ætatis teſtimonium, *Felin. c. ad au-
dientiam. num. 12. de præſcript. Caldas, l. ſi cura-
torem. glos. minoribus. num. 38. C. de reſtit. in inte-
gr. Gilken. l. cum te. num. 14. C. de probat. Mandos.*
Cancell. *regul. 18. quæſt. 10. Dec. cons. 682. nu. 16.
Maurit. de reſtit. c. 321. Gennen. de priuat. ſcrip. lib.
5. quæſt. 1. Ludouic. Perus. decis. 55. num. 7. Gra-
tian. diſcept. 491. num. 18. diſcept. 555. num. 20.
diſcept. 767. num. 47. Pacian. de probat. lib. 2. c.
24. num. 71. Anton. Monach. Bonon. decis. 10.
num. 13. Menoch. lib. 2. præſum. 55. à num. 53.
Decian. cons. 54. num. 3. in 4. Maſcard. de pro-
bat.*

bat.conclus.673.à num.1. Viui.decis.184.num.2. latè decis.489.nu.8.9. Monald.cons.5.n.49.50 in 2. Malnas cons.85.num.17. Tuſc.lit.E.conclus. 340.nu.7. Bertaz.ciuil.cons.67.nu.9. Sfort. de reſtit.in integr.quæſt.37.n.83. Caualc. de tutor. num.296. Polid.Rip.obſer.247.num.1. Phab.d. n.4.ita & prioris natiuitatis inter duos Geminos: Quod nõ caſu, ſed conſilio factum credimus quia nouum nec eſt, ſcripturæ ordinẽ inſpiciẽdum, à quo prælationis deducitur argumentum, l.quoties.ff.de vſufr. l.cum pater.§. à te peto.ff.de legat.2. Bald.l.1.ad fin.C.de impub. & alijs, ſubſtit.in l.1.§. quibus.num.5.C. de nou. Cod.componen. Dec.cons.404.nu.8. Caſanat.conſ. 57.num.82. Pacian.de probat.lib.2.c.25.à num. 51. Decian.cons.9.num.32.33.in 2.

III. Erit vtile teſtimonium, ſi ex duobus vnus dicat, hora decima natum; alter vero, hora decima, & plus: ex hoc enim palam eſt, vnum altero, ratione momenti temporis, prius natũ eſſe, Menoch.de arbitr.cas.47.num. 8: cum in momentaneis punctum temporis ſpectetur, Bellon.de ijs, quæ fiunt incontin.c.170. nu.6. vt in primogenijs, Tiraq.de primog.quæſt. 2. Bellon.de ijs, quæ fiunt incontin.c.146.num.10. c.151.num.3. & in alijs ſpeciebus, Menoch. de arbitr.cas.47.num.8. neq; enim vbi de anterioritate agitur, hora tantum, ſed punctum etiam temporis, quo vnum inſtrumentum alterum præcedit, ſpectatur, Peregr.de iur.fiſc. lib.6.tit.6.num.35. Bellon.d.c.146.num.10. Idẽ recipitur in reſcripto, quorum vnum alteri præfertur, vnius etiam horę ratione, Bellon.d. num.10.

IV. Si ea ſemper fuit Communis opinio T. prius in lucem editum, Phab.decis.39.nu. 5. cum ſit receptiſſimum, Famam in antiquis ſatis probare, ex Bald.l.ſiue poſſidetis.nu.15.C. de probat. Maſcard.de probat.conclus.753.nu.7. Decian.cons.9.num.4.in 5.cons.21.num.34.in 1. cons.6.num.8.in 2.cons.73.num.17.in 4. Coſta, Subſid.remed.70.illat.2.num.8. Negus.cons. 471.num.14. Farin.quæſt.47.à num.106. Surd. cons.472.num.12. Vaſq.illuſtr.controuers.84. num.15. Cephal.cons.443.num.13. Tuſc.lit.F. conclus.66.num.26. Magon. Florent.decis.27. num.16. & probat filiationem, ac conſanguinitatem in antiquis, Peregr.de fideicomm. artic.43.num.87. Rim.iun.cons.363.num.147. 148. Farin.quæſt.47.num.94. Tuſc.d.conclus. 66.nu.27. Maſcard.de probat.conclus.791.nu.9. Non enim natura patitur, vt vno, & eodem tempore, ac eodem impetu mulier duos pariat, l.arethuſa.ff.de ſtat.homin. ideo dicetur primogenitus, qui prior ex vtero exiuit, licet ſtatim alter ſubſequatur.

Q. III. Primogenito filio mente capto, vel Furioſo, An ius primogenituræ competat? Quã in re, Affirmant alij, ex Cirier, de primog.lib.3.quæſt.6. feuda apud nos regulari, vt patrimonialia, ſed in ſucceſſione patrimonialium furioſus etiam à natiuitate, aut aliter imperfectus non eſt in aliquo deterioris condictionis, quàm alter filius ſanus mente, imo iura etiam ſuitatis habet, l.1. & per tot.ff.de bonor.poſſes.infan.§.ſui. inſtit.de hered.quæ ab inteſt.defer.l.fin.§.tali. C.de Curat.furios. & ſuccedit in omnibus, Innoc.Gemin.Franc. & alij, in c.grandi.de ſupplen. neglig.prælat.in 6. nedum, in hæreditate etiam reſpectu feudalium, ſed & in primogenio, quod iure hæreditario defertur, cũ ſit habilis, ſiue ius primogenituræ conſtet in feudalibus tantum, ſiue etiam in aliis patrimonialibus.

Contrar.defendit, Soc.cons.47.dub.1.in 3. imo demens ſeu mente captus, in iure maioratus, ſeu primogenituræ ſuccedere non poteſt, ſiue de feudis, ſiue alijs habentibus dignitatem annexam agatur.

Ego verò, hac in re diſtinctius procedam. Aut ex poſtfacto ſuperuenerit furor, Caſu, & ex accidenti, poſtquam ius primogenituræ in perſona ſua fuit radicatum: Tunc ipſe retinet nedum feudum, ſed Regnum, cui Curator dandus erit, d.c.grandi. Bald.c.1.de ſucceſſ.feud. & in auth.hoc amplius.C.de fideicom. Aluarot.c.mutus.ad fin.Epiſc.vel Abbat. Landen.de primog.ad fin.verſ.rurſus quærendum. Iacob.inueſt.feud.col.1.verſ.ſed quid ſit. Paris. cons.100.num.14.in 2. Roſentall.de feud.c.7. conclus.28.num.1. Schrader.de feud.p.7.c.5. nu.36. Vulte.de feud.lib.1.c.9.nu.63. Gizzarel. decis.44.num.47.56. Molin.d.c.13.nu.31. Tiraq de primog.quæſt.23.num.2.3. Quia inhabilitas ſuperueniens, quæſitam iam feudi ſucceſſionem non reuocat, ſed ſi perpetuum antea ſuperuenerit furoris impedimentum; Tunc a feudi ſucceſſione excluditur, Molin. d.c.13.num.31.

Aut furoris vitium Natiuum eſt, & perpetuum à natura, Tunc ſecundogenitus erit Rex, Baro, eiq; ius primogenituræ competere inquit, Paris. Schrader. Roſentall. & Vulte, nuper citati Gizzarel.d.n.47.56. Molin.de primog lib.1.c.13.n.24.25.27. Tiraq.d.n.3. quia in feudis nõ ſuccedet, penitus inhabilis, c.1. An mutus vel alias imperfect. Fortius in regno, vel Principatu, Cirier, de primog.lib.1.quæſt.5. additq; Zaſ. de feud.p.8. conſuetudinem, quod primogenitus in dignitatibus ſuccedat, intelligendã ſi aptus ille ſit, alioquin non præciſè ſecun-

do-

Digitized by Google

dogenitum,ſed aptiorem, & ſaluti reipnbli-
cæ,ac quieti ſubditorum vtiliorem præferen
dum,& a Patre deligendum eſſe reſoluit,*Mo-
lin. d.c.13.num.26.*

Non obſtant Contrar. Quia in rebus pri-
uatis,& primogenijs,iure ſucceſſorio delatis
procedunt,*Tiraq.d.quæſt.23.nu.5.*cum capa-
ces ſint furioſi,legitimæ,& ſucceſſionis,*l.1.2
ff.de bon.poſſes.infan.furioſ.l.fin.C.de curat.furioſ
l.humanitatis. vbi Ang. & alii, C. de impub. &
alijs ſubſtit. & in §.ſui autem.inſtit.de hæred.quæ
ab inteſt.defer.Reyger.Theſaur.iur.lit.F.verb.fu-
rioſus.num 1.Decian.conſ.127 nu.36.in 3.*Pro-
inde in Regno hæreditario ſuccedunt, *gloſ.c.
alius.verb.inutilis.15.quæſt.6.ex c.quamuis.c.pe-
tiſti. 7.quæſt.1.Iaſ.l.nemo poteſt lect.1.col.1.ff.
de leg.1.ex c grandi de ſuppl. neglig. prælat. in 6.
Ang.l.cum prætor.§ non autem.ff de iudic.Decian.
d.n.36.*ſi ex accidẽti furioſus ſit,adeo vt ſi ad
adminiſtrationem, minus ſit idoneus, de-
tur illi curator, ſecus ſi vitium habeat à na-
tiuitate,excluditur enim omnino, *Borchol.
de feud.c.7.num.63. Mozz. de feud.tit. de ſub-
ſtan. feud.num.68.Soc.conſ.47. in 3. Forſter.de
ſucceſſ.lib.4.c.23.n.64.& alii, a Roſental.d.c.7.
conclus.28.n.9.*Sed licet hereditatem ipſe adi
re non poſſit,*l.qui ſeruum.ff.de acquir.hæred.Ma
ran.l.is poteſt.d nu.132.ff.eod.Capra,conſ.12.nu.
2.Tuſc.lit.F.conclus.160.nu.15.*eius tamen cu-
rator bonorum poſſeſſionem interim petet,
*l.fin.§.ſin autem. C.de Curat. furioſ. Maran. d d.
num.132.Craſſ.de ſucceſſ. §.acquiſitio hereditа-
tis.quæſt.17.d num.14.15.16.17. Peregr. conſ.
39.num.13.in 2.*quam verò hæreditatem ad
ſuos tranſmittat, dicemus, *Gloſ.5.*

Declar. I. Non procedere ſi furioſus filiũ
habeat ſanæ mentis,Tunc excluſo ſecundo-
genito nepos ſuccedet,*Soc.conſ. 47.num.10.
11.in 3.Lopez,l.2. gloſ. ſendo bombre para ello.
tit.15.par.2.Civier,d.quæſt.5.num.1.2.Tiraq.de
primog.quæſt.23.num.14.Molin.d.c.13.nu.35.*

Declar. II. Non procedere,ſi furioſus di-
lucida habuerit interualla,is namq; non pri-
uatur feudi ſucceſſione, *Socc.conſ.47.num.11.
in 3.Molin.d.c.13.num.39.*& eſt de mente om
nium *Scriben.*quos ſuperius citauimus, aſſe-
rentium, quod furor excludit primogenitũ
à ſucceſſione, ſi naturalis & perpetuus eſt fu
ror, ſed ille perpetuus furor dici non poteſt
qui ex dilucidis conſtat interuallis,*Maſcard.
de probat.conclus.824.num.9.*

Declar. III. Non procedere, ſi furioſus ad
feudum habilitetur, *Molin. d.c.13. nu. 101.*
quia diſpenſaſſe cenſetur, vt mox dicemus.
32 Q. IV. Filius mutus eſt † ſurdus, cęcus,
aut aliter imperfectus, An in feudo antiquo
ſuccedat? Negat,*Tex.in c.1.vbi, Aluarot.Bal-
zer.num.7.An Mut.Surd vel alit.imperf.* ſi na-
tura talis ſit,ſecus ſi caſu,& ex accidenti,*Bal
zer.Bald.c.1.ad fin.de ſucceſſ.feudor. Aluarot. c.
1.§.mutus.Epiſc. vel Abb. Petr. Gregor.de con-
ceß.feud.p.4.quæſt.8.num.29.Abb.conſ.47.nu.
2.in 1.Soc.conſ.47.num.1.11.in 3.Cirier.de pri-
mog.lib.1.quæſt.5.Tiraq.de primog.quæſt.21.nu.
15.quæſt.23.n.4.Surd.de alim.tit.1.quæſt.58.n.
2.Schrader.de feud.p.7.c.5.num.32. Sonsbec. de
feud.p.4.num.3.verſ.15 p.9. num.75.p.12.nu.
1.31.Capic.feud.inueſt.rub.feuda,amitt. verſ.43.
Intrigl.feud.centur.2.artic.1.nu 554.555. Giz-
zarell.decis.44. num.43.ad fin.vſq.Roſentall.de
feud.c 7.conclus.27.num.2. Cumi.in prælud. c.ſi
aliquem ſub num.77.& gloſ.maſculus.num.27.
Molin.de primog.lib.1.c.13.nu.40.41.46. Zaſ.
de feud.rub.de ſucceſſ.feud.nu.68.Vulte.de feud.
lib.1.c.9.nu.64. Thom. Marin.de feud.tit.2.nu.
134.Vanti.de nullit.ex defect.iuriſd.deleg.num.
43. Bolognet.conſ.4 num.97.99.* Et ſi in allo-
dijs,hæres eſſe poſſit,*Cumi.in prælud.ad c.ſi ali-
quem.n.76.*ratio eſt,*ex Zaſ.d.n.68.*quod licet
is,qui ex accidenti eſt imperfectus,actu ſer-
uire non poſſit, ſperatur tamen quandoq;
ſanus futurus, vt ſeruiat: At mutus, vel ali-
ter imperfectus à natura, non ſperatur quod
ſeruiat, naturalia enim ſunt immutabilia,
Roſentall.d.conclus.27.num.4. Intrigl.feud. cen-
33 *tur.2. artic.1. num.* 558. Proinde † cauendus
eſt *Schrader de feud.p.9.c.10. num.2.* aſſerens
vaſallum priuari feudo, ſi factus ſit Mutus,
Surdus, vel aliter inhabilis ad ſeruitia: Quia
Priuari non poteſt, ſi poſt adeptum feudum
imperfectus fieret. Sed cum in dubio perfe-
ctè natus quiſq; præſumatur, quia natura
operatur perfectè, qui in hominis imperfe-
ctione ſe fundat,probare debet,*Soc.conſ.42.
in 1.Bou.decis.23.n.67.Gizzarell.decis.44.n.3*

Ampl. I. Vt imperfectus in feudo etiam
emptitio nec ſuccedat,*Intrigl.d.centur. 2.artic
1.num.572.Roſental.d.c.7.conclus.28.nu.28.*&
licet,*Cannet.c.ſi aliquem.§.ſed non eſt omittenda.
1.num.34.*imperfectos in feudo empto ſuc-
cedere,poſt alios tradat,Contrarium tamen
verius eſt,*ex iam citat.*in qua ſententia ipſe e-
tiam *Cannet.*tandem reſidere videtur.

Declar. I. Non procedere,in feudo nouo
34 quod † imperfectus ex accidenti retinere
poteſt, *Aluarot.c.1.§. mutus Epiſc. vel Abb.
Thom.Marin.de feud.tit.2.nu.133.Capic.d.rub.
feud.amitt.lim.1. Intrigl.d.artic.1.num.565.*

Declar. II. in ea imperfectione † proce-
35 dere,quæ hominem in totum reddit inhabi-
lem, *Bald.num.1.Balzer.num.2.3.rub.An mut.
vel alit.imperf.Thom.Marin.d.tit.2. num.137.*

*Soc.cons.47.num.11.in 3.Molin. de primog. lib. 1.c.13.num.39.Barſ.cons.127.num.97.Intrigl. d.artic.1.num.*567. At ſi vel impeditè loquatur, vel patum cum difficultate audiat, ſecus ſit, *Aluarot.Prapos.& Afflict.d.§.mutus.Bald. Aluarot.Prapos.& Afflic.c.1.An mut.Balzer. rubr.num.4.& c.1.nu.10.12.An mut.Schrader d.p.7.c.5.ſub num.32.Roſentall.de feud.c.7.conclus.28.num.11.*quia perpetua debet eſſe imperfectio, quæ à Peritis ſanari non poſſit, ſecus ſi temporalis, *Thom.Marin.de feud.tit.2. num.134.Intrigl.d.artic.1.num.573.Roſentall. d.conclus.27.num.4.*

36 Declar. III. Si fortuito mutus † quis fiat, non ſi culpa ſua, ſi nempè ob maledicentiã, aut blasfemiam, conſuetudine, vel lege municipali dictante, lingua ei præſcinderetur; Tunc feudum etſi antiquum ipſe non retinet, *Bald.Aluarot.& Prapos. d.§.mutus. Bald. Aluarot.Prapos.& Afflic.in c.1.An mut.arg.l. ſi rei.ff.de legat.1. l.hereditas. C.de his, quib. vt indign.Capic.feud.inueſt.rub.feud.amit.43.caus. limit.1.ad fin.Roſentall.d.conclus.27.n.3.Schurſ. cons.24.num.6.cent.2.Piſtor.quaſt.32.num.40. p.2.lib.2.Intrigl.feud.centur.2.artic.1.num.575. Schrader.d.p.7.c.5.nu.32.Surd.d.quaſt.58.n.8.*

Declar. IV. Vt Statuto, vel proclamate
37 diſponente † quod ille, qui bannitum, vel malefactorem capiet, caſtrum habeat in feudum, tunc Mutus, Surdus, Cæcus, aut aliter imperfectus, illud conſequetur, *Ias.l.1.lect. 2.num.141.C.de ſacros. eccleſ.in l.1.§.nuntiatio. ff.de nou.oper.nunt.Rom.Alex.& Ias.nu.3.Dec. num.3.l.ſi filiusfam. ff.ſi cert.petat. Balzer. rub. An mut.num.7.Ias.l.de quibus.nu.40.ff.de legib. in l.1.num.12.C.de ſacros.eccleſ.Alber. Statut.p. p.quaſt.81.Alciat.de verb.ſignif.lib.1.fol.8. Alex.cons.35.num.5.in 6.Roſentall.d.conclus.27. num.16.Intrigl.feud.centur.2.artic.1.num.574.*

Declar. V. Mutum, vel alias imperfectum
38 in feudo † recto ſuccedere non poſſe, ſecus in improprio, *Alex.cons.126.nu.3.in 1.Thom. Marin.de feud.tit.2.num.136.tit.3.nu.34.Corn. cons.16.nu.5.in 1.Cumi.in pralud.c.ſi aliquem. num.78.Ruin.cons.24 num.7.in 1. Curt.de feud. p.3.num.8. Menoch.cons.65.num.14. Molin.de primog.lib.1.c.13.num.44.Intrigl.d.artic. 1.nu. 571.Cannet.c.ſi aliquem.§ ſed non eſt omittenda. num.33.Schrader.de feud. p.7.c.5.ſub num. 32.* Proinde in feudo hæreditario, Mutum, vel aliter imperfectum, ſuccedere poſſe inquit, *Intrigl.centur.feud.1.quaſt.50.num.129. Cannet.d. §.ſed non eſt omittenda.num.1.Roſentall.de feud. c.7.conclus.27.lit.T.*

61 Declar. VI. Non procedere ſi feudum nouum Muto † aut aliter imperfecto, ex certa ſcientia datum fuerit, ab initio, Tunc enim cum eo Dominum diſpenſaſſe videtur, vere uocari eo prætextu non poſſit, quod mutus ſit, *arg.l.qui bona.§.de illo. ff.de damn.infect.c.1. quemadm.feud.ad fil.pertin.Aluarot.& Bald.c.1. §.mutus. Epiſc. vel Abb. Balzer. c.1. num.9.10. An mut.Sonsbec.de feud.p.12.num.132. Thom. Marin.de feud.tit.2.num.135.Intrigl.feud.centur.2.artic.1.num.376.Molin.d.c.13.num.101. Capic.inueſt.feud.rub.feud.amit.caus.43. limit.4. rub.feudatarij habiles.vers. mutus.* Quia inhabili concedens, gratiam illi feciſſe cenſetur Princeps. *Borrel.cons.1.num.190.Paris.de reintegr.c.131.* & cum eo diſpenſaſſe, *l. quidam. conſulebant.vbi Bart. Angel.Imol.Rip.& Doct. ff.de re iud. Dominic. c. ſi eo tempore, de reſcrip. Bald.l.reſcripta. C.de precib. imper. offer. in c.ſua nobis de appell.Gabr.de praſum.conclus.8.num. 2.Craſſ.cleric.effect.4.nu.283.* qui ſolam principis ſcientiam ſufficere addit, *num.284.* nec requiritur vt defectus, & inhabilitas exprimatur in literis promotionis, *Alex.cons.72. in 2.Capell.Tholos. decis.* 488. ſi clauſula, *Non obſtante,* vtatur Princeps, *Craſſ.d.effect.4.num. 285.* ſecus ſi ignoranter illum ipſe inueſtiat, aut confirmet, quia hoc domino non præiudicat, *Iſer.& Afflic.nu.10.c.1.An mut.arg. l.cum falſa.l.cum teſtamentum.l non idcirco. C.de iur.& fact.ignor.Schrader.d.p.7.c.5.ſub nu. 32. Roſentall de feud.c.7.conclus.28 lit.D.* imo filios ex eiſdem muto, vel ſurdo, ſuccedere in feudis, etſi ſurdi, vel muti ipſi ſint, tradit, *Scrader. de feud.p.7.c.5.d num.33.*

Declar. VII. Vt ſi Primogenitus ſuccede-
40 re non poſſit † ob dementiam, aut aliam inhabilitatem quia ſurdus, mutus, vel aliter imperfectus ſit, Nec poſſit Princeps ei gratiã facere, vt in feudo ſuccedat in præiudicium ſecundogeniti, *Afflic.c.1.§.mutus.num.9.verſ. iuxta hoc quaro.tit.An mut. vel alias. Schrader. de feud. p.7.c.5.ſub nu. 32. Roſentall.de feud.c. 7.conclus.28.nu.3. Tiraq.de primog.quaſt.23. num.21.* quia Princeps non intendit Tertio, præiudicare, *Natt.cons.604.num.6.7. Seraph. decis.398.num.11.decis.1041.num.5. Amat. Ferrar.decis.3.num.16.Carol.Tap.rub.de conſtit. princ.c.2.n.22.* cui iam quæſitum ius eſt, patre mortuo, & fratre primogenito exiſtente inhabili: Paria enim ſunt filium primogenitum non extare, aut eſſe inhabilem, *l.1.§.quibus.ff.quod cuiuſq.vniuerſ.c.1.§.hoc quoq.de ſucceſſ.feud.Gregor.de republ.lib.7.c.10.nu.32.*

Declar. VIII. Non procedere, ſi feudum eius ſit qualitatis, vt in eo nullum ſeruitium præſtari debeat, vel tale illud ſit, quod à muto, & ſurdo præſtari poſſit, *Bald. num. 2.*

Afflic.

Afflic.num.8.20.An mut.vel Surd.Aluarot.nu.6.d.§.mutus. Schrader. d.p.7. c.5. ſub num.32. Cannet.d.§.ſed non eſt omittenda,num.33. Molin.d.c.13.num.44. vel ſi ſeruitium, tale ſit, vt æquè per mutum, ſurdum, explicari poſſit, ſicut per alium, qui his vitijs non laboret, Bald.& Afflic.num.19.c.1.An mut. Aluarot.d.§.mutus.num.6.arg.c.1.c.fin.de corpor. vitiat.l.quæſitum.ff. de re iudic.l.ſi vehenda. §.1.ff.ad l.Rod.de iact.Schrader.d.num.32.

Declar. IX. Filium muti, ſurdi, aut aliter imperfecti, non impediri, quin in feudo ſuccedat, indiſtinctè ſcribit, Balzeran.rub.An mut.num.4.9.Bald.& Aluarot.c.1.An mut.Gregor.de conceſſ.feud.p.4.quæſt.8.num.34. Cumi.c.ſi aliquem,glos.maſculus.num. 39.Tiraq. de primog.quæſt.23.num.34.quæſt.40.num. 126.Menoch.cons.211.num.118.Vulte.de feud. lib.1.c.9 num.63.Craſſ.cleric.effect.4. num. 39. Roſentall.de feud.c.7. conclus.27.num. 19. Intrigl.feud.centur.2.artic.39 num 17.

Declar. X. Vt licet in feudo non ſuccedat Mutus, & Surdus, vel alias imperfectus, in Maioratu tamen ſuccedet mutus, & ſurdus, modò non ſit mentecaptus, aut furioſus, ſed perſpicacis ingenij, ex Molin.de primog.lib.1.c.13.num.46.58.Parlador.rer.quotid.differ.20.num.12.13.

Illud autem ſuperaddendum eſt, Tex.d.c.1.An mut.vel alit.imperf.in omni morbi, aut
41 vitij genere † procedere, c.1.vbi, Afflic num.30.Balzer.nu.10.& Doct.tit.An mut.Bald.l.1.num.8.C.de ſuis.& legitim.Roſentall.de feud.c.7.conclus.27.num.2.conclus.28.num.13.Schrader.de feud.p.7.c.5.num.36.Vulte.de feud.lib.1.c.9.nu.64.ſi ex feudi qualitate, vaſallus ſeruire non poſſit, vt ſi, non guſtet, aut odorus non ſit, ipſumq; feudm eo munere ab antiquo conceſſum fuerit: Tunc enim ex diſtinctione prædicta, vaſallus illo priuatur, aut retinet, Intrigl.d.artic.1.num.578.imò & demanum debilitatam, aut inutilem ad ſeruitia habente, idem erit iudicium, Glos. l. de quibus.in princ. verb.de quibus. ff. de legib. aſſerens, cum mancus vaſalli filius non ſuccedat. idem erit, ſi alias debilitatus ſit: Quam ſequitur, ibi, Bart.num.1.Ias.num.36.ad fin.cum ſint paria tali caſu, mancum eſſe, vel manum mutilatam habere, Caſtr.ibid.num.13.Ang.num.5. Glos. exemplum comprobat, Balzeran.c.1.num.9. An mut.Vel alias imperf. Roſentall. de feud.c.7.conclus.28.num.2. ſed relinquendum ei erit, quò poſſit viuere, c.1.§.mutus. vbi, Afflic.num.31.Epiſc.vel Abb. Glos.1.& Aluarot.c.1.col.4.verſ.nota quod vitium.An mut.vel alit.imperf.Ardiz.in ſum.de ſucceſ.feud.§.mutus. Balzer.d.rub.num.4. Zaſ.de feud. rub. de ſucceſſ.feud.nu.68.Petr.Greg.de vit.milit.quæſt. 1. nu.15.Surd. de alim.tit.1. quæſt. 58.num. 2.Forſter.de ſucceſſ.lib.4.c.23.num.62.Cumi.in prælud.c.ſi aliquem.nu.79.Schrader.de feud.p.7.c.5.ſub nu.35.Vulte.de feud.lib.1.c.9.nu.64.Thom.Marin.tit.2.de feud.ex pact.antiq.n.138.Intrigl.d.artic.1.n.562.Roſentall.de feud.c.7.concl. 28.n.24.25 Capic.inueſt. feud.c.feudorum alimenta.col.2.§.mutus.fol.41.c.feudatarij habiles.col.3.§.mutus.feuda amittuntur.col.45.verſ.limita ſecundo.fol.65.Tiraq.de primog.quæſt.23.ad fin.& addit pro alimentis nec ad ſeruiendum eum teneri; arg l.ſi quis in graui.§.ſubuenitur. §.agnoſcetur. ff.ad Sillan.Sombec.de feud p.12.nu.135.& hanc vitam militiam appellant, Gregor.de vit.milit.quæſt.4.n.9.Intrigl.feud centur.1.quæſt.57.n.27

42 Q. V. Clericus cuiuſq; ordinis † ſiue in ſacris; ſiue in prima tonſura, & quatuor ordinibus minoribus, conſtitutus, An in feudis ſuccedat? Doct. variant, Vt vix in eo certa iuris deciſio haberi poſſit.

Prior fuit Affirmantium opinio, Clericos in feudis ſuccedere, Laudens.& Præpos.c.1 §.& quia vidimus.de his qui feud.dar.poſſ.Curt.de feud.p.3.quæſt.10 d num.13.Clar.§.feudum.quæſt.78.Schruph.cons.12.num.7. 20. Pantirol.conſ. 121. Natt.cons.600.Brun.cons. 16.Alba, cons.752.num.3.4.cons.753.d num.6.nec diſſentit, Gregor d.p.4.quæſt.7 d n.10.quæſt.8.n.4

Poſterior fuit Negantium opinio, ex Iſern.c.1.de cleric.qui inueſtit.fec.in c.1.de feud.fæmin.in c.1.de Milit.vaſall.qui arm.bell.de poſ.Balzer.c.1.§.ex hoc.num.13.de feud.fæmin.Bammacar.c.1.§.qui clericus.quæſt.4.num.76.ſi de feud. defun.conten.Afflic.decis.265.num.37.38.Minad.in Conſtit.in aliquibus.verb.fictiorum.num. 5.18.19.Cirier.de primog.lib.1.quæſt.21.num.16.Ias.cons.113.num.3.in 1.Crauet.cons.303.num.8.9 Anna, alleg.98.Ruin.cons.42.num.3.Marta, de ſucceſſ.legal.p.3.quæſt.13.artic.2.num.11.Oſaſc.decis.27.cons.24.num.10.Intrigl.feud.centur.2.artic.1.num.185.121.222.artic.93.nu.50.Cannet.c.volentes.§.ſed operæ pretium erit. d.num.5.Menoch.de arbitr.cas.231.nu.1.11. & in Scholijs, ad cas.231.num.1. 2.8. cons.181.num.64.80.89.cons.202.num.121.cons.54.nu.18.cons.519.num.9.cons.722.num.57.Roland.cons.23.num.23.in 1.cons.41.num.27.in 4.Ponte, decis.4.d num.1.feudal. lect.10.num.33. Franc.decis.20.Siluan.cons.3.nu.53.Rim.iun.cons.368.nu.59.60.cons.527.num.12.72.cons.557.num.1.3 cons.796.num.1.12.13.14.15.68.Molin.de primog.lib.1.c.13.n.96.Papon.cons.21.n.24.Roſentall.de feud.c.7.conclus.27.nu.21.et conclus.29.Duen.reg.103.Alba, cons.754.nu.1.Capic.feud.

rub. feudatarij habiles. decis. 10. ad fin. decis. 32. num. 1. Panciroll. cons. 111. num. 1. Scholiaſt. ad Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. quæſt. 7. lit. C. Sonsbec. de feud. p. 12. nu. 145. Beret. cons. 82. nu. 1. cons. 100. num. 16. Craſſ. cleric. effect. 4. à num. 1. Marcabr. cons. 83. num. 3. Miſing. centur. 5. obſer. 48. nu. 8. Oſaſc. decis. 27. ad fin. Burſ. cons. 63. nu. 27. cons. 129. nu. 28. cons. 199. nu. 12. Clar. §. feudum. quæſt. 78. Fuſc. lit. C. ſingul. 102. Surd. cons. 140. num. 30. Cephal. cons. 1. nu. 6. cons. 151. num. 12. Vulte de feud. lib. 1. c. 9. num. 67. Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 30. num. 14. Franc. rub. de ijs, qui feud. dar. poſſ. §. quia vidimus. nu. 58. Borrel in ſumm. decis. tit. 34. de feud. nu. 215. Schrader. de feud. p. 9. c. 10. nu. 1. Borchols. de feud. c. 5. nu. 49. & eſt in Regno, *Conſtit. Errores. corum. lib. 3. & Reg. Feder. c. volentes.*

43 Ampl. I. Vt clericus dimiſſo habitu (ſ re non integra) feudum † nec recuperet, *Ardizon. in Summ. c. 97. rubr. an vaſſall. amit. feud. ſi cleric. effic. verſ. & ſi benè habitum. vers. & ad tollendum. Iſern. c. 1. §. ex hoc verſ. ſed ſi patre mortuo. de benef. famin. Guid. Pap. decis. 83. Vulte. de feud. lib. 1. c. 9. nu. 67. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 6. c. 118. Ponte. decis. 4. num. 4. & de poteſt. proreg. tit. de Aſſenſ. reg. §. 4. feudal. lect. 10. nu. 34. 35. Marta. de ſucceſſ. legal. p. 3. quæſt. 13. artic. 2. nu. 11.* Quod verum ſi in ſacris ſit, quia nec renunciare clericatum, nec habitum dimittere poteſt, *Ponte, decis. 14. num. 6. feud. lect. 10. num. 36.*

Ampl. II. In Milite Hyeroſolimitano, qui nec in feudo ſuccedet, *Thom. Marin. de feud. tit. 2. nu. 141. Roland. cons. 23. n. 39. in 1. Ponte. cons. 14. nu. 5. feud. lect. 10. nu. 38. Rim. iun. cons. 523. Intrigl. d. artic. 1. nu. 208. Borrell. d. tit. 34. nu. 624. 626. Menoch. de arbitr. cas. 231. num. 9. cons. 34. num. 14. Anna. ſing. 207. Vulte. d. num. 67. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 6. c. 119.* etſi diſſentiant, *Tap. de religios. glos. ſua. c. 13. num. 19. Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 30. num. 13. 14.*

Ampl. III. in Monachis, cæteriſq; religioſis, *Afflic. decis. 320. Cranct. cons. 303. num. 8. Intrigl. d. artic. 1. num. 123. Menoch. cons. 181. num. 76. Marin. de feud. tit. 2. num. 141. Craſſ. cleric. effect. 4. num. 17. Forſter. lib. 4. de ſucceſſ. c. 23. num. 46. Schrader. de feud. p. 7. c. 5. num. 30. Borrell. d. num. 215. Vulte. d. num. 67. Schoner. d. diſput. 6. c. 115. Mazz. de feud. c. vlt. num. 13.*

Ampl. IV. Vt ſi feudatarius fit clericus ſtatim feudum amittat, adeo vt ſi habitum exinde dimitteret, nec feudum recuperat *Ponte, feud. lect. 10. num. 37.* Sed contrar. verius inquit, *Clar. §. feudum. quæſt. 78. num. 4. & alij, à Schoner. d. diſput. 6. c. 112. lit. d. latè videndus, Roſentall. d. conclus. 30. à num. 1.*

Ampl. V. In filio Clerici nato ex matrimonio putatiuo, qui licet legitimus ſit, & in bonis omnibus ſucceſſibilis, *ex Bammacar. c. 1. §. qui clericus. num. 96. ſi de feud. defunc. Peregr. de fidecom. artic. 24.* in feudo tamen non ſuccedet, *Bammacar. d. num. 96. Intrigl. d. artic. 1. num. 503. Craſſ. cleric. effect. 4. num. 43. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 9. num. 31.* Qui filios, ex matrimonio putatiuo inter laicos, in feudis ſuccedere, ſcripſerunt.

44 Declar. I. hoc verum in feudo puro, † & recto, *Alba, cons. 754. n. 19.* ſecus in improprio non habente naturam feudi, *Bammacar. §. qui clericus. quæſt. 4. nu. 77. Soaz. in præľud. feud. rub. qui ſint feud. capac. Alba, cons. 753. num. 13. 21. Anna, ſing. 297. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 9. num. 31.*

Declar. II. Non procedere, ſi Dominus clericum ad feudum velit admittere, *c. 1. §. fin. de capit. Corrad. Menoch. cons. 181. num. 68. Alba, cons. 752. nu. 5. 11. cons. 753. nu. 8.* ſiuè expreſſa ſit, vel tacita Domini voluntas, ex ſimplici nempe eius tolerantia, *Alba, cons. 753. num. 9. Roſentall. d. c. 7. conclus. 30. nu. 27. Oſaſc. decis. 27. n. 14.* licet agnatis præiudicet, *Alba, conſ. 752. n. 14.* quia cum eo diſpenſaſſe videtur, *Tap. de religios. glos. ſua c. 14. num. 38. Cephal. cons. 641. num. 40. 41. 42. Caldas, de reſtit. in integr. glos. implorare. num. 32. Berø. cons. 16. nu. 16. in 1. Rim. iun. cons. 796. num. 10. 11. Menoch. cons. 181. nu. 68. Marcabr. cons. 23. n. 156. 180. Craſſ. d. effect. 4. num. 164. 282.* Quo in caſu ſeruire poterit per ſubſtitutum, *c. 1. §. firmiter. de prohib. alien. per feder. c. ſi quis deceſſerit. ſi de feud. fuer. controvers. Alba, d. cons. 752. nu. 12. Menoch. cons. 181. num. 66. 67.*

Declar. III. Non procedere, in feudo Franco, & pro quo incertum, vel nullum præſtandum eſt ſeruitium, excepta ſola domini recognitione, *Roland. cons. 90. num. 45. in 4. Alba, cons. 752. nu. 7. 15. cons. 753. nu. 15. 20. conſ. 758. num. 19. cons. 755. num. 18. Menoch. cons. 54. nu. 12. cons. 181. nu. 66. de arbitr. in ſcholijs. ad cas. 231. nu. 62. 63. 64. Brun. cons. 17. in princ. Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 30. num. 21. Craſſ. cleric. effect. 4. num. 246. Borrell. d. tit. 34. de feud. num. 220.*

Declar. IV. In feudo hæreditario, in quo ſuccedere poſſe clericum in ſacris etiam conſtitutum inquit, *Cagnol. l. 2. n. 260. C. de pact. int. emptor. Schrader. de feud. p. 7. c. 5. nu. 30. Roſental. de feud. c. 7. conclus. 79. Curt. de feud. p. 3. p. 2. num. 31. Vulte. de feud. lib. 1. c. 9. num. 67. Alb. cons. 752. num. 6. cons. 753. num. 3. 5. cons. 754. num. 8. cons. 755. num. 14. Maſull. ad Capic. decis. 10. num. 5. Duen. regul. 103. limit. 10. Rim.*

iun.

iun.cons.63.num.18.cons.557.num. 14. Roland. cons.23.num.13.34.in 1.Oſaſc.decis. 27.nu.10. 11.Craſſ.cleric.effect.4.num.234.vbi enim hæredum ſit mentio, perſonæ induſtria electa non cenſetur, Alba,d.cons.752.n.6.cons.753. num.4.Bammacar.d.§.qui clericus.nu.94. Craſſ. d.effect.4.nu.236.Bolognet.cons. 3.num. 132. cum dominus præſcire nequeat, cuius qualitatis erunt futuri hæredes, Cyn.& Bald.l.quiſquis.C.de epiſcop.& cleric.Alba,cons.753.num. 4.conſ.754.num.8.cons.755.num.15.

Sed ne diutius vos teneam, Summa totius diſpoſitionis, eò reddit, vt conſtituamus, Clericum in minoribus, etiam beneficiatum dimittendo habitum, ſtatim a morte feudatarij renunciato beneficio ante litis conteſtationẽ cum legitimo ſucceſſore, in feudo ſuccedere; ſi vero fuerit in ſacris conſtitutus minimè, quia charaćter eſt indelibilis, qui vero feudum poſſidet, & clericatur, ſtatim amittit, quia miles Chriſti, nõ poteſt eſſe miles ſeculi, & dominium feudi, interim non poteſt ſtare in ſuſpenſo, ob id non habet locum penitentia; ſed in quo ampliandum, limitandumq; hoc ſit, Doct. conſulas in citatis locis, & Roſentall.de feud.c.7.conclus.29.

Cæterum clericus, qui a Seculari feudum
45 ſuſcepit † eius iuriſdictioni, quoad feudum ſubijcitur, c.1.ad fin.de Capit.Corrad.Mantic. de tacit.lib.23.tit.3.nu.85. Marta,de iuriſdit.p. 2.c.6.nu.45. Eccleſia ergo ratione feudi dicitur inferior laico, Pereg.ad c.cæterum.n.9.de iudic.Mantic.d.n.85.ac proinde à iudice eccleſiaſtico ad ſecularem, vt ſuperiorem appellatur, c.ſolitæ.de maior.& obed.c.romana.§.debet.de appell.in 6. Prepos. in prælud.feud.num. 39.Mantic.d.num.85.

Q.VI. Nepos ſanæ mentis ex furioſo filio
46 primogenito, an in feudis † ſuccedat? Diſtinguit Molin.de primog lib.1.c.13.nu.36. Aut delatæ ſucceſſionis tempore natus eſt nepos; Hunc ſecundogenito præferri non eſt du-
47 bium; Tum quia incapacitas † filij non trahitur ad nepotem, niſi quoad ea, quæ à filio ad nepotes proueniũt l.3.ff.de interd.& releg. Marta,de ſucceſſ.legal.p.p. quæſt.20.artic.7.nu. 2. Tum quia mutata in nepote eſt excluſiua filij ratio, vt aduertit Bald.l.maximum vitium.C.de liber.præter. Aluarot.c.1.ad fin. An mut. vel alit.imperf.Petr.Gregor.de conceſſ.feud. p.4.quæſt.8.Soc.conſ.47.nu. 12.in 3.Cumi.c.ſi aliquem.gloſ.maſculus.num.39.Intrigl.feud.cent.2.artic.39.num.17.Peregr.conſ.9.ſub num. 19.in 5. Craſſ.cleric.effect.4.num.39. Molin.d. num.36.37.& licet capacitas ſerui reguletur à capacitate domini, Caldeſ. §.tam autem.ſub num.25. Inſtit.de inoff.teſtam. ſecus tamen eſt in filio ad nepotem.

Aut, eo tempore nepos natus minimè ſit
48 Tunc † reſoluit Molin. d.nu.36. Secundogenitum cui in feudi ſucceſſione acquiſitũ fuit ius Primogenii, ſuperueniente Nepotis natiuitate non excludi, l. cum pater.§.hæreditatem.ff.de legat.2.Bart.l.filius.ff.de cond.inſtitut. Caſtr.conſ.16.num.5.in 2.Coſta,de rat.portion. quæſt.30.nu.5.6.Alba conſ.106.nu.3.4. Craſſ. §.fideicommiſſum.quæſt.17.Peregr.conſ 5.nu.43.
49 quia morientium actus, pendere † non poſſunt, ex l.Iulianus.ff.de donat.cauſ.mort. l.1.§.ſi pendeat. ff. ad Macedon. l. receptum. vbi Bart. Caſtr.& Ang.num.3.ff.commun.prædior. in l. cum filius.§.ſeruus.ff.de legat.1. in l.ſtipulationes non diuiduntur.num.52.ff.de Verb.oblig.Suarez, alleg.17.nu.13.14.Coſta,d.quæſt.30.nu.5.Burg. de Paz,conſ.32.num.18.Rim.iun.conſ.741.num. 26.Marta,de ſucceſſ.legal.p.3.quæſt. 1.artic.2. n.29.Molin.de primog.lib.1.c.13.n.36.37.lib.2. c.19.num.10.lib.3.c.10.à nu.4. nec ius primogenituræ in pendenti eſſe poteſt, etiam momento l.fin.ad fin.vbi Alber.ff.com.m.prædior. Tiſſaur.lib.1.forenſ.quæſt.34.num.25.nec ſuccedendi ius, ſicut dominium, l.ſi ex duobus.§. ſed & Marcellus.ff.de in diem adiect. Molin. de primog.lib.2.c.19.nu.10.lib.3.c.10.nu.6. Marta d.art.2.num.19.& cum filiorum ſucceſſio, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato actus legitimus ſit Alex.conſ.75.nu.4.in 1.Tuſc.lit.A.concluſ.128.n.6. Sed actus legitimi in ſuſpẽſo eſſe non poſſunt l.actus legitimi. ff. de regul. iur. Tuſc.lit.A.concluſ.129.num.1. ergo.

Contrar. dixi verius, ex Valenzuol.conſ.7.
50 num.25.quia ſi filius † naſciturus inſtitui, eiq; legari rectè poſſit, vt & reliqui deſcendentes omnes, ex l.gallus.§.ille caſus.vbi, Bart. ff.de lib & poſth.ſequutus, ibi, d Doct. l.placet.ff. eod.Guid Pap.decis.262. decis.457. Boer. decis. 172.num.4.Rot.Auenion.decis.56.num.7.ita & naſcituri ad feudi, maioratus, ſeu fideicommiſſi ſucceſſionem vocari poſſunt, ad tex.vbi, gloſ.verb.ex famil.in l.peto.§.fratre.ff. de leg. 2.l.quoties.§.ab omnibus.vbi,Doct.C.de fideicom. l.diui.§.pactis.C.de natur.liber.Caſtr.cons.164. num.6.in 2.Molin.de primog.lib.1.c.1.num.18. lib.3.c.20.num.30.

51 Secundo, filijs naſcituris † ius acquiri poteſt, Cranet.cons.19.nu.10.Burgos,de Paz,cons. 38.num.22.Rot.Auenion.decis.56.num.7.Valenzuol.cons.7.num.33.in perpetuum pro ordine primogenituræ, & maioratus, c.licet. de Vot.l.cum ita.§.in fideicom miſſo.ff. de leg. 2. notat. Bart.in l quod dicitur.ad fin.ff.de verb.oblig. ex tex.l.paulus.ff.de bon.libert.in l.ſi quis operas.

ff.de

ff. de oper. libert. Bart. l. item prætor. ff. de ſuis. & legit. Dec. conſ. 245. num. 3. conſ. 445. nu. 20. Boer. deciſ. 172. Quod agnouit, *Bald. conſ. 200. in 5.* Feudum (aſſerens pro ſe, & heredibus maſculis, & fęminis) acceptum intelligi, pro ſe deſcendentibus, poſteris natis, & naſcituris in infinitum, *Bald. l. ſi in perſona. num. 6. C. de fideicom.* ordine ſucceſſiuo de vno in alium *Dec. conſ. 239. num. 4. Corn. conſ. 47. in 4. Peregr. conſ. 4. num. 4. in 3.* non quod vnus ab alio immediatè in feudis, Primogenijs, maioratibus, & fideicommiſſis cauſam habeat, ſed a primo inſtitutore, & fendi acquiſitore, *l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de legat. 2. Iſer. c. 1. col. 3. de inueſt. de re alieo. Lanar. conſ. 8. n. 12. conſ. 15. n. 3. Peguer. deciſ. 113. n. 3. Peregr. d. conſ. 4 n. 5.* nec à die natiuitatis ſed a die celebrati actus, *Late Guid. Pap. deciſ. 267. deciſ. 505. Bellamer. deciſ. 7. Boer. deciſ. 172. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 393. num. 6. Cranet. conſ. 19. num. 19. Gargiar. patroc. 10. Rebuff. conſ. 169. n. 4.* Tum maxime, ſi dictum ſit, *ex nunc pro tunc, ſequuta morte, & in præambula hora mortis, cum clauſula conſtituti,* quæ dominij tranlationem à die initi contractus, operantur, *ex Bald. auth. contra rogatus. C. ad Trebell. Opizon. num. 154. Loazes. limit. 6. l. filiusfam. §. 1. ff. de leg. 1. Angel. conſ. 42. Barbat. conſ. 64. in 4. Marta, clauſ. 54. nu. 10. p. p. Tiraq. de conſtit. p. 2. limit. 2. Franc. deciſ. 213. nu. 1. Gabr. conſ. 185. num. 6 in 1.* quia futurum tempus trahit ad præteritum, *Tiraq. de Conſtit. lim. 2. num. 16. Cened ſing. 14. nu. 1.* & vnum ineſt alteri, vt ex quolibet tempore initium ſumere poſſit actus, *Maſcard. conclus. 1229. num. 33. Barboſ. diſt. 101. num. 12.*

52 Non obſtat, Morientium actus † pendere non poſſe. Quia id verum ex facto tertij, At, ex natura relicti, ſecus, *l. vſusfructus. ff. de ſtipul. ſeruor. Valenzuol. d. conſ. 7. num. 28.*

Reſpon. II. Id verum, *ex Bald. d. l. exceptum.*
53 *num. 4.* In actu puro † qui, vel nullus eſt, vel ab initio valet; vt ſuſpenſionem non recipiat, ſed feudi natura, cum ſit, vt deſcendentes ſuccedant, non mirum, ſi conſiderato euentu futuro, diſpoſitio quæ à principio ſortita fuit effectum, temporis ſubſequentis ratione ſuſpendatur, & pendeat, cum futuri euentus ratione, aliquid pendere poſſit, *l. quid ergo. l. ſed & ſi quis. §. interdum. vbi, gloſ. verb. in pendenti. ff. de vſufr. gloſ. verb. pendet. in §. ſed ſi ab hoſtibus. inſtit. quib. mod. ius. patr. potes. ſoluit. Molin. d. c. 10. num. 33.*

Reſpon. III. Quod ſi regula illa ſpectanda
54 ſit † intelligi ſolum interim debet, donec vocatus cum qualitate requiſita, aderit, & nō vltrà, quia vel ſequenti ſucceſſori reuocabiliter deferendum eſt, vel eiſd. bonis dum conditio purificatur, curator dandus erit, *ex l. ſi hæres inſtituatur. §. item ſi conditioni. ff. de hæred. inſtit. Bald. l. gallus. §. inſtituens. num. 2. ff. de lib. & poſth. Molin. d. c. 10. num. 35. 71.*

Reſpou. IV. Quod ſequens in gradu non admittitur, donec eſt ſpes, quod proximior ſuccedat, *Natt. conſ. 246. num. 7. conſ. 247. nu. 1. Surd. conſ. 125. num. 32. 42. conſ. 549. nu. 11. Coſta, de port. rat. quaſt. 30.*

Ex his infertur, I. Quod ſi nepotes, mortis Aui tempore, nec nati, nec concepti erant, in locū patris ſubingredi adhuc poſſunt, ex *Alex. Corn. Ias. Dec. Paris. Rub. Soc. iun. & Cephal. à Menoch. relatis, conſ. 124. num. 111.* & rationem affert, reiecta, *Paris.* ſibi contrarij, & *Socſen. ac Curt. iun.* opinione, quorum argumenta confutauit, *ibid. Menoch. nu. 48.* Addo, *ex comm.* teſtantem *Rim. iun. conſ. 167. num. 19. inter, vlt. volun. conſ. vol. 1. Ronit. conſ. 51. n. 9.* fortius ergo conceptus, & natus poſt aui mortem ſuccedet in feudo, vt dixi, & probat, *Surd. deciſ. 230 num. 4. Borrell. ſumm. deciſ. tit. 34. de feud. num. 547.*

Proinde minus recte loquutum intelligo *Maſtrill. in Scholijs ad Petr. Gregor. de Conceſſ. feud. p. 4. quaſt. 8. lit. B.* qui ſecutus, *Molin. de primog. lib. 1. c. 13. num. 36.* inquit, Nepotem ex primogenito filio furioſo ſuccedere in feudo ſi natus ſit: At ſi inde naſcatur, ſecundogenitus, cui feudum fuerat acquiſitum, ab eo non excluditur, ſed malè, ex iam dictis; ne actum agamus.

Infertur, II. Quod ſi pater ob delictū priuetur feudo antiquo, filius in eo ſuccedet, *Bart. l. eum qui. n. 2. ff. de interd. & releg. Ioan. Raim. c. 1. §. pæna. nu. 3. de prohib. alien. per feder. Curt. de feud. p. 5. num. 13. Marin. de feud. tit. 6. num. 30. Intrigl. feud. centur. 2. artic. 1. num. 156. Craſſ. cleric. effect. 4. num. 40.* Inde eſt vt ſi pater habeat feudum, in quo ex conſuetudine ſolus primogenitus ſuccedere debeat, ipſeq; primogenitus, viuo patre, in Dominum delinquat, eo mortuo, non ſuccedet ille primogenitus, ſed ſecūdogenitus, qui remoto illo primo, ob patratum delictum, primus dicitur, *Iſer. c. 1. §. deniq; & §. præterea. n. 14. quę fuer. prim. cauſ. benef. amitt. Tiraq. de primog. quaſt. 3. num. 10. Rim. iun. conſ. 741. num. 9. Ponte, de potes. proreg. tit. 8. de refutat. §. 9. num. 19.*

Sed an ſi pater delictum committat, Nepos ſuccedat Auo feudi poſſeſſori? Cōtrarię ſunt opiniones. Aliam multis autoribus relatis tuetur *Anna, conſ. 128.* Diuerſam, defendit *Ponte, d. §. 9. Ronit. pragm. 2. à nu. 122. tit. de bon.*

pro-

prodit. Quæ res vt melius intelligatur, non pigebit quæſtionem hanc, quæ ambiguæ interpretationis tenebris obfuſcata, veritatis luce caruit, aliquot exemplis in medium adductis, ab ea, qua merſa caligine eſt, pro ingenij noſtri modulo, *in Gloſ. 6.* vendicare.

Verum priuſquam hinc abeamus, illud tibi notandum eſt, in hac tractatione, Quod cum
55 nepotes (in Text.) fuerint † expreſſe vocati, *Trouandoſi nepoti filij dello* Primogenito *defuncto*. Pronepotes etiam debeant admitti in nepotum defectu, *Bart. l. gallus. §. inſtituens. ff. de liber. & poſth. Sim. de Prae. de interpr. ult. volunt. lib. 3. ſol. 3. num. 14. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 8. nu. 24. Schrader. de feud. p. 7. c. 5. n* 37. quia filiorum nomine nepotes, & pronepotes continentur, *Bart. l. 1. §. ſi quis. ff. de ſuis, & legit. l. liberorum. n. 17. ff. de verb. ſignif. Paris. cons. 52. in 2. Burs. cons. 13. num. 15.* Ruſtic. *de fideicom. lib. 6. c. 13. num. 19. 20. Fuſar. de fideicom quæſt. 320. num. 2. Soc. iun. cons. 108. num. 2. in 2.* Rim. *iun. cons. 23. num. 74. Gabr. tit. de verb. ſignif. conclus. 1. num. 44. Peregr. de fideicom. art. 22. n. 45. cons. 52. nu. 7. in 3. cons. 59. nu. 5. in 5.* maximè ſi nepotes, aut pronepotes primum habeant locum, *Ruin. cons. 8. in 5. Gabr. d. conclus. 1. num. 100. Roger. cons. 4. num.*
56 *36. in 1.* etſi nepotis, appellatione † ex proprio vocis ſignificatu veniat dumtaxat filius filij, vel filiæ, *l. iuriſconſultus. ff. de gradib. Maſcard. de gener. ſtatut. interpr. conclus. 3. num. 20. Roger. cons. 4. num. 82. in 1.* & tradit, *Ruin. cons. 62. num. 4. in 3.* quod ſubſtitutio Nepotum, comprehendit pronepotes, & alios ſucceſſiuè, *Mantic. d. nu. 24.* ſunt enim omnes vere ne-
57 potes, adijcitur tamen propoſitio † vt primus à ſecundo, & vlteriori diſcernatur, *l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de poſtul. l. nurus. l. ſocer. ff. de verb. ſignif. Bart. d. §. inſtituens. num. 2. Ias. num. 3. Caſtr. d. l. gallus. §. idem credendum. num. 3. Bald. l. ſi filius. num. 12. ff. eod. Rebuff. l. liberorum. §. ſed & papirius. ad fin. ff. de verb. ſignif. Alex. cons. 125. num. 13. in 5. Rouit. 52. nu. 8. Roger. cons. 4. nu. 32. 41. cons. 50. nu. 19. 23. in 1. Valenzuol. cons. 7. nu. 12. Tuſc. lit. N. conclus. 44. num. 7. conclus. 45. num. 1. Canal. decis. 23. num. 20. 25. p. 3.* & licet aliquando, in alijs tamen terminis, filiorum appellatione non comprehendantur nepotes, ſed nepotum nomine continentur pronepotes, ex ſui identitate, R*ouit. conſ. 52. num. 9.*

58 Nec obſtat dixiſſe † alios, Nepotis nomine pronepotes non contineri, Quia diſtinguit, *Roger. cons. 4. nu. 86. in 1.* Aut de nepote abſolutè habita non fuit mentio, ſed per gradus, Tunc pronepotes non continentur, *Roger. d. nu. 86.* nec filii nomine nepos, *Tiraq. de primog. quæſt. 40. num. 159.* Aut de nepotibus abſolutè, habita fuit mentio, non dinumerando gradus, Tunc pronepos comprehenditur, *Roger. d. nu. 86.* maxime ſi coniecturæ concurrant, *Tuſc. d. conclus. 44. num. 4. 5.*

59 Proinde, effuſo nimis ſermone † loquutum intelligo *Martam, de ſucceſſ. legal. p. p. quæſt. 3. artic. 1. num. 14.* Negantem in ſtatutis nepotum nomine pronepotes contineri. Quia contrarium verius teſtatur, *Roger. cons. 5. à num. 42. cons. 50. num. 22. in 1. Ruin. cons. 62. nu. 3. in 3.* Hęc aliquando maius nacti otium diligenter enucleabimus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,* ſuccedant, *vniuerſam propriè ſucceſſionem denotat.*
2 *Succeſſio, triplex eſt, ex teſtamento, ab inteſtato, & contra teſtamentum.*
3 *Filius ſuccedit ex teſtamento, & ab inteſtato, vt ſuus, non tamen ſuccedit contra teſtamentum.*
4 *Succeſſio cōtra teſtamentū, ſpecies non eſt a ſucceſſione ex teſtamento, & ab inteſtato diſtincta.*
5 *Succeſſio, quæ filijs ex Tex. noſtro defertur, noua non eſt, ſed antiqua, quæ filijs vti filijs, non vt hæredibus deferetur.*
6 *Verbum,* ſuccedant, *ad filios relatum, referuatam ſucceſſionem denotat, non nouam diſpoſitionem. Niſi circa ſuccedendi modum, num. 8.*
7 *Expreſſum ſi quod in lege non eſt, ſuppleri non poteſt, ſed pro omiſſo haberi conuenit.*
9 *Succeſſio vno tantum verbo regulata, diuerſo iure cenſeri, An poſſit? & Quando?*
10 *Succedere verbum, eſt, ſubintrare in locum alterius*
11 *Succeſſio triplici iure transfertur, ex perſona nempe propria, ex ſucceſſorio edicto, & ex tranſmiſſione, ſed quid vnaquæq; ſit? diffinitur.*
12 *Tranſmiſſio eſt ius, quo omnia defuncti iura, in hæredem tranſeunt.*
13 *Hæres iure tranſmiſſionis bona, & hæreditatem tranſmittentis accipit, non primi defuncti.*
14 *Hæres non ex ſua, ſed ex tranſmittentis perſona ſuccedit.*
15 *Repreſentio in caſibus à iure permiſſis, etſi præſumpta vocatio ſit, à defuncto facta; ſubſtitutio tamen non eſt, ſed vna ab alia eſt diuerſa.*
16 *Repræſentatio fit reſpectu ſucceſſionis, ſed nec intrat repræſentatio, ſi non ſuccedit.*
17 *Filius in ſucceſſione Aſcendentium, etſi gradum patris ingrediatur; ex ſua tamen perſona ſuccedit.*
18 *Repræſentatio in ſucceſſionis materia, duplex reperitur, Gradus, & Perſona, Quæ vtraq; ſit, diffinitur.*

Ne

19 *Nepos ex fratre ſuccedit patruo, vna cum alio fratre defuncti, non ex propria, ſed patris perſona.*

20 *Repræſentantis qualitas, & conditio attendi debet, ſi ex propria perſona ſuccedens gradum repræſentet: At ſi repræſentetur perſona, qualitas, ſtatus, & conditio ipſius repræſentati inſpicitur.*

21 *Succedendi ius, An actualiter competat, ſitq; proprium ipſi Primogenito etiam viuente patre.*

22 *Legitima debita eſt filio poſt mortem patris & matris, non autem ipſis viuentibus.*

23 *Spes ſuccedendi, in filio, viuis parentibus eſt prorſus inanis, & non conſiderabilis. Sed quando ſecus? num. 24.*

25 *Succedendi ius in feudo, primogenito ſtatim competit, cum venit in lucem in habitu, & in ſpe, quæ firma, & inuariabilis eſt.*

26 *Succeſſio in iure, vna eſt legis, alia ex contractu, alia ex propria rei natura.*

27 Decian.cons.5.num.13.in 1. ſibi, *Contrarius* cons.16.num.51.in 1.

28 *Feudum à primo concedente, eiusq; primo acquiſitore haberi cenſetur, ſi per mille manus ambulauerit.*

29 *Succeſſio in feudis, naturam actus, (& ſic feudi) potius reſpicit, quam verba contractus.*

30 *Feudi ſucceſſio duobus modis conſideranda eſt; vno quando primogenitus naſcitur, altero, verò quando ſuccedit.*

31 *Primogenitus ſtatim cum naſcitur, ius ad feudi ſucceſſionem certam, atq; inuariabile acquirit.*

32 *Linea ſemel admiſſa, donec aliquis in ea capax ſit ad aliam lineam non ſit tranſitus.*

33 *Lineam non poſſe incipere, niſi ab eo qui ſucceſſionem occupat, De ſucceſſione habitu (intelligendum eſt) non autem actu.*

34 *Primogenituræ ius tranſmitti poteſt, etſi filiatio non traſmittatur, ſed ad quos? & quo iure. num. 44.*

35 *Feudi, aut Maioratus, vel fideicommiſſi ſucceſſio pluribus ordine ſucceſſiuo delata, primis morientibus, ſequentibus ex proprijs vocationibus defertur.*

36 *Repræſentationem non admitti: niſi in his, quę iure hereditario deferuntur.*

37 *Repræſentatio admittitur in ſucceſſionibus, in quibus linea recta, & iure primogenituræ ſuccedendum eſt, etſi iure hereditario non deferantur, licet ſint allodia.*

38 *Primogenitorum perpetua vocatio, efficit, vt omnes in infinitam ex repræſentatione ſuccedant, etſi ſucceſſio iure herededitario non deferatur.*

39 *Repræſentatio ſemper admittenda eſt, in fidecommiſſo familię, cognationi, ſeu propinquis relicto, etſi in eo iure hereditario non ſuccedatur?*

40 *Fideicommiſſo cognationi, vel familię relicto, ſi iuxta inteſtatæ ſucceſſionis ordinem ſuccedendũ eſt, Repræſentatio in eo, ſicut in alijs ſucceſſionibus ab inteſtato, locum habet.*

41 *Primogenium, & fideicommiſſum, quod alias tranſmitti non poteſt, ſit tranſmiſſibile, ſi fauore agnationis inſtitutum ſit.*

42 *Feuda repræſentationem ſemper admittunt, etſi iure hereditario non deferantur.*

43 *Repræſentationi in dubio locum eſſe, quando iudicandum ſit? vel contra eam, pronuntiandum?*

45 *Primogenij ius An cedi, vendi, donari, aut aliter diſponi poſſit.*

46 *Primogenituræ effectus viuo patre An cedi, aut aliter diſponi poſſit?*

47 *Primogenituræ renuntiari An poſſit? Diſtinguit.*

48 *Primogenitus ſi feudo inueſtiri ſecundogenitum conſentiat, ſibi præiudicat; Sed non filio ſuo Primogenito; Nec ſecundogenito, ſi tertiogenitum feudo inueſtiri permittat. num. 50.*

49 *Conſenſus primogeniti præſtitus patri ſecundogenitum feudo inueſtienti reuocari ab eo non poteſt.*

51 *Renuntiare nemo poteſt iuri, quod in alterius cedit præiudicium, vel annexam habet alterius vtilitatem.*

52 *Princeps in aliorum præiudicium ius primogenituræ auferre non poteſt.*

53 Rouit.cons.15.num.34.*reijcitur.*

54 Rouit.conſ.15.num.36.*declaratur.*

55 *Primogenito à feudo ſucceſſione abſtinenti, ſecundogenitus iure primogenituræ ſuccedit. Declaratur num. 59.*

56 *Abſtinens à Primogenij ſucceſſione, pro mortuo habetur.*

57 *Abſtinenti filio quędam ſuitatis remanent reliquiæ quæ ſemiplenam adhuc ſuitatem conſtituunt.*

58 *Furioſus etſi patris hereditatem non adit, iura ſuetatis in ea retinet vt eam tranſmittat ad excludendam etiam ſibi a patre ſubſtitutum.*

60 *Primogenituræ ius, an præſcribi poſſit? Negatiuè reſoluitur, num. 67.*

61 *Præſcriptio triginta annorum titulum non requirit Declar. num. 75.*

62 *Inueſtitura, titulus habilis transfertur, ad præſcribendum*

63 *Præſcriptio triginta annorum iure* Regni *procedit in feudis*

64 *Succedendi conſuetudo ab agnatis admiſſam mutat feudi ſucceſſionem, Declar. num. 76. 77.*

65 *Præſcriptio quatraginta annorum, malam fidem excludit.*

66 *Poſſeſſio centenalis, ſiue immemorialis obſtat in feudis.* Declar.num.78.79.80.

68 *Primogenium perſonale eſt incommunicabile, & inacquiſibile, niſi mediante naturali origine,*

vt

vt nullo pacto Primogenitus fieri poſſit; qui vere, & naturaliter non eſt talis.
69 *Iura ſanguinis, vt immutabilia ſunt, ſic, & ius Primogenij, ipſi ſanguini, à lege datum.*
70 *Praeſcriptione induci non poteſt, quod expreſſo conſenſu fieri prohibetur.*
71 *Primogenitus quis ſit, variè diffinitur.*
72 *Primogenitum, ſolam natiuitatem reſpicit.*
73 *Filiatio, vt non poteſt pacto, aut praeſcriptione induci, ſic & ſuccatiuus, filiationi inhaerens.*
74 *Primogenitura ius perſonae inhaereas; non tranſit ad haeredem, ſed in filium primo natum.*
81 *Primogenitura erecta, eo ipſo, vocati dicuntur omnes primogeniti, eiſque gradatim ius quaeſitum.*
82 *Primogeniturae ordo non excluditur, ſi omnes plurali numero in infinitum vocati ſint. n. 83. 85. 86*
84 *Primogenitura feudum ſupponit indiuiduum, & bona integra, ac indiuiſa conſeruat.*
87 *Primogenitura vnius perſonae tantum eſt.*
88 *Qualitas iuncta gradui inſtitutorum, repetita cenſetur in gradu ſubſtitutorum.*
89 *Primogenitus maiorem in eius perſona non includit idonietatem, & meritum, niſi quatenus.*

Succedano, Succedant, Glos. V.

SEd vt ad rem reuertar; Ne quid ex Primogeniorum natura ſuperſit, quod hac noſtra repetitione tractatum, reſolutumq; non ſit; poſt illa, quae hactenus, *de Perſonis*, tradidimus; excutiendum quoq; eſt † *Suo ne vel praedefuncti patris iure, nepos ſuccedat?* Quam in re, negat *Oldrad. conſ. 94. à num. 15.* ex perſona ſua, vt primogenituree eum non ſuccedere ſed ex perſona praedefuncti Patris primogeniti: Cumq; ab eo diſſenſerit, *Caſtr. conſ. 164. nu. 3. in 2.* Ne in re certiſſima, nos, aut numeroſa rationum ſerie, aut ſuperflua argumentorum, & authoritatum multitudine vtamur; Difficultatem omnem per aliquot quaeſtiones ſuperandam duximus (Plura circa haec accidunt, quae paſſim obuia non ſunt) Ex quarum reſolutione facilius deinceps percipi poterit, quid in alijs.

Eundem itaq, retineamus in explicando ordinem, quem in alijs multo ad intellectum facilioribus, docendi gratia, ſecuti ſumus; Vt videlicet, in genere prius exponamus, Quae ſit differentia, inter Succedere, Tranſmittere, & Repraeſentare.

Succedere, verbum (vt a priori exordiar) vniuerſam propriè † ſucceſſionem denotat,

ex l. quidem. §. is autem. & ibi, Doct. ff. de edend. Socin. conſ. 102. in 2. Celſ. Hugo, conſ. 100. num. 8. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 4. num.
2 90. & haec triplex eſt † ex teſtamento, ab inteſtato, & contra teſtamentum; Duae priores notae ſunt; Tertia verò eſt, vbi impugnato Defuncti teſtamento, bona omnia, ad ſe ſpectare quis peteret; ita triplicem hanc ſucceſſionem ediſſerit, *Soc. rub. ff. de liber. & poſth. nu. 8. & 2 in l. ſi filius qui patri. num. 5. ff. de vulg. in l. haeredes mei. § cum ita. ff. ad trebell. Alex. nu. 10. Iaſ. Natt. quaeſt. 13. nu. 65. in l. hac conſultiſſima. § ex imperfecto. C. de teſtam. Cephal. d. conſ. 662. num. 9.* Hinc filius, (inquit *Socc. d. num. 8.*) ſuccedit ab inteſtato, & ex teſtamento; ve
3 ſuus † non tamen ſuccedit contra teſtamentum, *l. cum in adoptiuis, & ibi, Bart. C. de adopt. Cephal. d. conſ. 662. num. 10.* Aliquando non ſuccedit ab inteſtato, & tamen ſuccedit contra teſtamentum, *ex l. non putauit. §. adoptione. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Cephal. d. num. 10.* Item legitimati quandoq; ſuccedunt ab inteſtato, & ex teſtamento in totum; non tamen ſuccedunt contra teſtamentum, *§. ſi vero filius. Auth. quib. mod. natur. effic. ſui, Cephal. conſ. 662. num. 11.* Cumq; Tex. vtatur verbo *ſuccedat*, de ſucceſſione loqui intelligunt Alij contra teſtamentum; conſtat enim, Nepotem ex praedefuncto filio primogenito, Auo ſuccedere in feudo: refutatione ſecundogenito facta non obſtante, ſicq; contra Aui ſui voluntatem. Ex his notant, *Soc. Alex. Iaſ. Cephal.* & alij nuper citati, ſucceſſionem contra teſtamentum; tertiam eſſe ſucceſſionis, ſpeciem de per ſè, ab alijs diſtinctam.
4 Ego, ſucceſſionem † contra teſtamentum ſpeciem non eſſe ab alijs diſtinctam puto, ex *Marta. de ſucceſſ. legal. p. 2. quaeſt. 4. artic. 8. num. 27.* Quia ſucceſſio contra teſtamentum regulatur à iure ſuccedendi, ab inteſtato; *l. 1. ff. de bon. poſſ. contr. tab. l. 1. §. rectè. ff. ſi tab. nul. extab. Forſter. de ſucceſ. lib. 1. c. 8. num. 11.* ſeparatum ergo a ſucceſſione ab inteſtato, non habet effectum, ſed mutuo ſe ſe inuicem reſpiciunt, *ex l. 1. ff. de ſuis, & legit.* vbi inteſtati propriè appellantur; qui cum poſſunt teſtamentum facere, teſtati non ſunt ſed & is, qui teſtamentum fecit, ſi eius haereditas adita non eſt; vel irritum teſtamentum eſt, inteſtatus propriè dicetur. Conſtat ergo ſucceſſionem contra tabulas, per quam rumpitur teſtamentum, ad inteſtati ſucceſſionem pertinere, confert, *tex. l. vt liberis. C. de collat. Inſt. poſt initium. § ſi liberis. ff. de bonor. poſſeſ. contr. tabul.* Proinde ſucceſſio contra teſtamentum, ſeparatum non habet ef-

fectum à ſucceſſione ab inteſtato. Imo ſuc-
ceſſio contra teſtamentum, ad ſucceſſionem
ex ipſo teſtamento, quandoquè refertur, *ex
§. ſunt autem. inſtit. de bonor. poſſeſ. & ibi, Gloſ.*
adducit rationem, quia ſucceſſio contra te-
ſtamentum, ſine ipſo teſtamento competere
non poteſt, *gloſ. l. certum. verb. non vrgentur. C.
vnd. legit. l. 2. §. teſtamentum. ff. quemadm. teſtam.
aper. l. ſi quis. ff. ad l. Cornel. de falſ.* ſucceſſio er-
go contra teſtamentum, ſeparatum non ha-
bet effectum, à ſucceſſione ex teſtamento, vel
ab inteſtato. Quæ duæ ſpecies ſemper a iuriſ-
peritis nominãtur, *ex l. ius noſtrum. ff. de reg. iur.
l. 1. §. rectè. ff. ſi tabul. null. extlab. l. non tantum. §.
liberi. ff. de bon. poſſ. contr. tabul. l. 4. C. de collat.*

Nec obſtant caſus, à *Cephal. d. cons. 662.* re-
lati, in quibus contra Teſtamentum ſucceſſio
nec eis permittitur, quibus aliæ ſucceſſionum
ſpecies non denegantur: Quia ſpeciales,
eos eſſe declarat, *Marta, d. artic. 8. nu. 30.* vt ad
regulam conſtituendam, allegari non poſſint.

Sed & illud admonendi quoq; ſumus, Eam
verbum hoc (*ſuccedat*) interpretationem ha-
5 bere, vt quamuis concedamus † conferri
hoc in Tex. filijs primogenitis, eorumq; de-
ſcendentibus nouam ſucceſſionem ex Regis
concedentis, & primi acquirentis contractu
ad milleſimum vſq; gradum, non vt hære-
dibus, ſed vt filijs, *Alexand. l. ſi patroni. col. 4. ff.
ad trebell. cons. 119. num. 4. in 5. Cornaz. decis. 1.
nu. 75. Mareſcot. lib. 1. reſol. 65. nu. 5. Roſental. de
feud. c. 9. conclus. 66. n. 22.* cum de feudo aga-
tur, vel re, quæ in extraneum non tranſeat,
*Bart. l. vt ius iurandi. § ſi liberi n. 3. 4. ff. de oper. li
bert. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. num. 9. ff. de pact. in l.
gallus. §. quidam recte. nu. 8. ff. de liber. & poſth. in
l. quod dicitur. num. 6. vbi, Ias. num. 31. Alex. nu.
29. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 78. num. 5. Alciat.
reg. 3. præſum. 32. Maſcard. de probat. conclus.
1192. num. 21. Menoch. lib. 3. præſump. 48. num.
12. Peregr. de fideicom. artic. 17. num. 24. Amat.
cons. 68. n. 20. Caſanat. cons. 45. n. 56. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 14. tit. 18. n. 5. 8. lib. 22. tit. 17*
quibus à primo feudi acquiſitore ſtipulata
vltimi defuncti ſucceſſio fuit; eiuſdem feudi
refutatione in alterum etiam filium non ob
ſtante, vt in Tex. & gradatim, ſi primogeni-
tura inter filios, vel nepotes erecta ſit, adeo
vt ſucceſſiuè omnes futuri primogeniti per
lineam rectam vocati cenſeantur, *Menoch.
cons. 442. num. 26. cons. 211. nu. 11. 12. cons. 981.
nu. 10. Peregr. cons. 39. num. 14. in 1. Bardell. cons.
105. nu. 66. Papon. cons. 117. num. 12.* quorum
primogenito, vt filio, debita eſt ſucceſſio, nõ
vti filio, & hæredi, *Pegner. decis. 113. nu. 3. Bar-
dell. cons. 105. n. 18. Randens. cons. 1. n. 137. in 1.*
quia Primogenitura ſolam reſpicit natiuita-
tem, *Papon. cons. 117. num. 13. Molin. de primog.
hoc in Tex. filijs primogenitis, eorumq; de-
ſcendentibus nouam ſucceſſionem ex Regis
concedentis, & primi acquirentis contractu
ad milleſimum vſq; gradum, non vt hære-
dibus, ſed vt filijs, *Alex. l. ſi patroni. col. 4. ff.*
ad trebell. conſ. 119. num. 4. in 5. Cornaz. decis. 1.
nu. 75. Mareſcot. lib. 1. reſol. 65. nu. 5. Roſentall. de
feud. c. 9. conclus. 66. n. 22. dum de feudo aga-
tur, vel re, quæ in extraneum non tranſeat,
Bart. l. vt ius iurandi. §. ſi liberi. n. 3. 4. ff. de oper. li
bert. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. num. 9. ff. de pact. in l.
gallus. §. quidam recte. nu. 8. ff. de liber. & poſth. in
l. quod dicitur. num. 6. vbi, Ias. num. 31. Alex. nu.
19. ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 78. num. 5. Alciat.
reg. 3. præſum. 31. Maſcard. de probat. conclus.
1192. num. 21. Menoch. lib. 3. præſump. 48. num.
12. Peregr. de fideicom. artic. 17. num. 24. Amat.
conſ. 68. n. 20. Caſanat. conſ. 45. n. 56. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 14. tit. 18. n. 5. 8. lib. 23. tit. 27
quibus à primo feudi acquiſitore ſtipulata
vltimi defuncti ſucceſſio fuit; eiuſdem feudi
refutatione in alterum etiam filium non ob
ſtante, vt in Tex. & gradatim, ſi primogeni-
tura inter filios, vel nepotes erecta ſit, adeo
vt ſucceſſiuè omnes futuri primogeniti per
lineam rectam vocati cenſeantur, *Menoch.*
conſ. 442. num. 26. conſ. 211. nu. 11. 12. conſ. 981.
nu. 10. Peregr. conſ. 39. num. 14. in 1. Bardell. conſ.
105. nu. 66. Papon. conſ. 117. num. 12. quorum
primogenito, vt filio, debita eſt ſucceſſio, nõ
vti filio, & hæredi, *Pegher. decis. 113. nu. 3. Bar-*
dell. conſ. 103. n. 18. Raudenſ. conſ. 1. n. 137. in 1.
quia Primogenitura ſolam reſpicit natiuita-
tem, *Papon. conſ. 117. num. 13. Molin. de primog.*
lib. 3. c. 6. num. 35. Bardell. conſ. 105. nu. 19. Pe-
rier. decis. 59. nu. 6. Honded. conſ. 70. nu. 40. in 2.

Nec obſtat, verbum, *ſuccedat*, ad filios rela-
6 tum † vel alios ab inteſtato ſucceſſuros, Re-
ſeruationem ſucceſſionis inducere, non vin-
culum, *ex Caſtr. conſ. 82. num. 1. in 1.* cum ſi
voluiſſet legiſlator, vt ex verbo, *ſuccedant*, no-
uam diſpoſitionem, non reſeruationem ſo-
lam induceret, hoc ſane expreſſiſſent, *ad tex.*
l. 1. §. pen. ibi, *nulla erat difficultas illud ex primi-*
ævo, C. de caduc. toll. adeo vt noluiſſe videantur,
Rim. iun. conſ. 803. nu. 1. ſcienter ergo id omiſ-
ſum arguit, *Anan. conſ. 22. n. 3. Crot. conſ. 368.*
n. 23. Soc. iun. conſ. 26. n. 6. 7. in 4. conſ. 100. n. 20.
in 1. Petroc. conſ. 5. n. 51. Honded. conſ. 57. n. 32.
in 1. Barz. decis. 79. n. 6. Sim. de Prat. conſ. 90. nu.
22. 23. Molin. de primog. lib. 3. c. 5. n. 57. Quod
enim lege non eſt † expreſſum, ſuppleri nec
7 poteſt, *Barz. decis. 66. nu. 28.* Sed pro omiſſo
habendum eſt, *Grat. conſ. 66. nu. 19. in 2.*

Reſpon. I. Verbum, *ſuccedant*, filijs, aut ab
8 inteſtato venienti directum, † hoc in tex. ne-
dum reſeruatam denotat ſucceſſionem, ſed
nouam etiam diſpoſitionem; Reſeruata in-
quàm filijs ſucceſſio eſt, quia eorum eſt pri-
ma ſucceſſionis cauſa, *l. maximum vitium. C.*
de lib. præter. l. in ſucceſſione. C. de legit. hæred.
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 14. nu. 26.
Negus. conſ. 401. nu. 11. 12. Ceph. conſ. 739. n. 16.
Tuſc. lit. S. conclus. 859. num. 3. conclus. 861. nu. 1.
ne dum in allodijs, ſed in feudis, *c. 1. de ſucceſſ.*
feud. Oſaſc. conſ. 48. nu. 41. Noua tamen eſt, cir
ca ſuccedendi modum, *Vt in Tex.*

Cæterum, vna ſucceſſio, vno tantum ver-
9 bo regulata, (dicet quis) diuerſo iure † cen-
ſeri non debet, *ad tex. l. cum qui ædes. ff. de*
vſucap. maximè in repugnantibus, *ex Alex.*
l. in quartam. vers. in ea gloſ. ad fin. ff. ad l. falc.

Reſpon. I. Tex. *d. l. cum qui ædes.* non pro-
cedere, ſi ex aliqua rationabili cauſa, vna
eademquè res diuerſo iure cenſeri poterit,
vel ex accidenti, vel ex præſumpta legis men
te, *Aret. conſ. 155. Carot. de patr. fil. ſimpl. do-*
tan. quæſt. 5. reſpon. 1. & procedit ſolum eo-
dem reſpectu, ſecus ex diuerſis, *Abb. c. cum in*
tua. num. 7. de decim. Rip. l. fin. num. 122. C. de re-
uoc. donat. Bald. l. filium. oppos. 4. C. famil. herciſc.
Dec. l. in teſtamento. 1. num. 8. C. de teſtam. milit.
Alciat. l. in quartam. num. 3. ff. ad l. falcid. Gomez.
§. pœnales. num. 35. inſtit. de action. Iaſ. l. Iam hoc
iure. nu. 10. ff. de vulg. Surd. decis. 266. nu. 8. conſ.
127. nu. 69. Tiraq. 1. retract. §. 1. gloſ. 18. n. 22. 23.
§. 8. gloſ. 5. num. 14. de nobilit. c. 28. num. 13. An-
ton. Monach. Floren. decis. 28. num. 12. Carot. d.
quæſt.

quæſt. 5. reſpon. 2. Teſſaur. decis. 163. ad fin. con-
fert. tex. l. miles. §. pro parte. ff. de legat. 2. vbi, in
prælegatis, pars haberur iure, hæreditario,
pars inre legati, l. ſi quis. §. 1. ff. de furt. Nec
item res debet diuerſo iure cenſeri, corpora
li conſideratione: At ſecus ſi intellectuali,
ex Bald. l. 1. num. 4. C. de ſeru. fugit. Tiraq. de no-
bil. c. 28. n. 12. Carot. d. quæſt. 5. reſpon. 3. ſed ea-
dem res diuerſo iure cenſetur, ſi de diſpo-
nentis mente conſtet, Curt. iun. cons. 114. nu.
11. Carot. d. quæſt. 5. reſpon. 4.
10 Cæterum (ſuccedere), propriè eſt † ſubin-
trare in locum alterius, ex l. ſi hæreditas. §. 1.
& ibi, gloſ. ff. de teſtam. tutel. optimè Peregr. de
fideicom. artic. 20. num. 10. Fontanell. de pact. nupt.
claus. 4. glos. 9. p. 4. num. 90. Quod triplici iure
11 tranfertur ex † perſona nempè propria, ex
ſucceſſorio edicto, & ex tranſmiſſione, Bald.
cons. 132. in princ. in 2. Tuſc. lit. S. concluſ. 858.
num. 1. ius ſuccedendi per ſe eſt, quoquis à
principio, vel ex poſtfacto, ſublato aliquo
obſtaculo, quod interim ſibi obſtaret, voca-
tur, Bald. d. cons. 132. Tuſc. d. conclus. 858. num.
2. ſucceſſorium edictum eſt, quoties extin-
cta perſona, quæ præcedebat, ſequens voce-
tur, Bald. cons. 132. in 2. Tuſc. d. conclus. 858. nu.
3. Tranſmiſſionis ius eſt, quando hæreditas
eſt alicui delata, & antequam illam adiuer-
it, is moriretur; Tunc tranſmittet tale ius
adeundi, certis caſibus, Bald. cons. 132. in 2.
Tuſc. d. conclus. 858. num. 4. Omiſſo itaq. ſuc-
ceſſorio edicto, de quo plene agit, Tuſc. lit. S.
conclus 873. Cum ſubintrantia potiſſimum,
vel Tranſmiſſionis, vel Repræſentationis iu-
re fiat: Conſequens eſt, vt vtrumq; breuius
complectamur, quantum prodeſſe, & ſolet
& debet.
12 Tranſmiſſio, ius eſt † quo omnia defuncti
iura in hæredem tranſeunt, ex l. hæredem. l.
hæreditas. ff. de reg. iur. eiuſq; perſonam aſſumit
ad tex. in princ. Nouell. 48. Craſſ. §. tranſmiſſio.
quæſt. 1. Proinde ius, ſeu ſpem ſuccedendi in
fideicommiſſo condictionali tranſmittit de-
functus, modò ſuperſint, qui abſq; tranſmiſ
ſione ſuccedere poſsēt, l. ſed ſi plures. ff. de vulg.
iuncta, l. qui patri. ff. de acquir. hæred. Berengar. de
filijs, nat. c. 9. num. 5. 8. Caldas, de nomin. emphit.
quæſt. 17. Molin. de primog. lib. 2. c. 11. nu. 34. 35.
13 Menoch. cons. 1243. num. 9. ipſæq; hæres † iure
tranſmiſſionis capit bona, & illius hæredi-
tatem, qui tranſmiſit, non autem primi de-
functi, l. fin. C. de hæred. inſtit. Soc. conſ. 67. num.
14. in 4. Burſ. cons. 61. nu. 15. Rim. iun. cons. 607.
num. 51. Surd. decis. 138. num. 10. decis. 140. nu.
14 16. nec ex ſua † ſed ex tranſmittentis perſona,
Marta, de ſucceſſ. legal. p. 3. quæſt. 24. artic. 5.
num. 25. latè Menoch. lib. 4. præſum. 201. num. 2.
9. cons. 1243. num. 15. ſed tranſmiſſioni lo-
cus non eſt ad fauorem eius, qui tranſmit-
tentis hæres non fuerit, Menoch. d. præſump.
201. nu. 14. cons. 1243. nu. 11. difficilius naq;
tranſmiſſio, quam repræſentatio permiſſa cē-
ſetur, l. emancipata. C. qui admit. l. 3. C. de ſuis. &
legit. ibi, nullam ad hæredes vendicationem tranſ-
mittere potuit. Marta, de ſucceſſ. leg. p. p. quæſt.
23. artic. 1. num. 8.
Repræſentatio, in caſibus à iure permiſſis,
15 præſumpta † vocatio eſt, a defuncto facta,
quam tacitam vocationem appellat, Peralt.
l. cum ita. §. in fideicommiſſo. nu. 22. ff. de legat. 2.
Corn. cons. 24. num. 31. in 2. Soc. cons. 37. num. 1.
2. in 3. Curt. cons. 57. num. 8. cons. 58. num. 2. Pa-
ris. cons. 38 num. 14. in 1. Port. cons. 55. num. 91.
Soc. iun. cons. 116. num. 17. in 1. Cephal. cons. 489.
Decian. cons. 1. num. 364. in 1. Menoch. cons. 357.
num. 33. cons. 1243. num. 12. & lib. 4. præſum.
95. num. 2. Peregr. de fideicom. artic. 21. num. 5.
Caldas, de nomin. emphit. quæſt. 17. n. 29. Eamq;
ſimilem eſſe opinatur, Menoch. d. num. 2. Illi
præſumptæ Patris voluntati, ex l. cum auus.
ff. de condict. & demoſtr. Menoch. lib. 4. præſum.
89. nu. 3. Lex enim inquit, Menoch. cons. 1243.
num. 12. præſumit Auum, Patrem, Matrem,
& ſimiles Aſcendentes, fideicommiſſo inter
deſcendentes conſtituto, eos vocaſſe eodem
ordine, quo ab inteſtato ſuccederent, Me-
noch. d. cons. 1243. num. 13. cum præſumptio
ſit, Teſtatorem velle ſuam diſpoſitionem
eſſe iuri communi conformem, l. ſi duo. ff. de
acquir. hæred. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad tre-
bel. vbi, Bart. nu. 4. Rip. num. 74. 79. Clar. §. teſta
mentum. quæſt. 76. num. 9. Crauet. cons. 75. num.
5. Gallin. de verb. ſignif. lib. 10. c. 9. num. 6. Ma-
ſcard. conclus. 1417. Ludouic. Perus. decis. 61. nu.
46. Mantic. de coniect. Vlt. volun. lib. 6. tit. 6. à
num. 1. Anna, cons. 22. num. 9. cons. 29. num. 12.
Soc. iun. cons. 104. num. 26. cons. 126. num. 22.
cons. 139. num. 27. in 1. Rim. iun. cons. 736. num.
109. cons. 780. num. 46. 47. cons. 541. num. 57.
58. Rouit. cons. 52. num. 12. Decian. cons. 129. nu.
24. in 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 102. Sottomay.
quotid. iur. controuerſ. 35. n. 11. 14. p. 4. Raudens. de
analog. lib. 1. c. 35. num. 47. Sim. de Prat. cons. 37
num. 11. in 1. Peregr. cons. 44. num. 7. in 1. cons.
42. num. 2. in 3. Turret. cons. 11. num. 20. in 3.
Oſaſc. decis. 127. n. 2. vel Staturario iuri, Rim.
iun. cons. 750. num. 10. Viui. decis. 295. num. 2. 3
Mantic. d. lib. 6. tit. 7. à num. 1. Decian. cons. 1. a nu
384. in 1. Simon. de Prat. lib. 1. interpr. 1. dub. 4.
ſolut. 10. nu. 5. Turret. cons. 96. nu. 38 in 2. Gabr.
cons. 100. num. 35. in 1. Maſcard. d. cons. 1417.
num. 6. 7. Menoch. d. præſum. 102. num. 10. cons.

95.n.90.*cons.*150.*ad fin.Sottomay.d.controuerſ*
35.*nu.*14. Nec repręſentatio,ſubſtitutio di-
citur,imo diuerſa, vt ab vna,ad aliam inferri
non poſſit, *ad ſex. l. fin.ff.de Calumniator.l. pa-
pinianus exuli. ff. de minor.* Repreſentatio
namq. Legis eſt, §.*cum filius. inſtit. de hered.
quæ ab inteſt.de ſer.Dec.cons.*1.*num.*8.*Oſaſc.cons.*
72.*num.*31 nec alium conſtituit gradum,*Dec.
cons.*427.*num.*8.*Paris.cons.*36.*num.*8.*in* 2.*O-
ſaſc.d.num.*31.Subſtitutio eſt Hominis, & a-
lium facit gradum, *l.*1.*l.poteſt quis.ff.de vulg.
Paris.cons.*99.*num.*11.12.*in* 2.*Oſaſc.d.num.*31.
16 fit enim repræſentatio † reſpectu ſucceſsio-
nis,*Dec.cons.*1.*num.*5.*Curt.ſen.cons.*154.*Magon.
Floren.decis.*147.*num.*3. Adeout, ſi non ſuc-
cederet,non intrat repræſentatio, *Magon. d.
decis.*147.*num.*7.9.& licet in iure non dum
perſonæ repræſentandæ delato, locum non
habeat repræſentatio , *ex Cagnol.l. heredem.
num.*16.*ff.de reg.iur.Aret.cons.*123.*num.*4.*Ma-
gon.Floren.decis.*4.*num.*14.*Amat. March. decis.*
61.*n.*51.*& alijs.* Eorum tamen opinio vera nō
eſt, quia ſi eſſet ius delatum, nec vtiq; ne-
ceſſaria erit repręſentatio,ſed potius ius tran
ſmiſſionis, *ex not.in l. tempuſ.ff. de hered. inſtit.
Paris.cons.* 78.*nu.*30.*in* 2.*Molfes.in Scholijs.ad,
d.quaſt.*35.*num.*7.vel id verum,ſi perſonæ de-
functi fiat repræſentatio,*ex Alex. cons.*20.*nu.*
8.*in* 1.*Sfort.cons.* 38.*nu.*74.83.ſecus in repræ-
ſentatione gradus:ſatiſq; erit, vt ſit perſona,
quæ ſubingrediarur, ex iuris diſpoſitione.

17 Porro in ſucceſſione † Aſcendentis, filius
patris ſui gradum ingreditur, §. *cum. filius.
inſtit.de heredit.quę ab inteſt.de ſer.Bart.& Doct.
l.*2.*C.de liber.præter.& l.*1.§.*ſi ſit nepos.C.de col-
lat.dot.Menoch.lib.*4.*præſum.*93.*nu.*6.7.8.*Ma-
gon.Floren.decis.*147.*num.*1. cum ſi remotior,
ex repræſentatione admittatur, non dicitur
gradus,corrumpi, ſeu alterari,ſed repræſen-
tari, *Bald.l.*1.*C.de ſecund.nupt.Alex.cons.*26.*n.*
10.14.*in* 1.*Dec.cons.*527.*num.*8. *Ruin.cons.*63.
in 1.*Port.cons.*35.*num.*88.*Soc.iun.cons.*116.*nu.*
26.*in* 1.*Paris.cons.*90.*nu.*49.*in* 2.*Menoch.conſ.*
200.*nu.*44.*lib.*4.*præſum.*95.*num.*5.*Sottomay.
quotid. iur. controuerſ.*19. *num.*48.*p.*3. nec di-
citur gradus remotior, ſed illemet, quo pa-
ter repræſentatus ſuccederet, *Decian.cons.*43
*num.*17.18.*in* 2.*cons.*55.*nu.*45.*in* 3.*Sottomay.d.
controuerſ.*19.*num.*49.*p.*3.*Molin.de primog.lib.*
3.*c.*8.*num.*17.*Menoch.lib.* 4.*præſum.*95.*num.*
91.*Rolãd.cons.*51.*num.*8. 10. ex propria ta-
men,non ex patris perſona, *Bart.l.* 1.§.*ſi ſit fi-
lius.ff.de coniung.cum emancip.liber.et in l.*2.*vbi,
Bald.C.de liber.præter.Ias.l. Gallus.* §. *quid ſi fi-
lium.num.*60.*ff.de liber. & poſth.Tiraq. de pri-
mog.quæſt.*40.*num.*100.*Gabr. tit. de ſucceſſ. ab
inteſt.conclus.*1.*num.*26.*Menoch.cons.*1250.*nu.*
6.*cons.*1243.*num.*4.*Marta, de ſucceſſ.legal.p.p.
quæſt.*23.*artic.*2.*num.*1. *Pagon. cons.*117. *num.*
10. *Magon.d.decis.*147.*num.*10. qui,ſic acci-
piendum,inquit,eſſe *tex. d.*§. *cum filius.* Vbi,
de concurſu cum patruis agitur, nam intel-
ligi debet de concurſu , ex perſona propria,
per ſubintrationem, *Soc.cons.* 252.*num.*5.*in*
2.*Honded.cons.*70.*num.*17.*in* 2. non autem,
ex perſona Patris, vel Matris , vt ſit ſenſus,
ſuccedit in locum Patris, ideſt in Gradum;
ac ſi eſſent in eodem gradu,quo erat eorum
pater repræſentatus, *Menoch.cons.* 357.*num.*
27.*Rolãd.cons.*51.*num.*8. Sed non ex perſona
patris,nec vt pater, ſed ex propria, & vt ne-
pos, *Ias.in rub.& in l.*2.*nu.*4.*C.de ſucceſſ.edict.*
remotiuè tamen ad Patrem, & extintiuè,
ideſt,quando eorum pater de medio ſubla-
tus eſt, & ipſe ſit ſuus hæres, *Marta,d.quæſt.*
23.*artic.*2.*num.*3.*Magon.d.decis.*147. *num.*10.

Proinde, eius opinionis ſum, vt exiſti-
mem, in hac ſucceſſionis materia per viam re
præſentationis vnius in locum alterius, Du-
18 plicem, *ex Sfort.cons.*38.*n.*68.eſſe † repræſen-
tationem: Alteram,quę dicitur repręſentatio
gradus; Alteram,quæ repræſentatio perſonæ
eſt: Ex prima nepos repręſentat patrem in
ſucceſſione Aui, vel Proaui , & dicitur re-
præſentare gradum , non perſonam , quia
non ex perſona patris de medio ſublati, ſed
ex propria ſuccedit (vt dixi,) Ex altera verò
ſpecie, Filius fratris repræſentat patrem in
ſucceſſione Patrui , & ſic Collateralium;
Hæc dicitur repræſentatio perſonæ, quia ne-
19 pos ex fratre † ſuccedit Patruo, vna cum
alio fratre defuncti,non ex perſona ſua,quia
eſſet remotior, ſed ex perſona patris ſui,qui
æqualis ipſi erat in gradu, cum alio fratre
ſuperſtite, *Bart.et Doct.l.*1.§.*ſi ſit filius.ff.de con-
iugen.cum emancip. liber.in l.ſi auus. quæſt.* 2. *&
ibi,Bald.n.*4.*Corn.Ias.Salic.& alij,C.de lib.præter.
Bald.l.*2.*C.de ſucceſſ.edict. Dec.cons.* 317.*ad fin.
Alex.cons.*4.*n.*13.*in* 4.*cons.*20.*n.*3.*in* 1. *Caſſan.
Burgen.conſuet.rub.*7.§.10.*n.*1.7.36. *Gram.de-
cis.*63.*n.*5.*ex magis comm.Burſ.cons.* 67.*nu.*24.
*Magon.d.nu.*10.*Sfort.cons.*38.*n.*69.*Gabr.tit.de
ſucceſ.ab inteſt.conclus.*1.*n.*6 *Sottomay.d.contro-
uers.*19.*nu.* 163. Nec repręſentatio facit gra-
dum, *ex Dec.cons.*427.*n.*8.*Paris.cons.*36.*n.*8.*in*
2.*Oſaſc.cons.*72.*num.*31.Sed filius ingrediens
locum patris,aſſumit omnes qualitates,om-
neſq; prærogatiuas, quas pater ratione il-
lius gradus habebar,dum viueret, & nunc
habuiſſet,ſi vixiſſet, *Roland.cons.*68.*num.*26.
in 1.*Humad.ad Lopez,l.*2.*glos.* 17.*nu.*7.*tit.*15.
*part.*2.*Gutier.lib.*3.*pract.quæſt.*67.*nu.*21.*quæſt.*
68.*nu.*

*68.nu.25.45. Gabr.conſ.130.num.32.in 2.Pe-
tra,de fideicom.quæſt.11.n.129.Herded.conſ.70
n.49.50.in 1.Sottomay.d.controuerſ.9.n.50.Mo
lin.de primog.lib.3.c.6.à n.48.Auend.l.Thaur.
40.gloſ.17.num.2.3.* Differt vtraq; repræſen-
20 tatio,*ex Bart.d.§.ſi ſit filius.* quod ſi † repræſen
tatur gradus, & ſic ſuccedidur ex perſona
propria,conditio & qualitas ipſius repræ-
ſentantis, inſpicienda eſt:ſi vero repræſenta-
tur perſona,ſicq;ſucceceditur,ex perſona ip-
ſius repræſentati, tunc qualitas,& repræſen-
tati conditio attenditur, *Burſ.d.nu.24.Sfort.
conſ.38.num.70.P.Molin.tom.3.de iuſt.& iur.
diſput.627.num.11.Caſtill.Sottomay.iur.contro-
uerſ.15.& controuerſ.19.num.104.p.3.*

Ex his,illud in principiis diſcutiendum ſe of
fert, verum ius ſuccedendi actualiter com-
21 petat, ſitq; proprium † ipſi Primogenito
etiam viuente patre? Si quæſtio eſt, quan-
tum ad ipſum ius in ſe; Affirmantium vera
eſt opinio, *ex l.in ſuis.ff.de liber.& poſth.Sfort.
conſ.38.nu.55.* ſed non quantum ad omnem
eius effectum, vt Dominus rei paternæ ſit,
Sfort.conſ.38.num.56. quia effectus vtilis,vi-
delicet,Feudum non competit filio viuente
patre, nec re, nec etiam ſpe; Quandiu enim
pater viuit,filius nullum in eius bonis ius ha
bet ſaltim probabile, *l.2.§.interdum.ff.de
vulg.Bald.Angel.Alex.Imol.Aret.et Iaſ.in l.lex
Cornelia.ff.eod.l.in ſuis.Vbi,Bald.num.3.ff.de lib.
& poſth.Guid.Pap.decis.486.Ricc.collect.665.
Cancer.3.reſol.c.15.num.50.Gallin.de verb.ſi-
gnif.lib.2.c.15.num.2.* nec ad legitimam, *vt
not.Bart.Caſtr.& omnes,in auth.ſi qua mulier.C.
de ſacros.eccleſ.Doct.auth.nouiſſima.C.de in offi.
teſtam.Bald.d.l.lex Cornelia.num.3.Sfort.d.nu.*
22 *56.* quia poſt parentum † mortem eſt debi-
ta,*l.cum quæritur.C.de inoff.teſtam. Fontanell.
de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.2.nu.20.Griuell.decis.
34.num.49.* non autem ipſi viuentibus, *l.1.
§.ſi impuberi.ff.de collat.bonor.Becc.conſ.68.nu.
2.conſ.74.num.5.Rim.iun.conſ.50.nu.93.Me-
noch.conſ.77.num.6.de arbitr.caſ.149.num.32.
lib.5.præſum.29.n.105.Craſſ.§.legitima.quæſt.
12.num.1.Carpan.Mediol.ſtatut.485.num.71.
p.p.Ludouic.Perus.decis.11.Oſaſc.decis.172.nu.
15.Mining.cent.4.obſer.25.Marta,rub.ff.ſolut.
matr.quæſt.8.Caſtill.de vſufr.c.64.num.11.Gra
tian.diſcept.247.num.39.diſcept.950.nu.6.Ricc.
collat.105.Fachin.lib.2.iur.controuerſ.50.Teſſa-
ur.lib.2.foren.quæſt.93.num.8.Merlin.de legit.
lib.5.tit.3.quæſt.1.num.1.Tuſc.lit.L.concluſ.
190.191.* imo nec etiam aliquam probabilem
23 vel † iuſtam ſuccedendi ſpem, quæ conſide
rari poſſit, *d.§.ſi impuberi.& l.poſt.emancipa-
tionem.§.2.vbi,Bart.ff.de liber.agnoſc.Bart.
Alex.& Iaſ.in l.is poteſt.ff.de acquir.hered.Bart.
in l.qui romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig.Dec.*
de iure primogenituræ loquens,*in c.Eccleſia.
S.Mariæ.col.25.de Conſtit.l.poſt emancipationem
vbi notat,Bart.ff.de liber.legat.Gram.decis.101
n.66.Gabr.conſ.176.n.9.conſ.179.n.8.10.in 2.
Marta,de ſucceſſ.legal.p.3.quæſt.1.artic.2.n.71
Mantic.decis.289.n.1.* quia ſpes hæc ſucceden
di præmatura dicitur,*ex l.fin.ff.de liber.agnoſc*
& prorſus inanis, *Specul.tit.de exequut.ſenten.
§.ſequitur.verſ.quid ſi filiusf.Bart.auth.ſi qua
mulier.ad fin.C.de ſacros.eccleſ.& in l.ſcien-
dum.ad fin.ff.qui ſatiſd.cogan.Bald.l.illud.quæſt.
3.C.de ſacros.eccleſ.in l.quamquam.ff.ad l.falc.et
in §.ſi quis miles.col.3.verſ.ſed pone quod in inſtru
mento.tit.Imper.Lothar.* aſſerens,quandam po-
tentiam eſſe, quæ non eſt ens, ſicuti eſt, po-
ſſe ſuccedere alicui, exactius, *Iaſ.l.is poteſt.
nu.15.ff.de acquir.hered.* qui reſpondet,*ad tex.
l.neq; ei.§.præterea.ff de adopt.* vbi, quod ſpes
ſuccedendi parentibus vitam agentibus, Le-
gitima eſt, vt intelligatur de actu volunta-
tis ſpectantis, non autem de ſpe iuridica, &
à iure apporobata,*Marta,d.artic.2.nu.72.Pe
tra,de Princip.potes.c.32.quæſt.2.n.8.9.12.*

Ego hæc vera duxi,pro vt ſpes accipitur,
pro aliquo iure formato,quod,poteſt vendi,
cedi, aut aliter diſponi,*ex l.ſpem.C.de donat.
l.1.C.de pact.* Quod enim debitum eſt ſub
ſpe, quæ ex mera alterius voluntate pende-
at, non autem ex fortunæ iudicio,& euentu
non poteſt deduci in pactum, *ex Bart.Bald.&
Caſtr.in l.fin.C.de pact.* tradit, *Peregr.decis.106.
num.16.Petra,de princ.potes.c.32.num.75.*

Sed prout accipitur,pro ſimplici expecta-
tione,nullum ius in re,vel ad rem in præſenti
quod vendicari, peti, vel diſponi poſſit, at-
tribuente;dico filium habere ſpem probabi-
lem,imo & conſiderabilem,a iure naturali,
gentium,vel ciuili,introductam,in futura pa
tris viuentis ſucceſſione, maximè ad legiti-
mã,*l.ſcripto.ff.vnd.liber.l.cum ratio.in princ.ff.
de bon.damnat.Becc.conſ.74.num.24.Merlin.
de legit.lib.5.tit.3.quæſt.1.num.3.* quæ ſaltim
quaſi debita eſt filijs in vita parentum,*gloſ.l.
ſi emancipata.in fin.C.de iur.& fact.ignor.Fonta-
nell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.2.num.20.Amat.
conſ.56.num.10.Menoch.lib.3.præſum.29.nu.
104.conſ.206.num.98.Decian.conſ.6.num.3.in
1.Merlin.d.quæſt.1.n.3.* cum ſit generale,iure
24 in ſpe à iure probata † poſſe deduci in pa-
ctum, *l.ſpem.C.de donat.l.nec emptio.ff.de con-
trah.empt.l.ſi ſtipulatus fuerim.l.ſi a colono.ff.
de verb.oblig.Laderch.conſ.27.n.9.conſ.28.n.11
Peregr.decis.106.nu.8.* iuridica ſpes dicitur,
quam ius fouet, *Petr.de prins.potes.c.30.
num.*

num. 35. Illaq; ſpes non conſideratur, nec di-
citur, niſi quæ aliquo exiſtenti fundamen-
to adhæreat, *l.* 2. *ff. de ſtat. liber. Bart. & Doct.*
in l. quod ſeruius. ff. de condict. ob caus. Ruin. l. gal
lus. §. & quid ſi tantum. nu. 56. *ff. de liber. et poſth.*
Merlin. de legit. lib. 3. *tit.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 17.

Hactenus, de Succeſſione, ex iure primo-
genituræ vniuerſali, quod à Lege, vel con-
ſuetudine, iure hæreditario defertur, ſecus in
iure primogenituræ particulari ad certam
rem, quæ ex lege contractus conceſsionis,
vel inueſtituræ, defertur ad Primogenitum
tunc enim verum eſt, quod voluit, *Caſtr. d.*
25 *cons.* 164. *in* 2. *Abb.* 85. *in* 1. ius nempè † ſuc-
cedendi in tali re, illico cum primogenitus
venit in lucem, in habitu & in ſpe conſequi-
tur, & eſt ſpes firma, ac inuariabilis quæ à
patre, vel alio, auferri, transferri, vel di-
minui non poſſit, *Menoch. cons.* 442. *num.* 38.
Petra. de princ. potes. c. 30. *num.* 46. *Bardell. cons.*
105. *num.* 22. cum tranſierit in contractum:
& tunc poteſt dici ius formatum, §. *ex con-*
dictionali. inſt. t. de verb. oblig. l. 1. *C. de pact. l.*
ſpem. C. de donat. & immutabile, *Valaſc. decis.*
122. *num.* 17. *Lopez, l. Thaur.* 44. *num.* 3. *Bardell.*
cons. 105. *num.* 31. Addit & merito, *Molin. de*
primog. lib. 1. *c.* 12. *num.* 21. Primogenium in
teſtamento erectum, naturam teſtamenti in-
ſequi, ita & erectam in contractu, contractus
naturam in omnibus imitari, *Menoch. cons.*
1026. *num.* 11. 12. *Bardell. cons.* 105. *num.* 32.

Porrò, aliud eſt, quod vaſallus admitta-
tur iure ſucceſſionis: aliud eſt, quod admit-
tatur iure inueſtituræ, ſeu conuentionis, *ex*
Rim. Sen. cons. 302. *nu.* 8. cumq; triplex in iure
26 ſucceſſio fit † Vna ordinata à lege, vel ſtatu-
to: Alia ex contractu, ſeu particulari ho-
minis diſpoſitione: Alia, à natura actus, vt
eſt feudorum, *Bald. cons.* 199. *in* 3. *Anton. So-*
la, ad Decret. Sabaud. tit. de hæredit. Patruor. glos.
2. *num.* 5. *Tuſc. lit. S. conclus.* 859. *num.* 1. Proin-
de dicendum minimè eſt, quod feudi ſucceſ-
ſio filijs, & agnatis ex pacto, non competat,
Decian. cons. 5. *num.* 13. *in* 1. ſed ex ſucceſſio-
27 ne à feudorum † iure eis delata. Quia reſ-
pondet, *Decian. cons.* 16. *num.* 51. *in* 1. feuda
potius ex pacto, & contractu, ſeu conceſ-
ſione Domini, quam ex patris ſucceſſione
ad filios pertineat, quod agnouit prius,
Fulgos. cons. 228. *col.* 2. *ex not. in c.* 1. §. *cum ve-*
ro Corradus. qui feud. dar. poſſ. Roſentall. de feud.
c. 9. *conclus* 79. *nu.* 14. *Mareſcot.* 1. *reſol. c.* 65. *ſub*
num. 3. Cum primi acquirentis ſucceſſor ſit,
l. vnum ex familia §. 1. *l. lucius.* §. *fin. ff. de legat.*
2. *Angel. cons.* 110. *col.* 6. *ad fin.* exornat,
Molin. de primog. lib. 2. *c.* 4. *num.* 5. *Phanut. de*
inuent. p. 6. *à num.* 39. *Amat. cons.* 15. *num.* 14.
Roſentall. d. num. 14. adeo vt ſi per mille ma-
28 nus feudum ambulet † ſemper ratio pri-
mi acquiſitoris habenda eſt, *Bald. & alij, in c.*
1. §. *ſi vero. de gradib. ſucceſſ. in c.* 1. *de eo qui ſibi,*
& hæredib. ſuis. Marta, de ſucceſſ. p. p. quæſt. 23.
artic. 3. *num.* 52. *Anton. Sola, ad Decret. Sabaud.*
tit. de hæredit. patruor. glos. 2. *num.* 4. nec primo-
genitus in feudo venit vt hæres, quia ius ha-
bet in vita, cuius executio fit poſt mortem
patris, *Raudens. cons.* 1. *num.* 140. *in* 1. *Bardell.*
cons. 105. *num.* 20. neq; enim datur hæreditas
viuentis, ipſaq; ſucceſſio in feudis ſuam ſem
per reſpicit ſtipitem, non aliam, *Bald. c.* 1.
de gradib. ſucceſſ. Cardin. cons. 124. *Soc. cons.* 86.
in 3. *Anton. Sola, d. num.* 4. non iure legali, ſed
inueſtituræ, ut dominicali iure in vltimum a
primo parente deſcendiſſe uideatur, *Bald. c.* 2
de feud. march. Alex. cons. 29. *num.* 3. *in* 1. *Sola,*
d. num. 4. & dicitur conceſſio de perſe ad in-
ſtar rei reſtitutioni ſubiectæ, *ex Iſern. c.* 1. *poſt*
num. 9. *de ſucceſſ. feud.* & habet illud ſucceſſor
ex propria perſona, quodam mortalitatis or-
dine, non per viam hæreditatis, *l.* 3. *ff. de in-*
tend. & releg. Bald. c. 1. §. *deniq; ſub num.* 1. *qua*
fuit, prim. caus. benef. amitt. Amat. cons. 15. *nu.*
15. & dicitur corpus defectum ab hæredi-
tate morientis, *l. vxor patrui. C. de legat. Bald.*
l. 2. *ad fin. C. de ſuis, & legitim. Amat. cons.* 35.
num. 6. Nec propterea diſpoſitio legis, ſeu
conſuetudinis feudorum excluditur, quia ap
probat pactum conuentum inter Dominum
& primum inueſtitum, qui pro ſe, filijs, & de-
ſcendentibus ſuis, feudum ſuſcepit, *Mantic.*
de tacit. & ambig. lib. 23. *tit.* 27. *num.* 12. Feudum
igitur ex prouidentia haberi dicitur, non ex
ſucceſſione, *Afflic. c.* 1. *num.* 19. *de ſucceſſ. fratr.*
Neq; ab vltimo defuncto, ſed à primo, qui
de feudo fuit inueſtitus, *Crauet. cons.* 950. *n.* 2
Molin. de primog. lib. 1. *c.* 8. *n.* 2. *Papon. cons.* 117. *n.*
15. Verius autem nec vltimo moriēti, nec pri
mo acquirenti ſucceditur, qui diſponendi fa
cultatem non habet, *c.* 1. §. *donare. qualit. olim.*
feud. pater. alien. c. 1. *de ſucceſſ. feud. Crauet. cons.*
715. *num.* 11. *Amat. cons.* 7 *num.* 32. *cons.* 100.
num. 85. ſed à Domino directo feudum ma-
gis accipitur, *Gabr. cons.* 107. *num.* 8. 9. *in* 1.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. *tit.* 27. *num.* 12.
29 Proinde natura potius † quam verba con-
tractus attendi debent ex multis à *Menoch.*
lib. 3. *præſum.* 104. *cons.* 444. *n.* 8. *Rimi. cons.* 154
nu. 22. *cons.* 233. *num.* 13. 17. 33. *Surd. cons.* 450.
n. 34. & alijs, quos congeſſi, *Decis.* 111. *n.* 5. ple-
nius, *de Cenſib. p. p. lib.* 1. *queſt.* 2. *n.* 22. 26. pręſet
tim, quia etſi, vbi aliquid ex contractu con-
ceditur maſculis, & fæminis, vtriſq; ſimul
con-

conceſſum intelligatur in feudis tamen con-
ceſſio prius maſculis, ſucceſſiue fœminis fac-
ta cenſetur, *c.1.§. quia etiam.tit.Epiſc.vel Abb.*
Rurſus ſi hæredum appellatione, tam ma-
ſculi, quam fœminæ contineantur, *l.maximum*
vitium & ibi, Bald. C.de liber.præter. tum ſui, tum
extranei, *l.ſciendum. l.hæredis appellatione.ff. de*
verb. ſignif. l.in annalibus.C.de leg. ſecus tamen
eſt in feudis, iuxta quorum naturam, appel-
latione hæredum veniunt tantum maſculi
deſcendentes, *c.1.de ſucceſſ.feud.gloſ.& Bart.l.*
ex facto §.fin.ff.ad trebell.Ias.num.16.in l.gallus.
§.etiam ſi a parente.ff.de liber.& poſth.

Ex his memoria repetendum erit, quod
30 feudi ſucceſſio † Altero, de duobus modis
conſideranda eſt. Primo, quatenus filio pri-
mogenito ſtatim cum naſcitur, in habitu ea
dem ſucceſſio acquiritur, ad aliorum exclu
ſionem, *Roland.cons.38. num.42. in 4. Guttier,*
cons.13.num.13.14.Molin.de primog.lib.3.c.6.
num.30.35.36.Palaez.de Maior.p.2.quæſt.7.
num.10.Sottomay.iur.controuerſ.15. num.53.p.
3.Galuan.cons.1.num.80.Honded.cons.70.num.
40.in 2.Turres.cons.43.ſub num.14.in 2.

Secundo, cum iam mortuo parente actua-
liter ſibi defertur feudi ſucceſſio, atq; ab ipſo
apprehenditur. *Menoch.cons.981.n.25.* Hanc
ſucceſſionum differētiam aduertit, *Bellamer.*
decis.723.n.16.Molin.de primog.lib.3.c.6.n.36.
31 Similiter, erecta ſtatim primogenitura, † ius
quæſitum dicitur cæteris primogenitis gra-
datim, vt omnes ex tunc vocati ſint, *Menoch.*
cons.211.n.8.12.cons.442.n.26.cons.981.n.25.
Bardell.cons.133.nu.30.cons.105.nu.66.Pereg.
cons.39.num.24.in 1. Ac virtualiter incluſi,
de l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acquir.hæred.l.
Titio vſusfructus.ff.de condict.& demonſtr.l.Seia.
ff.de donat.cauſ.mort.Molin.de primog.lib.3.c.
6.num.36.37.38. Caſtill. Sottomay. iur. contro-
uerſ.15.n.77.p.3.Rauden.cons.2.n.126.in 1.cons
30.num.73.74.in 2. vt eo ipſo, quod Primo-
genitus naſcatur, illico eidem cum iure Pri-
mogenituræ ſpes quędam certa, atq; in-
commutabilis, imo ius ad feudum ſuccede-
di in habitu, ſuo loco, & tempore, in actu ac-
quiritur, *Molin.d.c.6.num.37. Raudens.cons.*
1.num.140.in 1.Bardell.cons.105.nu.20.Papon.
cons.117.nu.13.14.Perier.decis 59.nu.6. quod
etſi in vita parentis ſuſpenſum ſit, auferri ta-
men non poteſt, ſed ad eius Primogenitum
tranſmittet, *ex Oldrad.cons.224.n.27.Tiraq.de*
primog.quæſt.21.nu.7.quæſt.40.n.66.93.196.
quæſt.43.nu.14.20.Papon.cons.117.n.11.Griuell.
decis.146.n.12.Molin.de primog.lib.3.c.6.n.37.
excluſo ſecundogenito, cum eius poſteris
Paulo.rub.ff.de hæred.inſtit.num.130.Caſtr.cons.
164.num.4.5.in 2.Conar.practi. quæſt.38.num.
6.12.Tap.decis.2.num.141.Celſus. Hug.cons.
321.nu.19.Burgos.de Paz.cons.29.nu.49.Vaſq.
de ſucceſſ.creat.lib.3.§.27.nu.10.Molin.d.lib.3.
c.4.num.13.14.c.6.num.29.Honded.cons.70.
num.7.in 2.Menoch.cons.442.num.10.cons.
981.nu.5.6.Decian.cons.54.n.39.in 2.Pic.cons
96.num.31.32. ratio eſt, *ex Menoch.cons.269.*
num.40. quia primogenij iure, in Patre ra-
dicato, admittenda non eſt ſucceſſio per ſal
tum, *Perier.decis.59.nu.5.Anton.Monach.Floren*
decis.54.n.19.Surd.cons.403.n.16.Menoch.cons
981.n.10.11.Bardell.cons.60.n.23.Galuan.cons
1.nu.82.Honded.d.num.7. ideoq; non mirum
ſi ius hoc conſiderandum ſit, ad hoc, vt ex
eo primogenitus ante actualem ius ſucceſſio
nem, lineam propriam efficiat, *Perier.d.n.5.6*
vt eius primogenitus, nepos, pronepos, & om
nes ex eo primogeniti in perpetuum, tam ex
deſcendenti, quam ex tranſuerſali illius pri-
mogeniti linea, vocati dicantur, *ex Bald.l.cum*
antiquioribus.nu.71.C.de iur.delib. ob id, donec
32 alius † ex illa linea ſuperſit, ad aliam non fit
tranſitus *c.1.§.1. de natur. ſucceſſ. Vbi, Bald.*
Afflic.num.77.Præpoſ.c.1.col.2.de gradib.ſucceſſ
Soc.l.ſi cognatis.n.14.ff.de reb.dub.Marta,de ſuc
ceſſ legal.p.p.quæſt.12.Alba,cons.85.n.3.5.cons
107.Spin.de teſtam.gloſ.15.nu.128.Aluarat.de
coniect.ment.defunc.lib.2.c.3.§.3.n.44.Surd.de
cis.73.num.57.Tap.decis.2.nu.142.151 Fuſar.
de fideicom.quæſt.379.num.50.quæſt.384.num.
55.quæſt.390.num.15.quæſt.484.nu.34.Phœb
decis.97.num.17.Conar.practi. quæſt. 38. num.
6.Gelſ. Decian. cons.96. num. 18.in 3. Hug.
cons.93.num.6.Soc.iun.cons.126.num.27. in 1.
Guttier.cons.13.nu.11.27.Peregr.cons.40.nu.
6.in 3.de fideicom.artic.27.num.42.50. Molin.
nu.13.14.Rauis.cons.15.num.47.cons.40. num.
25.& alij,in Gloſ.6.

Nec obſtat, dixiſſe, *Fulgos.cons.229.* line-
33 am non poſſe incipere † niſi ab eo qui ſuc-
ceſſionem occupat, *ex tex.& ibi,Doct.in c.1.de*
ſucceſſ.feud.& c.1.de ſucceſſ.fratr.& grad.ſuccess
cum alijs, a Molin.de primog.lib.3.c.6.num.34.

Reſpon. I. *ex Molin.d.c.6.nu.35.* quod ad
inducendam primogenij lineam, is qui pri-
mogenitus fuit, a ſui natiuitate ius primoge-
nituræ acquiſiuit, illudq; ſuorum primoge-
nitorum lineæ communicauit, conſtituens
lineam primogenitorum inter ſe, & ipſos, qui
ab ipſo deſcenderint, excluſa ſecundoge-
niti linea, & ad id expendit, *Molin.tex.c.1.*
de natur.ſucceſſ.feud.

Reſpon. II. Id intelligendum de occupa-
tione ſucceſſiones habitu, ſeu potentia non
autem actu, *Papon.cons.117.num.14.* & ſic
ſuffi-

ſufficit, quod primogenitus ille potuerit ſuccedere, licet actu non ſucceſſerit.

Id etiam vltimo conſiderandum eſt, quod quamuis diceremus in hac ſpecie permit-
34 tendam eſſe † aliquam iuris Primogenituræ tranſmiſſionem de filio in nepotem, ea iuris principijs non repugnat, *ex Bart. l. is poteſt. num. 8. ff. de acquir. hæred.* dum voluit, quod quamuis filiatio non tranſmittatur in nepotem, *Valaſc. decis. 122. nu. 19. 20. Marta, de ſucceſſ. legal. p. 3. quæſt. 1. artic. 2. num. 79.* ius tamen primogenituræ, id eſt prerogatiua illa ſuccedendi, ex ui primogenituræ, in eum, à prædefuncto filio primogenito tranſmittitur, *Bart.* ſequuntur, *ibid. Caſtr. Aret. Iaſ. num. 14. Marant. nu. 204. Oldrad. cons. 224. Dec. cons. 238. num. 11. Gram. decis. 1. num. 17. Soc. cons. 152. nu. 15. in 2. Grivell. decis. 146. nu. 13. Perog. cons. 34. nu. 16. in 3. Ruin. cons. 86. nu. 5. in 3. Tiraq. de primog. quæſt. 40. nu. 88. Molin. de primog. lib. 3. c. 6. n. 38. Intrigl. feud. centur. 2. artic. 36. n. 181.* imo cũ ex feudi natura Primogeniti omnes, vt prædiximus, comprehendantur, nulli dubium, quin hæc primogenituræ qualitas in ſequentem vocatum facilius tranſmittatur, vt in eã parentem repræſentet, etſi in perſona parentis vocatio, eo moriente, vt caduca defecerit; *l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit. ibi, Huic enim viuo defertur ex ſubſtitutione hæreditas. l. ſi in perſonam. C. de fideicom. l. cum hæres. C. quando dies leg. ced. Oſaſc. cons. 73. n. 6.* plures tamen (vnus poſt alium) ſi ad fideicommiſſi ſucceſſionem vocentur, & vocatio primi in cauſam caduci deuenit, ſequentes gra-
35 dwatim, ex propria eorum vocatione † ſuccedent, & abſq; iuris alterius tranſmiſſione, *ad tex. l. 1. §. pro ſecundo. §. ſin autem aliquid. C. de cadus. tollen. l. quandiu. 3. §. is autem. & ibi Bart. Bald. Angel. Imol. Caſtr. & alij. ff. de acquir. hæred. Caſtr. l. ſi pecuniam. ff. de condict. ob cauſ. & cons. 164. nu. 19. in 2. Alex. cons. 1. nu. 101. in 2. Soc. cons. 37. nu. 10. in 1. Iaſ. cons. 148. cons. 203. in 2. Negus. cons. 541. nu. 74. Parif. cons. 70. num. 26. in 3. Peregr. cons. 40. num 6. in 1. & de fideicom. artic. 13. num. 5. 22. Sfort. cons. 56. num. 5. Tiraq. de uxor. donat. glos. libertis. num. 50. Fuſar. de fideicom. quæſt 440. num. 13. quæſt. 469. num. 32. Intrigl. d. artic. 36. num. 52. Decian. cons. 81. in 2. Molin. de primog. lib. 1. c. 1. num. 17. lib. 3. c. 6. num 29. 39. Menoch. cons. 215. num. 3. cons. 1088. num. 9. latè, cons. 1165. Papon. cons. 117. num. 12. Grivel. decis. 135. nu. 61.* & alibi ſæpè.

Cæterum obijciet quis, in ſucceſſionibus
36 quæ † iure hæreditario non deferuntur, ſed ex pacto, & prouidentia repræſentationem non admitti, *ex l. tutela. §. ſi duo. ff. de legit. tutel. l. ſi libertus præterito. §. 1. ff. de bon. libert. Bart. auth. poſt fratres. 1. num. 2. C. de legit. hæred. Bald. l. liberti, libertaq. num. 18. C. de oper. libert. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quæſt. 10. num. 53. p. 4. quæſt. 11. num. 16. Valaſc. de iur. emph. quæſt. 50. num. 30. Couar. pract. quæſt. 38. num 9. Matien. l. 5. glos. 5. tit. 7. lib. 5. recop. Auend. l. Thaur. 40. glos. 16. num. 3. Molin. de primog lib. 3. c. 6. num. 41. 47. Tiraq. de primog. quæſt. 40. d. num. 192. Burs. cons. 170 num. 47. P. Molin. de iuſt. & iur. tom. 3. diſput. 626. Pichrad. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. 2. de repræſen. n. 25. Milanens. decis. 8. nu. 220 p. Menoch. cons. 83. Natt. cons. 127. nu. 7. 8. cons. 130. num. 6. Noni. cons. 4. num. 8.* & primogenitura in teſtamento, vel codicillis cõſtituta fideicommiſſum dicitur, *Menoch. cons. 208. num. 10. lib. 9. Anchar. cons. 82. Naſſ. cons. 154. num. 5. Rim. iun. cons. 544. num. 69. 78. Pic. cons. 96. nu. 2. 11. Alba, cons. 60. num. 10. Honded. cons 45. num. 35. in 2. Bardell. cons. 135. num. 25.* ſed in fideicommiſſis, filius non ſuccedit in locum patris, nec ergo in primogenitura, quæ fideicommiſſo aſſimilatur, *Rim. iun. 544. n. 69. Bardell. d. cons. 133. n. 26.* cumq; hoc regulare eſſe dixerint omnes: Tribus caſibus exceptis; de his excutiendum eſt.

37 Primus eſt, ſi ex linea recta † iure primogenituræ ſuccedendum ſit; Tunc ſi ſucceſſio iure hæreditario non defertur; repræſentatio tamen vnius Primogeniti in locum Alterius admitti debet, *Molin. de primog. lib. 3. c. 6. n. 41.* Quia in allodijs fideicommiſſo etiam ſubiectis, ius repræſentationis datur, ſi de Aſcendentium ſucceſſione agatur, *ex §. cum filius. §. item vetuſtas. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Menoch. cons. 124. n. 56. cons. 392. n. 18. cons. 1160. & lib. 4. præſum. 95. n. 6. Rolan. cons. 58. nu. 10. in 2. Fuſar. de fideicom. quæſt. 387. nu. 18.* copioſius, *quæſt. 485. Magon Floren. decis. 144. num. 20. Molin. de primog. lib. 3. c. 6. num. 29. 30. c. 7. num. 6. Peregr. de fideicom. artic. 21. num. 6. cons. 46. num. 18. in 2. Sfort. cons. 35. num. 32. cons. 54. num. 14. Papon. cons. 117. num. 11. Molfes. ad conſuet. Neap. p. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. in Scholijs. ad quæſt. 35. num. 3. Rouit. cons. 51. num. 25. cons. 52. num. 1. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 9. num. 2. Petra, de fideicom. quæſt. 16. nu. 8. Farin. decis. 501. Gamm. decis. 307. Barz. decis. 97. num. 9. Teſſaur. decis. 65. Honded. cons. 70. in 2. Fachin. lib. 4. iur. controuers. 84. Teſſaur. lib. 1. foren. quæſt. 35. Picard. d. §. 3. d. num. 35. Caſtill. iur. controuers. 19. num. 43. p. 3.* non enim aliter poſſet ius primogenituræ, nec linea recta, verè, atq; præcisè ſuccedi, ex his quæ ſuperius excuſſa ſunt: Quod in anniuerſarijs, & patrona-

tibus

tibus, iure Primogenituræ relictis dicendum
quoq; erit, *ex Molin. d.c. 6. nu. 42. c. 7. nu. 19.*
Secundus caſus eſt, ſi ne dum filius primo-
38 genitus † ſed eius filius primogenitus, &
omnes deſcendentes in infinitum ad feu-
di ſucceſſionem inuitati ſint: Tunc quiſq;
primogenitus propriam habet vocationem
vt parente mortuo, ipſe in eius locum ſubro
getur, eiuſq; perſonam repreſentet, *Molin.
de primog. lib. 1. c. 1 num. 17. lib. 3. c. 6. num. 43.*
quamuis hæc non tam repræſentatio, quam
propria vocatio, ſeu ſubſtitutio cenſenda
ſit, *Molin. d. c. 1 num 17. d. c. 6. num. 43.*
Tertius Caſus eſt, ſi fideicommiſſum relictū
39 ſit † fam liæ deſcendentibus, ſeu cognationi
propinquis, aut ſimilibus ſub hoc nomine
collectiuo: Tunc repræſentatio admitrenda
erit, etſi in eo fideicommiſſo, iure hæredita-
rio ſuccedendum non ſit, *Molin d. c. 6. nu. 44.*
40 cum enim in hoc fideicommiſſo † iuxta inte-
ſtatæ ſucceſſionis ordinem ſuccedendum ſit,
*gloſ. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. & ibi, Doct. ff.
de legat. 2. Soc. cons. 249. nu. 21. in 2 cons. 86. in
3. Dec. cons. 186. Ruin. cons. 163. num. 8. in 1. cons
144. num. 13. in 3. Paris. cons. 37. nu. 42. cons. 38
cons. 57. num. 16. in 2. Soc. iun. cons. 26. num. 25.
in 1. Port. cons. 55. num. 30. Cephal. cons. 313.
num. 45. Decian. cons. 1. num. 340. 344. in 1. cons.
83. num. 53. in 4. cons. 7. num. 71. in 5. Menoch.
cons. 106. nu. 83. cons. 554. num. 5. cons. 591. ad
ad fin. cons. 886. num. 8. cons. 1161. num. 4. & lib.
4. præſumpt. 94. num. 19. Peregr. cons. 45. num.
25. cons. 47. num. 16. in 2. cons. 56. num. 7. cons.
108. num. 7. in 3. cons. 41. num. 10 cons. 56. num.
19. cons. 64. in 5. de fideicomm. art. 21. num 5 art.
30. num. 20. Craſſ. §. fideicommiſſum. quæſt. 16.
num. 2. Prat. de interpr. vlt. volunt. fol. 336. nu.
16. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 26. num.
76. p. 2. Rot. Auenion. decis. 37. num. 9. Magon.
Floren. decis. 37. num. 15 decis. 102. nu. 5. Gamm
decis. 206. num. 25.* conſequens eſt, vt in eo
repræſentatio, ſicut in alijs ſucceſſionibus
ab inteſtato admitti debeat, *Molin. de pri-
mog. lib. 3. c. 7. num. 20. 21. Coſta de retrotract. re-
gul. 3. c. 2. num. 6.* nec in pronepotibus expi-
rat, *Coſta, d. num. 6.* niſi (dum in allodijs
verſamur) inſtitutionis, ſeu ſubſtitutionis
verba repugnent, *Couar. pract. quæſt. 38. num.
5. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 50. Molin. de iuſt.
& iur. p. 2. de Maiorat. diſput. 626. 627. Ceual.
comm. quæſt. 197. Peregr. de fideicomm. artic. 21
num 6. Surd cons. 325. Schrader. de feud. p. 7. c.
5. num. 41. Roſentall. de feud. c. 7. concluſ. 16. nu.
12. Coſta, d. num. 6. Decian. cons. 6. num. 45. in 2
cons. 14. num. 15. in 5. Menoch. lib. 4. præſum. 95.
num. 14. cons. 124. num. 83. Molin. de primog. lib.
3. c. 7. num. 5.* fideicommiſſum namq; quod
41 alias † tranſmitti non poteſt, fit tranſmiſſi-
bile ſi fauore agnationis relictum ſit, *Ce-
phal. cons. 114. num. 15.* idem in primogenio,
& alia diſpoſitione, quæ familiam vocet, *Mo
lin. d. c. 6. nu. 45.* qui ſic intelligendum eſſe vo
luit, *tex. l. tutela. §. ſi duo. ff. de legit. tut. l. ſi liber
tus. §. 1. ff. de oper. libert.* & alia iura contraria.
His itaque caſibus exceptis, Repreſentio
42 ſemper in ſucceſſione hæreditaria admitten
da, in alijs deneganda, erit: Niſi in † feudo
in quo repræſentatio iure ſingulari ſemper
admittitur, etſi iure hæreditario non defe-
ratur, *Iaſ. l. ſi auia. num. 5. C. de ſucceſſ. edict.
Afflic. num. 12. 13. in c. 1. de ſucceſſ. feud. Gram.
decis. 1. ad fin. Coſta, de Patr. & nepot. fol. 34.
Tiraq de primog. quæſt. 40. num. 18. Couar. pract.
quæſt. c. 38. num. 13. Ann. cons. 125. num. 50. Mo
lin. lib. 3. de primog. c. 6. num. 47. Natt. cons. 127.
Mattien. l. 5. gloſ. 5. num. 2. tit. 2. lib. 5. recop. Cu-
mi. c. ſi aliquem. verb. gradu. num. 9. Valaſc. de iur
emphit. quæſt. 50. nu. 4. Rim. iun. cons. 410. à nu.
28. Menoch. lib. 4. præſum. 95. num. 42. cons. 200
num. 63. cons. 498. num. 20. Auendan. l. Thaur.
40. gloſ. 2. à n. 45.* Quibus ſanè regulis obſer-
uatis, facile comprehenditur huius materiæ
reſolutio, quæ ab alijs diffusè ſatis excutitur
43 Proinde in dubio ſi ijs in caſibus † verſemur
in quibus ex iuris diſpoſitione locus eſt re-
præſentationi ab inteſtato; Pro ea iudican-
dum eſt, *Decian. cons. 50. num. 38. in 3. Fuſar. de
fideicom. quæſt. 185. num. 131.* At ſi eo in caſu,
cui ab inteſtato non datur repræſentio, con-
tra eam in dubio iudicandum voluere, *Burs.
cons. 170. ad fin. Menoch. cons. 200. num. 41. cons
296. nu. 21. lib. 4. præſump. 95. n. 3. Intrigl. de ſub-
ſtit. centur. 3. quæſt 87. ad fin. Barz. decis. 93. ad
fin. Fuſar. d. nu. 131. Sottomay. iur. controuers. 19
nu. 288. ad fin. p. 3. Aldouin. cons. 102. num. 24.*
44 Q. I. Ius primogenituræ † ad quos tranſ-
mittatur? Ad primogeniti præmortui filium,
quia primogenitura etſi tranſmitti non poſ
ſit, *ex Valaſc. decis. 122.* ius tamen ſuccedendi
ex ea tranſmittitur, cum ſit ius formatum à
filiatione diſtinctum, *ex Bart. Iaſ. Maran. in l.
is poteſt. ff. de acquir. hæred. Farin. decis. 395. n. 2.
Fuſar. de fideicom. quæſt. 387. nu. 3. Griuell. decis.
146. n. 15. Peregr. cons. 39. n. 7. in 1. Perier. decis
59. n. 5. 6. 7. Rouit. pragm. 11. n. 54. 55. tit. de feud.*
Nec filiatione ob primogeniti mortem ex-
tincta, ius ſuccedendi extinguitur, ſed ad li-
beros tráſit ex iuris priuilegio, & potétia ſui
tatis, *Surd. cons. 362. nu. 6. Molfes. ad conſuet.
Neapol. tit. de ſucceſ. ab inteſt. in Scholijs. ad quæſt
35. n. 8.* nam ſicut in filio conſideratur filia-
tio, & ius ſuccedendi ex legis authoritate, ſic

in primogenito conſideratur perſona ipſa, & ius, vel prærogatiua ipſius primogenituræ, quæ tranſit a primogenito in deſcendentes ſuos, *Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 52. Griuell. decis. 146. num. 16.* Sed duo, hac in re, omnino aduertenda, monitum te velim Lector.

Primum, quod hæc propriè non eſt tranſmiſſio, quia filius præmoriens, nunquam in eo ius habuit, nec ergo nepos ex eo, venit iure tranſmiſſi à patre, ſed proprio repræſentationis iure, *Valaſc. decis. 122. nu. 27.* etſi repudiet hæreditatem patris.

Secundum eſt, quod ius primogenituræ ad feudum, vel certam rem, quæ ex lege contractus, conſuetudinis, vel inueſtituræ defertur ad primogenitum, illico cum primogenitus venit ad lucem in habitu, & in ſpe, ſeu potentia conſequitur, & eſt ſpes firma, & inuariabilis, *Pereg. cons. 39. n. 7. 11. in 1. Fuſar. de fidei com. quæſt. 387. nu. 21.* vt minui non poſſit, cũ tranſierit in contractum, *Abb. cons. 85. in 1.* & tunc poteſt dici ius formatum, *§. ex conditionali. inſtitut. de verb. oblig. l. 1. C. de pact. l. ſpem. C. de donat.* Eſt enim ſucceſſio filij ſecundũ naturam, & iuris ordinẽ, à quo ſi auferretur, iuris, & naturæ ordo turbatur, *l. nam & parentibus. C. de inoff. teſtam. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. Pereg. cons. 42. n. 2. in 3. Fuſar. de fidei. quæſt. 484. n. 18*

45 Q. II. Primogenitus † an poſſit de hoc iure diſponere, vendendo, aut aliter cedendo?

Prior fuit Affirmantium opinio, *ex Genes. c. 25. c. quam periculoſum. 7. quæſt. 1.* vbi optimè *Præpos.* declarat. *Abb. c. licet. de Vot. Benedict. c. rainutius. glos. in teſtamento relinquens. 1. num. 189. de teſtam. Laudens. Aluarot. Bald. Beluis. Balzeran. & alij. in c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amit. Ias. l. is poteſt. n. 35. ff. de acquir. hered. in l. pactum. C. de collat. Soc. cons. 47. dub. 4. in 3. Pyrr. in conſuet. Aurelian. tit. de feud. §. 26. ad fin. Cirier. de primog. lib. 3. quæſt. 1. 8. Tiraq. de primog quæſt. 26. Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quæſt. 11. artic. 4. num. 1.* & Alij numero multi, ſed ratione, & examine pauci.

Poſterior fuit, Negantium ſententia, quæ ex eo probatur, quod licet ius Primogenituræ ſit ei proprium, & competens de præſenti: ius tamen primogenituræ ad feudum, quod eſt vnum, & apud nos potiſſimum, de effectibus huius iuris primogenituræ, non eſt ei proprium, nec competens de præſenti ſed ſpe tantum probabilis expectationis, ſperatur competiturum poſt patris ſui mortem propriæ vocationis iure, ſed interim manet in primo iure, & dominio patris: & ſic non poteſt filius de eo nec in totum, nec in parte diſponere, *ex Bald. l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. Ias. d. nu. 33. Dec. cons. 443. nu. 29. cons. 445. n. 56. Paz. in proem. l. Thaur. n. 96. Intrigl. decis. 1. nu. 25. Peregr. cons. 39. nu. 28. in 1.* quod ſi aliter attentauerit, non valet ipſo iure, nec confirmabitur, etiam ſi poſtea ſit hæres patris, niſi ſeruata forma, *l. fin. C. de pact.* videlicet conſenſu patris interueniente, & in eo, ad mortem vſq; perſeuerante.

Quid dicendũ? Pro reſolutione, ius ipſum primogenituræ in ſe, ſiue quoad titulũ, & honorem non poteſt cedi, nec in alium transferri, quia conceſſum nõ eſt, niſi habenti naturalem illam Primogenituræ qualitatem, quæ verificari non poteſt in ceſſionario; *Archid. c. hinc eſt. ad med. 16. quæſt. 1. Bald. & Caſtr. in l. 3. ad fin. C. comm. diuid. Bald. c. 1. §. 1. de pac. iuram. firm. Cagnol. l. 2. nu. 42. 117. C. de pact. int. empt. Dec. cons. 312. ad fin. Brun. cons. 80. nu. 21. 22. Tiraq. 1. retract. §. 26. glos. 1. n. 57. & lib. 2. §. 1. glos. 9. n. 13. Iatrigl. decis. 1. n. 27.* & hoc procedit, ſiue viuente, ſiue mortuo patre, etſi diſſentiat, *Dec. cons. 443.* ſed perfunctoriè, inſecutus, *glos. d. c. quam ſit periculoſum.*

46 Effectus vero primogenituræ † viuo patre cedi, aut aliter diſponi non poteſt, cum non dum comperat, in re, niſi de conſenſu patris *ex l. fin. C. de pact.* Sed patre defuncto, liberè poteſt, ſicut vnus hęredum partem hęreditariam ſibi quæſitam vendere poteſt, vniuerſaliter, nomine quotæ, vel particulariter, per ſingulas res, *Dec. d. l. fin. num. 17. & cons. 443.* maximè ſi ceſſio fiat in proximè ſucceſſurum *Bardell. cons. 60. num. 14. Paz, d. proem. num. 95. ex l. voluntas. C. de fideicomm. c. 1. §. ſed etiam res.* ibi, *Niſi tibi, vel alij proximiori. Per quos fiat inueſt. c. 1. §. ſi vero. de alien. feud. c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. Valaſc. l. Thaur. 49. glos. 2. num. 4. 5. Cirier. de primog. lib. 1. quæſt. 1. 8. Lauden. de primog. quæſt. 23.* imo ex hac ceſſione ius feudi in ipſo primogenito extingui, reſoluit, *ad tex. l. 1. C. de pact. & l. ſpem C. de donat. Rouit. cons. 15. nu. 35. 36. Burg. de Paz in proem. leg. Thaur. num. 98.*

47 Q. III. iuri primogenituræ † ſimplici renunciatione, an renunciari poſſit? non tamen ceſſione, vel pacto? Negant alij in vita Patris, niſi forte, quoad honoris effectus, tunc occurrentes, vel niſi patre conſentiente, & in conſenſu perſeuerante vſq; ad mortem, *ad tex. l. fin. C. de pact.* vel alijs caſibus, in quibus futuræ ſucceſſioni poteſt renunciari, ſed mortuo patre abſolutè, & irreuocabiliter renunciari poteſt, ſicut abſtinere poteſt filius a tota hæreditate, *Bart. l. nec emancipatus. ff. de leg. 1. Gomez, 1. reſol. c. 9. num. 23, Craſſ. §. ſuias. quæſt. 6. §. omiſſio hæreditatis. quæſt. 1. nu. 3.*

Hæc

Sed quò apertius hoc perſtringam, & probem diſtinctione vtendum eſt, Aut vaſallus criminis reus feudum acquiſitum non habebat, ſed illud ſe habiturum ſperabat, quia adhuc delinquens ipſe, patrem filiorum eius auum habebat feudi poſſeſſorem: Hoc in caſu, delictum patris non nocet filijs in eorum aui feudo ſucceſſuris. Aut feudi poſſeſſor erat vaſſallus, Tunc delictum eis nocet *Aluarot. c. 1. ſi vaſall. feud. priuet. Zas. de feud. p. 10. num. 98.* Capic. *feud. inueſt. fol. 156. col. 1.* plenè *Roſentall. de feud. c. 10. conclus. 40. nu. 60. c. 11. concl. 5. n. 9. 11. concl. 6. gloſ. B. Anna, cons. 128. n. 8. P. Molin. de maiorat. diſput. 627. n. 11.* Quod procedere *Doct.* affirmant, in quocũq; delicto feudali, licet non ſit in Dominum, vt *Bald.* generaliter loquẽte, *in l. emancipatũ. § fin. ff. de Senat. Anna, d. n. 8. Roſent. d. c. 11. conclus. 11.*

Ampl. I. Feudo non priuari nepotem, ſi delictum in dominum, vel contra feudi conuentiones ab eius patre commiſſum ſit, qui non poſſidet, ſed auus, *ex Bart. l. 3. num. 2 ff. de interd. & releg.* copioſius *Cumi. c. ſi aliquem. gloſ. mortis. nu. 146. 169. ex magis comm. Anna. cons. 128. num. 12. Roſentalt. ni per. cit*

Contrar. concludit, *Iſern. c. 1. §. præterea. num. 10. vers in 2. quæſt. Quæ ſit prim. caus. beneſ. amitt.* imo indiſtinctim vaſallus, eiuſq; filij priuantur feudo, ſi in dominum deliquerit, quod ad proximum agnatum reuertit, *ex c. 1. §. deniq; vers ſi vero. Quæ fuit prim. cauſ beneficã. amitt. Anna, cons. 128. num. 11. Tuſc. lit F. conclus. 352. num. 32. Larat. cons. 109. nu. 14* imo applicatur Domino, ſi crimen leſæ maieſtatis commiſerit in primo capite, *l. quiſquis. C. ad l. iul. maieſt.* vt ſuæ iniuriæ vltionem conſequatur, *Dec. cons. 410. Ias. cons. 86. in 3. Angel. cons. 223. Soc. cons. 275. in 2. cons. 121. in 4. Boſſ. tit. de bon. public. nu. 55. 57. 58. Clar. §. feudum. quaſt. 66. num. 1. 3. 5. Farin. quaſt. 25. num. 76. quaſt. 112. num. 248. quaſt. 116. nu. 83. Molin. d. diſput. 627. num. 11. Molin. d. c. 11. num. 35. 36. & ex comm. num. 39. 40. Guazz. de confiſcat. concluſ. 13. limit. 34. num. 7. Caball. crim. reſol. cas. 182. nu. 15. ex magis comm. Scholiaſt. ad Bertaz. cons. 281. lit. E. Peregr. de iur fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 108 Tuſc. d. conclus. 352. nu. 32 Schrad. de feud. p. 9. p. 2. ſect. 1. Roſent. loc. iam cit.* Tum quia pater per indirectum, quod ei probibetur, haberet, *Larat. cons. 109. nu. 56.* cum eadem perſona ſit cum filio, *l. fin. C. de impub. et alijs ſubſiſtit.* & vera portio patris, *c. iam itaq; 1. quaſt. 4. Cabed. decis. 208. num. 1. p. p. Malaſ. cons. 22. n. 12. 15. cons. 77. n. 52. Schrader. de feud. p. 6. c. 1. nu. 4. c. 6. n. 53.* Sed inhabilis qui non poteſt admitti verè, ad aliquid acquirendum, neq; admittitur per fictionem, *Gratian. diſcept. 283. num. 14.* Tum quia ſicut pater, ita nec filijs in Curia honeſtè ſtare poſſunt, *argum. l. quod ſi nolit. §. mancipium. ff. de ædil. edict. Iſern. c. 1. ſi vaſall. feud. priuet. in c. fin, quæ fuit prim. caus. benef. amitt. Cyn. l. fin. C. de liber. & eor. libert. Bald. c. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. Zaſ. de feud. p. 10. num. 96. latè Larat. cons. 109. num. 15. Anna, cons. 128. num. 1.*

Declar. I. Non procedere ſi filius patrem occiderit, Tunc enim occiſor, eiuſq; filij nedum feudo priuantur, *ex Aluarot. c. 1. §. fin. not. 3. quæ ſit prim. caus. benef. amitt. Borcholt. de feud. c. 8. num. 103. Zas. de feud. p. 10. num. 67. Schurf. cons. 43. num. 3. cons. 54. num. 6. cent. 1. latè Schrader. de feud. p. 9. c. 3. num. 25. Anna, cons. 128. num. 15. 16. Farin. quaſt. 120. num. 28.* Sed allodijs etiam, *Boer. decis. 25. num. 8. 17. Anna, cons. 128. nu. 13.*

Nec diſtinguendum tunc eſt, an poſſideat Occiſor, quia à Parricidio ab eo cõmiſſo, caſus ſucceſſionis factus eſt in perſonam filij, ex morte Patris, quem ipſe interfecit, & cum ipſe præcedat in gradu, filius ipſius delinquẽs qui nepos eſt, non poteſt venire ex propria perſona, ergo nedum delinquens, eſt excluſus, ſed eius filius, *Anna, cons. 128. num. 15.*

Declar. II. Vt ſi frater occidat fratrem, Tunc feudo priuãtur occiſor, eiuſq; filij, & ſequenti in gradu, illud defertur *c. 1. An ille qui interf. fratr. domin. fui, Boer. decis. 25. nu. 8. Larat.*

cons.

cons.109.n.17.25.35.63.Peregr.de iur.fiſc.lib.2 tit.3.nu.17. Anna,cons.128.nu.15.Guazz.de confiſcat.conclus.13.ampl.6.nu.49. Decian.cons. 19.num.143.in 3.Roland.cons.56.in 1.vt & allodialium ſucceſſio, Anna,cons.128.num.14. etſi ad feudum expreſſim vocati ſint filij,non tamen proprijs nominibus, ſed ſimpliciter ſub nomine filiorum, quia contemplatione patris vocati præſumuntur, ideoq; excluſo patre, ipſi quoque excluduntur, Iſern.c.1. ſi vaſall.feud.priuet.Larat.cons.109.nu.19.

Sed illud in Patricidio, aut Fratricidio prætereundum non eſt, vt ſi feudum ſit nouum, deuoluatur ad Dominum,excluſis deſcendentibus, & agnatis, c.1.§.pen.vbi Præpoſ.dicit comm. Quæ fuer.prim.cauſ.benef.amitt. gloſ.c.1.ſi uaſall.feud.priuet.c.1.§.ſi uaſallus.ſi de feud.fuer.content.Alciat.cons.132.num.42.in 5 Clar.§.feudum.queſt.8.n.4.queſt.66.n.5.7.queſt 88.ad med.Anna,cons.128.nu.4.Soc.Iun.cons. 68.n.126.in 3.Menoc.de arbitr.in Scholijs ad cas. 356.n.123.124.Farin.queſt.25.n.72.74.75. Guazz.de confiſc.concl.13.limit.34.n.4.Peregr. de iur.fiſc.lib.5.tit.1.n.107.112.113 Bertaz.crim. cons.368.nu.2.Caball.crim.reſol.cas.182.n.3.4. quia non habet agnatos, Corſet.cons.8.nu.3. imo vim habet hereditarii feudi, Ponte,deciſ. 11.n.18. Idemq; eſt,in hereditario,quod nouo eſt ſimile, tum reſpectu filij, tum agnati, Anna,d.nu.4.Menoch.d.nu.123.Clar.§.feudum. queſt 84.Corrad.de offic.Prætor.tit.de public.bonor.num.3. Farin.queſt.25.nu.73.Caball.d.cas. 182.num.6.Guazz.d.limit.34.nu.31. Carpan. Mediol.conſtit.c.omnium.nu.150. & licet velle videantur alij,quod in feudo hæreditario antiquo,ſi vaſallus priuatur ex felonia nõ reſpiciẽte Dominum,quod nempè agnati excludant Dominum; vera tamen non eſt opinio,quia ſicut filij paterno feudo priuantur ex quacumq; culpa, ita etiam agnati; in feudo namq; hæreditario,nulla eſt differentia inter filios, & agnatos, Iſer.c.1.num.6.An agnat.Anna,cons.128. num.5.

Si vero feudum eſt antiquum,non tamen hæreditarium(vt dixi)excluſis deſcendentibus,tranſit ad agnatos,c.1.§.fin.quæ fuit.prim. cauſ. benef. amitt. iuncto, c. 1.§.ſi vaſallus.ſi de feud.defunct.milit.& ibi glos.c.1.ad fin. An ille qui interf.fratr.dom.ſui. Aluarot. d.§. fin.concluſ. 10.12.P.Molin.d.diſput.627.n.11.Zas.de feud.p. 10.nu.103. Capic.feud.inueſt.fol.70. vers.62. quò ſe refert, vers.71.Anna,cons.128.num. 6. Proinde cauendus eſt Menoch. de arbitr. in Scholijs,ad cas.356.nu.123. Qui ex Cumi.in c. ſi aliquem.glos.mortis. num.76. & alijs,receptam eſſe ſententiam inquit,Filios, & deſcendentes Parricidæ in feudo antiquo,& ex pacto, & prouidentia ſuccedere,ductus maximè, tex. c.1.§.deniq;,ibi, ſed ad proximos. Quæ fuit prim.cauſ.benef.amitt. quo nomine continentur,& filij,qui dicuntur patri proximiores,l.filius.ff.de ſuis,& legit. Errat illic Menoch. quia filius cum ſit excluſus,proximi nomine non continetur.

Aduertendum,& illud eſt,quod reſpectu agnatorum,hoc intelligitur,de illis tamen, qui quarto gradu remoti ſunt à delinquente, Beluis.et Bald.d.§.ſi uaſallus. Aluarot.d.§.fin. conclus.10.Zas.d.nu.103.104.Farin.queſt.25. num.80.limit.2. Anna, d.cons.128.num.7. Alij negant. Quid verius ſeruandum ſit, Menoch. conſulas,in Scholijs ad d.cas.356.à num.24.ad nu.130.vbi hoc excutit latiſſime,& ſe ipſum improbans,ea reijcit,quæ longo ſanè apparatu reſponderat, cons.99.

Cæterum feudi ſucceſſione incapax quis
89 eſt,ne dum ſi ſequuta ſit mors,ſed ſi tractata,
cum perſeueratione, licet non habuerit effectum,l.ſcienti.ff.ad l.pomp.de parric.Capic.feud. inueſt.fol.71.vers.71. Anna,cons.128.num.3. latè explicat Schrader. de feud.p.9.c.3. num.30. 31.Ruin.cons.129.in 2.Roland.cons.56.num.11. in 1.Larat.cons.109.num.27.& quæ de feudo diximus, in fideicommiſſo procedere, reſpondit copioſius Larat.cons.109.

Q. V. Feudi incapax, ſi per ſubſtitutum ſeruitia explicet,† An ſuccedat in feudo,vt Secundogenito præferatur? Qua in re,vt facilior quæſtio iſta valet expediri, Plures conſtituendi ſunt caſus.

Primus eſt,ſi ipſo iure incapax quis ſit, hunc non admitti dixere,Beluis.& Doct.c.ſi quis deceſſerit.ſi de feud. defunct. content. licet per ſubſtitutum ſeruire, aut de fructibus contribuere velit, Schrader.de feud.p.6.c.6.num. 45.Roſentall.de feud.c.7.conclus.29.num.2.conclus.30.num.15.c.8.conclus.23.lit. C. Exemplum eſt in Clerico in ſacris, qui cum feudorum in capax a lege ſit, tum ex comm.feudorum iure,c.qui clericus.ſi de feud.defunct.conten.ibi,hoc ipſo feudũ amittit,& ſic ipſo iure, vt Doct.illic conſiderant,ad idem confert, tex. c.1.de benef.fœmin.c.1. de milit.vaſall. qui arm. bellic.depos.c.1.ad fin. An mut. vel alit. imperf. tum ex iure Conſtit. ex Conſtit. errores eorum. sub. 3. lib.3. tum ex peculiari etiam Regni lege, ad tex.in Regis. Feder. c.28. volentes.ibi, præter quam in Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis. Ad feudum vtiq; admitti non poteſt, licet per ſubſtitutum ſeruitia explicet, Roſentall.loc.iam cit. Proinde dixi alias,Don Ioannem Moleti, qui poſt habitum feudum

Ie-

Ieſuitæ Religionis habitum aſſumpſit, in ſacris cõſtir'atus, feudum adeo amiſerit, vt nec deſeruiat poſtea habitus depoſitio, *Ponte, feud. lect. 10. num. 37.* cum ſacerdos adhuc ſit, & amiſſi feudi effectus iam fuit conſumatus Tum quia, ceſſante cauſa, non ceſſat effectus conſumatus ex ea, *vulg. iur.* Tum quia, ius alteri medio tempore quæſitum, non poteſt ab illo, ſine eius facto tolli. Quis enim dubitet? de animo renunciationis feudi, dum illo delato, clericalem habitum aſſumſerit. Fuitq; pro hac opinione deciſum in Curia Straticotiali; dum petita ab eo pecuniola ad agendum, dixi ego nullum ius ei competere ad feudum, de Menſe Februarij, 1628.

Verum, quod ipſi vaſallo, Cui ob ſui incapacitatem feudum adimitur, propter ſui inopiam, & amiſſi feudi amplitudinem, alimenta ad vitam præſtanda, voluit *Surd. conſ. 351. num. 9.* quorum ratione, nulla Domino ſeruitia præſtari ab eo deberent, *Afflic. & alij, in c. 1. num. 10. An mut. vel alit. imperf. Schrader. de feud. p. 6. c. 6. num. 67. Tiraq. de primog. c. 23. num. 23. Roſentall. de feud. c. 8. conclus. 8. lit. L.*

Secundus caſus eſt, ſi vaſallus per ſe feudi capax eſt, ſed ex accidenti ad illud inhabilis, & incapax ſit, Tunc ex probabili, aut iuſta cauſa, per ſubſtitutum, aut fructuum contributionem, ſeruire minimè prohibetur, *Beluis. & Schrader. nuper citat. Roſentall. d. conclus. 30. num. 16. & d. conclus. 23. lit. C.* ſic in imperfecto ex accidenti, *Roſentall. d. conclus. 8. n. 10. Bolognet. cons. 4. n. 109. 122. 126. Gizzarel. decis. 44. num. 48.*

Declar. I. Si incapax admitti ad feudum vellet per modum ſucceſſionis, ſecus ſi per viam inueſtituræ, tamquam vocatus ex veteri inueſtitura, vel de nouo inueſtitus cum per inueſtituram poſſit incapax feudum acquirere, & retinere, ſic de Clerico probat, *Afflic. c. 1. de milit. vaſall. qui arm. bell. depoſ. Balzer. c. 1. §. hoc quoq; num. 13. de feud. femin. Duen. reg. 103. limit. 8. Alba, cons. 752. num. 11. 13. Suaz. de feud. c. 32. n. 19. Ponte. feud. lect. 4. n. 32. Roſentall. de feud. c. 7. concluſ. 73. Berret. conſ. 82. nu. 4. Pariſ. de reintegr. feud. c. 131. nu. 7. Menoch. cons. 181. n. 68. Intrigl. feud. cent. 1. quæſt. 54. nu. 59. & Cent. 2. artic. 1. n. 213. Craſſ. Cleric. effect. 4. nu. 281. Schrader. de feud. p. 4. c. 3. n. 7.* & inueſtitus poteſt per ſubſtitutum ſeruire, quia ad illud tacite habilitatus videtur, *Aluarot. c. 1. de feud. famin. Prapoſ. c. 1. §. & quia. nu. 16. Epiſc. vel Abb. Brun cons. 16. ad fin. Alex. cons. 10. n. 16. in 5. Afflic. decis. 320. n. 8. Borell. cons. 46. nu. 16. Alba, cons. 752. n. 12. Bolognet. cons. 5. n. 16. 28. Marcabr. cons. 23. num. 180. Cephal. cons. 641. num. 46. Menoch. de arbitr. cas. 231. cons. 181. n. 66. 67. Craſſ. cleric. effect. 4. n. 297. Intrigl. d. quæſt. 54. nu. 64. d. artic. 1. nu. 214. Rim. Iun. cons. 796. num. 2 64.*

96 Nec obſtat, incapaces † ad ſeruiendũ, cenſeri inhabiles ad ſuccedendum, *ex c. 1. de milit. vaſal. qui arm. bell. depoſ. c. 1. an mut. vel alias imperf.* Quia inhabiles ad ſeruiendum, ſi fiant habiles ad ſucedendum, poſſunt per ſubſtitutum ſeruire, *arg. c. ſi quis deceſſerit. vbi Afflic. ſi de feud. defunc. fuer. controuerſ. Bald. poſt Iſern. c. 1. nu. 7. & ibid. Afflic. de milit. vaſall. qui arm. bellic. Alex. cons. 10. nu. 4. 16. in 5. Incert. Auth. feud. decis. 4. nu. 16. Bolognet. cons. 5. n. 26. 27.*

Declar. II. In vero & recto feudo, non admitti ſubſtitutum, cum cenſeatur induſtria perſonæ electa, abundè *Cranet. cons. 303. nu. 12. 3. 46. Menoch. cons. 54. num. 40. Roſentall. de feud. c. 8. concluſ. 23. n. 3.* Idem in accepto pro deſcendentibus, quia tũ vaſalli, & deſcendentium ipſius perſonæ ſunt ſingulariter electi, quare ſinguli ſucceſſores tenerentur ipſi ſeruire, vt electi; præſertim, quod tenentur renouationem inueſtituræ petere, quæ, ijſdem pactis, & conditionibus fieri intelligatur, quibus primus acquirens eam accepit, *Roſentall. d. nu. 3. Menoch. cons. 54. nu. 41.* At ſi hæreditariũ ſit feudum, ſubſtitutus ad ſeruitia admittitur, quia in his, quæ ad hæredes tran
97 ſeunt, † vel pro hæredibus acquiſita ſunt, induſtria perſonæ electa non cenſetur, *Bald. quiſquis. num. 2. poſt Cyn. C. de epiſc. & cler. Felin. c. in præſentia. nu. 46. de probat. Ias. cons. 117. in 4. Brun. cons. 16 Bolognet. cons. 4. nu. 75. 132. 140. Curt. cons. 62. Scurph. cons. 140. nu. 17. Schrader. de feud. p. 6. c. 6. num. 50. Capic. decis. 10. nom. 12 & ibi, Maſull. nu. 7. Alba, cons. 752. nu. 6. Berret. cons. 82. nu. 2. Rim. Iun. cons. 557. nu. 15. Roland. cons. 25. n. 16. in 1. Craſſ. Cleric. effect. 4. n. 236. Roſentall. d. conclus. 23. lit. C. Incert. Auth. feud. decis. 4. num. 13.* & licet aduerſari videantur, quæ *Menoch.* probat, *d. cons. 54. nu. 13,* poſſet tamen dici, electa quidem eſſe eius induſtria quoad fidelitatem perſonæ, ſed in ſeruitijs militaribus per æquè idoneum explicabilibus, non ita arctè, neq; ſeuere cum eo agendum, notat illic *Roſentall.* Sed hæc hactenus.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum aliud proprium, ſiue rectum? Aliud improprium, & non rectum, & quid vtrumq; ſit?*

2 *Feudum regale quid? & cur dicatur regale.*

3 *Principi reſeruata, in ſignum ſupremæ iuriſdictionis, non tranſeunt cum feudo regali.*

4 *Verba in propria ſignificatione, accipienda ſunt.*

5 *Feudi mentio in omni diſpoſitione, de proprio feudo accipienda eſt, non de improprio, nu. 10.*

6 *Teſtantis diſpoſitio, vt fil us ex feudis annuam penſionem alteri præſtet, de propriis feudis intelligenda eſt, non de improprijs.*

7 *Feudorum refutatio, non continet impropria.*

8 *Caſtrum ſi in iudic o petatur cum omnibus feudis, etſi ſententia ita adiudicans, valet, non tamen continet feuda impropria.*

9 *Statutum, vt primogenitus ſuccedat, de feudis proprijs, non de improprijs intelligitur. num. 53.*

11 *Diſpoſitio qualibet, neglecta propria vocabuli ſignificatione, ex communi loquendi vſu, interpretanda eſt.*

12 *Feudum ſi in aliquibus degeneret, in alijs nõ expreſſis, proprij feudi naturam retinet, nu. 13. 54.*

14 Primogenitura *an in allodijs, vel feudis conſtitui poſſit? & quando? late excutitur.*

15 *Vaſalli teſtamentum ſuper feudo eſt nullum, etiam pro anima, & ad pias cauſas.*

16 *Vaſallus ſi de bonis proprijs, & feudalibus teſtetur, teſtamentum in bonis proprijs eſt validum.*

17 *Teſtatus pro parte, & inteſtatus pro parte, nemo decedere poteſt, & quando? num. 20. Secus in Milite, num. 18. in Barone, & alijs, num. 19.*

21 *Teſtator de ſuo patrimonio, duas, vel plures, hæredites facere poteſt.*

22 Tex. l. ſi certarum. ff. de milit. teſtam. *declaratur.*

23 Tex. l. ex facto. 2. ff. de hæred. inſtit. *declaratur.*

24 *Succeſſor in iure ſingulari, defuncti perſonam non repræſentat, ſecus in iure vniuerſali.*

25 *Succeſſor in feudis, Vniuerſalis ſucceſſor eſt.*

26 *Inſtitutus in re certa, non dato ſibi cohærede, eſt hæres vniuerſalis.*

27 *Patrimonium duplex, & diuerſum ſi quis in duobus diuerſis locis habet, vtriuſq; loci legibus regitur, cum ſit duplex homo ir, qui duplicis patrimonij dominus eſt.*

28 *Statutum ad bona extra territorium extenditur, ſi ſtatuentes ſic voluiſſe conſtet, & quando? n. 30.*

29 Bart. diſtinctio, in l. cunctos populos. nu. 42. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. *An ſtatutum loquatur in rem, vel in perſonam, damnatur.*

31 *Comitatus, vel Baronia, ſi defertur primogenito, omnia eius feuda eidem deferri debent, ne membra aliena ſint à capute. Ampl. num. 34. 35.*

32 *Primogenituræ effectus, bona integra, & indiuiſa conſeruat, ipſaq; primogenitura diuidi nõ poteſt.*

33 *Emphiteuſis, ſi plura continet corpora, vna erit, & indiuidua, ſi pro vno conceſſa ſit canone.*

36 Iacob. Gall. conſ. 126. num. 20. *reijcitur.*

37 *Feudorum quod libet, ſi proprium conſtituat corpus, per ſe ſeparatum, Quo iure in eorum altero ſuccedi poſſit.*

38 *Feudum, & allodium poſſidenti patri, ſuccedet Primogenitus in feudo, ſed in allodio Maſculi omnes, & feminæ, æqualiter.*

39 *Feudalium, & Burgenſaticorum bonorum, duæ quodammodo ſunt hæreditates.*

40 *Feudi naturam habet, actio ad feudum.*

41 *Primogenitus ſuccedit in iure rehabendi feudum, ex pacto de retrouendendo.*

42 *Feudi precium, An burgeſaticum ſit?*

43 *Precium loco rei, regulariter non ſuccedit; nec res loco precij.*

44 *Precium, ex pacto, loco rei ſubrogatum, eandem retinet ipſius rei naturam. Ampl. nu. 45. 46.*

47 *Pertinentia, eiuſdem ſunt naturæ, cuius eſt Comitatus.*

48 *Pertinentiarum nomine, quæ contineantur?*

49 *Principi credendum non eſt, quæ ſint Caſtri pertinentia, ſi de tertij præiudicio agatur.*

50 Tex. ex Reg. Carol. cap. 118. *de Quo feudo loquatur.*

51 *Statuti Verba ſunt propriè intelligenda.*

52 Carol. Regis. cap. 118. *patruum a Nepote excludi ſtatuens, ius commune An corrigat?*

55 *Patrui, & Nepotis quæſtio in feudi ſucceſſione, varia Doct. diffinita; Pro Nepote reſoluitur.*

56 *Repræſentatio in feudis ceſſat, ſi contraria repræſentationi detur expræſſa diſpoſitio.*

57 *Repræſentatio vbi de iure admitti non poteſt, admittitur tamen ex teſtatoris præcepto, eamq; poteſt facere teſtator, vt ceſſit in deſcendentibus & tranſuerſalibus.*

58 *Tranſmiſſio ceſſat, vel locum in eo habet, quod aliàs tranſmiſſibile non eſt, ſi teſtator velit.*

59 *Repræſentationis inducenda, vel deneganda coniectura, quæ ſint, & ex quibus verbis præſumantur.*

60 *Inueſtituræ verba (quæ in primis ſunt inſpicienda) ſi repræſentationi repugnent, excluditur repræſentatio.*

61 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, an operetur? & quando?*

62 *Proximiores ſi in feudi inueſtitura vocentur ad ſuccedendum, excluditur repræſentatio. Contrar. num. 63.*

64 Tex. c. ſi aliquem. *repræſentationem in regno non admittit.*

65 *Repræſentationem excludit, qui à Teſtatore fuit ſubſtitutus.*

66 *Repræſentatio inter patruum, & nepotem ceſſat, ſi Princeps, vel teſtator immediate vocat natos ex Titio.*

67 *Subſtituti ſi proprio nomine vocentur, excluditur repræſentatio.*

68 *Subſtituti ex nominibus relatiuis repræſentationem excludunt.*

69 *Repræſentationi locus non eſt, ſi diſtinctas ſubſtitutiones de filijs, & nepotibus, Princeps, aut teſtator fecerit.*

70 *Repræſentatio ceſſat, ſi ex aliqua qualitate impeditur.*

71 *Repræſentatio excluditur, ſi in aliqua inueſtitura parte, repræſentationem excluderet Princeps, ſiue inter eoſdem vocatos, ſiue in cæteris ſubſtitutionibus.*

72 *Repræſentatio, ſtatuto excludi poteſt.*

73 Claus. Salua gradus prærogatiua, *repræſentationem excludit.* Contrar. nu. 74. Ampl. num. 75. Declar. num. 76. 77. 78.

79 *Repræſentatio ceſſat ſi ex coniecturis conſtet, Teſtatorem nolle ſuccedi, iuxta iuris communis ordinem.*

80 Claus. Quod ſuccedant ordine ſucceſſiuo, vel gradatim, *repræſentationem excludit.*

81 *Superſtites, vel ſuperuiuentes ſi vocati ſint, repræſentatio non admittitur. Contrar. num. 82. Declar. num. 83. 84.*

85 *Repræſentatio ceſſat ſi magis filios, quam nepotes Teſtatorem dilexiſſe conſtet, vel magis fratres, quam eorum filios. Declar. num. 86.*

87 *Repræſentatio excluditur, ſi teſtator, aut ſtatutum maiorem requirat ætatem, ſucceſſionis tempore.*

88 Oldrad. cons. 21. *in primogenij ſucceſſione non procedit: ſed repetita cenſetur conditio, ſiue filijs, in nepotibus, cæteriſq; deſcendentibus.*

89 *Feudum* pro ſe, & filijs. *Vel ſi quæſitum etiam ſit* Pro ſe filiis, & nepotibus, *ad eos non reſtringitur, ſed ordine ſucceſſiuo de primogenito in primogenitum defertur, num 91.*

90 *Verba, in dubio demoſtratiuè potius ſtant, quam taxatiuè.*

92 *Subſtitutio facta in Comitatu de filia primogenita, & poſt eius mortem, de eius legitima ſucceſſione, de Primogenitis intelligenda eſt.*

In detti Stati, & Feghi. In eiſdem Statibus, & Feudis. Glos. VII.

Viſa primogenitorum prælatione, & excluſione, in feudorum ſucceſſione: ſupereſt vt de Feudis ipſis, hac in parte, agamus: Aſſidua ſane contentio, vt nihil magis conueniens, ac neceſſarium tractari poſſit: Quæ ſi vtilitate, ita & ſubtilitate, omnia alia ſuperat, Primogenitorum tractatum contingentia. Quare non grauabor quædam hic adnotare, quæ ſolent frequenter in diſcrimen adduci, vt liberè quid ipſe ſentiam, quiduè in iudicio probarem, apertiſſimè exponam.

Summa feudorum diuiſio, in duo genera deducitur; Aliud namq; eſt feudum *Rectum*, ſiue *proprium*. Aliud eſt feudum *improprium*, ſiuè *non rectum*. Feudum proprium † ſiuè re-
1 ctum dicitur, *Quod alicui ſimpliciter conceditur ſubſtantialibus Feudi, atq; eius Naturæ ordinaria, & regulari, pacto, ſtatuto, vel conſuetudine, nihil immutatis, Cuiq; nulla extranea pacta, vel conuentiones adiecta ſunt.* Feudum improprium verò, ſiuè non Rectum dicimus, *In quo, ſubſtantialibus, vel naturalibus feudi, pacto, ſtatuto, vel conſuetudine derogatum eſt, vel cui extranea pacta, vel conuentiones aſcriptæ ſunt.* Quas definitiones colligimus ex ijs, quæ tradunt *Doct. in c. 1. de conſuet. rect. feud. Bald. Præpoſ. & Ias. in prælud feud. diuis. 4 & ibi Aluarot. diuis. 3. Afflic. c. 1. § fin. num. 28. de his, qui feud. dar. poſſ. Decian. cons. 58. n. 43. in 2. Marin. de feud. tit. 17. Rebuff. arbor. feud 7. diuis. 13. Zas. de feud. p. 2. nu. 6. p. vlt. nu. 1 Curt. de feud p. p. quæſt. 68. Schrader. de feud. p. 2. c. 3. n. 2. Sola. ad decret. Sabaud. rub. de feud. n. 67.* Cumq; qualitates, quæ cuiq; rei ex diſpoſitione legis, aut hominis ineſſe debent, in dubio illi ineſſe præſumantur, *ex Vult. de feud. lib. 1. c. 8. nu. 52.* ſintq; multa feuda impropria, ſiue degenerantia; ſed non apparente inueſtitura, in dubio feudum præſumitur proprium, & rectum *Glos. Bald. & Doct. in c. 1. §. præterea. Quid ſit inueſt. Salic. l. nequè natales. C. de probat. Loffred. cons. 1. num. 127. Zas. de feud p. 12. num. 3. Sonsbec. de feud. p. 9. num. 24. Frec. de ſubfeud. lib. 3. form. 1. num. 10. Mantic. de tacit lib 23 tit. 3. nu. 65 Decian cons. 68. n. 38. in 2. Marin. de feud. tit. 17. n. 3. Menoch. lib 3. præſum. 95. n. 4. cons. 1. nu. 312. cons. 181. nu 71. cons. 400. nu. 5. Sola, d. rub. nu. 1. 8. Tepat. lib. 2. Var. tit. de feud. franc. col. 3. Oſaſc. decis. 160. Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 58 n. 14. Anna. ſing. 657. Mozz. tit. de natural. feud. nu 13. Rouit. cons. 79. n. 16. Schrader. de feud. p. 2 c. 3. num. 103. Soc. Iun. cons. 42. num. 3. cons. 77. num. 123. in 3. Crauet. cons. 624. & pro Gener. nu. 314. Vulte. de feud. lib. 1. c. 8. n. 52.* quia ſecundum propriam eius naturam ſemper conceſſum cenſetur, *Mantic. d. nu. 65. Becc. cons. 101 num. 22. Surd. cons. 440. num. 7.* adeo vt, licet feudi natura in aliquo alterata fuerit, & immutata, quoad cętera tamen propriam intelligitur, & rectam ſuam naturam retinere, *c. 1. de feud. propr. natur. non haben. Siluan. cons. 42. num. 5. Paris. cons. 23. num 34 154. in 1. Menoch. d. præſump. 95. nu. 2. 4. & cons. 400. num. 5. 6. Schrader. de feud. p. 2. c. 4. nu. 73. 75.*

Rouit.cons 79. num. 27. Menoch. cons. 845. nu.
47. Marcabr. cons. 54. num. 5. Rolana. cons 2. nu.
135. in 1. Raudens. cons. 18. num. 132. in 1. Roſen
tall. de feud. c. 7. conclus. 34. num. 11. Ponte, decis.
7. num. 35.

Regale feudum eſt, quod ad Regalem di-
2 gnitatem ſpectat, vt puta, Regnum, Archi-
ducatus, Marchionatus, & ſimilia, a Papa,
Imperatore, Rege, vel alio Principe, Superi-
orem non recognoſcente conceſſum, Bald. Ia
cob. Aluarot. Prapos. & Ias. in pralud. feud. 1. di-
uis. Afflic. c. 1. §. fin. num. 27. de his, qui feud. dar.
poß. Curt. de feud p. p. quaſt. 8. num. 4. Zas. de fe-
ud. p. 2. n. 2. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 3. n. 1. Schra
der. d. p. 2. c. 3. num. 3. & dicitur Regale, quia
hoc feudo inueſtiti omnem poteſtatem, om
neq; ius in terris ad hoc feudum ſpectanti-
bus habent, quo Imperator, ſiue ſupremus
Rex in ſuo Imperio, ſiue Regno vtitur, Fer-
rar. de feud. lib. 1. c. 6. diuiſ. 3. Schrader. d. c. 3.
num. 4. ijs tamen exceptis † quæ Imperatori,
3 aut Regi in ſignum ſupremæ poteſtatis re-
ſeruata ſunt, quæ recenſet Specul. tit. de legat.
§. nunc oſtendendum. Bald. & Ias. in l. reſcripta.
C. de precib. imper. offer. Bald. l. imperium. nu. 6. 7.
ff. de iuriſd. omn. iud. Afflic. c. 1. in princ. Quæ ſint
regal. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 1. num. 6. 7. Schra-
der. d. c. 3. num. 5.

Circa feuda impropria, adnotandũ mihi
eſt in Primis, quod cum in contractibus † ſta-
4 tutis, priuilegijs, vltimis voluntatibus, li-
bellis, & in omnibus alijs diſpoſitionibus,
verba propriè accipienda ſint, nec à propria
eorum ſignificatione, in dubio diſcedendum
c. ad audientiam. vbi Abb. & alij, de decim. l. non
aliter. ff. de legat. 3. l. 1. §. quia in perpetuum. ff. ſi
ager. vectig. vel emphit. pet. l. quæritur. ff. de ſtat.
hom. Bart. l. Lucius. ff. de condict. & demoſtr. l. 3.
§. hæc verba. & ibi, Bart. ff. de neg. geſt. l. 1. §. ſi is
qui nauem. ff. de exercit. action. l. non aliter. & ibi,
Bart. ff. de legat. 3. l. ille, aut ille. §. cum in verbis
ff. eod. l. 1. §. fin. Bart. & Iaſ. l. non dubium. C.
de leg. & cons. 89. num. 14. in 3. cons. 180. num.
7. in 2. Menoch. cons. 215. num. 12. cons. 347.
num. 21. cons. 591. num. 1. cons. 845. num. 63.
Aldouin. cons. 102. num. 16. Rouit. cons. 94. num.
30. Fuſar. de fideic. quaſt. 242. nu. 25. quaſt. 341.
nu. 3. Surd. de alim. tit. 9. quaſt. 36. Peregr. cons.
64. num. 2. in 1. Laderch. cons. 135. num. 4. Man-
tic. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 8. num. 2. ma-
xime ſi ex duobus, vnum actum, vel rem
continere illa poſſe, intereſt, Menoch. d. cons.
5 845. num. 64. Proinde ſi in diſpoſitione † fiat
feudi mentio, in dubio, ad feuda propria
reſtringi illa ſolum deberent, non ad im-
propria extendi, Gozad. cons. 8. num. 27. Curt.

de feud. p. p. quaſt. 6. num. 32. Soc. cons. 252. nu.
19. in 2. Ceſ. mb. cons. 74. num. 32. Schrader. de
feud. p. 2. c. 4. num 66. Menoch. cons. 1. num. 312
cons. 181. num. 71. cons. 845. num. 45. lib. 3. præ-
ſum. 95. nu. 1. Decian. cons. 58. num. 38. in 2. cons.
74. nu. 32. Schoner. de feud. lib 1. diſput. 1. c. 9. ad
6 fin. adeo vt, ſi is, qui plura habet feuda † filiũ
teſtamento grauet, vt ex ſingulis ſuis feudis
certam annuam penſionem, ad certum vſq;
tempus, alteri præſtet: (quod quidem teſta-
tori facere permiſſum eſt) reſpectu noui feu
di, & antiqui, ſi hæreditarium ſit, modò ipſe
tantum in allodialibus relinquerit, vt hæc
annua penſio ſolui poſſit, Alex. cons. 18. in 5.
filium hæredem tunc dicimus ad hanc quan
titatem annuam ex feudis tantum proprijs,
non ex improprijs compellendum, arg. l. hoc
7 legatum. ff. de legat. 3. Idem eſt, ſi quis † vel
feuda omnia, quæ poſſidet, a domino, vel
agnato ſuo, impetrauerit, vt ſibi liceat ali-
enare, Tunc refutatio feudi, & alienandi
facultas a Domino conceſſa, ad impropria
feuda non porrigitur, arg. c. cum dilecti. de
donat. Præterea, ſi quis Caſtrum in libello
8 petat † cum omnibus feudis ad illud perti-
nentibus: vel ſi alicui caſtrum cum feudis
ad illud ſpectantibus fuerit adiudicatum,
licet & libellus, & ſententia valeant, c. cum
ad ſedem. & ibi, Abb. de reſtit. ſpoliat. glos. c. tan-
ta. de exceſſ. prælat. c. in noſtra. de ſepult. Felin. c.
2. num. 12. de libell. oblat. Ias. §. curare. inſtit. de
action. tamen neq; libellus, neq; ſententia; ita
interpretantur, vt impropria illius Caſtri
feuda comprehendat, arg. l. non aliter. ff. de
leg. 3. glos. c. præterea. de verb. ſignif.

9 Si itaq; ſtatuto cautum ſit † vt in feudo
ſolus Primogenitus ſuccederet, Statutum
hoc feuda propria comprehendere intelli-
gitur: in alijs verò, illius loci feudis impro-
prijs, Primogenitus, & omnes eiuſdem vaſal
li filij ſuccedent, Socc. cons. 252. in 1. Schrader.
de feud. p. 2. c. 4. num. 67. quia in diſpoſitione
exorbitanti, & ſtricte interpretanda, appella
tione feudi, intelligitur de proprio, non au
tem de improprio, Soc. d. cons. 252. num. 19.
Curt. de feud. p. p. quaſt. 6. num. 32. Menoch. cons.
845. num. 44.

10 Declar. I. Hæc regula † niſi diſpoſitio ali
ter eſſet ſuperuacua, vel inutilis, tunc enim
diſpoſitio generaliter concepta, ad impro-
pria etiam feuda extenditur, arg. l. fundus qui
locatus. ff. de fund. inſtruc. vel inſtrum. leg. l. ſi
quando. in princ. ff. de leg. 1. Bart. & Ias. l. ſi il[l]ā pe-
cuniam ff. ſi cert. pet. Ias. l. non dubium. C. de leg.

Declar. II. Non procedere, ſi aliter con-
ſtet de mente diſponentis, arg. l. 3. C. de liber.

præ-

Digitized by Google

præter. magis enim diſponentis mens, quam verborum proprietas inſpicitur, ſi certa eſt mens, *Soc. l. in ambiguo. num. 5. ff. de reb. dub. Menoch. cons. 845. num. 14. Seſſe, decis. 64. num. 34.*

Declar. III. Si huic verbo, Feuda, ſit adiecta dictio *omnia, & quęcunque*, vt puta, ſi quis in libello petat Caſtrum, cum omnibus, & quibuſcumq; feudis, ad illud pertinentibus; tunc enim propter has dictiones, diſpoſitio, non tam contractus, ſtaturi, quam vltimæ voluntatis, & libelli, nedum propria, ſed impropria etiam feuda comprehendet, *argum. eius quod notat, Bart. l. generali. §. uxori. ff. de vſufr. legat. Ias. l. 1. §. nuntiatio. ff. de nou. oper. nunt. & l. 1. num. 25. ff. de legib. in l. 2. §. prætor. ff. qui ſatisd. cogan. l. in actionibus. num. 30. ff. de in lit. iuran. Surd. conſ. 313. n. 20. Seſſe, decis. 64. num. 40. Cephal. cons. 752.*

Declar. IV. non procedere, ſi ſecundum communem illius loci, loquendi vſum, in quo tales diſpoſitiones celebratæ ſunt, hæc feuda impropria, ſimpliciter feuda appellentur: tunc enim quælibet diſpoſitio de feudis, loquens, ad hæc feuda, quamquam impro-
11 pria extenditur. Quia quælibet † diſpoſitio ſecundum communem loquendi vſum, reiecta propria vocabuli ſignificatione intelligitur, *l. liberorum. §. quod tamen caſſius. & ibi, Bart. ff. de leg. 3. in l. labeo. ff. de ſupell. legat. Bart. & Ias. num. 7. rub ff. de nou. oper. nunt. Surd. cons. 311. num. 43. cons. 313. num. 87.*

Porrò feudum in aliquibus à proprii feu-
12 di natura † degenerans, nedum in his improprium erit feudum, *vt dixi num. 1.* ſed in reliquis etiam conſequutiuis ad illud, in quo eſt alteratum, *Grat. cons. 4. nu. 78. in 1. Marcobr. cons. 54. n. 15. Schrader. de feud. p. 2. c. 4. n. 77. arg. c. acceſſorium. de regul. iur. in 6.* Idem, ſi ex-
13 preſſe † vel tacitè conſtet, de mente contrahentium, *Surd. cons. 437. nu. 32. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 10. tit. 5. n. 15.* Tūc enim, quia mens dominatur verbis, ſi liqueat contrahentes velle, vt feuda etiam vltra ea, quæ in inueſtitura continentur, ſint impropria. Hæc improprietas feudi, etiam vltra ea, quæ in inueſtitura expreſſa ſunt, porrigitur, *arg. l. 3. C. de liber. præter. l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. l. his ſolis. C. de reuoc. donat.* imo quod ea, ſine quibus, ea, quæ in hiſce pactis continentur, effectum ſortiri nequeunt, feudum etiam erit improprium, *arg. l. illud. ff. de acquir. hered. l. 2. & ibi, Doct. ff. de iuriſd. omn. iud. l. fin. ff. de offic. eius. c. præterea. de offic. deleg. l. 3. §. fin. de ſeruit. ruſtic. prędior. Curt. de feud. p p. quæſt. 6. num. 33.* ſicut & in ijs, quæ pactis degenerantibus, connexa ſunt, *arg. c. translato. vbi Abb. & Felin. de conſtit. Ias. l. 2. num. 6. ff. de iuriſd. omn. iud.*

His ſanè prænotatis. Primum eſt exactius
14 inquirendum, Primogenitura † in quibus bonis conſtitui poſſit? ad Cuius rei faciliorem diffinitionem.

Prima, videtur iuris concluſio, Primogenituram in bonis allodialibus, & liberis, inſtitui poſſe, quia poteſt Dominus de illis diſponere, vt Primogenitus ſuccedat in certis bonis, iure particulari, & in alijs filios vniuerſales hæredes inſtituere: dari enim poteſt primogenitura titulo vniuerſali, & alij in re particulari poſſunt inſtitui, *Caſtr. cons. 179. in 1. Tuſc. lit. P. conclus. 654. num 1. Coſta, de ration. rat. quęſt. 206. num. 4.* imo poteſt primogenitura inſtitui in Caſtro, & aliquibus bonis ſpecialibus, dummodo pater leget alijs eius filijs iure inſtitutionis ſuam legitimam, *Tuſc. d. conclus. 654. num. 2.* qui nec poterunt dicere, quod eis competat electio legitimę, vel quod velint in rebus primogenito legatis, quia datur electio extra bona, alijs legata, *Caſtr. cons. 179 in 1. Tuſc. d. conclus. 654. nu. 1.* ſi ex eis commode legitima deduci poteſt habita tamen ratione ad valorem rerum legatarum, *Alex. & Ias. l. marcellus. §. res quæ. num. 17. ff. ad trebell. Doct. l. in quartam. ff. ad l. falcid. Alex. cons. 117. num. 22. in 6. Ias. num. 30. Rip. num. 19. in l. filiusfam. §. diui. ff. de legat. 1. Cravet. cons. 19. nu. 14. cons. 119. n. 6. Gram. decis. 93. num. 7. Gabr. tit. de legitim. conclus. 5. Grat. cons. 17. num. 4. in 1. Larat. cons. 52. num. 11. Natt. cons. 234. num. 5. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 10. num. 10. Cephal. cons. 320. num. 27. Burſ. cons. 13. num. 46. Craſſ. §. legitima. quæſt. 12. Menoch. cons. 401. num. 138. Surd. decis. 316. num. 3. 16. Raudens. decis. 22. num. 14. Petra, de fideicom. quæſt. 15. num. 66. Fuſar. de fideicomm. quæſt. 543. num 9. quæſt. 692. num 22. Peregr. de fideicomm. artic. 4. num. 32. Roland. cons. 12. num. 4 cons. 65. ad fin. cons. 78. in 1. cons. 23. nu. 41. in 4. Sfort. de probib. alien. quæſt. 34. num. 38. 47. quæſt. 42. num. 5. 10. Gabr. cons. 137. nu. 6 14. in 2. Mangil. de imputat. quæſt. 115. num. 48.* nec in quibus facta eſt ſubſtitutio, aut particulare fideicōmiſſum, *Tuſc. d. conclus. 654. nu. 1. Doct. loc. cit.* ſi citra fraudem id omne a Patre actum ſit *Alex. cons. 12. in 5. Tuſc. d. concl. 654. n. 2.* Quod pręſumeretur, ſi meliora, legata ſint, Tunc ex eis fiet detractio, Iudicis arbitrio *Gabr. tit. de legitim. conclus. 6. nu. 3. Craſſ. §. legitima. quæſt. 18. nu. 5. Gabr. cons. 138. in 2. Surd. decis. 316 nu. 3. Fuſar. de fideicomm. quæſt. 543. nu. 11. Peregr. d. artic. 4. num. 41. 42. Petra, d. quæſt. 15. nu. 66. 90. Sfort. d. quæſt. 34. num. 40. quæſt. 35. num. 13. 14. Burs. cons. 348. nu. 27. Mangil. d. quæſt.*

*d.quæſt.*115.*num.*49.*Merlin.d.quæſt.*10.*nu.*13.

Ampl. I. Primogeniturã in re particulari, vel ſingulari, liberè conſtitui poſſe, *ex Caſtr.cons.*179.*in* 1. *Tuſc.d. conclus.*654.*num.*3. Aut in re vniuerſali, *Caſtr.d.cons.*179.*Tuſc.d. conclus.*654. dote nempe, vel peculio, quæ corpora ſunt vniuerſalia.

Declar. I. Vt ex primogenitura, quæ in prædijs conſiſtit, legitima, & trebellianica, deduci poſſit. *Honded.cons.*45.*num.*34.59. *in* 2.*Merlin. de legitim. libr.* 2. *tit.* 1. *quæſt.*9.*num.*7. *lib.*3.*tit.*2. *quæſt.* 20. *num.*27. quia huiuſmodi primogenituræ, inſtar fideicommiſſi, ſunt, *Alba,cons.*60. *num.*10. *Bardell. cons.* 95. *num.* 1.*Rim.iun.cons.*554.*num.*69 *Pecian cons.* 16.*num.*19.*in* 4. *Menoch cons.* 1005.*num* 38. *cons.*1023. *num.* 5. *Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 277.*num.*70.*quæſt.*387.*num.*10.*Molin.de primog.lib.*1.*c.*1.*nu.*7. conformius, *Maſcard.de probat.conclus.*774. *num.*6. in quibus vt in fideicommiſſo ſuccedendum voluit, *Alciat.cons.* 209.*num.*10.*lib.*9.*Alba cons.*60.*num.*10.*Rim.iun.cons.*554.*num.*1.69.78.*Burſ.cons.*254.*nu.*5.*Honded.cons.*45.*num* 35 *in* 2.*Merlin.d.quæſt.* 20 *num.*28 quod verum inquit, *Paſq. l.quoniam in prioribus.num.*438 *C.de inoff.teſtam.* ſi de licentia Principis, conſtituta ſit primogenitura, *Merlin.d.quæſt.*20.*num.*29.

Secunda eſt iuris concluſio, Quid in feudis? Variant *Caſtr cons.* 163. alijs, *cons.* 179.*in* 1.& *Alex.cons.*8 *in* 3 ſibi contrarius, *cons.*12. *in* 5. quos recenſet, *Tuſc.lit.P.conclus.*654.*nu.*4.5.6.7. Proinde, operę precium erit, quęſtionem hanc in Duos caſus diſtinguere.

Primus eſt, ſi de Feudis loquimur (iure communi inſpecto) Tunc ſi feudum eſt antiquum, Primogenituram in eo conſtitui non poſſe inquit, *Tuſc. d.conclus* 654. *num.* 6.7. *Crauet.cons* 235. *Thom. Marin. de feud. tit.* 2. *num* 16.*Tepat. Var.lib.*2.*tit.de feud.primog.col.*2.*Roland.cons.*10.*in* 3.*Menoch.cons.*161.*num.*52.57.*cons.*504.*num.*3.*Petr.Gregor.de conceſſ. feud.p.*3.*quæſt.*9.*n.*11.*Canet.c.volentes.§.Quibus explicitis.fol.*79.*Milanens.decis* 8.*num.*39.40.*n.p.* feudum enim inquit, *Alex.cons.*8.*nu.*14.*in* 3. à Progenitoribus quæſitum pro ſe, filijs, & nepotibus, ex Prouidentia, non poteſt vni filio prelegari, in præiudicium aliorum, etſi teſtamentũ ipſi approbaſſent, *Alex.cons.*12.*in* 5.*Tuſc.d.n.*6.7. Tum quia ad feudum ęqualiter vocati ſunt omnes, *Caſtr.cons.*179.*in* 1.*Tuſc.d.conclus.*654.*nu.*5. *Natt cons.*179. *Tepat.d.col.*2. Tum quia feudum antiquum nõ pendet à Patre, *Alex d.cons.*8.*num.*14. *Caſtr. d.cons.*179.*Tuſc.d.num.*5.7.

Declar. I. Non procedere in feudo nouo, cui primogenitura ab ipſo acquirente conſtitui recte poteſt, etſi pro filijs quæſitum ſit, *Alex.cons.*12.*in* 5.*Natt.cons.* 501.*Tepat.d.col.*2.*Tuſc.d.conclus.*654.*num.*6.*Marcabr.cons.*54.*num.*61.72.84.85.*Coſta, de ration. rat. quæſt.* 106.*num.*4 *Petr.Gregor.d.quæſt.*9.*num.*12.15. *Milanens.Cannet.& Alij,nuper cit.*

Declar. II. Non procedere, in feudo etiã antiquo à Maioribus quæſito pro ſe filijs, & hęredibus, quod primogenito aſſignari poſſe voluit, *Alex.cons.*12.*in* 5. *Tuſc.d.conclus.*654.*nu.*6 7.*Menorb.cons.*158.*nu.*65.*cons.*161.*cons.*226.*Tepat.d.col.*2. quia nepotes habere non poſſunt hęreditatem Aui, niſi prius patris hęreditatem habeant, eliganturergo diſpoſitione paterna, *Tuſc. d.n.*6.*Ruin.cons.*25.*n.*1.*in* 1. *cons.*25.*nu.*10.*in* 2.*Marcabr.cons.*54.*nu.*77.82

Declar. III. in feudo franco, cui primogenituram conſtitui poſſe defendit, *Caſtr. cons.*179.*in* 1. *Alex.cons.*12.*in* 5.*Marcabr.cons.*54.*num.*86. Tum quia ius patronatus in omnes liberos deſcendens, poteſt per electionem vnius reſtringi. Tum quia, rogatus relinquere illis de familia, vnum eligit ex eis Tum quia, emphiteuſis omnibus deſcendentibus debita, ad vnum electum poteſt reſtringi, ſic & feudum, Tum maxime, quia eſt pro bono Pacis ad diſcordias componendas, *Caſtr & Alex.nuper cit.Marcabr.cons.*54.*d.num.*64. *Petr.Gregor.d.quæſt.*9. *num.*7.

Contrar. reſoluit, *Tuſc. d.conclus* 654.*nu.*5 6 7. ſi feudum eſt antiquum, *ex Alex.cons* 8.*in* 3. Niſi quæſitum illud ſit, pro ſe, filijs & hæredibus, vel nouum ſit feudum, *Petr. Gregor.d.quæſt.*9.*n.*15. alias indiſtinctim concludit, *Tuſc.d.num* 6.7. Primogenituram in feũdo etiam franco, conſtitui nõ poſſe, quia æqualiter in eo vocati ſunt omnes filij, niſi more Francorum viuant, *Afflic. decis.* 112. *Marcabr.cons.*54.*num.*82.

f Cæterum, primogenitura locum habet in omni feudo Dignitatis quoad titulum, & dignitatem. Quia ſi ſunt plures fratres ſuccedentes in Comitatu, ex quo dignitas Comitatus non diuiditur per partitionem, ſed Primogenitus, erit Comes, ne corrumpatur, *c.*1.*§.præterea.& ibi, Afflic.de probib.feud.alien per Feder.in c.*1.*§.& quia. Qui feud.dar. poſſ. c.*1.*§.omnes.not.* 2. *ſi de feud.defunc. content. ſit. Abb.cons.*3.*in* 2.*Bald.cons.*275.*nu.*6.*in* 2.*Mantic.de tacit. lib.*23.*tit.*27.*n.*19.*Tiraq de primog. quæſt.*4.*n.*21.*Marcabr.cons.*54 *nu.*49 82.*Natt. cons.*288.*cons* 674.*n.*71. *Corſet.ad Patris.cons.*28.*nu* 11. *Crauet.cons.*135.*cons.*712.*cons.*713. *Rauden.cons.*1.*num.*131.*in* 2. *Menoch. cons.*158.*num.*71.*cons.*163.*cons.* 504.*num.*9. *cons.*401. *num.*

num.18.conſ.439.num.1.Tuſc.lit.P.concl.653.num.3.Tepat. d.tit. de feud. primog.col.3. Hęc communis Feudorum iuris, eſſe cenſui.

Secundus caſus eſt in feudis (Siculorum iure inſpecto) quæ ſi Francorum iure, antiquitus conceſſa fuerint, Primogenito competunt, *Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. quæſt. 14. Marcabr. conſ. 54. num. 4. Tap. decis. 2. nu. 140. Marta, decis. 189. n. 15. Mantic. d. tit. 27. n. 19.* vt nec illud in ſecundogenitum alienari à patre poſſit, in præiudicium primogeniti, *Afflic. c. 1. §. omnes. nu. 4. ſi de feud. fuer. controuerſ. Tap. decis. 2. nu. 385. Marcabr. conſ. 54. nu. 12. Tepat. Var. lib. 2. tit. de feud. primog. col. 2. Valenzuol. conſ. 69. num. 65. Roland. conſ. 10. nu. 38. in 3. Petr. Greg. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 7. n. 19. 20.* non enim ambulatorium eſt feudum de linea ad lineam, *Raudens. conſ. 26. nu. 23. in 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 29. num. 7. 10.*

Ampl. I. In feudo, nullam habente formam quia iuris Francorum illud eſſe probat, *Reg. Alphon. c. 456. & Reg. Carol. c. 246.* quibus circumſcriptis, probare oportet, quod viuatur iure Francorum, *Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 3. n. 11. 17 18.* alias præſumitur, quod iure Longobardorum, ſeu communi feudorum iure viuant Exteri, in eorum locis, quo in feudis filij omnes æqualiter ſuccederent, *Iſern. & Afflic. nu. 8. in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus. Marcabr. conſ. 54. num. 4.*

Ampl. II. In feudo antiquo, quod circumſcripta iuris Francorum clauſula, pacti, & prouidentiæ ſit, *pro te, & filijs.* Hoc ſoli primogenito competit, *c. 1. §. præterea. ibiq; Afflic. de probib. feud. alien. per Feder. Coſta, de ration. rat. quæſt. 87. num. 9. Tap. decis. 2. nu. 152. Georg. alleg. 21. num. 9.* cum indiuiduum ex iure Regni ſit, *Caſtil. decis. 33. num. 22. Cannet. c. volentes. §. colligitur. ſub num. 14. Intrigl. feud. centur. 2. artic. 7. num. 73. Crauet. conſ. 965 Tiraq. de primog. quæſt. 4. num. 21.* quia primogenitura non diuiditur, *Surd. conſ. 362. num. 4. Coſta, d. quæſt. 87. num. 10.*

Ampl. III. In feudo conceſſo ad vſum Regni, Quæ clauſula denotat, quod ſemper primogenitus ſuccedat, *Marcabr. conſ. 54. num. 53.*

Ampl. IV. Vt ſi baroniæ caput primogenito deferatur, idem de eius feudis cęteri debet in dubio, quæ à Baronię domino alienentur *ex Caſtr. conſ. 161. in 1. Marcabr. conſ. 54. n. 55.* quia membra debent a capite regulari, *c. cum non deceat. de præſcript.* & conſuetudo Ciuitatis debet ſeruari in Comitatu, *l. ex eo. ff. de poſtulan.*

Declar. I. Vt in feudo nouo, cuiuſq; formæ, Primogenitura, a Primo acquiſitore conſtitui poſſit, *Marcabr. conſ. 54. num. 61. ex magis comm. num. 64 84. Cephal. conſ. 608. num. 32*

Declar. II. in feudo hæreditario, *Pro te, & hæredibus.* quod cum ab hęreditate non ſeparetur *Raudens. conſ. 6. nu. 8. in 1.* ex teſtamento tamen, diſponi etiam in extraneum poſſit; Sed ab inteſtato ad maſculum primogenitum ſpectat, cum feuda omnia etiam hæreditaria, indiuidua ſint in regno, *ex c. volentes. Corſet. conſ. 28. num. 1.* ad primogenitum ergo reſtringi poſſe, non eſt dubium, *Cephal. conſ. 608. nu. 44.* quod ſucceſſoribus deſcendentibus minoris eſt præiudicij, *l. non debet quod plus eſt. ff. de regul. iur.* ſicut & in feudo empto locus eſt primogenituræ, *Franc. decis. 65. num. 13. Regens, Corſet. ad Patris conſ. 28. num. 12.*

Declar. III. In feudo mixto, Pro te, filijs, & hæredibus, quod ad primogenitum reſtringi quoq; poſſe, inquit, *Menoch. conſ. 158. num. 65. conſ. 161. conſ. 226.* Quia licet extra deſcendentes diſponi non poſſit, *Milanenſ. deciſ. 8. à num. 160. p. p.* poteſt tamen in quem vult ex deſcendentibus, à feudatario diſponi, *Corſet. conſ. 9. num. 28.*

Declar. IV. in feudo ex numerato precio, pro ſe & filijs quæſito, vt non ſit ex pacto & prouidentia dantis, ac per conſequens nullum ius quæſitum ſit filijs beneficio concedentis, ſed ſolius patris acquirentis, qui ob id pro velle diſponere de eo poteſt, & primogenium in eo conſtituere, *Menoch. conſ. 158. num. 70. Tepat. lib. 2. Var. tit. de feud. primog. col. 3.* Idem in omni feudo, ob vaſalli merita quæſito, vt diſponere de eo poſſit acquiſitor, ac vni filiorum inſolidum prælegare, *Menoch. conſ. 158. num. 68. Tepat. d. col. 2.*

Cæterum dignitatis feuda, Tum quoad titulum, Tum quoad fructus, ſoli primogenito competunt, *Menoch. conſ. 97. Vultc. de feud. lib. 1. c. 9. ſub num. 99.* ſiue ante, ſiue poſt illius acquiſitionem ſit natus, *Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 6. c. 53. Menoch. lib. 5. præſump. 33. n. 38.* cum non diuidantur, *Schoner. de feud. d. lib. 1. diſput. 1. c. 34. Nizol. alleg. 25. num. 125. Sanz. de diuis. bonor. lib. 1. c. 5. nu. 4. Vultc. de feud. lib. 1. c. 8. num. 36. Decian. conſ. 117. num. 13. in 3. Veſemb. conſ. 32. num. 6. conſ. 82. num. 9. p. p. Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 82. Gail. lib. 2. obſer. 153. nu. 1. 3. 6. Tiraq. de primog. quæſt. 4. num. 21. Tap. decis. 2. nu. 152. 169. 227. 295. 248. 305. 385.* Quia pater primogenituram filio auferre non poteſt, *Tiraq. de primog. quæſt. 23 num. 10. Valenzuol. conſ. 69. num. 65. Raudens. conſ. 1. ſub nu. 29. in 1. conſ. 1. nu. 140. in 2.* cum à Deo proueniat, & ius in habitu, & in ſpe,

acqui-

Digitized by Google

acquiritur filio, non tranſmiſſione, & ſucceſ-
ſione, ſed Legis, vel conſuetudinis priuile-
gio, *latè Ponte, feud. lect.* 12. *num.* 44. 50. 51. nec
Comitatus naturam alterare, quæ eſt, vt va-
dat de primogenito in primogenitum, *Mar
cabr. cons.* 54. *num.* 13. niſi filius conſentiat il-
lam ſibi auferri, vel minui, *l. 1. §. aſſignare. ff. de
aſſignat. liber. c. 1. an fil. uel agnat. Tiraq. de primog
quæſt.* 21. *Raudens. d. cons.* 1. *nu.* 30. *Fuſar. de fide
icom. quæſt.* 387. *n.* 30. *Tap. decis.* 2. *n.* 239. 249.
255. Nec primogenito filio præiudicat, *Ale-
xandr. c. 1. ad fin. de feud. Marcb. Bald. cons.* 389.
in 2. *Tiraq. d. quæſt.* 21. *& queſt.* 26. *n.* 5. *Cabed. de
cis.* 96. *nu.* 4. *p. p. decis.* 30. *n.* 7. *p.* 2. *Fuſar. d. queſt*
387. *num.* 31. nec in fraudem fratrum illam
cedere poteſt, *Oldrad. cons.* 200. *Schoner. de fe-
ud. lib. 1. diſput. 6. c.* 56. Quia prima inueſtitu-
ra alterari nec poteſt in præiudicium voca-
torum, *Caſtr. cons.* 142. *num.* 3. *in* 2. *Ferret. cons.*
87. *num.* 4. *cons.* 119. *num.* 4. 5. *Valenzuol. cons.*
69. *num.* 66. *Laderch. cons.* 106. *num.* 6. *cons.* 137.
num. 3. *Rolan. cons.* 85. *num.* 66. *in* 4. *Morot. cons.*
29. *d. num.* 3. *Celſ. Vgo. cons.* 26. *num.* 52. *Anna,
ſing.* 563. cum feudalis contractus vnus ſit ad
poſteros omninò deſcenſiuus, *Raudens. cons.*
60. *num.* 56. *in* 1.

Controuerti præterea ſolet ſæpius, An Baro
pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, de
cedere poſſit? Qua in re, ſi feudum ipſe ha-
beat proprium, & improprium, cui dubium
15 de feudo † proprio teſtari eum non poſſe, ſi
antiquũ ſit, *ex c. 1. de ſucceſſ. feud. Rim. iun. cons.*
410. *n.* 1. *Oſaſc. decis.* 181. *n.* 20. etiam pro anima,
vel ad pias cauſas, *Bero. c. quæ in eccleſiarum. n.*
189. *de Conſtit. Felin. c. inter dilectos. n.* 10. *de fid.
inſtrum. Curt. de feud. p.* 4. *num.* 125. *Portoles, de
conſort. c.* 50. *num.* 12. 13. *Ducn. reg.* 327. *Gratian.
regul.* 190. *Roland. cons.* 42. *num.* 2. *in* 1. *Rim. iun.
cons.* 410. *num.* 8. etſi aliter ſenſerit, *Tiraq. piæ
cauſ. priuil.* 104. feudorum enim ſucceſſio
ſemper eſt ab inteſtato, *Decian. cons.* 17. *num.*
20. *in* 4. iure ſanguinis, *Valenzuol. cons.* 69. *nu.*
78. Aut enim in eum diſponit (inquit, *Bald.
cons.* 170. *in* 2.) qui in feudo ſuccedere de-
beat, & nullum erit, quia id reliquit, quod
eius eſt, cui reliquit: Aut in alios pror-
ſus extraneos, & non valet, *d. 1. §. donare. qua-
lit. olim. feud.* Aut agnato remotiori, & non
præiudicat proximiori, etiam conſentiente
domino, *Bald.* ad verbum recitat, *Roland.
cons.* 1. *n.* 3. *in* 4. *Rim. iun. cons.* 410. *n.* 4. 8. At de
improprio teſtari poteſt, *ex l. ſi certarum. ff.
de milit. teſtam.* Hinc notat, *Bald. cons.* 275. *in*
2. quod in feudo non attenditur ordinatio
teſtamenti, ſed feudi natura, pactum, vel
16 conſuetudo, *c. 1. de ſucceſſ. feud.* Adeo vt † ſi
vaſallus ſimul teſtetur, de bonis proprijs,
& vaſalliticis, valet in bonis proprijs, non in
alijs, *Rim. iun. cons.* 410. *num.* 4. duplicem enim
feudatarius habet hæreditatem, vnam feu-
dalem, aliam non feudalem *Raudens. cons.* 1.
num. 142. *in* 2.

17 Proinde iuris regula † quod nemo decedere
poſſit pro parte teſtatus, & pro parte inte-
ſtatus, *ex §. hæreditas. vers. neq. Inſtit. de hæred.
inſtit. l. ius noſtrum. & ibi, Dec. num.* 2. *Cagnol. nu.*
5. *ff. de reg. iur. Fachin. lib.* 4. *controuers.* 65. *Ca-
ual. decis.* 4. *num.* 16. *p.* 3. *decis.* 19. *num.* 18. *p.* 4.
Menoch. cons. 853. *num.* 4. *Magdalen. de numer.
teſt. in teſtam. requir. p.* 2. *c.* 3. *num.* 72. *Tuſc. lit. T.
conclus.* 96. *num.* 1. *Reyger. Theſaur. iur. lit. T. nu.*
207. *Borrell. cons.* 99. *num.* 8. *Schenard. cons.* 20.
num. 33. *in* 1. etiam quoad tempus, *Molin. de
primog. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 15. *Menoch. lib.* 4. *præ-
18 ſum.* 76. *num.* 10. Non procedit † in Milite,
*ad tex. l. ſi miles vnum. ff. de teſtam. milit. ſi miles
(inquit Tex.) Unum ex fundo hæredem ſcripſe-
rit, creditur quantum ad reſiduum patrimonium,
inteſtatus deceſſiſſe. Bald. cons.* 245. *num.* 3. *in* 1.
Molin. de iuſt. & iur. diſput. 124. *vers. excipe. Hye-
ron. d. Leon. decis.* 63. *num.* 4. *Magdalen. d. p.* 2. *c.*
19 4. *num.* 40. *Tuſc. d. conclus.* 96. *num.* 22. nec † in
Barone, *Petr. Gregor. de iudic. cauſ. feud. quæſt.*
18. *num.* 20. Vel ſi Princeps ita diſponeret,
Bald. cons. 374. *in* 1. *Tuſc. d. conclus.* 96. *num.* 15.
Vel ſi id prouenit ex neceſſitate iuris, *l. ſi titio.
§. 1. ad fin. ff. de leg.* 2. *Pinell. ſelect. interpr. lib.* 2. *c.*
18. *num.* 24. quia ex legis, uel ſtatuti poteſta-
te hoc euenire poſſe commonſtrat *Bart. l. cun-
ctos populos. C. de ſumm. trinit. Dec. num.* 10. *Ca-
gnol. num.* 7. *d. l. ius noſtrum. latè Ias. l. ſi quis
poſthumos. §. filiorum. num.* 7. *ff. de lib. & poſth.
Infert. II, Erraſſe eos, qui temerè opinantur primogenituram vltra pronepotes, & ſic vltra tertium gradum non proferri, ex *Bart. in l gallus.§.inſtituens.ff.de liber.& poſth.in l.1. §.ſi quis.ff.de ſuis,& legit.in l.liberorum.num.17. ff.de verb.ſignif. Abb.c.2.extra eod. Alex.cons.5. in 3.cons.37.in 6.Gozad.cons.59.num.12.* imò ad nepotes tantum illam protrahi voluit, *Corn.cons.143.in 4.Curt.Iun.cons.113.num.10. 11.* Siquidem receptum eſt, apud iuris noſtri peritos, in primogenijs vltima etiam voluntate abſolutè conſtitutis, Filiorum maſculorum nomine deſignari liberos, & deſcendentes maſculos, pro primogenij natura; quæ ordinem ſucceſſiuum habet, & perpetuum, *Palat.Rube.rub.de donat.int.vir.§.69.num.21. Dec.cons.498.num.9. Gozad. cons.36.num.11. Curt.Iun.cons.111.num.10.12. Paris. cons.72. num.107.in 4.Soc.iun.cons.108.nu.2.in 2. Soc. cons.251.in 2.Mattienz.l.5.glos.3.nu.5.tit.7.l. 1.gloſ.4.num.14.lit.8.lib.5.recop.Ruſtic.de fideicom.lib.6.c.12.num.24.Tiraq.de primog. quæſt. 40.num.37.57.Royas.de ſucces. ab inteſt.c.22. num.17.22.Couar.pract.quæſt.38.num.6.7 Gomez, 1.reſol.c.1.num.15.Marta, de Succeſ.leg.p. p.quæſt.23.artic.1.num.1.Molin.de primog. lib. 1.c.3.num.14.c.14.num.12.13.lib.3.c.6.num. 28.c.7.num.6.Rim.iun.cons.23.num.51.Caneer, 1.reſol.c.5.num.6.Peregr.de fideicom. artic.22, num.51.cons.41.num.34.in 5.cons.5.num.8.in 6.Portoles, de conſort.c.1.num.47.50. latè Fuſar, de fideicom.quæſt.320.num. 28.* Sic in feudis, quorum conceſſiones perſonales non ſunt, ſed extendibiles ad ſucceſſores, *Bald. per tex. ibi, in c.1.an agnat.vel fil.ex multis, Peregr.d.art, 22.num.52.& d.cons.5.nu.9* addit, quod feudo conceſſo alicui, pro ſe, & filijs; Filiorum nomen pro deſcendentibus maſculis accipi, *ex c.1.§.& ſi clientulus.de alien.feud.pater. Alex. num.8.Ias.num.24.d.l.gallus.§.inſtituens.Ias.l. de quibus.num.20.ff.de legib.Paris.cons.20.nu. 23.in 1.Rim.Iun.cons.23.nu.65.68.* non enim dulciori nomine appellari eos poſſe inquit, *tex.l.liberorum.§.ſed & Papirius.ff.de verb.ſignif.Curt.Iun.cons.25.num.15.cons.111.nu.11. 12.Gozad.cons.89.num.12.Soc.Iun.cons.19.nu. 11.cons.116.num.13.in 1.cons.181.num.36.in 2.cons.1.num.39.in 3. Bero.cons.121.num.10. in 2.Rim.Iun.cons.23.num.74. Gabr.cons.121. num.37.39.in 1.Peregr.cons.5.num.10.in 6.* Quod verum ſi vltra vocationem primogeniti perpetuitatem, & tractum ſucceſſiuum diſpoſitio præſeferat; ſecus ſi deficient verba tractum denotantia, ipſaq; diſpoſitio verificari poſſet in filijs primi gradus, tunc enim non veniunt vlteriores, nec vltra primum primogenitum ad alios extenditur, *Seſſe, decis.362.num.63. Molin.de primog. lib. 1.c.5. num.22. Fuſar. de fideicom.quæſt.320.num.29. quæſt.390.*

Tertius caſus eſt, ſi mortuus ſit feudi poſ-
50 ſeſſor † relictis duobus nepotibus ex duobus prædefunctis eius fratribus, Tunc maiorem natu licet ex minori fratre, præferendum eſſe minori ex maiori natu, reſoluit, *Petr.Gregor, de conceſſ.feud.p.4.quæſt.10.num.23.* quia (vt ipſe inquit) conſideratur prærogatiua ætatis, quæ reperitur tempore mortis Baronis de cuius ſucceſſione patrueles contendunt, *Cumi.c.ſi aliquem.gloſ.maior.natu.quæſt.7. num.212.Gamm.decis.385.nu.3.Tap.in ſcholijs ad Riber.reſpon. de ſucceſſ. portugall. artic.5.p.3. lit.A.num.66.* Quo caſu nullam de iure dari repræſentationem voluit, *Fulgos.cons.12. Lanar. cons.1.num.68.Riber.d.reſpon. num.58.* & contra iuniorem ex primogenito reſoluunt, *Bero.cons.71.in 1, Maluas.cons.20.Honded.conſ. 70.in 2.*

Contrar. probat, *Rouit.ad R.N.pragm.tit.de feud.pragm.11.à nu.44.* imò nepos ætate minor, ex fratre ſecundogenito præferri nepoti ætate maiori ex fratre tertiogenito, licet viuant iure Francorum, ratione melioris lineę, *Aſuos.l.famina.p.p.num.291.ff. de reg.iur.Ponte feud.lect.12.ſub num.54.* Etenim in lineaeribus primogenituris ad communem ſtipitem recurrendum eſt, ſcilicet, ad Auum à quo deſcendunt omnes, qui cum tres lineas produxerit; lineam nempè filij primogeniti, in qua poſſeſſor modò defunctus erat: Secundam, filij ſecundogeniti, in qua eſt patruelis iſte iunior, Tertiam filij tertiogeniti, in qua eſt patruelis iſte ſenior; ex hiſce lineis, potior cum fuerit linea primogeniti, feudum ipſe obtinuit pro ſe, & deſcendentibus ſuis; ea tamen finita morte huius vltimi poſſeſſoris ſine liberis, ad ſequentem lineam tranſire debet ſucceſſio; ad lineam nempè ſecundogeniti, Cumq; in ea reperiatur patruelis, hic iunior, præferri meritò debet alteri patrueli, qui in linea ſequenti eſt, licet is ſenior ſit, aut alijs quibuſuis qualitatibus præcellat, ea vi iuris quæſiti lineę ſecundogeniæ ad prelationem lineę tertiogenię, *Soc. cons.19.in 1. Paris.cons.72.num.102.in 4.Natt.cons.22.Soc. Iun.cons.126.num.27.in 1.Roland.cons.100. num.14.in 1.Peregr.cons.1.nu.28.in 4.Robles, de*

repræ-

repræſent.lib.3.c.4.nu.10. Cephal.cons.656.nu.48.Marta,cons.199.num.12.Corſet.ad patr.cons.11.num.40. Surd. cons.403.num. 16. Menoch. cons.442.nu.10. Cannet.c. ſi aliquem. fol. 263. à num. 48. nam ſi linea primogeniti reliquas excluſit, vt nemo ad feudi ſucceſſionem admittatur, donec aliquis ex ea ſupereſt, Veſemb.de feud.c.6.num.9. Mozz. de ſubſtant. feud.num.68.Sonsbec.de feud.p.9.num.49.Seſſe, decis.254.ad motiuum.num.63.Cardos. de iur.accreſc.reſpon.2.num.37.Fuſar.de fideicomm.quæſt.484.num.34.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.14.num.7. tum in nouo, tum in antiquo feudo, Craſſ.§.tranſmiſſio.quæſt.24.num.3. maximè ſi vocati ſint primogeniti eiuſq; deſcendentes, Gamm.decis.160.nu.3.Farin.decis.395.ante fin.Fuſar.de fideicom.quæſt.387.num.53.& donec extat aliquis de linea recta ad tranſuerſalem lineam non ſit tranſitus, Tiraq.de primog.quæſt.40.num.1.4. Landens. de primog. quæſt. 1.Couar.pract.quæſt.38 num.6.Gabr.de ſucces.ab inteſt.conclus. 2.nu.6. Molin.de primog. lib.3.c.6.num.29.Menoch.cons.211.num.10.11.12.41.58.cons.106.num.39.cons.441.num.12.cons.1081.num.7. Cephal.cons. 656.num. 47. Bardell.cons.60.num.23.cons.61.num.3. Fuſar.d.quæſt.484.num.34. ita & ea deficiente, proximè ſequens linea reliquas excludere debet, adeò vt primogenitæ lineæ defectu, ea, quæ proximè ſequitur, reliquas omnino p̃cedit ac primogeniti linea cenſeri debet reliquarum linearum reſpectu, & ſic de alijs ſequentibus lineis; proximioribus deficientibus; cum ex c.ſi aliquem.prærogatiua lineæ inſpicienda ſit, vt præfertur, Cumi. d. c. verb. proximior.num.23.39.40. Verb. graan. num. 3. Muta, d.c.num.55.Intrigl.feud.centur.2. artic.3. num. 52. 53. quia primogenitus appellatur nedum qui primò naſcitur, c.Ioſeph. de Verb. ſignif. Abb.cons.85.num.3.5.in 1. Tiraq.de primog.quæſt.1.num.6.12.Paris.cons.72.num.90. in 4.Grat.cons.6.num.13.in 1.Cardos.de iur.accreſc.reſpon.2.num.6.40.Molin.de primog. lib.3.c.8.num.19. Sed is quem nemo in ſucceſſione præcedit, licet ſit tranſuerſalis, Bald.l.cum antiquioribus.nu.11.C.de iur.delib.Tiraq.de primog.quæſt.3.num.6.quæſt.41.Fuſar.de fideicom.quæſt.391.num.3.Marta,cons.106.num.18.cons.199.num.28.Intrigl.feud.centur.2.artic.1.num.46 1.Menoch.cons.752.num.3.& qui ſolus eſt filius, Tiraq.de primog.quæſt.1.num.3.Canat.decis.17.num.33.49.p.2.Parlador.lib.1.rer. quotid.c.7.num.11. & ſecundogenitus in feudis dicitur, nedum qui minor natu eſt, ſed qui maior natu eſt, & primogenitus, ſed propter inhabilitatem, aut aliud impedimentum non potuit in feudo ſuccedere, Franc.decis.20.Rouit.ad R.N. pragm.tit.de feud.pragm.24.num.7.

Quare audiendus amplius non eſt, Petr. Gregor.de conceſſ.feud.p.4.quæſt.10. Cuius contrariam opinionem correctam eſſe in Regno teſtantur, Muta, d.c.ſi aliquem.nu.145.& Maſtrill.in Scholijs, ad d.quæſt.10.lit.A. Tum maximè, ex Philip.Reg.c.18. quo præfertur lineæ, vt ibid. perbellè ſummat, Ramondet. & interpretatur.

Sed illud quoq; notiùs eſt, quam vt noſtra admonitione indigeat; Vocato primogenito omnes ab illo deſcendentes vocatos cenſeri ſi diſpoſitio tractum ſucceſſiuum, & perpetuum præſeferat, Molin.de primog.lib.1.c.5.num 21.Seſſe, decis.310.num 1.decis.362.num.63. & viam aperit ſuis deſcendentibus primogenitis ad excluſionem lineæ ſecundogenitorum, & deſcendentium ab ea, Couar.pract.quæſt.38.num.6.Molin. de primog.lib. 1.c.6.num.30.Marta, cons.176.num.10.cons.199.num.3.Bardell.cons.105.num.66.quamuis primogenitus viuente patre, decedat, Caſtr.cons.164.num.25.in 2.Coſta, de ſucceſſ.regn.p.2.nu.20.Couar.d.quæſt.38.nu.6.12.Molin.de primog.lib 3.c.6.num.43.Valaſc.decis.171.num.9.10.Roland.cons.39.num.47.in 4.Cardos.d. reſpon.2. à num.1.Peregr.de iur fiſc.lib.1.tit 2.à nu.52.cum ſinguli primogeniti ſuam conſtituant primogenitorum lineam, Molin. de primog.lib.3.c.6.Ponte, de poteſt.proreg.tit.9.de ſucceſ.mulier.num.42.Marta, cons.199.num.17.Valaſc.decis.171.num.8.Cardos.de iur.accreſc. reſpon.2.num.12. & quiſq; iure ſuo ſuccedet, non ex iure tranſmiſſo, Ias.l.2.num 4.C.de ſucces.edict.Rip.l.in quartam.nu.199 ff.ad l.falcid.Dec.cons.443.num.20.Cancer, 1.reſol.c.5.num. 10. Schrader.cons.6 num.5.6.7.8.Peguer.decis.113.nu.3.imò in feudis antiquis, ſi decedit frater nullis relictis deſcendentibus, ſuccedit alter frater, quia ceſſante impedimẽto primogeniti, ipſe ſecundogenitus dicitur eſſe primogenitus, Affl.c.c.1.num.6. Hic finit lex, Corrad. in c.1.num.10.de fil.nat.ex matrim.ad mergan.contract. Alciat.l.proximus.ff.de.verb.ſignif.Marta, cons.199.num. 30. ipſeq; tranſuerſalis, proximus eſt, & immediatus primogeniture ſucceſſor quam in habitu habere videtur, ſcilicet ſub conditione, ſi proximiores, & eorum lineæ deficiant, arg.l.3.ad fin.ff.qui,& à quib. Molin. de primog.lib.3.c.7.num.4. Cum tranſuerſales licet remoti reſpectu vltimi poſſeſſoris, attento ſtipite deſcendentes a primo ſint, eoq; reſpectu in linea deſcendentium conſtituti, ac proindè, non minus eorum ſuo loco; quã eorum, qui verè deſcendentes ſunt ratio ha-

beri debet in lineis conſiderandis; indè eſt, vt licet poſt mortem alicuius ex primogenitis ſucceſſerit frater dicti primogeniti, illud tamen feudum ad tranſuerſales tranſitum feciſſe non dicitur, ſed ſemper dicuntur primogeniti recta linea ſucceſſiſſe, Iſern. c. 1. §. præterea. col. pen. verſ. ſed quia. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. aſſerens, ſi extet cōſuetudo, quod primogenitus ſuccedat in feudo, mortuo primogenito ſuccedit ſecundogenitus tanquam primogenitus, quia ipſe nullum habet ante ſe, & reſpectu patris prædefuncti dicitur primogenitus, ſequitur, ibid. Afflict. num. 23. Tiraq. de primog. quæſt. 3. num. 6.

Quartus caſus eſt in Regni aut feudi Regalis dignitatis ſucceſſione, ſi omnes patrueles in eodem gradu ſint, ſed in diuerſis lineis: Tunc ſenior admittitur, excluſis alijs vt pro Philippo Rege noſtro illius nominis ſecundo, contra Sereniſſ. Raynutium, & Catherinam in Succeſſione Regni Portugaliæ iudicatum ſcimus, ex Lanar. conſ. 1. Aguir. in reſpon. de ſucceſſ. Regni Portugall. p. 2. Surd. 403. nu. 65. 68. Petr. Iacob. de ſucces. regn. Franc. num. 7. Marta, conſ. 199. num. 20. conſ. 13. num. 20. 23. Riber. in reſpon. de ſucceſſ. portug. artic. 5. 6. quem ſuis ſcholijs exornat, D. Tap. ibid.

Cæterum, in tanta ſcriptorum diſcordia, vtras ego partes potiſſimum inſequendas arbitrer? planè ingratum non erit, ſi illis noſtram addiderim ſententiam fortaſſis enim, aut veriùs, aut rectè planius, rem alioqui obſcuram explanabimus. Sentio itaq;.

51 Aut inſpecto iure communi † loquimur, Tunc hæc tertiæ lineæ reſolutio, licet non ſit omninò improbabilis; Probabilius tamen eſt, & ſecuriùs eſſe exiſtimo in feudi ſucceſſione, eius rationem habendam non eſſe, quantum ad excludendos reliquos gradu, ſexu, & ætate præcedentes, ex Menoch. lib 4. præſum. 95 nu. 13. Marta, de ſucces. leg. p. p. quæſt. 23. artic. 1. num. 9.

Primo, quia in re tanti ponderis, ſinè lege inducere prærogatiuam ad excludendos eos, quibus ſecundum regulas ſucceſſio erat debita, ſecurum non eſt, cum nec vltra fratres, fratrumq; filios repræſētatio de iure detur, ſi tranſuerſali ſuccedendum ſit, auth. poſt fratres. 2. C. de legit. hæred. l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis, & legit. hæred. §. ſi plures inſtit. de legit. agnat. ſucceſ. §. ſi verò neq; fratres. auth. de hæred. ab inteſt. venien. Mathes. de ſucceſ. ab inteſt. art. 3. membr. 1. num. 29. Cyn. de ſucceſſ. ab inteſt. p. 3. num. 15. Schnedeuuin. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. rub. de tert. ordin. ſucced. collater. num. 12. Cancer. 3. reſol. c. 5. num. 7. Paris. conſ. 37. à num. 1. in 2. Cardos. de iur. accreſc. reſpon. 2. num. 60. Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſt. 33. latè Fuſar. de fideicomm. quæſt. 485 Marta, de ſucceſ. leg. p. p. quæſt. 23. artic. 1. num 9. Schrader. conſ. 6. num. 2. Sed qui proximiori gradu exiſtit, alios remotiores excludit. Bart. & omnes, d. auth. poſt fratres. Couar. pract. quæſt. 38. num. 4. 5. Roias. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 6. num. 21. c. 32. num. 22. Canſer. d. c. 5. num. 7. Molin. de primog. lib. 3. c. 7. num. 10. Portoles, de conſort. c. 1. num. 80. Beuint. deciſ. 51.

Secundo in hac tertia linea deficiunt de iure rationes, quibus ſuperiores lineæ com-
52 probatæ fuerunt; Nec in Collateralibus † induci poteſt ratio, l. cum auus. ff. de condict. & demonſtr. quæ ſolum in deſcendentibus procedit in quorum priuilegium fuit inducta, & vltra ſuos terminos extendenda non eſt, Soc. d. l. cum auus. Dec. conſ. 529. num. 7. Mazar. conſ. 5. nu. 25. Cardos. de iur. accreſc. reſpon. 2. num. 59. Soc. Iun. conſ. 100. num. 45. in 3. Gabr. tit. de fideicomm. conclus. 2. nu. 46. Decian. conſ. 24. num. 18. conſ. 60. num. 17. in 3. Craſſ. §. Craſſ. §. fideicommiſſum. quæſt. 24. num. 1.

Tertio, veriſimilitudo illa, qua Teſtator viſus eſt vocaſſe, & prætuliſſe primogenitum, eiuſq; lineam reliquis, non ita viget in vlterioribus; Tum quia remotiores ſunt, de quibus non ita cogitaſſe teſtator videri poteſt, cum in primogenijs vocata linea tranſuerſales non contineantur, Celſ. Vgo. conſ. 120. n. 25. Burg. Salon. conſ. 29. n. 23. Fuſar. de fideicom. quæſt. 345. nu. 2. Menoch. conſ. 926. nu. 14. ex c. 1. de natur. ſucceſ. feud. Tum quia eis non ita ſecurum ius competit, ſicut primogenito, cui naſcēdo ius primogenij acquiſitum dicimus, Tiraq. de primog. quæſt. 40. nu. 100 Fuſar. de fideicom. quæſt. 387 nu. 29. Menoch. conſ. 211. nu. 45. vt in habitu ſaltem feudum habere videantur, inſuper, & ſpem infallibilem, Celſ. Hugo. conſ. 26. à nu. 28. Schrader. conſ. 6. num. 8 9. 10. 11. reliquis, verò nec actu ius primogenituræ habent, nec feudum habitu: niſi remotè, eorumq; ſpes fragilis eſt, quæ varijs modis deficere poteſt, proindè in eis, qui ex tranſuerſa ſunt linea non ita conſideratur, vt in deſcendentibus, ex Aucbar. conſ. 339. num. 24. Butr. conſ. 47. nu. 3. confert quod Bart. notat. in l. poſt emancipationem. §. illud. num. 1. ff. de liber. legat. in l. is poteſt. num. 9. ff. de acquir. hæred. Tiraq. de primog. quæſt. 40. num. 69.

Quarto, diſplicet dictæ tertiæ lineæ conſideratio in propoſito, ex eo quod raro in feudi ſucceſſione locum haberet prælatio, ratione proximitatis in gradu, in ſexu, in ætate, ſi potius ratione dictæ lineæ prælatia facienda

Digitized by Google

da ſit, q; tamen contra leges eſt, & receptas
Doct. ſententia, in hac ſucceſſionis materia.
Aut ex concedentis, vel acquirentis men-
53 te conſtat † cui ex præpoſitis iam lineis feudi
ſucceſſio deferatur; Tunc illi ſtãdum inquit,
Aſuos.l.fœmina.p.p.num.294 ff.de reg.iur. vt ſi
primus feudi acquiſitor expreſsè ad eius ſuc-
ceſſionem vocet (extinctis deſcendentibus)
cognatum ſibi in gradu proximiorem, eiuſq;
deſcendentes; qua in re ille dicendus eſt pro-
ximior, qui in eodem gradu poſitus, alios
eiuſdem gradus cognatos ætate antecellit, *l.
fin.* ibi, *ſeniorem Iuniori. C.de fid.inſtrum. Corn.
cons.199.num.38.in 2.* optimè *Phab.decis.44.
num.6. P.Molin.diſput.624.num.1.diſput.626.
Valaſc.decis.82.num.5.Molin.de primog.lib.3.c.
4.num.13.*
Aut prætenſores in reliquis qualitatibus
54 ſunt † pares: Ve ſi in caſu patruelium (de
quo ſupra) non conſtaret, quis ætate maior
eſſet, adeò vt gradu, ſexu, & ætate pares eſ-
ſent, tunc iuſtum & conueniens videtur, vt is
qui extiterit in meliori linea (de qua dixi)
alteri præferatur ex rationibus, ac Doct. au-
thoritatibus, quas pro eius lineæ considera-
tione hactenus expendimus, quæ hoc caſu,
admitti iure debent.
55 Aut viuo patre moritur primogenitus † ſi-
nè filijs, tunc ſecundogenitus fit primus, &
primogenitus appellatur, *Rot.decis.128.num.
1.p.2.Vini.decis.502.nu.11.Marta,cons.193.
num.2.* nec mirum quia vocato primogeni-
to alicuius, eo adhuc viuente, ius primoge-
nituræ eſt in potentia, tum in primo, tum in
ſecundogenito, *ex Bellam. decis.723. num.16.
Marta,cons.107.num.10.* adeò vt mortuo pri-
mo, ſecundogenitus erit primus, *Tiraq.de pri-
mog.quæſt.3.nu.12.Vini.decis.502.nu.8.Menoch.
cons.442.num.23.Gratian.diſcep.834.num.19.*
& niſi actu ius primogenituræ ipſi primoge-
nito poſt patris mortem delatum fuerit, ius
primogenituræ ſemper dicitur in potentia,
tum in primo, tum in ſecundo, *Molin. de pri-
mog.lib.3.c.6.nu.36.Marta,cons.107.nu.10.* ac
per conſequens in eo, & eius linea, tamquam
in linea primogeniti, prædictæ lineæ primo-
geniti prærogatiua adaptabitur, cum is ſe-
cundogenitus deſcendens ſit poſſeſſoris, ac
infallibilem ſpem habeat ex multis, *Cancer,
3.reſol.c.21.de tranſmiſſ.nu.197.* ob quas item
rationes defuncto etiam ſecundogenito ſinè
liberis, viuo patre, in Tertio gradu genito e-
iuſq; linea, verificabitur linea primogeniti,
& ſic de reliquis liberis poſſeſſoris; proximi-
oribus ſinè liberis deficientibus, *Cumi.c.ſi ali-
quem.glos.iure francorum.num.2.* nam ſecundo-
genitus licet reſpectu primi, ſecundogenitus
dicatur; reſpectu tamen tertiogeniti, & alio-
rum ſequentium, verè primogenitus erit,
56 quia primogenitura licet † quid perſonale,
ſit à perſona non ſeparabile, ius tamen pri-
mogenituræ, vt ab ea diuerſum, tranſmiſſi-
bile eſt, *ex Bald l liberti, liberteq; nu.18.C.de o-
per.libert.Ias.l.is poteſt.num.14.ff de acquir.ha-
red.Gulielm.Benedict.c.raínutius.verb.in eodem te
ſtamento.n.187.de teſtam.* Proindè primogenij
57 ius † ad ſecundogenitum tranſit, primogeni-
to abſq; filijs deficiente vel morte, *Rot, decis.
128.num.1.p.2.Caldas,cons.15.num.4.Tiraq de
primog.quæſt.41.Marta,cons.193.num.2.Rau-
dens. de analog.c.15.num.305.* vel repudiatio-
ne, *Marta,cons.106.num.17.* cum ſint paria
per mortem excludi, vel repudiatione, *Tur-
ret.cons.2.num. 22.cons.16.num.15.in 1.* Nec
58 mirum, quia † ſecundogenitus, & reliqui,
penitus excluſi non ſunt, ſed à primogenito
(vt dixi) ſunt impediti, *Brun. de ſtat. exclud.
famin.artic.10 quæſt.5. Franc. de Amic. de his,
qui feud.dar.poſſ.§ hanc difficultatem.nu.5.Mar-
ta, cons.61.num. 49.cons.199.num.12.30.* do-
nec ſuperſit deſcendens ex primogenito, *Cal-
das,cons.1.nu.13.Cancer,3.reſol.c.21 de tranſmiſſ.
num.194.Suarez,cons.10. num.71.* vocato pri-
mogenito, & illius deſcendentes vocati cen-
ſentur, *Cancer,d.c.21.num.326.* Siquidem licet
in alijs ſucceſſionibus, filij primum, nepotes
ſecundum gradum, pronepotes tertium, &
ſic de cæteris conſtituant; vbi autem ius pri-
mogenituræ eſt conſtitutum, quilibet ex fi-
lijs diuerſum gradum ab alijs conſtituit:
Filius primogenitus, cum ſuis deſcendenti-
bus primum gradum: Secundogenitus cum
ſuis deſcendentibus ſecundum, & ſic de cæte-
teris, *ex Caſtr. & alijs ediſſerit Auendan.l Thaur.
40.glos.17.num.26.Celſus,Hugo,conſ.120.num.
12.14.Cancer,3.reſol.c.21.de tranſmiß. nu.296.*
Quò ſit, vt vocato primogenito, nedum pri-
mogenitus ipſe, ſed eius linea, ſeu gradus nē-
pè nepos, & omnes primogeniti ex eo deſcen
dentes in perpetuum vocati intelligantur;
*Molin.de primog.lib.1.c.1.num.17.lib.3.c.6.nu.
29.Couar.pract.quæſt.38.num.12. Peregr.cons.
39.num.14.* & notat *Hugo,d.cons.120.num.14.
22.* quod ſi diſpoſitum ſit, vt res vadat de li-
beris in liberos, ſi vnus ex liberis decedat plu
ribus filijs relictis, donec aliquis ex ea linea
ſupereſt ſuccedunt ipſi, *Dec.cons.498.num.19.
Caſtr.cons.164.num.4.in 2. Tiraq. de primog.
quæſt.40.num.156.Soc.Iun.cons.108.num. 2.in
2. Paris.cons.72.nu.102.103.107.in 4. Lopez,
rubr.de donat.int. vir.§.69. num.21. Peguer.de-
cis.116.num.10.* Nam ſtatim quod quilibet

ex primogenitis, in infinitum naſcitur ſtatim eum iure primogenituræ acquiritur ei ſpes quædam certa, & formata ad ſuccedendum in feudo, ſuo loco, & tempore, ita vt ſi contingat ipſum mori ante patrem, dictum ius ſuccedēdi, & ſpem formatam ad eius primogenitum tranſmittat, *Tiraq. de primog. quæſt. 21. nu. 7. quæſt. 40. nu. 69. 93. quæſt. 43. num. 14. Palaez. de Maiorat. p. 2. in init. num. 65. Molin. de primog. lib. 3. c. 6. num. 36. Auendan. d. glos. 17.* aſſerens ſatis eſſe, quod pater aliquo tempore habuerit qualitatem primogenituræ licet ante delatam ſibi ſucceſſionem moriatur, vt filius ab eo relictus tempore euenientis ſucceſſionis ſupeſtes ex ea primogenituræ qualitate ad ſe tranſmiſſa alios excludat, *Peregr. de iur. Fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 52.* & præceteris, *Bald. l. cum antiquioribus. num. 11. C. de iur. delib.* aſſerens quod primogenitus naſcendo ſe incluſit, ac per conſequens ſecundogenitum excluſit, *Caſtr. conſ. 164. num. 5. in 2.* cum primogenium qualitas ſit habens actum inſtantaneum, & acquiritur momento cū naſcitur.

Illud tamen ex his meminiſſe debemus Corrollarie, *ex l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod.* quæ ſingularis eſt, ad hoc, quod ex donatione facta vni, & poſt donatarij mortē alteri, ex ea donatione illi tertio ſubſtituto acquiritur actio fauore donationis, & exercentis liberalitatem, nemine etiam pro eo ſtipulante ea in re, quæ à donatore tranſlata penitus ſit in donatarium; ſicq; limitata eſt regula, *l. ſtipulatio. §. alteri. ff. de verb. oblig. vt ex d. l. quoties. l. ſi rerum. C. de donat. quæ ſub mod. concludit Bart. ad fin. Alex. num. 19. Iaſ. num. 20. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulor. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi nummos. num. 1. ff. ſi cert. pet. Soc. conſ. 125. num. 1. in 3. Crauet. conſ. 19. num 9. Fuſar. de fideicom. quæſt. 14. num. 4. comm. ex Couar. 1. reſol. c. 14. num. 2. Montier, decis. 47. num. 42. Gabr. conſ. 16. num. 16. in 1. Oſaſc. decis. 85. num. 7. Decian. conſ. 31. nu. 61. conſ. 41. num 17. in 1. conſ. 58. num. 1. in 3. Caldas, conſ. 48. num. 12. Peregr. de fideicom. artic. 1. num. 16. artic. 51. num. 1. 16. conſ. 7. num. 4. in 6.* An perſonalis, vel realis ſit actio hæc, opportunus erit dicendi locus *glos. 11.*

Sed quæſtionis eſt, an ius hoc, ſubſtituto
59 competens in hęredes tranſmittatur † ſi is viuo primo donatario moriatur? Negant, *Ioan. Andr. Gregor. Lopez, & alij, quos refert* Coſta, *de maiorat. bonor. reg. Coron. p. p. num. 5. 6. 7. ducti tex. l. hæres meus. ff. de condict. & demoſtr. l. 4. ff. quand dies leg. ced.* vbi, ſi fideicommiſſarius, cui aliquid relinquitur poſt mortem hęredis, viuo hęrede decedat nihil ad hęredem ſuum tranſmittit, *l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell. l. cū ex filio. §. filio. ff. de vulg. l. intercidit. ff. de condict. & demonſtr. l. in cauſa. vbi, Bald. ff. de minor.* & in relicto poſt mortem hęredis, *l. 1. l. hæres meus. §. 1. ff. de condict. & demoſtr. l. ſi cum hæres. l. quod purè. ff. quand. dies leg. ced. cum alijs à Peregr. de fideicom. artic. 31. num. 8. & d. conſ. 7. num. 7.*

Secundo verba hæc *reſtitues ſecundo donatario poſt mortem tuam*, condictionem denotant, *l. dies incertus. ff. de condict. & demonſtr.* quę condictio ita exaudietur ſi ſecundus donatarius ſuperuixerit, *Iaſ. l. cum filio. nu. 4. ff. de leg. 1.* ſi ſecundus ergo non ſuperuiuit, imò ſi viuo primo donatario moriatur, cum decedere dicatur, non pendente, ſed defecta condictione, deficit etiam actus poſterior nempè illa donatio, *ex l. 3. ff. de bon. libert.*

Tertio ſpes orta, ex contractu condictionali, ideò tranſmitti ſolet, *ad tex. §. ex condictionali. inſtit. de verb. oblig.* quia is qui ex contractu aliquid acquirit ſtipulando, petendo, vel acceptando præuidere voluiſſe videtur ſibi, & hæredibus ſuis, *l. ſi pactum ff. de probat. glos. d. §. ex condictionali.* quæ ratio ceſſat, *in term. d. l. quoties.* in quo coſtat ſecundum donatarium non fuiſſe ſtipulatum, nec quidquam feciſſe donationis tempore, per quod hæredibus ſuis prouideri voluiſſe videatur, imò ex benignitate fuiſſe ei contra ordinarias iuris regulas accomodatam actionem.

Verius tamen cenſui, his non obſtantibus Tranſmiſſioni locum eſſe, cum enim ſecundo donatario competat ſpes ex contractu condictionali in hæredem tranſmitti illam dicimus, *ad tex. c. 1. de alien. feud. pater. & d. §. ex condictionali. latè Bart. l. ſi is, qui pro emptore. nu. 40. ff. de vſucap. Soc. iun. conſ. 95. num. 28. in 1. Ruin. conſ. 3. num. 1. 2. in 1. Natt. conſ. 268. num. 8. 9. Iaſ. conſ. 223. in 2. Tiraq. de primog. quæſt. 40. num. 95. quæſt. 43. num. 20. Aſuol, l. fœmina. p. p. num 258. ff. de reg. iur. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 50. num. 44* Caldas, *lib. 1. forens. quæſt. 20. num. 17.* Cancer. *1. reſol. c. 2. num. 38. & lib. 3. c. 21. num. 95. Seſſe, decis. 243. num. 1. Molin. de primog. lib 3. c. 6. num. 37. Oſaſc. conſ. 2. num. 47. in 2. P.* Molin. *diſput. 626. num. 16.* ſic, & fideicommiſſum in contractu ſtipulatum præmortuo fideicommiſſario non expirat, ſed ad hæredes vocatos tranſmittitur, *ex d. §. ex condictionali. vbi gloſ. & Doct. Oldr. conſ. 224. num. 27. 28. Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita. p. 4. à num. 17. ff. ad trebell. Fuſar. de fideicom. quæſt. 490. num. 46. Noal. de tranſmis. caſ. 2. nu. 29. Renit. conſ. 95. num. 2. in 2. Marta, de ſucceſ. legal. p. p. quæſt. 16. artic. 2. num. 18. 22. p. 4. quæſt. 21. artic. 13. num. 77. Oſaſc. conſ. 2. num. 47. in 2. Valaſc.*

decis.

Digitized by Google

deciſ.122.num.10.11.27.Fontanell. de pact. dotal.clauſ.4.gloſ.24.num.22.23.30.38.Menoch. conſ.325.num.57.Manent.deciſ.75.nu.5.Oſaſc. deciſ.24.num.2.Surd.deciſ.144.nu.24.conſ.517. num.3.conſ.269.ad fin. Caducatur verò ſi in vltima voluntate fideicommiſſum ſit ſcriptum, *l.cum pater.§.libertis.l.qui ſolidum.§.pen. ff.de legat.2.Peregr.de fideicom.artic.14.nu.50. Afuos.d.l.fœmina.num.259.Gabr.conſ.91.in 2. Eugen.conſ.61.num.2.Honded.conſ.70.num.10. in 1.conſ.56.in 2.Sfort.conſ.37.num 1.conſ.44. num.13.conſ.46.num.11.de compend.ſubſtit. p. 6.quæſt.1.artic.2.num.10.Vivi.opin.843.Noal. de tranſmiſs.caſ.1.Craſſ.§ fideicommiſſum quæſt. 67 num.6.Gomez.2.reſol.c.5.num.9.Magon.Lucens.deciſ.82.num.18. Rouit. conſ.95.num.2.in 2.P.Molin diſput.626.num.16.Valaſc.deciſ.122. num.19. Manent.deciſ.75.num.4. Menoch.conſ. 325 num.57.Decian.conſ.29.in 4.*

Non obſtat primum, Quia iura illic citata, in eo procedunt, qui grauatur reſtituere poſt mortem, in vltima voluntate, quo caſu non datur tranſmiſſio, quia ſpes orta ex vltima voluntate conditionali non tranſmittitur, *l.1.§.ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollend.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis, & legit.hered.l.ſi ita legatum.§.illi ſi volet.ff.de leg.1.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis, & legit.hered.gloſ.l.1.C.de his qui antè apert.tab.Soc.num.9.10.11.Rip.num.61.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebell.Crauet.conſ. 466.num.5.Seſſe, deciſ.242.num.24.33.40. Bardell.conſ.106.num.1.2.3. Fuſar. de fideicom. quæſt.490.à num.1.Peregr.conſ 52.in 5.de fideicom.artic.22.num.4.artic.31.Mantic. de coniect.vlt.volun lib.11.tit.20. Menoch.conſ.200. num.112.de arbitr.caſ.165.Intrigl.de ſubſtit.centur.3.quæſt.39. Trentacinq.de ſubſtit. p.4.c.14. Gabr.tit. de hæred. inſtit. concluſ.2.Seraph.deciſ. 1013.deciſ.1479.num.5.Farin.deciſ.100.num. 1.p.p.deciſ.59.deciſ.380.p.2. Caualc. deciſ. 19. num.94.102.p.3.Rot.deciſ.782.p.p. Viui.deciſ. 468.num.2.Vaſq.de ſucceſ.progreſſ.lib.1.§.7. num.51. Cancer.3. reſol.c.21. de tranſmiß. num. 12.85.110.Craſſ.§.tranſmiſſio.quæſt.28.num.4. Roland.conſ.46.num.6.in 3.Decian.conſ.91.nu. 4.in 5.conſ.88. num.10. in 2. Cephal. conſ.330. num. 54.* licet in fideicommiſſo verſemur ab aſcendête inſtituto quod ad ſuos etiam hæredes nec deſcendentes nominatim ſubſtituti tranſmittunt, ſi grauato præmoriantur ſed penitus eis prædecedentibus expirat, *Gloſ. Bart.& alij, in l.1.C.de his qui ant.apert.tabul.l. ſi in perſona.C.de fideicomm.Alex.l.cum filio.nu. 4.Crauet.num.330.ff.de Vulg. Dec.conſ.417.nu. 2.Natt.conſ.68.num.5.Ruin.conſ.181.in 2.Eugen.conſ.61.num.25.Noal. de tranſmiſſ. caſ.1. à nu.30.Craſſ d.quæſt.28 num.5.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.20.nu.1.Trentacinq. de ſubſtit.p 4.c.14.num.1.Honded.conſ.70.num. 10.15.in 1.Bardell.conſ.106.nu.4.44 45.Gabr. conſ.91.num.1.in 2.Cancer,3.reſol c.21.de tranſmiſſ.num.86.Peregr.d.artic.31.num 8.& d.conſ. 7.num.7 Seſſe, deciſ.242.num.34.Petroc. conſ. 40.num.299.Laderch.conſ.142.num.6.latè Fuſar.de fideicom.quæſt.490.num.2.Gabr.tit. de hæred.inſtit.concluſ.2.num.10.Mattien.l.1.gloſ. 17.tit.4.lib.5. recop.* reprobata *gloſ.* quæ contrarium voluit, *in l.is qui.ff.de action.& oblig.* eamq; communiter reprobari, inquit, *Iaſ.in l.3.ad fin.C.de fideicom.Paris.conſ.9.num. 26. in 2.Seſſe, d.num.24.* Quæſtio verò noſtra eſt de grauato in actu inter viuos, ſcilicet in donatione, quo caſu locum habet tranſmiſſio, *d. § ex conditionali.vbi gloſ.* communiter recepta differentiæ rationem dat, quod cum ſpes hæc orta ſit ex contractu, fortior eſt ea, quæ ex vltima voluntate oritur; eſt enim interim irreuocabilis, *l.neceſſario.§.ſi ita.ff.de peric.& commod.rei vendit.l.quoties.C.de donat. quæ ſub mod.Suarez,conſ.9 à num.20.Seſſe, deciſ.243. num.* .*Noal.de tranſmiſſ.caſ.5.à num.1.* adueniente itidem conditione, retrotrahitur actus, ac ſi ab initio purus fuerit, *l.potior.l.qui balneum.ff.qui pot.in pign.hab.* & conditione adhuc pendente, ratione huius ſpei quis creditor dicitur, *l.is cui ff.de action.l.creditores.ff. de verb.ſignif.* licet non purè, & propriè, ſed conditionalis, *l. conditionales. ff eod. Rouit. conſ.95.num.2. in 2.* meritò igitur tranſmittitur, *l.hæres.in omne ff.de acquir.hæred.* ſpes hæc etiam patri, & domino per filium, & ſeruum acquiritur, licet de inaduenienté conditione filius iam emancipatus; & ſeruus, liber factus inuenirentur, *l.ſi filius.ff. de verb. oblig.l.vſusfructus.ff.de ſtipul.ſeru. Valaſc.de iur.emphit.quæſt.49.nu.6. Othoman. lib.3.obſer. 32.ad fin.* meritò igitur tranſmittitur, *ex Theoph. §.ſi peculium.inſtit.de legat.* Quæ omnia ſecus ſe habent in ſpe, quæ oritur ex vltima voluntate conditionali ea enim, pendente conditione, fragilis admodum eſt, Tum quia reuocari interim poteſt, *l.3.§ fin.ff.de adim. legat.*& conditione adueniente non fit retrotractio, *l.1.§.ſerui.ff.ad Sillan.* nec interim eius ratione dicitur creditor, *l.is cui.ff.de action.& oblig.l.qui in fraudem.ff.qui.& à quib. Rouit.conſ.95.num.2.in 2.* nec patri, aut domino acquiritur, *l.ſi vxorem.C.de condit. inſert.* plures item differentias tradit, *Othoman. d.obſer.32.Thob. in §.ſub conditione.num.7.inſtit. de verb. oblig.* quibus ſpes ex vltima voluntate conditionali non tranſmittitur, quam-

Digitized by Google

quamuis ex actu inter viuos tranſmittatur. *Cancer.3.reſol.c.21. de tranſmiſſ. num.96. Bolognet.in reſponſ.pro Triuul.d.num.16.Valaſc.deciſ.122.d num.10.* Cum ergo *in term. d.l. quoties.* non de vltima voluntate, ſed de actu inter viuos agatur, meritò locum habet tranſmiſſio, non obſtante *tex.d.l.hæres meus.cum ſimil.*

Non obſtat ſecundum, quia condictio illa, *poſt mortem* non ita accipienda eſt ſi tertius nempe ſuperuixerit, tunc enim falſum eſſet id, quod iura paſſim dicunt, eam condictionem omninò eſſe extituram, nec poſſe deficere, *l. huiuſmodi.ad fin. ff. quand. dies legat. ced.l.quod ſi ea.ff.de condict. indeb.* eſt ergo verus, & facilis illius condictionis ſenſus, *reſtitues poſt mortem.* ideſt reſtitues ſimul cum morieris, quod certum eſt futurum eſſe licet ſit incertum quando, Atq; ideò manente ſecundo donatario, (viuo priori) condictio poſt mortem non deficit, imò certum eſt, eam extituram ſcilicet morte primi; cum ergo ſecundus deceſſerit, non defecta, ſed pendente condictione, meritò tranſmittitur, vt ſupra.

Non obſtat tertium, Quia quamuis ſecundus non acceptauerit, lex tamen inducit, tantumdem eſſe, ac ſi ſtipulatus ipſè eſſet, vt tranſmittatur, *ex d.§.ex condictionali.*

Sed licet ſententia hęc iuris eſſe videatur, ſi diligentius tamen inſpiciatur, vera non eſt, nam attentis notiſſimis tranſmiſſionis
60 principijs, in his quæ † quis habet ad vitam, & eo mortuo ad alium ex diſpoſitione dominica pertinent, de tranſmiſſione agi non poteſt, *l. in omnibus.ff.de reg.iur.& not.in l.hæres in omne.ff. de acquir. hæred.* At in feudis, & Maioratibus quilq; ex poſſeſſoribus ſolum habet ius ad vitam, & eo mortuo ad ſequentem poſſeſſorem pertinet feudum, non ex prædeceſſoris tranſmiſſione, aut voluntate, *Iaſ.l.2.num.4.C.de ſucces.edit.Rip.l.in quartam.num.199.ff.ad l.falc.Dec.cons.443.nu.20.Cancer,1.reſol.c.5.num.10.* Sed ex dominica conceſſione, *Caldas, forent. quæſt.20.num.14.lib.1.Peguer.decis.113.num.2.decis.114.num.* adeò vt vltimus feudi ſucceſſor, primi acquirentis ſucceſſor dicatur, *c.1.de natur.ſucces.feud.c.1.Si Vaſall.feud.priuet.Paris.cons.23.nu.53.262.in 1.Soc.iun.cons.72.num.29.in 1.Oſaſc.conſ.2.num.48.cons.10.nu 16.in 2.* & iure proprio, *Molin.de primog.lib.1.c.1.nu.17.Menoch.cons.949.num.17.18.cons.1034.num.3.* non vt hęres ſed vt filius, *Peguer. decis.113.num.3 Bardell.cons.105.num.20.Randens.cons.1.nu.140.in 1.* primogenituræ beneficio, *Paz, de maiorat.c.85.num.140.* & iure ſanguinis, *Molin.de primog.lib.1.c.8.Seſſe, decis.286.num.5.* in feudis ergo tranſmiſſio non procedit. Tum maximè quod tranſmiſſio in hæredes fit, *d.l.hæres in omne. Noal. de tranſmiſ. prælud.1.num.4* is enim in quem tranſmittitur, vtitur iure, & perſona tranſmittentis, *l.ſi quis filium ſ.§.ſi filius. vbi Bart.& alij,ff. de acquir. hæred. Alex. cons.132.num.5.in 6. Ruin.cons.39.num.7.in 3.Burſ.cons.61.num.19.Soc.cons.67.in 4.Zanc.l.hæredes mei.§ cum.ita.num.202.ff. ad trebell.Tiraq.de primog.quæſt.14.num.8.Cancer,3.reſol.c.21.de tranſmiſſ.num.165. Decian.cons.91.num.4.in 5.Noal.de tranſmiſſ.in princ. nu.8.caſ.8.nu.111.* cum eius ſit hæres, *Menoch.cons.417.num.16.* nec ex tranſmiſſione quis venire poteſt, niſi ſit hæres tranſmittentis, *Iaſ.& Caſtr.in l ſi quis filium.C.de inoff.teſtam. Vaſq.de ſucceſſ.reſol.lib.2.§14.num.21.22. Phanut. de inuentar.p.6.num 88.Ruin.cons.22.num.15.16.cons.39.num.7.in 3.Paris.con.32.num.2.in 3.Peregr.de fideicom.artic.51.num.12.ad fin.Carcer,3.reſol.c.21.de tranſmiſſ.num.154.* Feudum verò ad eum pertinet, quem princeps voluit, non vt hæredem ſed vt filium, *Paz, de Maiorat.c.85.num.140.Craſſ.§.fideicommiſſum.quæſt.50.Peguer.decis.113.num.3.* & iure ſanguinis, *Siluan.cons.68.Paris.cons.23.num.138.in 1.Schrader.cons.13.nu.179.Seſſe,decis.286.num.5.* Siquidem, quæ hæreditario iure deferuntur; non acquiruntur, niſi hæreditate adita; illa verò bona, in quibus ius primogenituræ locum habet, proximiori de ſanguine (habito reſpectu ad primum acquirentem) acquiruntur, licet hæreditas adita non fuerit, *Guilhelm.de Monteferr.de ſucceſſ.reg.quæſt.1.num.22.23.24.Schrader.cons.13.num.193.* proindè nec regula, *tex.d.§.ex condictionali.* nec tranſmiſſio locum habet in feudis *Gamm.decis.174.num.20.Molin.de primog.lib.1.c.1.num.17.lib.3.c.6.num.29.* quamuis ius delatum ex ſtatuto, tranſmittatur etiam non agnitum, non enim agnitio requiritur, ſi ius defertur lege, vel ſtatuto, *Alex. l. cum antiquioribus.C.de iur. delib. Iaſ.l ſi arrogator.ff.de adopt.Tinell.l.1.p.p.num.36.C.de bon.mater.la'è Roland.de lucr.dot.quæſt.47.Phanut. de lucr.dot.glo.4.num.7.8.Crauet,cons.185.nu.3.Surd.decis.138.num.15.* quia ius competens beneficio legis, & ſi nondum delatum tranſmittitur, *l. ſi arrogator.ff.de adoption.* licet habitu, non tamen actu competat, *l.ſi quis filium.C.de inoff.teſtam.Ioan.Andr.rub. de feud. verb. ſcias.col.5.verſ.non obſtat.Bald.l.2.num.9.C.de liber.præter.Noal.de tranſmiſſ.caſ.8.num.127.cas.18.num.10.Fabian.de Giocch.auth.nouiſſima.nu.277.C.de inoff.teſt.*

Nec

Nec obſtat ſupradicta inductio, *d. l. quoties.* Quia fuerunt ibi ſecundo donatario bona donata, non ad vitam eius tantum, ſed ſimpliciter, & abſolutè; atq; ideò cum ſit materia tranſmiſſibilis, meritò ſpes ex contractu acquiſita in hæredes tranſmittitur, ſi interim ſecundus ipſe donatarius decedat, *ex d. §. ex conditionali*. *Robles, de repræſent. lib. 3. c. 12. num. 20. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 50. num. 44. Molin. de primog. lib. 3. c. 7. num. 16. Caſtill. lib. 3. iur. controuerſ. 19. nu. 254. 258. Auend. l. Thaur. 40. gloſ. 6. num. 6.* ſecus in feudo, & maioratu quæ nec ſimpliciter, & abſolutè donantur vnicuiq; ex ſucceſſoribus, ſed ad vniuſcuiſq; vitam tantum; quo caſu tranſmiſſio locum non habet Nepos igitur, ex iure tranſmiſſo patruum non excludit.

Si verò ex vltima voluntate inſtitutus fuerit maioratus, multo planiùs procedet reſolutio iam dicta; item quia ſecundum tranſmiſſionis regulam ſpes orta ex vltima voluntate conditionali non tranſmittitur, *l. 1. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. toll. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20. à nu. 1.* Robles, *de repræſent. lib. 3. c. 12. num. 21. Hieron. à Leon. decis. 84. num. 10. Craſſ. §. tranſmiſſio. quæſt. 31. num. 3. Peguer. decis. 100. Honded. conſ. 70. num. 10. in 1.* & quamuis tranſmiſſionem admittere videantur, *Bald. l. cum antiquioribus. num. 1. C. de iur. deliber. Oldrad. conſ. 224. nu. 28. Iacob à Sad. de primog. num. 31. Molin. d. c. 6. num. 37. ex Bart. l. is poteſt. num. 8. ff. de acquir. hered.* dicendum tamen eſt, vel tranſmiſſionem impropriè pro repræſentatione vſurpaſſe, vt colligitur, *à Sad. & Molin. d. num. 37.* & iuribus, *à Bart.* citatis, vel falſum eos dixiſſe, vt palam eſt ex iam dictis. Niſi coniecturis conſtet voluiſſe teſtatorem tranſmiſſioni locum eſſe, *Soc. num. 10. Rip. nu. 61. Zauch. nu. 195. 222. in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad trebell. Natt. conſ. 688. num. 1. Cephal. conſ. 330. nu. 57. conſ. 472. num. 23. Mareſcot. 1. reſol. c. 27. nu. 11. 12. Gabr. tit. de hered. inſtit. conclus. 2. num. 15. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 20. num. 8. Craſſ. §. tranſmiſſio. quæſt. 28. num. 7. 8.* Robles, *de repræſent. lib. 2. c. 30. num. 33. Decian. conſ. 88. num. 65. in 3. Sfort. de ſubſtit. p. 6. quæſt. 1. art. 2. Petroc. conſ. 22. num. 27.* Coniecturas enumerat, *Noal. de tranſmiſſ. caſ. 1. à num. 93. Petroc. conſ. 40. à nu. 300. Ludouic. Peruſ. decis. 102. Viui. decis. 398. Peregr. de fideicom. artic. 31. à num. 8. Honded. conſ. 70. num. 31. in 1. Mantic. Gabr. & alij nuper citati.*

Eodem modo infertur, *ad Intell. l. hæres omne. ff. de acquir. hered.* ibi (omne ius) omnia iura defuncti in hæredem tranſire, *Tiraq. 1. retract. §. 1. gloſ. 9. num. 48. lib. 2. §. 1. gloſ. 6. nu. 1. Craſſ. d. §. tranſmiſſio. quæſt. 31. num. 1. Schrader. conſ. 6. num. 21.* quod intelligendum eſt in primis, ſi ius hoc formatum ſit, alias ad ſucceſſorem tranſmitti nequit, *Bart. l. non ſolum. num. 2. 3. ff. de reſtit. in integr. Cagnol. l. hæredem. num. 21. ff. de reg. iur. Aret. conſ. 123. num. 4. Montier, decis. 17. nu. 15. Macerat. 2. reſol. c. 59. caſ. 26. Ludouic. comm. conclus. 16. poſt princ. Roland. conſ. 50. nu. 8. in 2. conſ. 6. num. 15. in 3. Rimin. iun. conſ. 569. num. 156.* cuius formati iuris ratione defunctus habet dominium, vel ius reale pro quo contrahitur debitum, ita vt defunctus debitor ſit, vel creditor, aut ſaltim cedat dies; hæc enim iura formata ſunt, & tranſmittuntur, vt colligitur ex hoc tex. ibi (dominium) & ibi, (quæ in nominibus ſunt) id eſt (debita) colligitur, *ex l. 4. cum alijs. ff. quand. dies leg. ced. Theoph. §. ſi peculium. inſtit. de legat.* & quia verbum (ius,) ſimpliciter poſitum, ſtat pro potiori ſignificatu, *arg. l. cum quæritur. ff. de ſtat. hom.* & ita pro iure habito, non vero, pro informi, quod non tranſmittitur, quia in propoſito non eſt conſiderabile, cum eius ratione non dicatur quis locupletior, *l. pretia rerum. ff. ad l. falc.* nec in eo ſit executio, *l. à diuo pio. ff. de re iud.* cuiuſmodi eſt ius adeundi, *Soc. l. qui duos. num. 31. ff. de reb. dub. Cabed. decis. 109. num. 2. p. p. Decian. conſ. 10. num. 15. in 5. Montier, decis. 35. num. 64.* ius enim non dum quæſitum in bonis noſtris non dicitur, *l. ſcribit. ff. de aur. & arg. leg. l. profectitia. §. ſi pater. ff. de iur. dot. Caſtr. conſ. 178. in 1. Dec. conſ. 24. Soc. conſ. 53. in 4. Macerat. lib. 2. reſol. 49. num. 26.* ideò non tranſmittitur, *l. 1. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollen. l. venire. ff. de acquir. hered. l. cum antiquioribus. C. de iur. deliber. Bart. l. fin. ff. ad tertull. Cravet. conſ. 410. num. 9. conſ. 569. ad fin. Craſſ. §. tranſmiſſio. quæſt. 17. num. 1. Surd. decis. 138. nu. 20.* niſi ius adeundi cauſetur à facto neceſſario, vt eſt mors naturalis, & hoc in bonis dicitur, *ex Bart. l. qui duos. ff. de reb. dub. Imol. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Surd. decis. 138. num. 11.*

Intelligendum & ſecundò erit, hanc regulam non procedere in iuribus perſonalibus, quę ſcilicet ad ſolam defuncti vitam durant, in his enim de tranſmiſſione agi non poteſt, cum extinguantur morte, *gloſ. l. quia tale. ff. ſolut. matr. l. in omnibus cauſis. ff. de reg. iur. l. paulus. alias, l. per curatorem. 90. ad fin. ff. de acquir. hæred. c. priuilegium. de reg. iur. in 6. Bart. d. l. paulus. Bald. rub. C. de vſur. quæſt. 4. Ias. num. 41. & Doct. C. de ſacroſ. eccleſ. Surd. conſ. 127. num. 67.* imò ius perſonæ conceſſum reſpectu rei, non tran

ſit

ſit eum ipſa re, *l. fin. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad trebell.* Tiraq. 1. *retract. §. 8. gloſ. 5. num 7. Surd. cons. 127. num. 66.*

Ex his notandum eſt, Tranſmiſſionem eſſe legitimam iurium defuncti in heredem trã-
1 lationem, & quatuor eſſe notabiles tranſmiſſionis ac repræſentationis differentias.

Prima eſt quod tranſmiſſio fuit inducta ad hoc, vt iura defuncti tum actiua, tum paſſiua in hæredes tranſeant, *Cephal. cons. 392. num. 39. 40. cons. 393. num. 67. Menoch. cons. 89. num. 127. Caualer. decis. 189. num. 3. Noal. de tranſmiſſ. cas. 25. num. 1.* ita vt hæres, & defunctus vna, & eadem perſona ſit, *auth. de iureiur. à morien. præſtit. l. hæreditas. l. hæredem. ff. de reg. iur. l. cum hæredes. ff. de acquir. poſſeſſ. l. hæres. ff. de acquirend. hæred. Craſſ. §. tranſmiſſio. quæſt. 31. Noal, d. c. 25. nu. 2. Robles, de repræſent. lib. 1. c. 2. nu. 3. lib. 2. c. 2. nu. 23.* ſi actiua, & paſſiua iura creata iam ſint, & formata mortis tempore in perſonam defuncti, *l. 1. C. de hæred. act. l. cum à matre. C. de rei vendic. Aret. cons. 123.* aliàs cum penes illum numquam fuerint, actio, vel obligatio, ceſſat tranſmiſſio, *Cagnol. d. l. hæredem. num. 21. Caualer. decis. 354. nu. 3.* nihil enim conditionale ex vltima voluntate tranſit in hæredem, *l. 1. §. ſin autem. C. de caduc. tollen. Hieron. à Leon, decis. 84. num. 10. Craſſ. d. §. tranſmiſſio. quæſt. 31. num. 3.* Ex contractu, verò, ne dum paſſiuè, ſed etiam actiuè in hæredem tranſmittitur ſtipulatio conditionalis, *l. quæ legata. ff. de reg. iur. §. ex conditionali. inſtit. de verb. oblig.* Tum quia in contractibus conditio retrahitur, quo ad commoda, & incommoda, *ex Bart. l. ſi is qui. num. 48. ff. de Vſucap. pro empt.* Tum quia in contractibus ſtipulantis factum interuenit, qui ſibi ſuiſq; hæredibus proſpicere præſumitur, *l. ſi pactum. ff. de probat. Gomez, 1. reſol. c. 11. num. 36. Craſſ. §. tranſmiſſio. quæſt. 31. num. 3.*

Repræſentatio verò, ad hoc fuit inuenta, vt filius defuncti patris gradum repræſentãs non ipſi patri ſuccedat, ſed ex ipſius patris perſona, alijs nempè aſcendentibus, *§. cum filius. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferun.* vel patruo, *auth. de hæred. ab inteſt. venien. §. ſi igitur* quia fictionem illam, *inquit* Menoch. *lib. 4. præſum. 95. num. 2.* quam lex facit (fingendo perſonam filij, eſſe illam patris) *ex d. §. cum filius.* fundatam eſſe in præſumpta eius mente, & voluntate de cuius hæreditate, & ſucceſſione agitur præſumitur enim vocare filium in locum patris, *ex l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. l. cum auus ff. de condict. & demonſtr.* & cenſetur eiuſdem gradus eſſe, cuius eſt pater, *Bart. l. liberorum. ff. de verb. ſignif. Hieron. Leon. deciſ. 109. num. 17. Ponte, feud. lect. 12. à num 44. Anna, cons. 125. nu. 42. Menoch. cons. 442. Surd. cons. 403. Molfes. ad conſuet. Neap. p. 4. quæſt. 35. num. 7. 8. quæſt. 37. num. 6.* cum repræſentatio non corrumpat nec alteret gradum, ſed illum aſſumit filius, & conſeruat, *Bald. l. 1. num. 16. C. de ſecund. nupt. Decian. cons. 55. num. 45. in 3. Honded. cons. 70. à num. 48. in 1. Cephal. cons. 489. num. 59. Robles, de repræſen. lib. 3. c. 10. num. 9. Peregr. de fideicom. artic. 21. nu. 17. Petra, de fideicom. quæſt. 11. num. 53. ad fin. Molin. de primog. lib. 3. c. 8. nu. 17. Auend. l. Thaur. 40. gloſ. 17. num. 2. Guttier, lib. 3. pract. quæſt. 67. aliàs, 68. num. 26.*

Secunda eſt, quod omnia iura defuncti tranſmittuntur, *ex d. l. quoties.* Repræſentantur ſolum gradus, aut ius ſuccedendi, quod prædefuncto patri competeret, *ex d. §. cum filius.* non autem perſona patris, *l. gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſth.* Robles *de repræſent. lib. 1. c. 10. num. 3. 4. c. 11. num. 6. c. 12. num 60.*

Tertia eſt quod omnia iura perſonalia non tranſmittuntur, *l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. maritum. ff ſol. matr. c. priuilegium. de reg. iur. in 6. Alex. l. quia tale ff. ſolut. matrim.* Cephal. *cons. 321. num. 35. Robles, de repræſent. lib. 3. c. 14. nu. 43. Craß. §. tranſmiſſio. quæſt. 19. num. 1. Noal. de tranſmiſſ. cas. 23. à num. 2.* Repræſentantur tamen, vt dictum iam fuit, *ex d. §. cum filius.* quia vt egreglè, *Salic. notat, in l. 1. ad fin. C. de vſufr.* iurium perſonalium eſt dare dominiũ, & proprietatem, *Montier. decis. 36. num. 22.*

Quarta, & finalis differentia eſt, Repræſentationem contra ordinarias iuris regulas ex ſpeciali priuilegio inductam fuiſſe, *d. §. ſi igitur. 2. verſ. huiuſmodi. Tiraq. de primog. quæſt. 40. num. 157. & lib. 1. retract. §. 11. gloſ. 9. nu. 4. Robles, de repræſent. lib. 1. c. 6 à num. 8. Montier, decis. 36. num. 46. Schrader. cons. 3. num. 13.* imò, & iure diuino, ac ſuper eodem iure diuino fundatam illam dixit, *Tiraq. d. quæſt. 40. num. 23. Burs. cons. 67. num. 12. Robles, d. lib. 1. c. 5. num. 1. Decian. cons. 9. num. 2. in 2. cons. 55. num. 40. in 3. Schrader. cons. 3. num. 130.* & ex naturali item ratione ac ſuper naturali ratione fundatam, *Decian. cons. 10. num. 2. in 2. cons. 55. num. 41. in 3. Schrader. d. cons. 3. nu. 131.* eodem deniq; modo, hoc ius repræſentationis ſumma nititur æquitate, *Decian. cons. 9. num. 2. 3. in 2. cons. 55. à num. 38. in 3.* ideòq; fauorabile ius eſt, & extendendum, *Decian. d. cons. 9. num. 2. 3. d. cons. 55. num. 41. Schrader. d. cons. 3. num. 132.*

Tranſmiſſionem verò, iuxta ordinarias regulas ad conſeruanda commercia, iuris naturalis defectus ſupplendo, quo attento bo-

na

Digitized by Google

na defuncti vt potè, in nullius bonis exiſtentia occupari primo concederentur, *ex l. 1. ff. de acquir. rer. dom.* niſi lex tranſmiſſionem induceret in hæredem, ceſſarentq; ferè commertia, niſi hæres defunctum repreſentaret.

Proindè dicimus in feudis, quæ cum ex contractu ſint instituta, traſmiſſioni locum non eſſe, cum quiſq; ſucceſſorum ius ad vitam tantū habeat, ita vt ſequens non à prædeceſſore ſed à dominica cōceſſione feudum obtineat, *ex l. vnum ex familia. ff. de leg. 2. l. 3 ff. de interd. & releg c. 1. §. 1. & ibid. Doct. de feud. March. glos. c. 1. §. cum verò. & ibi, Doct. de his qui feud. dar. poſſ. gloſ & Iſern. in c. 1. an agnat. Iſern. & Afflict. in c. 1. Imper. Lothar.* etſi per mille manus feudum tranſierit, *Afflict. in prælud. feud. nu. 170. Cravet. cons. 197. nu. 16. Goz. ad. cons. 4. nu. 17. Gail. lib. 2. obſer. 149. nu 3. obſer. 154. nu. 4. Paris. cons. 23. nu. 130. 131 in 1. cons 65. num. 18. in 3. Soc. cons. 82. num. 30. in 1. Angel. cons. 110. Soc. Iun. cons. 72. num. 30. in 1. Cephal. cons. 4. num. 43. cons. 245. num. 55. cons. 301. nu 89. cons. 315. num. 20 cons. 329. num 69. Rim. Iun. cons. 246 num. 63. Schrader. cons. 6. nu. 27.*

86 Non obſtat Tertium † *Marta*, argumentum, *d. artic. 13. num. 28. ad num. vſq; 32.* aſſerentis non eſſe veram, *Bart. & Peregr.* doctrinam, ex his, quæ *Bart.* ſcripſit, *d. l. is poteſt, nu. 6.* in tranſuerſalibus ius ſuccedendi ſeparatum non eſſe à iure agnationis, & cognationis, ſicut ius ſuccedendi liberto patrono competens, non eſt quid diuerſum à iure patronatus, *l. fin. ff. de lib. agnoſc.* idem ergo in iure ſuccedendi liberorum, vt non ſit quid diuerſum à iure filiationis, quia ſi ius ideò habet ius ſuccedendi, quia eſt proximus agnatus patri, *l. fin. auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit.* caro filij, eadem eſt caro patris, *l. cum ſcimus. §. illud quoq; ad fin. C. de agric. & cenſit. lib. 11. §. ei vero. inſtit. de inutil. ſtipul.* ac propter carnis identitatem, inductum eſt illud commune patenrum votum de quo, in *l. ſcripto. ad fin. ff. vnd. liber.* Cumq; à iure ſanguinis pendeat hoc ſucceſſionis ius, donec durat dici non poteſt, eſſe quid ſeparatum; Aliàs ſequeretur poſſe filium tali iuri tanquam à iure filiationis ſeparato renuntiare, ſed hoc non poteſt filius, ſicut nec cæteri agnati, *l. pactum quod dotale. C. de pact. l. ſi quando. §. illud. C. de inoff. teſtam.* Nec alia eſt vtriuſq; ratio, niſi quod iuri ſanguinis, & agnationis renuntiari non poteſt, *l. ius. agnationis. ff. de pact. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.*

Reſpon. I. A iure ſuccedendi, quod iuris poſitiui eſt, ad ius ſanguinis, & cognitionis quod iuris naturalis eſt, & immutabile, non benè infertur, *Seſſe, decis 45. num. 75.* indè eſt vt licet ius ſuccedendi inter matrem, & fili-

nati

um auferatur; Filius tamen manet filius, & manet cognatus, *Paleot.de Noth.& ſpur.c.47.num.4. Barz.de filijs non legit.nat. num.7.* & licet quis non habeat ius ſuccedendi, ratione tamen ſanguinis habet ius accuſandi, *Bart.l.2.ff. de accuſat.Gomez, Variar.tit.de delict.c.3.n.66.Seſſe,decis.45.num.76.* Proindè ſi mutabile in totum non eſt ius naturale, in particulari tamen caſu mutari poterit, *Rebuff.ad tex.l.quod iuſſit.not.1.num.38.ff.de re iudic. Molfes.cons.10.num.11.Montier,decis.17.num.40.* Diuerſum ergo eſt ius ſuccedendi à iure filiationis.

87 Non obſtat Quartum † quod ſubdit *Marta,argum.d.artic.13.à num.33.* Verum non eſſe quod eo mortuo, Nepos in illud filiationis ius ſuccedat ſiuè ius ſuccedendi; Tunc enim ſequeretur Nepotem ex perſona patris venire ad Aui ſucceſſionem; ſed hoc eſt falsū, quia venit ex perſona propria, licet ſubintret gradum patris ex iuris diſpoſitione, *Bart.l.qui ſuperſtitis ff.de acquir.hered.in l.1.§.nepos.ff.de collat.bonor.Soc.cons.252.in 2.* imò ſi veniret ex perſona patris tranſmiſſiuè, non ſufficeret inſtituere filium in teſtamento, nec requireretur nepotis inſtitutio, quod eſt contra, *tex.l.gallus ff.de liber.& poſtb.* ſuccedit ergo vt nepos non vt filius, ac proindè ius ſuccedendi non eſt quid ſeparatum à iure filiationis, & liberum. Hęc *Marta,d.nu.33.*

Reſpond. I. In primogenijs non cenſeri mortuum, qui filium reliquit quia portio corporis paterni in filium transfuſa dicitur, *l.cum ſcimus.C.de agricol.lib.11.* exornat *Peregr.cons.17.num.8.in 6.ex Caſtr.cons.164.num.3.in 2.Abb.cons.85.num.6.in 1.Schurph.cons.1.nu.14.centur.* Rim.*Iun.cons.741.num.16.Gudalin.de iur.feud.p.3.c.2.num.12.* aſſerens, Parentes in eorum liberis viuere, *Barbat.cons.10.num.5.6.in 2.* quia à patre in filium, & à filio in nepotem eſt ſanguinis continuatio, *Bald.l.1.C.de condict.infert.* Proindè, & in ius filiationis nepotem ſuccedere dicimus, & in ius ſuccedendi, non vi tranſmiſſionis vt opinatur, & malè, *Crauet.cons.677.num.9.cons.798.num.17.Bero.cons.71.num.9.31.vol.1. Peregr.cons.1.nu.25.in 4.* ſed potius dicitur ius particulare, & ſeparatum à iure prçceſſoris ipſi ex propria perſona competens deficientibus anteceſſoribus ſucceſſorij edicti inſtar, *Caſtr.d.conſ.164 Prapos.c.1.num.10.de feud. Marcb.Molin.de primog.lib.1.c.1. num.17.lib.3.c 6. num.29. Georg.alleg.23.num.53.Menoch.cons.1082.nu.9.* quod ius poſterioribus quæſitum per occupationem primogeniti, qui plures habeat fratres, vel qui plures procreet, filios peremptum non remanet, ſed tantum offuſcatum, nec ipſi gradatim, & ſucceſſiuo ordine vocati, remanent perpetuo excluſi, ſed ſuſpenſi tantum, donec linea primogeniti durat, qua deficiente fit locus ſequenti ex propria perſona, abſq; præceſſoris adminiculo, & in eo incipit operari ius proprium ipſi acquiſitum à communi ſtipite, *Caſtr.d.cons.164.Afflic.c.1.nu.11.alias,7. de fil.nat.ex matrim.contract.ad* Margan. *Molin.d.c.6.num.37.Decian.cons.16.num.8.in 4. Menoch.cons.808.num.31.cons.981.num.11.*

Reſpon. II. licet mortuo filio primogenito in vita patris, pereat filiatio, & prima eius genitura, quæ nec tranſmittantur in filiū ſuum, tranſmitteretur tamen potentia ſuccedendi, & ideò ſicut pater primogenitus ſecundogenitum excludebat; ſic nepos, *Intrigl.feud.centur.2.artic.36.nu.193. Viui.opin.539.Spin.de teſtam.glos.19.nu.64.Menoch.cons.442.cons.886.num.7.16.cons.981.num.10.* Reyger. *Theſaur.iur.lit.Pr.verb.primogenitus.15.Teſſaur.forens.quæſt.34.num.29.lib.1.Gamm.decis 354.num.6.* Cancer. *3.reſol.c.21.de tranſmiſſ.à num.290.Caſtill.iur.controuers.19.num.200.p.3.* ex illa ſuccedendi potentia iam tranſmiſſa excludit patruum, *Tiraq. de primog.quæſt.40.n.49.Cancer.3. reſol.c.21.num.298.Peregr.cons.1.in 2.cons.17.num.13.in 6.* Iuris namq; tranſmiſſio operatur, vt is in quem tranſmittitur priuilegiato tranſmittentis iure vtatur, *l.ſi quis filium.& ibi, Bart.ff.de acquir. hered.Alex.cons.132.num.3.in 6. Caſtr.cons.57.in 1. Ruin.cons.39.num.7.8.in 3. Soc.cons.67.in 4. Tiraq.de primog.quæſt.14.num.8.Burs.cons.61.nu.19.Peregr.d.cons.1.num.30.d.cons.17.num.16.*

Habes itaq; *Bart.& Peregr.* defenſam opinionem; & quantum ab ipſa veritate aberrauerit *Marta*, ſiuè quam manifeſtè nō ſemel lapſus fuerit, *De ſucceſ.legal.* Qua fronte igitur, contrarium ipſe doceat? qua fronte ab apertiſſima *Bart.& Peregr.* definitione deſciſcat? Quid hoc rei eſt? legum nè definitionibus obtemperandum nobis eſt; An contra illis neglectis pro noſtra libidine, nouas licet in ius introducere opiniones?

88 Ex his infertur. I. inſtrumenta † inter plures ſucceſſores communia, ſi Gentilitia ſint apud nepotem ex prædefuncto primogenito ſeruanda eſſe, qui & patruo in eis cuſtodiendis, præferri debet, *Grinell.decis.146.à num.7.* ſic ſcripturæ, quæ redita ratione, ad vnum ex ſocijs tantum pertinent, eidem ſocio dari debet, *Felic.de ſociet.c.38.num.58.c.40.nu.53.Menoch.de arbitr.cas.209.nu.29.Rim.Iun.cons.338.num.45.* inſtrumenta, verò hæreditaria,

& ſi hęredibus communia ſint, penes patruum ætate grandiorem cuſtodiri, ſeruarique debent, qui cum ſenior ſit iuniori præfertur, *l. fin. & ibi, gloſ. ſeniorem ff. de fid. inſtrum. not. in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. 2. l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. famil. herciſc. Bart. l. 3. num. 6. 7. ff. ſi cert. pet. Mendez à Caſtro, l. 1. not. 2. in princ. C. de annon. ciuil. lib.* . *Guid. Pap. decis. 289. nu. 3. Duen. reg. 208. Perez, in proem. tit. 3. gloſ. 5. lib. 2. ordin. Lara, de anniuers. lib. 1. c. 7. in princ. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 4. quæſt. 2. nu. 28. Tuſc. lit. I. concluſ. 260. num. 6. Gratian. diſcept. 30. nu. 13. 14. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. à num. 65. Griuel. decis. 146. Narbon. l. 22. gloſ. 3. num. 1. tit. 4 lib. 3.* licet ſocietatis libri diſſoluta ſocietate, apud eum remanere debeant, quem iudex arbitratur, *Felic. d. c. 40. nu. 53.*

89 Infert. II. Tertium feudi † poſſeſſorem à nepote ex prædefuncto filio primogenito in iudicio vexatum; qui feudum ad ſe ſpectare vti primogenitum petat, & à ſecundogenito feudum ad ſe ſpectare prætendente, ob ſucceſſionis inhabilitatem; opponere, & reluctare non poſſe, quod non vult ſubire iudicium, niſi cum vno, *ex. Afflic. in c. 1. num. 9 de gradib. ſucceſſ. feud.* & ſi diceret primogenitum excluſum, quia ſententia requiritur, qua excluſus ſit nepos, vt agere poſſit ſecundogenitus.

Cum ſit veriùs, & à Sacro Conſilio deciſũ; vtrumq; poſſe agere. *Afflict. c. 1. num. 41.* Quę ſint regal. *Tiraq. de iur. primog. quæſt. 98. Thor. compend. decis. lit. P, verſ. poſſeſſor tertius, p. p.*

Frequenter tamen, circa hæc accidere ſolet, non inutilis, nec leuis dubitatio; Quam decet veluti coronidem, libenter excutere.
90 Patruus † an Nepoti ex prædefuncto filio primogenito præferri quandoq; poſſit? Etſi de ſuccedendo Aſcendenti repræſentationis iure agatur; Cumq; *Doct.* confuſim hoc diffiniant, oportet diſtinctiùs examinare; Vt quod in praxi magis ſit conducibile euidentius conſtet, expoſitis (de more) quibuſdã caſibus, ad quæſtionibus examen.

Primus eſt, ſi nepos viuo patre, ac relicto filio deceſſit, An ius ſucceſſionis, ac primogenituræ tranſmittet ad filium? Tunc licet multa hiſcè commentarijs compendio quodam expoluerim, Affirmantium tamen verior eſt opinio, quam fuſius probat, *Auend. ad Thaur. l. 40. gloſ. 7. Tap. in Scholijs ad Riber. reſpon. de ſucceſ. portugal. ad artic. 5. p. 3. lit. A. nu. 53. Menoch. cons. 981. num. 10.* is enim erat filius illius, qui certum ſuccedẽdi ius habebat, quiq; primogenitus iure appellabatur, cum nemo alius eum præcederet, & ex propria perſona ſuccedet, *ex magis comm. Menoch. conſ. 211. num. 32. cons. 981. num. 38.*

Secundus caſus eſt, in filio aliàs inhabili, & impedito, perpetuo tamen impedimento, propter quod pater nullo tempore primogenituræ ius nec in potentia, nec in ſpe habere potuit. Tunc hoc primogenituræ ius non tranſmittit ad filium, *ex Caſtill. iur. controuerſ. 15. num. 78. p. 3. Molin. lib. 3. de primog. c. 7. nu. 4.* illud exemplificans in filio ſpurio, vel naturali, etiam legitimato, qui tamen à feudi, vel maioratus ſucceſſione repellitur, *c. 1. §. naturalis. ſi de feud. defunc. milit. content. fuer.* cũ enim à radice infecta deſcendat ad primogenituræ ius, repræſentationis iure non eſt admittendus, *Gamm. decis. 102. Tap. ad Riber. reſpon. de ſucceſ. portug. in ſcholijs ad artic. 5. p. 3. lit. A num. 54.*

Tertius huic ſimilis caſus eſt, ſi impedimẽtum non eſt à natura, ſed ex accidenti, & perpetuum, vt quãdo viuente patre primogenitus commiſit feloniam in Dominum, propter quam iure primogenituræ, ac omni alio, tam ipſe, quam eius deſcendentes ſunt priuati: Tunc ſi pater eius habeat ſecundogenitum, hic admittitur ad ſucceſſionem, excluſo fiſco, qui iure ſucceſſionis in locum eius admitti petebat, *ex l. 1. C. de bon. libert.* Hanc quæſtionem excutit *Iſern. in c. 1. nu. 12. Quæ ſit prim. cauſ. benefic. amitt.* Nam (vt inquit ipſe, *num. 13.*) ſi primus non eſſet, Secundogenitus haberet ſicut ſi eſſet mortuus patre viuo, ſecundus haberet, *Bellamer. cons. 33. Rebuff. de pacific. poſſeſ. num. 129. Tiraq. de primog. quæſt. 9. num. 11. Ponte, de poteſt. proreg. tit. 8. §. 9. num. 19. Marta, de ſucceſ. legal. p. 4. quæſt. 21. artic. 2. num. 26.* quia inuenit ſe primum tempore mortis patris, *Iſern.* ſequuntur *Tap. nuper citatus, nu. 55.* & licet ius ſuccedendi tranſmittatur in filium, *ex Bart. l. is poteſt. num. 8 ff. de acquir. hered.* Hoc tamen locum habet *ex*
91 *eod. Bart.* ſi filius ſe incapacem, † & inhabilẽ non reddidit, eo enim caſu peremptum fuit ius ſuccedendi, tranſmiſſibile ex inhabilitate ſubſecuta, & penitus euanuit, nam & ſi ſit ius diſtinctum à filiatione, eſt tamen conditionatum, & extinguibile ex futuro euentu, ratione delicti, ex quo redditur filius incapax, qui delinquendo eo ipſo illud reſoluit, quando ex delicto fit incapax, & inhabilis ad acquirendum, & ſi denegatur actus ex natura actus, denegatur potentia ad actum, ex eadem ratione iuris reſiſtentis, tum ad actũ, tum ad potentiam, *Ponte, de poteſt. proreg. tit. 8. §. 9. num. 9.* cuius ſpei liberorum in hęreditate patris illo viuente, nulla eſt facienda

conſi-

conſideratio, nec æſtimatio, *Bart. l. poſt emancipationem. §. 1. ff. de liber. legat.* cum ad feudi ſucceſſionem capaces vocati cenſeãtur, *Rim. Iun. cons. 468. num. 31. Menoch. cons. 974. num. 17. Caual. decis. 24. nu. 11. p. 4.* inhabiles, & incapaces vlterioribus capacibus non præferuntur, *Rim. Iun. cons. 353. num. 45. Ponte, feudal. lect. 22. num. 3.* & repræſentatio de iure ad ſuccedendum, ſi perſona repræſentata potuiſſet ſuccedere, *Bald. l. veniamus. C. de in ius vocand. Seſſe, decis. 229. num. 12. Molin. de primog. lib. 3. c. 7.* ſuntq; paria non ſunt extare, & eſſe à lege incapacem, *l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebell l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nomin. Rouit. cons. 12. num 17. in 2.* Quod verum ſi ex perſona patris nepos velit ſuccedere, ſecus ſi ex propria, *Rouit. cons. 11. à num. 18. in 2. ex Siluan. de feud. recognit. c. 29. num. 22. & ab alijs citatis*.

Quartus caſus eſt, ſi pater eſt inhabilis, non tamen inhabilitate perpetua, Tunc filius eius ad ſucceſſionem admittitur, nec fit tranſitus ad aliam lineam, *ad tex. c. 1. de ſucceſ. feudor. vbi, Glos. & Andr. & in c. 1. de gradib. Tap. d. Scholijs, ad artic 5 p. 3. lit. A num. 56. Ponte, de poteſt. proreg. tit. 8. num. 43. Seſſe, decis. 229. num. 12.* & vbi ex accidenti incapax eſt, dari ei debet Curator, *Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quaeſt. 11. artic. 4. nu. 13.* Qua de re adeundus eſt, *Tap. S. C. decis 6.* Nec patruus conqueri poteſt, quod à portione ſibi debita excludatur, quia nulla eſt ei debita, deſcendente ſuperſtite, *c. 1. de natur. ſucceſ. feud.* Nec tex. *auth. de ſu cto. c. ad tertull.* procedit in feudis, *Ponte, d. num. 43.*

Ceterum ſi indignus ſit, à priuato indi-
92 gnitatis † exceptio opponi non poteſt, nec à iudice, ſed à fiſco tantum, *glo. ſ. l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. herciſc.* quam laudat, *Ias. l. ſi ſororem. not. 3. C. de ijs, quib. vt indign. Cabed. deciſ. 81. num. 26. p. 2. Clar. § homicidium. verſ. priuatur etiam Peregr. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 2. num. 7. 8. Rouit. cons. 12. num. 14. in 2. Montier. decis. 42. nu. 89.* proinde indignus non eſt incapax, ſed ſuccedet, & indè fiſcus ab eo auſert, *l. 1. C. de his quib. vt indign.* ſi feudum ad extraneos poſſet tranſire, *Rouit. cons. 11. num. 20. in 2.* Vel ſi de bonis burgenſaticis agatur, in quibus vt hæres ſucceſſurus ipſe erat, ſed ob ſui indignitatem repellitur, *Rouit. cons. 12 à num. 1. in 2.* At in feudo pacti, & prouidentiæ illo vt indigno excluſo Nepos iure proprio ſuccedet, & præfertur patruo, *Bald. l. 1. quaeſt. 40. ff de rer. diuiſ. Alex. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. num. 26 ff. de damn. infect. Rouit. d. cons. 11. num. 20. & d. cons. 12. à num. 4. Iacob. de feud. glos. dictiq; vaſſalli. 1. num. 63. Curt. Iun. de feud. p. p. num. 14. 15. Cumi. c. ſi aliquem. glos. mortis. num. 156. Peregr. d. lib 2. tit. 3. num. 3. Farin. cons. 132. & quaeſt. 120. num. 37. 51. Petr Anton. Anguiſ. cons. 7. num. 4. lib. 6. Ponte, de poteſ. proreg. tit. de refutat. §. 9. num. 15. & feudal. lect. 13. num. 46. lect. 32. à num. 3. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. p. 4. quaeſt. 58. num. 6.* ſuntq; ad materiem videndi, *Cabed, decis 81. p 2. Caball. crim. cas. 10. Menoch. de arbitr. caſ. 356. Paſqual, de virib. patr. poteſ. p. 4. c. 5. nu. 40. Roſentall. de feud. c. 5. conclus. 57. à num. 1. Craſſ. de ſucceſſ. p. 2. §. extent. Vlt. Volunt. quaeſt. 14.*

Reliqua ad vberiorem repræſentatæ lineæ declarationem lõgius alibi differemus, diligentiſſimè interim hæc ab aduocatis, & iudicibus obſeruentur, qui hac in re ſententiam ſunt dicturi.

SVMMARIVM.

1 *Nemo ſine actione in iudicio poteſt agere.*
2 *Exceptio admittenda ſemper eſt, quæ concludit actionem, vel exceptionem non competere.*
3 *Iudex facit litem ſuam, & tenetur parti ad intereſſe, ſi exceptionem non admittat, qua careat quis actione, vel exceptione.*
4 *Peremptoria eſt exceptio,* Tua non intereſt. *vel* ſinè actione agis. *Quæ in quauis iudicij parte; opponi poteſt.*
5 *Proceſſus ab eo inſtitutus, qui ab audientia repellitur, nulla etiam oppoſita exceptione, nullus eſt, ipſo iure.*
6 *Iudex ex officio ſupplet, ne decreta ſua reddantur eluſoria.*
7 *Publica verſatur vtilitas in litibus diffiniendis.*
8 *Viuentis nulla eſt hæreditas, nec eius hæres quis eſt.*
9 *Nepos ex prædefuncto filio Primogenito, aduerſus Secundogenitum, cui feudum renuntiauit Auus, vendicare illud poteſt. Contrar. nu. 15. Ampl. num. 46. Declar. num. 47.*
10 Renuntiatione, *vt & Morte, ſucceſſionis vocatio contingit.*
11 Renuntiatio *regulatur in omnibus, vt ſucceſſio poſt mortem.*
12 Succedere, *verbum, generice ſumptum, tum particularem, tum vniuerſalem ſucceſſionem comprehendit, tam ex Vltima voluntate, quam ex contractu.*
13 *Mortis mentio caſus ſimiles nõ excludit, ex quibus idem ſequatur effectus, & feudi conſeruatio. Sed quando, num. 20. 22. 23. 24.*
14 *Finis eſt ſemper inſpiciendus, ad quem Lex ipſa dirigitur.*
16 *Poſſeſſio feudi ſinè actuali hæredis apprehenſione in eum non transfertur.*

Tex.

17 Tex. huius Cap. 118. *in caſu mortis, ad renunciationem non extenditur.*

18 *Filius, aut Nepos, viuente patre, aut auo Vaſallus dici non poteſt: ſed extraneus dicitur etiam Nepos, exiſtente filio.*

19 *Auus feudi poſſeſſor, poteſt, feudum ipſum fruendum, cui voluerit dare, ad ſui vitam,*

21 *Primogenitus ſi in fauorem fratris primogenio renuntiauit, eo acceptante, voluntatem ſuam mutare non poteſt; aut ſe panitere.*

25 Tex. l. patrem. cum l. ſequen. ff. de his quæ in fraud. credit. *declaratur.*

26 *Mortis mentio à iuris peritis, de naturali morte accipitur.*

27 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, in caſibus à iure expreſſis: vel ſi idem neceſſario ſequatur effectus.*

28 *Renuntiatio feudi ab auo in Secundogenitum facta, Nepoti eiuſdem feudi legitimo ſucceſſori, potius ius habenti non præiudicat.*

29 *Renuntiati feudi poſſeſſio penes Secundogenitum, cui renuntiatum fuit, manet ad renuntiantis aui vitam.*

30 *Feudum habitu, & potêtia à Natiuitate filio quæritur; Actu tamen, à Patris ſui morte.*

31 *Actus qui perfectus non eſt, retractatur ex ſuperuenienti cauſa.*

32 *Filio feudi ſucceſſionem repudiante, Nepos non ſuccedit Auo. Contrar. num. 33.*

34 *Feudum non capit filius cauſa mortis patris; ſed præcedentis conceſſionis ratione; adeò vt remota Vna perſona ſubingrediatur altera ex iure proprio, ab altero non dependente; cum tot ſint donationes, quot perſonæ.*

35 *Lineæ tot ſunt principales, quot ſunt perſonæ principales ſubſtitutæ.*

36 *Gradus primus ſi poteſt ſuccedere, ſequens non admittitur: Nec ſequens linea, ſi aliquis ſupereſt ex prima.*

37 *Nepos ex filio reſpectu ſubſtantiæ corporalis, dicitur idem homo, cum patre ſuo, & ſic cum auo, licet reſpectu animæ ſit nouus homo.*

38 Tex. l. in omnibus. §. non debeo. ff. de regul. iur. *declaratur.*

39 *Primogenium, beneficium legis eſt, non patris: Nec legis communis, ſed conſuetudinariæ, & ex iure ſpeciali.*

40 *Parentis macula in iis, quæ media eius perſona non acquiruntur filio obeſſe non ſolet.*

41 *Furioſus à natura non ſuccedit in feudo, ſed eius filius.*

42 *Surdus, Mutus, aut aliàs imperfectus à feudi ſucceſſione excluditur; eius verò filius rectè admittitur.*

43 *Filius bannitus ex teſtamento Aui capere non poteſt, ſed nepos,*

44 *Culpa filij, qua fuit exhæredatus, non nocet Nepoti.*

45 *Spurius etſi à patre inſtitui, non poſſit; Nepos tamen rectè poteſt.*

48 *Poſſeſſio refutati feudi curſum habet limitatum ad refutantis vitam, quo mortuo in eiuſdem feudi ſucceſſorem ipſo iure (ex hoc cap. 118.) retransfertur, & num. 76.*

49 *Verba Tex. cap.* 118. Non obſtante, *cum negatiua ſint, & prohibitiua, clauſulam continent decreti irritantis.*

50 *Conſtitutum poſt conſtituentis mortem collatum, nihil operatur.*

51 *Feudi ab Auo refutati poſſeſſio in ſecundogenitum translata; eo mortuo, vt ad nepotem ex prædefuncto filio primogenito redeat, actus retroſimilis requiritur. Contrar. num. 54. Ampl. num. 60. 61.*

52 Legatum iuris, *morte legantis periturum validum non eſt; Niſi pro eius æſtimatione, nu. 56.*

53 *Poſſeſſio precaria ad certum tempus, durat finito tempore; ſed quando num. 59.*

55 Bald. tit. de pac. Conſtant. §. pactiones. *declaratur.*

57 Glos. c. licet epiſcopus. verb. te non vocato. de præbend. in 6. *reijcitur.*

58 *Poſſeſſio ſi ex ſtatuto continuatur in hæredem, non procedit in naturali vſufructuarij poſſeſſione.*

62 Tex. l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod. *declaratur.*

63 *Primogenitus aſſumpto alterius cognomine, & ceſſo iure primogenituræ facit locum Secundogenito. Ampl. num. 64. Declar. nu. 65.*

66 *Nepos ex prædefuncto filio primogenito, An poſſit Viuente auo petere, vt declaretur verus feudi ſucceſſor, contra Secundogenitum in quem Auus illud refutauit, vt poſt ipſius poſſeſſoris mortem ad eum ſpectet. Declar. nu. 67. 68.*

69 *Nepos auo mortuo feudum contra poſſeſſorem nō reuocat, An ſequens in gradu ad illud poſſit agere.*

70 *Præſcriptio immemorabilis dat titulum, nedum ad acquirendum, ſed ad acquiſitam poſſeſſionem conſeruandam. Declar. num. 77. 78. 79.*

71 *Bona fides authoris in deſcendentes continuat.*

72 *Titulus Verus ad præſcribendum non requiritur, ſed putatiuus ſatis eſt.*

73 *Titulus non requiritur vt de iure præſcribentis cognoſcatur, ſed ad finem eliciendi bonam fidem.*

74 *Succeſſor iure proprio ad feudum venit legis prouidentia.*

75 *Refutationis titulus extinguitur refutante mortuo ſi de Nepotis agitur præiudicio.*

80 *Præſcriptio ſi initium habuit à titulo nullo, non adiuuat præſcribentem.*

81 *Tituli inualidi exhibitio, melioris tituli exhibitionem*

nem excludit ſi à poſſeſſore exhibeatur, nu. 82.
Secus ſi ab Actore, nu. 83. vel à Tertio, nu. 84.
85 *Mortis mentio ſi fiat in actu, inter viuos. An cauſa*
mortis actus dicatur.

Poi di la morte di loro Aui. Poſt eorum Auorum mortem. Glos. XI.

OMnibus in poſſeſſorijs contentionibus, iudicis ſententia, diffiniendis, adeò ius Actoris vrget, & iudicantis animum inſtruit, vt monitos vos velim, ex *l. ſi pupilli.*
1 *§. videamus. ff. de negot. geſt.* Neminem † ſinè actione experiri poſſe, *l. quoties. §. item ſi temporali. ff. de admin. tut. c. cum poſt Vbi nat. Barbos. de elect. Cranet. cons. 191. num. 1. Carn. cons. 126. nu. 10. in 4. Gomez, 2. reſol. c. 11. num. 24. Pancirol. cons. 7. num. 15. Gail. lib. 2. obſer. 17. num. 3. Paz. in prax. p. 2. in init. num. 2. Seſſe, decis. 189. num. 2. Monald. cons. 38. num. 5. in 1. Menoch. de arbitr. quaeſt. 16. num. 1. Monteallegr. prax. ciuil. lib. 1. c. 2. num. 1. Pacian. cons. 8. nu. 83. Anton. Monach. Floren. decis. 70. num. 20. Aldouin. cons. 19. num. 23. cons. 29. num. 15. cons. 33. num. 7. cons. 75. num. 4. cons. 76. num. 12. Tuſc. lit. A. conclus. 6. Peregr. cons. 53. num. 30. in 1. cons. 74. num. 13. in 6. Canalc. decis. 23. num. 23. p. 2. Maceras. 3. reſol. 41. num. 2.* Parte etiam non opponente, *l. licet. C. de procurat. Rom. cons. 224. num. 5. Boer. decis. 228. Maſuel. ad Capic. decis. 6. num. 2. Alex. cons. 166. num. 4. in 6. Muſcatell. prax. ciuil. p. 3. glos. actionis. num. 12. Monald. d. cons. 38. num. 6. 10. Menoch. d. quaeſt. 16. num. 1.* vbi enim nulla eſt actio; nulla poteſt eſſe ſententia, *ex com. Marant. in prax. tit. de ſenten. num. 66. Monald. d. cons. 38. num. 11.* ideò agentem ſinè actione, à limine iudicij ex officio repellit iudex, *Cagnol. l. lecta. num. 165. ff. ſi cert. petat. Menoch. d. quaeſt. 16. num. 3. Rom. cons. 42. cons. 224. num. 5. Gail. d. obſer. 17. num. 2. Intrigl. decis. 2. num. 1. decis. 29. num. 1. Menoch. d. quaeſt. 16. num. 3. Aldouin. cons. 15. num. 26. Cartar. decis. 63. num. 10. 11. Milanen. decis. 2. num. 154. decis. 15. num. 29. 30. 31. in 2. Viui. decis. 39. num. 4. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 20. num. 204. Rendin. de Maieſt. princip. verb. ſed etiam per legitimos tramites, num. 136. Tiraq. de reuocand. donat. glos. reuertatur. num. 345. Monteallegr. d. c. 2. num. 90. Cornaz. decis. 105. num. 7. decis. 107. num. 13. decis. 181.* Parte etiam nec contradicente, *Muſcatell. d. glos. actionis. num. 8. 9. 12. 14. Vrſill. decis. 16. num. 5. 6. Cranet. cons. 191. num. 1. Monteallegr. d. c. 2. num. 2.* imò & ea tacente, *Glos. verb. paena. Bart. num. 5. Caſtren. num. 7. Alex. num. 7. Curt. ſen. num. 30. ex comm. Padill. & reliquis, in l. vbi pactum. C. de tranſact. Glos. & Bart. num. 20. Iaſ. num. 45. Oroſc. num. 55. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Bart. l. poſt legatum. num. 8. ff. de his, quib. vt indign. Imol. & Rip. num. 42. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. Cagnol. d. num. 165. Monteallegr. d. c. 2. Segur. l. ſi ex legati cauſa. num. 83. ff. de verb. oblig. vbi Did. Perez, in Scholijs, Rendin. de Maieſt. princip. verb. ſed etiam per legitimos tramites, num. 130. Cephal. cons. 112. num. 5.* & licet ex receptiori ſententia dixerit, *Barall. cons. 71. num. 6.* iudicem ex officio, ſinè iure, & actione agentem repellere non poſſe, parte non opponente; hoc tamen intelligendum cenſuit, *Mant. ſing. 621.* in exceptione incompetentiae actionis; Secùs in exceptione Carentiae actionis, *Muſcatell. d. glos. actionis. per tot. dixi decis. 16. num. 15.* Admittenda itaq;
2 ſemper † eſt exceptio, quae concludit actorem ſinè actione agere, vel reo exceptionem non competere, *l. ſi pupilli. §. fin. ff. de neg. geſt. Glos. & Doct. in l. vbi pactum. C. de tranſact. Cagnol. d. l. lecta. num. 165. Barbos. l. titia. num. 8. l. viro, atq; vxore. nu. 24. ad fin. ff. ſolut. matr. Tuſc. lit. A. conclus. 6. num. 29. Peregr. cons. 81. nu. 10. in 6. Milanen. decis. 2. num. 154. decis. 15. nu. 19. 30. 31. in 2. Schrader. d. num. 204.* Adeò vt ſi
3 exceptionem † hanc non admittet iudex, tenebitur parti ad expenſas, & intereſſe, *Curt. l. vbi pactum. num. 33. C. de tranſact. Iaſ. l. quod iuſſit. num. 40. ff. de re iudic. Barbos. d. l. titia. num. 8. & d. l. viro, atq; vxore. num. 25. Monteallegr. d. c. 2. nu. 5.* & cum exceptio *Tua non in-*
4 *tereſt, Vel, ſine actione agis,* peremptoria ſit: † ex *Bald. & Angel. in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoff. teſtam. Alex. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. num. 5. ff. ad trebell. c. ſuper his. num. 59. ff. de accuſat. Barbos. d. num. 8. Doct. l. ſin autem. §. ſi bomo. ff. de reiuend. Roman. cons. 347. num. 4. cons. 499. ad fin. Surd. decis. 52. num. 2. Ludouis. decis. 396. num. 3.* & agentem a limine iudicij repellit, *l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruit. vendic. Cancer, 1. reſolut. c. 18. nu. 16. Dec. cons. 301. Muſcatell. in Scholijs, ad d. glos. actionis. lit. A. Cranet. cons. 182. num. 8. Surd. decis. 149. num. 24. decis. 120. num. 11. Franc. decis. 83. num. 7. decis. 492. num. 3. Gratian. diſcept. 653. num. 32. Tuſc. lit. E. conclus. 377.* dixi decis. *16. num. 16.* & excipientem, *Ludouis. decis. 396. num. 3. Cephal. cons. 133. num. 39.* ideò in quacumq; iudicij parte opponi poterit, *l. peremptorias.* & ibi,

Caſtr.

*Caſtr. C. ſenten. reſcind. non poſſ. Felin. c. ex parte.
7. num. 5. de teſtib. Butr. Cardin. & Imol. c. ſuper
his. de accuſat. Barboſ. d. nu. 8. Peregr. de fideicom.
artic. 2. num. 63. Fuſar. de fideicom. quaeſt. 608.
num. 5. Gratian. diſcept. 653. num. 33.* Fuerunt
namq; dirimendarum litium cauſa peremptoriæ
exceptiones introductæ, *l. 1. ff. de vſu iu-
dic. l. fratres. C. de tranſact. Bart. l. fin. nu. 8. ff. pro
ſuo. Montier, decis. 24. nu. 12.* & de ijs debet iu-
dex pronuntiare, *l. de qua re. ff. de re iudic. Barz.
decis. 154. num. 10.* imò proceſſus ab eo inſti-
5 tutus † qui ab audientia repellitur, nulla
etiam oppoſita exceptione, nullus ipſo iure
eſt, *Bald. l. iubemus. 2. § ſane. num. 2. C. de ſacroſ.
eccles. & in l. ſcire oportet. §. conſequens. ad fin. ff.
de excus. tutor. in l. in contractibus. §. ſuper. certis.
C. de non numer. pecun. & alij, ab Alex. in l. 1. §.
ſublata. num. 1. ff. ad trebell. Vant. de nullit. tit. ex
defect. mandat. n. 53. Montier, decis. 21. n. 3.* & vbi
6 periculum eſt † quod proceſſus, aut iudicium
decreta, eluſoria reddantur, ex officio ſup-
pleri ipſi poſſunt, *l. fin. §. fin. C. de bon. quæ liber.
Ioan. Monach. in c. locupletari. num. 13. de reg. iur.
in 6. Bolognet. in l. 1. num. 13. ff. de iuriſd. omn. iud.
Aſuos. ad tit. ff. de pact. quaeſt. 2. artic. 1. ſub num.
12. Cancer, 1. reſol. c. 18. num. 25. Montier, decis.
21. num. 4.* nec tunc ad priuatam vtilitatem
officium ſuum interponere iudex dicitur; ſed
ad merè publicam, quia iudiciarij proceſſus
ordo, ad ſolum iudicem ſpectat, & iudicij
authoritatem, quæ omnia iuris publici ſunt,
*l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur. Aſuos. d. tit. de pact. quaeſt.
2. artic. 1. num. 12.* ipſaq; publica † verſatur
7 vtilitas in litium diffinitione, *ex Bald. l. 1. C.
Vt quæ deſunt aduoc. iud ſuppl. Montier, decis. 21.
num. 5.*

Hæc à iuris interpretibus, quos hactenùs
retulimus, ſummatim excerpimus, vt agno-
ſcamus Nepotem ad feudum auitum age-
re non poſſe viuo auo, ſed poſt eius mortem,
quia † viuentis nec hæreditas, nec hæres quis
8 eſſe poteſt, *l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred. l.
1. ff. de hæred. vel action. vendit. l. 2. ff. de vulg.
& pupill. l. 1. ff. pro hæred. las. l. ſi ego. ad fin. ff. de
acquir. hæred. Crauet. cons. 22. num. 9. cons. 131.
num. 1. Schrader. de feud. p. 8. c. 7. nu. 26. Menoch.
cons. 97. num. 132. Craſs. de ſucceſſ. §. hæreditas.
quaeſt. 4. num. 1. Robles, de repræſent. lib. 3. c. 17.
num. 30. Mangil. de imput. quaeſt. 91. num. 11.
quaeſt. 182. num. 5. Decian. cons. 54. num. 22. in 1.
Rim. Iun. cons. 540. num. 69.* nihilq; aliud eſt
hæreditas, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius,
quod defunctus habet, tempore mortis, *l.
nihil aliud. ff. de verb. ſignif. Craſſ. d. §. hæreditas.
quaeſt. 1. num. 1.* & ipſa primogenitura, bene-
ficium legis eſt, non patris, *l. ſi arrogator. §.
ſed an impuberi. ff. de adopt. Mangil. de imputa.
quaeſt. 80. num. 16.*

Cæterum, vt in hoc Scriptores conueniũt
Omnes; ita in eo diſſentiunt maximè, ſi ad-
9 uerſus ſecundogenitum feudi † poſſeſſorem,
Nepos prædefuncti filij ſenioris legitimus
feudi ſucceſſor, in iudicio experiatur, quò
feudum obtineat, cuius poſſeſſionem Auus
renuntiauit, eamq; in ſecundogenitum
tranſtulit?

Alijs placuit, rectè agere eum poſſe viuo
adhuc auo, cum illud omninò conſideran-
dum ſit, quod ſi ad ea, quæ frequentiùs acci-
dunt iura adaptemus Mortis mentio renun-
10 tiationi etiam conuenit, Tum quia † per re-
nuntiationem non minus vocatio ſucceſſio-
nis contingit, quam per mortem, *gloſ. c. ex
parte. verb. Vocationis de elect. in 6. gloſ. c. quia
ſæpè. verb. vocat. de præbend. in 6. & in c. 2. verb.
renuntiat. de renunt.* quas laudãt omnes *in clem.
1. de renunt. in c. ſuſceptum. de reſcript. in 6. Gutti-
er. lib. 5. pract. quaeſt. 71. nu. 3. Auendan. l. Tauri
45. gloſ. 2. num. 4.* Tum quia, paria ſunt exclu-
di morte, & renuntiatione, *l. 1. ff. de ſucceſſ.
edict. Corſet. de potes. reg. quaeſt. 107. num. 74. ad
fin. Turret. cons. 2. num. 22. cons. 16. num. 15. in
1. Marta, cons. 106. num. 17.* & pro mortuo
habetur, qui renuntiat, *c. 1. de eo qui fin. fecit
agnat. Caſtr. l. pland. §. ſi duobus. ff. de legat. 1. Ca-
pic. decis. 158. Marta, cons. 136. num. 3.* & hære-
dis loco ille eſt, cui renuntiatum fuit, *Anna,
cons. 127. num. 42. Rouit. cons. 9. num. 10. cons.
11 59. num. 8. in 2.* ipſaq; renuntiatio † regu-
latur in omnibus, vt ſucceſſio poſt mortem,
*Cumi. ad c. ſi aliquem. verb. antiqui. à num. 470.
Ann. rub. de Vaſall. decrept. ætat. num. 224. & al-
leg. 23. Loffred. cons. 3. num. 30. Milanens. decis.
8. num. 286. p. p.* cum ſucceſſionis præuentio
ſit anticipatio, ſeù acceleratio, *Bammacar. c.
beneficium. num. 15. 16. ſi de feud. defunc. conten.*
ſubdens, quod renuntians loco ceſſit, eiuſq;
perſonam de medio tollit, quę ſucceſſionem
impediebat, *Ponte, cons. 12. in 1. Roſentall. de
feud. c. 9. conclus. 50. gloſ. c. Anna, cons. 39. num.
13. 14. Bardell. cons. 14. num. 45.* Tum quia ver-
bum *Succedant* quo Tex. vtitur, licet ad vlti-
mam voluntatem potius quàm ad contra-
ctum referri videatur, *l. nihil. aliud. ff. de verb.
12 ſignif.* Genericè tamen ſumptum † tam ad
particularem; quàm ad vniuerſalem ſucceſ-
ſionem refertur, tum ex vltima voluntate,
tum ex contractu, *l. fluminum. §. adijcitur. vbi
gloſ. & Doct. notant. ff. de damn. inf. Et. l. illud. §.
1. ff. quor. legat. Caſtill. iur. controuerſ. 19. nu. 257.
p. 3. Molin. de primog. lib. 3. c. 7. num. 14. 15.* Cum
13 & mortis mentio † caſus ſimiles non exclu-
dat,

dat, ex quibus idem ſequetur effectus, & feudi conſeruatio, l. Iutius. § Iutius. ff. de liber. & poſth. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Paz, de de Maiorat. c. 54. nu. 6. & eſt in argumentum, tex. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi filius inſtitutus ſub conditione, ſi emancipetur; hæreditatem conſequitur, ſiuè emancipationis conditio, morte, aut aliter adimpleatur.

Ex his itaque eſt, quod ſi caſus euenerit, quo Auus feudi poſſeſſor, pro mortuo habendus ſit; Poſſet eo adhuc viuo, Noſtræ legis beneficio Nepos vti, & renunciatum ab eo feudum petere, ex l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ibi, vt ad ſimilitudinem mortis, cæteri caſus admittendi ſint. ff. de liber. & poſth. l. ſi necem.
14 §. deportatus. ff. de bon. libert. Cum finis † ad quē lex ipſa dirigitur, ſemper ſit conſiderandus, l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de aur. & argen. legat. l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. l. certum. ff. ſi cert. petat. & decidit omnes caſus, non per extenſionem, ſed per intenſionem, ſicut genus omnes eius ſpecies comprehendit, l. nominis & rei. §. Verbum ex legibus. ff. de verb. ſignif. Tiraq. ceſſan. cauſ. p. p. num. 136. Paz, de Maiorat. c. 57. num. 122. Crauet. cons. 901. num. 1. 2. Soc. Iun. cons. 30. in 1. Decian. cons. 75. num. 10. in 2. cons. 111. num. 10. 12. in 3. Guttier, lib. 5. pract. quæſt. 71. num. 2. Surd. decis. 276. nu. 9. Maſcard. de gener. ſtatut. interpr. conclus. 4. num. 164. plenè Menoch. recup. poſſes. remed. 13. nu. 18. 19. 20. Canalc. de tutor. num. 134. Notat & meritò Bald. quod ſi plures caſus eandem habeant rationem ſi de vno fiat mentio, videtur tamen hoc fieri exemplariter, non reſpectiuè, quo caſu, extenditur diſpoſitio de perſona, ad perſonam, & de caſu ad caſum, Bald. l. de quibus. num. 35. ff. de legib. Nec propria erit extenſio, ſed comprehenſio, ex Aret. l. qui liberis. num. 3. ff. de vulg. Menoch. cons. 335. num. 32. cons. 427. num. 7. Aldouin. cons. 97. nu. 7. quæ in ſtatutis admittitur, Caſtr. cons. 332. alids, 148. col. 2. in 1. Crauet. cons. 113. num. 3. Natt. cons. 109. num. 3. Gratian. diſcept. 709. nu. 2. Surd. decis. 62. num. 25. & in feudalibus datur extenſio de caſu ad caſum licet adſit clauſula tantum, Staiban. cons. 81. num. 21. & in exorbitantibus, c. 1. §. porro. qua fuit prim. cauſ. beneſit. amitt. quem tex notat, ibid. Iſer. & Bald. Blaſc. Lant. in c. ſi aliquem. quæſt. 12. Staiban. d. num. 21. quia magis comprehenſio eſt, glos. c. 1. verb. italia. de tempor. ordin. in 6. Alex. cons. 5. num. 24. cons. 75. num. 3. in 5. Grat. cons. 75. num. 11. cons. 91. num. 17. in 2. Paris. de reſignat. lib. 11. quæſt. 3. num. 2. Valenzuol. cons. 62. num. 9. ideo ſcripſit, Dec. cons. 227. quod [illegible]

expreſſo. Crauet. cons. 62. num. 14. cons. 130. nu. 7. Gallin. de verb. ſignif. lib. 6. c. 8. 9. Bardell. cons. 43. num. 31. Soc. iun. cons. 77. ad fin. in. 3. Menoch. cons. 427. num. 14. Aldouin. cons. 98. num. 8. & dicitur comprehenſus in mente ex qualitate ei inhærente, Menoch. d. remed. 13. num. 19. 20. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 19. num. 9. Cardox. de iur. accreſc. reſpons. 1. num. 61. Cephal. cons. 196. num. 26. Surd. decis. 276. num. 9 Ponte, decis. 40. nu. 30. Maſcard. de Gener. ſtat. interpr. conclus. 5. num. 27. 28. Valenzuel. cons. 96. num. 27. Palaez, de Maior. p. 2. quæſt 1. num. 21. 68. Anton. Monach. Lucens. decis. 2. num. 10. 11. decis. 66. num. 2. Floren. decis. 11. num. 12. decis. 47. num. 8. Gonzalez, Cancell, reg. 8. §. 7. proem. num. 105. indè eſt renunciationem factam vlteriori agnato, & factam extraneo parificari, Cannet. ad c. volentes. §. 54. ſed operæpretium eſt. fol. 161. Camer. in c. imperialem. de prohib. alien. per Feder. fol. mihi, 17. 107. 252. Intrigl. feud. cent. 2. artic. 5. num. 400. Bardell. cons. 14. num. 47. Feudum ergo vlteriori renunciatum illicò poſſe à proximiore reuocari, ex l. imperator. & ibi, Doct. notant, ff. ad trebell. Roſental. de feud. c. 10. conclus. 39. num. 8. c. 9. conclus. 52. num. 14. Bardell. cons. 14. num. 48. cum ciuilis mors ſit reſignatio, Doct. c. fin. de procur. Caſſiod. decis. 2. de cauſ. poſſeſ. Gabr. cons. 67. nu. 9. in 2.

15 Alij verò, ex diuerſo ſatis eſſe † teſtantur quod ſi hæc Carol. V. lex nepotis fauorem reſpiciat, Tum ad euitandas plures forſan machinationes, quę in hoc fiunt ab Auo feudi poſſeſſore, in illius fauorem ad quem feudum transferri exoptat, ex Valaſc. de partit. c. 3. num. 8. D. Corſet. cons. 23. à num. 32. Tum ſi quid contra contigerit, celeriùs nepotis lis expediatur, Aldouin. cons. 17. num. 12. cons. 46. num. 38. Corſet. d. nu. 32. quid duplicè intereſt, l. properandum. in princ. vbi, Bald. Alex. & alij, C. de iudic. c. finem litibus. de dol. & contum. c. idem. de appell. Barz. decis. 32. num. 14. quia publica verſatur vtilitas in litium diffinitione, Bald. l. 1. num. 4. C. Vt quæ deſunt aduoc. Surd. decis. 120. num. 8. Montier, decis. 21. num. 5. ne ex lite lites fiant, Anton. Monach. Lucens. decis. 25. num. 94. obuiandumq; eſt litium immortalitati, Caſſiodor. epiſt. 5. lib. 1. Gail. lib. 1. obſer. 42. num. 6. Anton. Monach. Lucens. decis. 45. num. 19. Surd. cons. 271. num. 3. Maccrat. lib. 2. reſol. 19. num. 13. cum ſit magnum commodum litibus non vexari, ex glos. c. 2. §. ſtatutum. verb. laudabile. de verb. ſignif. in 6. indè ſit, vt Rom. Pontif. in d. c. 2. laudabile eorum votum appellet, qui lites execrantur addit, Tex. l. minoribus. ff. de minor. reſtitutionem minoribus

Digitized by Google

concedi aduerſus eorum facta ex quibus ne-
ceſſum eſſet eos litibus moleſtari, *cum (inquit)*
interſit ipſorum litibus, & ſumptibus non vexari.
Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. p. 5. num.*
43. *tom.* 1. Exorbitans tamen eſt hæc Carol.
V. lex & contra ius, *ex Molin. de primog. lib. 3.*
c. 12. num. 9. Paſet. cons. 140. nu. 3. Menoch. cons.
139. *num. 10. Seſſe, decis. 67. num. 5. Guttier. lib.*
5. pract. quaſt. 71. num. 10. Cum naturalem, &
ciuilem feudi poſſeſſionem in nepotem con-
tinuet, ſinè aliquo hominis actu, *Gomez, l.*
Thaur. 45. num. 111. Perier, decis. 108. num. 1.
Rouit. *cons. 15. num. 2. Seſſe, decis. 67. à num. 3.*
Velaſc. d. c. 3. num. 8. Paz, de Maiorat. *c. 48. ſub*
num. 15. Molin. d. c. 12. num. 13. licet occupata
à ſecundogenito ſit feudi poſſeſſio, cui re-
nuntiauit Auus, *Corſet. cons. 23. à num. 32. A-*
uendan. l. Thaur. 45. glos. 3. in princ. glos. 6. num.
2. 3. 7. *Rouit. cons. 15. num. 4. in* 1. & in hoc
ſingularem legem hanc appellant, *Paz, d. c.*
48. *num. 8. Couar. 3. reſol. c. 5. num. 6. Tiraq. de*
mort. p. 4. declar. 3. num. 29. Valaſc. d. c. 3. num.
8. Paris. cons. 41. num. 9. in 1. Seſſe, decis. 67. nu.
12. Molin. d. c. 12. nu. 8. Salgad. de reg. protect. p. 3.
c. 10. num. 153. quia ius commune corrigit,
quo, feudi, aut alterius cuiuſq; rei poſſeſ-
16 ſio † ſinè actuali apprehenſione nec in hære-
dem tranſit, *ad tex. l. cum heredes. l. pomponius.*
§. quæſitum. ff. de acquir. poſſes. Tiraq. de Mort.
in præfact. declar. 3. num. 2. 3. 5. 6. Faber, lib. 7.
Cod. tit. 7. diffin. 5. lib. 9 tit. 19. diffin. 1. num. 3.
Verall. decis. 420. p. p. Mohedan. *decis. 11. Vt lit.*
penden. Caball. cons. 99. num. 10. in 2. *Afflict.*
decis. 167. decis. 229. num. 4. Achill. de Graff. de-
cis. 5. de caus. poſſes. Gargiar. patrocin. 99. nu. 19.
Benint. decis. 12. num. 3. Surd. cons. 117. nu. 7. Becc.
cons. 75. num. 10. cons. 77. num. 2. Caual. decis. 30.
num. 61. decis. 23. num. 65. p. 2. decis. 16. num. 3.
p. 5. Caldas, de empt. & vendict. c. 12. num. 14.
Ponte, de poteſt. Proreg. tit. 10. de diuers. promiſ.
ſer. ſolit. §. 1. num. 25. Perier, decis. 108. nu. 1. Ca-
bed. decis. 8. num. 7. p. 2. Vini. decis. 227. Macerat.
lib. 1. reſol. 100. num. 5. Bardell. cons 103. num. 11.
Argell. de acquir. poſſes quaſt. 4. num. 171. 176.
Gizzarell. decis. 3. num. 4. Coſta, cons. 23. num.
21. 26. Gail. lib. 2. obſer. 129. num. 12. obſer. 152.
num. 4. 9. Gabr. tit. de acquir. poſſes. conclus. 9. nu.
1. Negus. cons. 400. nu. 19. Peregr. de iur. fiſc. lib.
5. tit. 1. num. 52. Borrell. cons. 52. num. 5. Mantic.
decis. 150. nu. 2. Cenc. de Cenſibus. p. 2. c. 2. quaſt.
5. artic. 5. num. 25. Seſſe, decis. 67. num. 2. Molin.
de iuſt. & iur. diſput. 3. ſub. num. 18. Velaſc. decis.
126. num. 9. Roland. cons. 46. num. 21. in 2. Grati-
an. diſcept. 309. num. 7. Aldouin. cons. 37. num.
33. cons. 47. num. 30. Fachin. lib. 11. iur. contro-
uers. 4. ad fin. Franc. decis. 204. num. 21. Menoch.
adipiſcen. poſſes. remed. 4. num. 82. retinen. remed.
3. num. 829. cons. 1089. num. 22. Ceual. comm.
quaſt. 758. num. 65. Cephal. cons. 491. num. 13.
Craſ. de ſucces. p. 2. §. tranſmiſſio. quaſt. 3. num. 1.
Tuſc. lit. P. conclus. 406. num. 4. 5. conclus. 426.
Ricc. collect. 940. 1245. Ludouic. Perus. decis. 69.
num. 2. & comm. conclus. 16. vers. duodecimo,
quod ex adictione. *Parlador. lib. 2. rer. quotid.*
c. 5. nu. 1. alios citaui ad Meſſan. ſtat. cap. 5. glos.
6. nu. 9. & dicemus copioſiùs infra, *Glos. 17.*
i nó ſi ad filium, vt filium, non vt hæredem
tranſit feudum, poſſeſſio tamen ad eum non
tranſit, *l. quod meo. §. ſi furioſo. § ſi venditorem.*
ff de acquir. poſſeſ. Tiraq. de Morte, in præfact. de-
clar. 3. num. 9. Bardell. cons. 103. num. 11. Georg. de
feud. c. 21. num. 8. c. 52. num. 5. 6. Rouit. cons. 6.
num. 10. in 1. Mangil. de imputat. quaſt. 77. num.
146. Paz, de Maior. c. 48. num. 7. Marta, cons. 71.
num. 2. Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 17. num. 3.
Neguſan. cons. 400. nu. 20. 21. Menoch. cons. 304.
num. 65. Rouit. ad R. N. pragm. sit. de feud. pragm.
6. num. 123. Frec. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicat.
Comes. num. 17. Noal. de tranſmiſſ. c. 38. num. 16.
Canale. decis. 23. num. 65. p. 2. Louic. Perus. decis.
69. num. 2. Aldouin. *d. num. 33.* plenè D. Regens
Corſet. ad patris, cons. 18. num. 2. & infra. Decian.
cons. 23. num. 71. in 1. Tum maximè in præiu-
dicium tertij, qui viuo feudi poſſeſſore, vel
eo mortuo illud occupauit, *Alber. l. 2. ff. quor.*
bonor. Ias. l. ſi ſorori, num. 2. C. de iur. delib. Alex. l.
ſi hæredes. num. 4. ff. de acquir. poſſ. cons. 153. nu.
4. in 6. Guttier, l. nemo poteſt. nu. 362. ff. de legat.
1. Gregor. Lopez, l. 7. glos. poſſeſſion. ad fin. tit. 4.
p. 2. Tiraq. de Mort. p. 4. declar. 3. num. 7. p. 5. de-
clar. 1. num. 7. declar. 3. num. 4. 7. P. Molin. diſput.
636. ſub num. 1. Ponte, decis. 40. nu. 36. Menoch.
recup. poſſ. remed. 1. num. 409. cons. 139. num. 14.
cons. 735. num. 20. Seſſe, decis. 67. num. 9. de in-
hibit. c. 12. Rot. decis. 27. num. 13. p. p. decis. 163.
num. 2. p. 2. Molin. de primog. lib. 3. c. 12. num. 7.
Montier, decis. 50. num. 16. Mareſcot. 2. reſol. c.
116. num 8. Paz, de Maiorat. c. 48. num. 8 Gabr.
d. conclus. 9. num. 18. Rouit. cons. 15. num. 17. in 1.
vbi enim vacua non eſt poſſeſſio, nemo il-
lam transferendi habet poteſtatem, *Vini. de-*
cis. 475. num. 6. ſecùs ſi vacans ſit, *Bero. cons. 53.*
nu. 12. cons. 67. nu. 5. in 3. Barz. decis. 46. nu. 46.
17 Cum ergo in caſu Mortis † loquatur Tex.
ad renuntiationem, caſum aliàs à morte
diſſimilem, ampliandus non eſt, *ex l. quod ve-*
rò. ff. de legib. Guttier. d. quaſt. 71. num. 10. Sed
ſtrictè debet accipi, *Bardell. cons. 43. num. 2.*
nec de vno caſu ad alium extendi, *Seſſe, de-*
cis. 67. num. 5. ob id diſpoſitio in caſu renun-
tionis ad caſum mortis extendenda non eſt,
Surd. decis. 202. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4.
glos.

Digitized by Google

gloſ. 25. num. 43. tom. 1. Vt de communi Ita-
liæ ſtatuto defuncti poſſeſſionem in hæredem
continuante reſoluit, *Tiraq. de Mort. in præ-
fat. declar. 3. Gabr. d. conclus. 9. nu. 3. Paſct. conſ.*
140. *num.* 3. 10. aſſerens illud eſſe iuris corre-
ctorium, ac ſummè reſtringendum, *Molin. d.
c.* 12. *num* 9. *Seſſe, d. num.* 5. *Menoch. conſ.* 139.
num. 10. Neq; legis, vel ſtatuti verba com-
prehendunt ea, quibus verba ipſa non con-
ueniunt, *l. ita tamen ff. de admin. tut. l. quod con-
ſtitutum ff. de teſtam. Bart. l.* 1. *§.* 1 *ff. ne quid in
flum. in l.* 1. *§. quod ait. num.* 8. *ff. vti poſſid. Aldo-
brin. conſ.* 34. *num.* 10. *Barz decis.* 76. *num.* 10. 12.
18 *Oſaſc. decis.* 170. *num.* 8. *Ludouic. Lucens. decis.*
12. *num.* 9. *Rouit. conſ.* 15. *nu.* 3. *conſ.* 49. *num.* 1.
in 1. *Paz. de Maior. c.* 57. *nu.* 121. & licet auus
feudi poſſeſſor in fauorem ſecundogeniti,
feudo, eiuſq; poſſeſſioni cedere poſſit, illud
tamen non vacat, quin poſſeſſio à refutante
in refutatarium ſtatim tranſeat, nec poteſt
nepos legitimus feudi ſucceſſor eo viuo, le-
gis huius beneficio vti, niſi poſt aui renun-
tiantis mortem: Cum enim viuente vltimo
feudi poſſeſſore vocatus ipſe non ſit, non po-
teſt in feudo ipſo ius aliquod prætendere,
conſequens eſt ad aui vſq; mortem, benefi-
cium hoc præſtandum illi eſſe; ex tunc enim
nepos fit Domini ſui vaſſallus, quo nomine
gaudet is, qui iure dominij feudum poſſi-
18 det † Filius etiam, aut nepos viuente patre,
aut auo, vaſſallus dici non poteſt, *Tiraq. de
primog. quæſt* 3. *Rouit. conſ.* 11. *num.* 7. *in* 2. imò
extraneus iudicatur exiſtente filio, eius pa-
tre, *Afflict. c.* 1. *num.* 107. *de ſucceſſ. feud. Camer.
in c. imperialem. fol.* 24. *lit B. & in c.* 1. *quæſt.* 11.
vers. ac ſi pater. An agnat. Tap. Neap. decis 1. *nu.*
27. & qui non eſt immediatus ſucceſſor, ex-
traneus dicitur, *Georg. de feud c.* 48. *num.* 19. *al-
leg.* 12. *num.* 13. *Anna, conſ.* 1. *num.* 32. *Tap. d.
decis.* 1. *num.* 26. ideò, & veriùs dixerunt alij,
Secundogenitum in feudis, quibus viuimus
iure Francorum extraneum dici, *ex Iſern. ad
Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ. in princ.
& ibi Anna, num.* 123. *Tap. d. decis.* 1. *num.* 26.
19 & ex eo præſertim, quod auus † feudi poſſeſ-
ſor poſſit feudum ipſum fruendum, cui volu-
erit, præſtare, *Guttier, lib.* 5. *pract. quæſt.* 71. *nu.*
12. *Scholiaſt. ad Gamm. decis.* 92. *Caſtill. iur. con-
trouers.* 12. *num.* 109 *p.* 3. *Molin. de primog. lib.* 1.
c. 20. *num.* 11. 12. *Cabed. decis.* 96. *num.* 7. *p. p.*
ſic & primogenij poſſeſſor pro tempore vitæ
ſuæ poteſt in feudo, & bonis maioratus
vſumfructum alteri conſtituere, *ex l. peto. §.
prædium ff. de legat* 2. *l. ſtatius florius. §. Cornelio
fælici ff. de iur. fiſc. Caball. conſ.* 147. *num.* 13. *in* 2.

& ſeruitutem in ſui, non in Domini, vel a-
gnatorum præiudicium, *Cepoll. de ſeruit. vr-
ban. prædior. cap.* 14. *num.* 3. *ex comm. ciar. §. feu-
dum. quæſt.* 37. *Roland. conſ.* 59. *num.* 12. *in* 2.
Martin. de cenſib c. 4. *num* 89. *Cenc. de cenſib. p.* 2.
c. 2. *quæſt.* 2. *artic.* 1. *num.* 13.

Quid dicendum? Placuit poſterior hæc
opinio, Quæ noſtrati iure, & praxi recepta
eſt expreſſim; ideò in tanta, quanta modo
audiſtis authorum, & rationum contentio-
ne, ac diſſentione, plurimi eſt facienda ſatè,
Tum quia conſona ſit, *Tex. litera.* Tum quia
viuente patre feudum alienatum, à filio re-
uocari non poteſt, *c.* 1. *de gradib ſucceſſ. Afflict.
decis.* 286. *num.* 3. *Marcabr. conſ* 98. *nu.* 93 *Me-
noch. conſ.* 99. *num.* 77. *Turret. conſ.* 3. *num.* 29.
in 3. *Burſ. conſ.* 410. *num.* 9.

Non obſtat, quod mortis mentio, renun-
tiationi conuenit, adeò vt per renuntiatio-
nem non minus vocatio ſucceſſionis contin-
gat, quàm per mortem, *ex gloſ. c. ex parte.
verb. vocationis de elect. in* 6. *& alijs citatis, n* 10.

Reſpond. I. Vt feudi deferendi renuntia-
20 tio † vera ſit repudiatio excluſio, & abſten-
ſio, & tunc renuntians pro mortuo de iure
habetur; ſed feudi iam delati renuntiatio,
Donatio eſt, *Afflict. decis.* 350. *nu.* 13. *Peguer.
decis.* 145. *Marcabr. conſ.* 30. *num.* 249. *Anna,
conſ.* 45. *Polidor. Rip. obſeruat.* 311. *Cancer,* 3. *re-
ſolut c.* 15. *de renunt. num.* 166. *Rouit. conſ.* 43.
nu. 2. 4. *in* 1. *Aluarad. de coniectur. ment. defunc.
lib.* 2 *c.* 3. *§.* 1. *num.* 16. 26. *Georg. alleg.* 29. *num.*
20. *Flam. Paris de reſignat. benef. lib.* 1 *quæſt.* 3.
d num. 1. aſſerens, aliud eſſe, renuntiare ſim-
pliciter, aliud cedere, *ex Bald. conſ.* 403. *num.*
3. *in* 1. ſiquidem ius quæſitum repudiari non
poteſt, *l. ſicut. C. de repud. hered. Cancer, d. c.* 15.
num. 166. hæreditas ſemel adita repudiari
non poteſt, *§. fin. inſtit. de hered. qualit. l.* 4. *l. fin.
vbi gloſ. & Doct. C. de repud. hered. Craſſ. de ſucceſ.
p.* 2. *§. omiſſio hæreditatis. quæſt.* 1. *num.* 2. *Decian.
conſ.* 31. *nu.* 22. *in* 5. neq; enim aliter permiſſa
eſt refutatio in immediatum etiam ſucceſ-
ſorem, niſi ſub ſpeciali alicuius contractus
nomine, donationis nempè, emptionis, aut
permutationis, *Anna, rub. de vaſſal. decrept.
ætat num.* 290. 322. *ad nu.* 340. *Ponte, de poteſt.
proreg. tit* 8. *§.* 1. *nu.* 17. ita vt cadat in nomen
contractus, *Anna, d. rub. num.* 288. *Frec. de ſub-
feud. lib.* 3. *differ.* 26. *num.* 1. & ſemper valida
eſt in vim donationis, ſcilicet, vt refutans
cenſeatur tollere ſe de medio, & ſucceſſio-
nem anticipare *c.* 1. *§. & ſi libellum. de alien.
feud. pater. vbi, Iſern. num.* 8. *Bammacar. c. benefi-
cium. num.* 15. 16. *ſi de feud defunc. content. Frecc.*

d.differen.26.Camerar.c.1.quæſt.11.col. 2. verſ. non obſtat. An agnat. Anna, d. rub. num. 322. Rouit.cons.9.num.11.cons.59 nu.9.Fab. Anna, cons.39.num. 13.14.Ponte, cons. 12. in 1. Roſentall.de feud.c.9.conclus.50.glos. c. Bardell.cons.

50 tioni adijciatur † cum poſt Conſtituentis mortem collatum, non extendatur, vt dominium, & poſſeſſio ex eo transferatur, *l. titio cum moriretur. ff. de vſufr. Angel. l. quamuis. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Barbos. l. diuortio. p. 2. num. 12. ff. ſolut. matr. Iaſ. cons. 6. in 3. Tiraq. de conſtit. p. 2. ampl. 13. num. 1. 2. p. 3. limit. 2. Natt. cons. 189. num. 1. Caualc. decis. 42. num. 29. decis. 45 num. 9. p. p. Siluan. cons. 97. num. 1. Rim. iun. cons. 592. num. 17. Perier, decis. 108. num. 2. Menoch. cons. 733. num. 3. cons. 465. num. 1. Barz. decis. 49. à num. 27. Teſſaur. decis. 38. num. 1. Bardell. cons. 175. num. 17. Roland. cons. 61. num. 46. in 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. glos. 3. num. 20. vol. 1. Gabr. cons. 141. num. 6. in 1. Gratian. diſcept. 779. num. 22. Menoch. recup. poſſeſ. remed. 14. nu. 64.* cū nec teſtator conſtituere ſe poſſit quod hæredis nomine poſſideat, *Ponte, decis. 40. num. 30.* Niſi *conſtituto* adiecta ſit clauſula Ex nunc, prout ex tunc, *Alex. cons. 83. in 2. Dec. conſ. 249. Negus. de pignor. p. 2. membr. 2. num. 4. Marilian. l. quoties. num. 259. C. de reiuend. Tiraq. d. lim. 2. num. 15. 16. Rim. Iun. cons. 592. nu. 20. 21. Caual. d. decis. 45. num. 9. in addit. Menoch. cons. 733. num. 4. Siluan. cons. 97. nu. 6. 21. Fontanel. d. glos. 3. num. 22. 23. Teſſaur. d. decis. 38. num. 2. Barz. decis. 49. num. 29.* Quod nec verum eſſe dixerim in term. Carolinæ noſtræ legis quæ poſſeſſionem, & refutationem in ſecundogenitum factam irritat, & annullat, ex clauſ. *Non obſtante*. qua vtitur, ac per conſequens conſtitutum, *Rim. Iun. cons. 592. nu. 34. 35. Tiraq. de conſtit. lim. 7. num. 15. Menoch. cons. 733. num. 19. conſ. 465. num. 2* Nec operatur in præiudicium tertij poſſeſſoris, *Pacian. cons. 160. num. 65. Montier decis 50. à num. 17. Rim. Iun. cons. 592. num. 14. 15. 16. Menoch. cons. 733. nu. 7. Valaſc. decis. 106. n. 6. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. glos. 27. num. 17. vol. 1.*

Sed quæſtionis eſt non leuis, Refutati in
51 ſecundogenitum † ab Auo feudi poſſeſſio quæ eius morte reſoluitur, An ad nepotem ex præ defuncto ſine primogenito redeat ipſo iure? vel actus retroſimilis requiratur? Qua in re, Actum retroſimilem requiri videtur, cum non ipſo iure in nepotem tranſeat poſſeſſio.

Primo, quamuis reſolutio ex natura rei, vel feudi conſolidatio reſpectu dominij ipſo iure fiat, *Seſſe, decis. 25. num. 74.* & retransfertur, *ex glos. § 1. verb. imminere. auth. de incest. nupt. quam probat. Bulgar. num. 12. Bald. Nouel. num. 51. Parpal. num. 8. in l. 1 ff. sol. matr. Tiraq. de retract. §. 1. gloſ. 7. num. 14. Ponte, cons. 5. nu. 36. in 1. Surd. decis. 178. num. 7. Couar. 3. reſol. c. 8. num. 2. Amat. cons. 9. n. 6 Lup. de Vſur. in commment. ad l. 2. de pact. int. empt. & vendit. in præfact. num. 8.* Poſſeſſio tamen, quæ facti eſt, non infirmatur, *l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acquir. poſſeſ. glos. l. ſi fratris. §. idem reſpondit. verb. de minimo. ff. pro so. Tiraq. de reuoc. donat. gloſ. reuertatur. num. 389. & de Mort. p. 2. declar. 14 num. 23. Seſſe, decis 25. num. 75. Amat. cons. 9. num. 7.* ſed actus retroſimilis requiritur, *l. ab emptione. ff. de pact. l. 2. C. quand. lic. ab empt. diſced. c. 1. de reg. iur. in 6. l. nihil tam naturale ff eod. l. ſicut. cum alijs à glos. relatis C. de action. & oblig. Ozer. inſtit. de empt. nu. 2. Surd cons. 179. num. 28. Oſaſc. decis. 34. num. 5. Natt. cons. 650. num. 10. Mancin. de contract. linell. quæſt. 5. num. 48. 84. Petroc. in reſpon. de reſ. l. contract. num. 45. 46 47.* vel æquipollens, *Bart. d. l. ab emptione. num 10. Ramon. conſ 8. num. 26.* imò notat, *Bald. de pac. conſtant. verb. pactiones.* licet vtile Cenſuarij dominium ipſo iure ad directum reuertatur; Poſſeſſio tamen non amittitur donec expellatur, *Seſſe, d. num. 75.*

52 Secundo validum † eſt legatum iuris, morte legantis pecitur, *l. vxor patrui. C. de legat. l. quod in rerum. §. ſi Vſumfructum. ff. de leg. 1. Pinell. l. 1. p. 3. num. 37. C. de bon. matern. Thesaur. decis. 83. num. 3. Peregr. cons. 61. nu. 10. in 3. Schrader. de feud. p. 8. c. 8. num. 6. Cancer. 3. reſol. c. 20.*

de

Digitized by Google

*de legat.num.*293. Etiam ſi hoc ius per mortẽ donatoris, vel illius, qui rem alteri quolibet alio titulo lucratiuo concedit, finitum, hæredi huius donatoris applicetur, atq; donatori liberum fuiſſet, ſi hoc voluiſſet, in hoc iure hæredi ſuo præiudicare, *Caſtr. & Ias. d. l. vxor patrui. Bald. l. in teſtamento. C. ad. l. falc. Schrader. d. c. 8. nu. 6.* imò tradit, *Faber, in Cod. lib. 6. tit. 17. de legat. deffin.* 15. in legato rei, cuius teſtator ſolum habet vſufructum, nedum venire ius, quod ea in re habeat teſtator, ſed & rem ipſam.

53 Tertio, precario rogans † ad certum tempus, poſſidet adhuc finito tempore, *l. in rebus. ad fin. ff. de precar. Seſſe, decis.* 25. *num.* 77. proindè vſufructu finito, inquit *glos. c. licet epiſcopus. verb. te non vocato. de prabend. in* 6. non poſſe à quaſi poſſeſſione vſufructuarium expelli; ſed contra eum vel negatoria, vel ex rei reſtituendæ cautione agendum eſſe, *l.* 2. *ſi frui. ff ſi vſusfr. petat. l.* 2. *§. habet autem. ff. vſusfr. quemadm. caueat. Seſſe, decis.* 25. *num.* 76. Nec emphiteuta poſſeſſionem ipſo iure amittit, licet ipſo iure emphiteuſis amittatur, *Bald. ad Specul. tit. locat. col.* 2. *Seſſe, decis.* 25. *nu.* 77.

Contrar. dixi verius, imò refutati feudi
54 poſſeſſionem † poſt Aui mortem ipſo iure in Nepotem tranſire, Tum hac noſtra Caroli, V. lege, Qua in nepotum fauorem ſtatutum legimus vt in eis continuaretur poſſeſſio illa, quæ erat in poſſe immediati poſſeſſoris non obſtante refutatione patruo facta, & actuali poſſeſſione ab eo capta cum poſſidere eandem rem eodem tempore duo non poſſint, *l.* 3. *§. ex contrario. ff. de acquir. poſſes. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commod. Soc. iun. cons.* 18. *num.* 8. *in* 2. *Borrel. cons.* 87. *num.* 8. *Coſta, de re integr. diſtin.* 15. *num.* 4. *Mantic. decis.* 30. *num.* 1. *Aldonin. cons.* 37. *nu.* 34. nec duo inſolidum vnius rei dominium habere, *Borrel. d. cons.* 87. *num.* 6. *Aldouin. cons.* 43. *num.* 34. ſicq; in hoc, Tex. noſter (vt dixi) duo ſtatuit ſpecialiſſima; Alterum quidẽ, vt poſſeſſionem tranſlatam, & realiter à patruo captam annullet, eamq; nullius momenti eſſe mandet; Alterum quod poſſeſſio hæc in nepotem cõtinuetur; idq; ad omnem iuris effectum etiam quoad remedia poſſeſſoria iuxta, *Ferdin. Reg. cap.* 43. vt vnum ab alio declaretur. Tum quia feudum, emphiteus, & vſusfructus ſi naturali eorum curſu, & temporalitate finitur, nedum dominium vtile, ſed & poſſeſſio naturalis reſoluitur, ac ipſo iure, Directo domino eiuſq; poſſeſſioni ciuili per attractionem lege ſic operante transfertur & conſolidatur, *ex Bald. l.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 32. *ff. de rer. diuis. & c.* 1. *num.* 31. *de Conſtit.* inquit, quod poſſeſſio, quæ ſinè titulo ſtare non poteſt, finito titulo euaneſcit, *& in c.* 1. *num.* 8. *de controuers. inter. domin. Bald. laudant Præpos. in c.* 1. *§ fin. num.* 4. *de his, qui feud. dar. poſſ. Scholiaſt. ad Magon. Lucens. decis.* 12. *lit. D. Clar. §. emphiteuſis. quæſt.* 42. 44. *Peregr. cons.* 86 *num.* 9. *in* 6. nam ſicut dominium, ita, & poſſeſſio eſt reſolubilis ex iure ſuper quo ipſa fundatur, quod ſi erat temporale, quid dubij, quod poſſeſſio acceſſoria ad illud ius venit extinguenda, *ex Bald. l. cum alienam rem. C. de legat. Tiraq. de mort. p.* 3. *declar.* 1. *Ponte, decis.* 40. *num.* 43. *Seſſe, decis.* 25. *num.* 78. *Corbul. de caus. priuat. ob mort. ciuil. nu.* 64. 66. *Laderch. cons.* 105. *num.* 5. *Peregr. cons.* 86. *num.* 27. 28. *cons.* 86. *à num.* 8. *in* 6. *cons.* 9. *num.* 1. 10. *in* 4. *latè videndus, Sacca, cons.* 5. *à num.* 83. *ad num. vſq;* 93. cum limitatim fuerint translata ad certum vſq; tempus, quo pendente ſecundogenitus feudi refutatarius, vaſallus, emphiteuta, & vſusfructuarius poſſident ſub limitatę conceſſionis, & refutationis, ad poſſeſſoris nempè refutantis vitam, *Marta, cons.* 28. *nu.* 1. 23. *Oſaſc. cons.* 8. *num.* 13. *in* 2. Qua finita neceſſe eſt, quod deſinant poſſidere, *Georg. de feud. c.* 52. *num.* 5. *Seſſe, decis.* 25. *num.* 79. Tum quia ea eſt reſoluti actus natura, vt pro eo ſit, ac ſi numquam fuiſſet in rerum natura, *l. ſi hominem. ad fin. ff. de vſucap. l. iulianus. §.* 1. *ff. de verb. oblig. l. nec vlla. §.* 1 *ff. de petit. hæred. l. etiã. ff. de ſolut. Grat. cons.* 50. *nu.* 53. *in* 1. *Crauet. cons.* 202. *num.* 28. *cons.* 435. *nu.* 24. 28. 29. *cons.* 438. *num.* 3. *cons.* 491. *num,* 5. *cons.* 921. *nu.* 4. *Fabian. de emp. & vendit. quæſt.* 8. *princ. num.* 3. *Afflic. decis.* 40. *Coſta, de fict. c.* 8. *cas.* 1. *& de re integr. diſtinc.* 34. *num.* 2. *de ſcien. & ignor. inſpect.* 1. *num.* 25. *Bolognet. cons.* 12. *num.* 28 *Rim. iun. cons.* 430. *num.* 8. *Graſſ. except.* 31. *num.* 2. *de except. Morot. cons.* 22. *num.* 6. *Aldouin. cons.* 40. *nu.* 28. *Cephal. cons.* 288. *num.* 12. *Turret. cons.* 84. *à num.* 10. *in* 2. *Manent. de contract. linell. quæſt.* 5. *num.* 4. *Eugen. cons.* 64. *num.* 40. *Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *c.* 3. *§.* 4. *num.* 4. *Decian. cons.* 23. *num.* 59. *in* 1. nullaq; realior, & plenior eſt exceptio, quam illa, per quam dicitur contractum eſſe reſolutum, *l. ab emptione. ff. de pact. Bolognet. cons.* 12. *num.* 27. *Cephal. Aldonin. Craſſ. & alij nuper citati.* Hinc dicimus reuocato contractu, omnes eius effectus reuocatos cenſeri, *l. nam. origo. ff. quod vi, aut clam. l. hactenus. ff. de aqu. pluu. arcend. Crauet. cons.* 182. *num.* 2. *Canalc. decis.* 14. *num.* 18. *p.* 3. *dixi copiosè. decis.* 55. *num.* 19. cui ſimile eſt, quod tradit, *Tiraq.* 2. *retract. l.* 6. *glos.* 2. *num.* 18. *poſt Caſtr. in l. pomponius. §. præterea. ff. de acquir. poſſ,* reſolutionem contractus non

tribue-

Digitized by Google

tribuere titulum, nec poſſe dici nouum contractum, *Amat. cons.* 14.*num.* 26. ſcripſi plenius, *decis.* 24.*num.* 11.12. & vbi ſtaturo ſoluenda eſt gabella ex contractu, ex reſolutione tamen non deberi, imò non eſt propriè reſolutio, ſed executio potius prioris contractus, *Bald. cons.* 415.*in* 2.*Tiraq. d. glos.* 2.*nu.* 16. *Amat. cons.* 14.*num.* 27. diſtinguit plenè, *Gutier, de gabell. quæſt.* 10. *Molin. diſput.* 373.*& alij, quos ipſe citant*, Tum quia datum ad tempus, poſt illud cenſetur ademptum, *l. quæſitum. §. idem reſpondit. ff. de fund. inſtruc. l. ſi mulier. & ibi, glos. C. de pact. Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita. p.* 4.*num.* 43.*ff. ad trebell. Medic. decis.* 4.*num.* 31. quia vnum tempus non recipit functionem alterius, *l. ſi vſusfructus. ff. de vſufr. legat. Bart. l. ſi prius. num.* 30.*ff. de nou. oper. nunt. Bald. l. liberti liberteq; C. de oper. libert. Abb. cons.* 93. *in* 1.*Montier, decis.* 20. *à num.* 31.*Coſta, cons.* 61. *num.* 7. eaq; limitati temporis vis eſt, vt contrariam poſt tempus diſpoſitionem contineat, *Surd. decis.* 75.*num.* 2.*Coſta, de ſcient. & ignor. centur.* 1. *diſtin.* 59.*num.* 6. *Aldouin. cons.* 37.*nu.* 48. indè eſt, vt debitor tranſacto tempore ad poſſeſſionem ſui pignoris reintegratur, *Statil, de Salmian. interd. inſpect.* 4.*c.* 1.*num.* 84. *Anton. Monach. Bonon. decis.* 40.*punt.* 3.*num.* 34. *Seraph. decis.* 200. & in feudo ad tempus conceſſo tradit, *Bald. c. qua. in eccleſiarum. num.* 31. *de conſtitut. in l.* 1. *quæſt.* 49. *ff. de rer. diuis.* finitò tempore illicò ciuilis domini poſſeſſio trahit ad ſe naturalem, *Seſſe, decis.* 25.*nu.* 80. in emphiteuſi, & feudo *Iaſ. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ad fin. ff. de acquir. poſſeſ.* & in re ad cenſum vitalitium conceſſa, *Bald. c. cum veniſſent. col.* 2. *de reſtit. ſpoliat. c. ex parte. de feud. Seſſe, d. num.* 80. Nec mirum, quia cum tempus ſit cauſa poſſeſſionis refutatarijs, ad vitam nempè refutantis, cuius morte finitum ſit tempus, finita & extincta quoq; poſſeſſio illius eſt, *Ponte, decis.* 40.*num.* 43. vt nullum ius ei ampliùs in feudo remanſerit, illud ergo ingredi meritò poteſt Nepos ex vi noſtræ legis, & propria authoritate ab eo occupari, atq; inde ab ea poteſt iuſtè expelli detinens feudum ipſum ſic in emphiteuſi ad annos viginti nouem conceſſa, Vt finito eo tempore à Domino ratione directi ſui dominij occupari poſſit deiecto detentore quocunq; *ex Cepoll. ciuil. cons.* 25.*num.* 3. *Alex. cons.* 6.*num.* 19.*cons.* 105.*nu.* 18.*in* 3.*cons.* 07.*num* 11.*in* 4. *Caſſador, decis.* 2.*de locat. Cranet. cons.* 302.*num* 6. *Gozad. cons* 39.*ad fin. Paris. cons.* 24.*nu.* 69.*in* 1. *Clar. §. emphiteuſis. quæſt.* 42.44. *Peregr. cons* 86.*nu.* 12.*in* 6. *Maluas. cons.* 101.*in princ. Caball. cons.* 156.*num.* 11.13. *Aſin. in prax. §.* 7.*c.* 5.*limit.* 48.*nu.* 3. *Cephal. cons.* 292. *num.* 68.*cons.* 345.*num.* 12. *Ludouic. Perus. decis.* 17.*num.* 10.11 *p. p. Trentacinq. lib.* 3.*reſolut.* 4. *nu.* 2. *Caualc. decis.* 36.*num.* 343.*p.* 3. *Soc. iun. cons.* 111.*num.* 12.*in* 2. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 22.*tit.* 27.*num.* 31. *Schrader. de feud. p.* 9.*ſect.* 9. *nu.* 13.18. *Corbul. de iur. emphit. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. quæſt.* 12.*num.* 1. *Peregr. cons.* 9.*num.* 10.*in* 4.*cons.* 86.*num.* 12.*in* 6.

Non obſtat Primum, quia nullitas contractus etſi non impediat transferi & retineri poſſeſſionem alteri quæſitam, vt ſemper poſſideat ſinè temporis limitatione ſecus tamen eſt, ſi vltra refutationis, & conceſsionis tempus poſſeſsionem accipere & retinere non intendit, *Seſſe, decis.* 25.*num.* 81. imò ne
55 contrarius † videatur, *Bald. d. §. poſſeſſiones. & in Scholijs ad ſpecul. tit. locat. col.* 2. Accipiendus vtiq; eſt, ſi cenſus, emphiteuſis, & feudum, naturali ſuo curſu finem habeant; At ſi perpetua de per ſe illa fuerint, tunc ſi culpa, vel delicto, amitterentur, ſecus eſt, *Seſſe, decis.* 25.*num.* 82.

Non obſtat ſecundum, Quia validum eſt
56 legatum † iuris morte legantis perituri, quoad ipſius æſtimationem, cum legata res fuerit, quam ſciebat teſtator alienam eſſe, legatur ergo ius quod morte non perit, *l. cum rem alienam. C. de legat. §. non ſolum vbi, Ricciard. à num.* 41. *& plenè Pichard. inſtit. de legat. Doct. l. quod in rerum. §.* 1. *ff. de legat.* 1. *Diſect. de art. teſtam. tit.* 6. *cautel.* 32.*num.* 2. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 9.*tit.* 9. *Roſentall. de feud. c.* 9. *conclus.* 80.*num* 23. *ex comm. Gomez, Variar.* 1. *c.* 12.*num.* 13. *Spin. de teſtam. glos.* 8.*num.* 43. *Palacz, de Maior. p.* 4. *quæſt. vlt. Perier, decis.* 108. *num.* 3. *Vaſq. de ſucceſ. creat. lib.* 3. *§.* 22. *limit.* 17. *num.* 33. *Craſ. §. legatum. quæſt.* 14.*num.* 2. *Cancer,* 3. *reſolut. c.* 20. *de legat. num.* 289. *Couar. c. ſi. ſtius noſter. num.* 2. *de teſtam. Gratian. reg.* 28. *Menoch. de arbitr. cas.* 146. *latiùs, lib.* 4. *præſum.* 116. *Veſemb. cons.* 15.*num.* 19.

Reſpon. II. Id verũ in iure ſuſpenſo dum poſſeſſor viuit, quod eius morte nõ extinguitur cuiuſmodi eſt, emphiteuſis renouatio, *Valaſc. decis.* 157.*num.* 11. *Surd. decis.* 93. qui multis probat ius renouationis legari rectè poſſe, *Perier. decis.* 108.*nu.* 3. etſi diſſentiat, *Caldas, de renouat. quæſt.* 9.*num.* 28.*quæſt.* 18.*nu.* 21.

Reſpon. III. Vt ſi non legetur omninò res aliena, ſed teſtator in ea ius aliquod habebat, licet tempore periturum, ſiuè ignoranter, ſiuè ſcienter, ſit factum legatum; Solum ius quod illa in re teſtator habebat, legatum cenſetur, etſi coniunctæ perſonę legatum ſit, *Cancer,* 3. *reſol. c.* 20. *de legat. num.* 293.

Pheb.

*Phcb.decis.*83.*nu.*3.*Pinel.l.*1.*p.*3.*ſub nu.* 3.*C.de bon.mater.Roſental.de feud.c.*9.*concl.*80.*nu.*17. 24. 25.*Peregr.cons.*61.*n.*10.*in* 3.*ex l.quod in rerũ.*§.1.*ff.de legat.*1.*vxor.patui,C.de legat.* vt rinus grauet hæredẽ, quàm ſic poſſibile, *l.quod in rerum.*§.1.*& ibid.Bart.Ias.& alij ff.de leg.*1. *l.vnum ex familia.*§ *ſi rem.ff.de legat.*2. *Peregr. de fideicom.artic.*33.*nu.*20.*Carot.decis.*31.*Coſta, cons.*9.*n.*7.Si teſtator ius aliquod, ſeù rei partem habebat, & extraneum aliam partem i At ſi hæres ſit, qui aliam rei partem habeat, tunc tota res cenſetur legata, *Bart l. cum filius.*§.*dominus.ff.de legat.*2.*Corn.cons* 95.*in* 1.*Rube.Alex.cons.*95.*nu.*9. Cancer, *d.c.*20.*nu.* 294. Quod ſublimitat, *Ias.in l. ſi ſeruus.ff. de legat.* 1. vbi, hæres ius dominij in re haberet in totum, vel in parte, vel ius haberet, quod eſt pars dominij vt vſusfructus; Secùs ſi aliud ius, vt pignoris, vel ſeruituris, aut ſimile, quod agnouit prius *Bart.in l.vnum ex familia.* §.*ſi rem.ff.de legat.*2.*Cancer, d.num.*294.

Reſpon, IV. Id verum, niſi appareat Teſtatorem voluiſſe, ne dum legare ius quod habet in re; Sed & rem ipſam tunc enim eius æſtimatio debetur, *Ias.d. l. quod ſi in rerum.*§. 1.*ad fin.Roſentall.d.conclus.*80. *num.*15. *Pinell. d.num.*37.*Laderch.cons.*53. *num.* 4. qui plenè etiam diſputat, an legata re, fideicommiſſo ſubiecta legatarius conſequatur æſtimationem vbi res habere non poſſet: & an legans vſumfructum bonorum ſuorum, comprehendat bona fideicommiſſo ſubiecta, Fuſiùs ediſſerit, *Peregr.de fideicom.artic.*6 *Peguer. decis.*125. *Anton.Sola, ad Conſtit.Sabaud.tit. de alien.bon.minor.glos.*3.*num.*26. aſſerens donationem de omnibus & quibuſcumq; bonis, intelligi de bonis donantis, non de alijs, eo mortuo reſtituendis, *Caualc.de vſufr.nu.*104. qui ſublimitat, & bene, ſi teſtator nulla poſſideret bona niſi fideicommiſſo ſubiecta, tũc enim, ne fruſtratoriè legatum feciſſe videatur de illis bonis ſenſiſſe dicendum eſt, *Cancer, d.c.*20.*de legat.num.*297.*Veſemb.d.cons.*15.

Reſpon. V. Quod ſi legatorio rem eius propriam leget teſtator, tunc ne grauetur hæres inutile erit legatum, nec æſtimatio debetur, *Peregr.cons.*61.*num.*10.*in* 3.*Cancer,d.nu.* 297.*ex l.proprias.C.de legat.l.catera.*§. 1. *ff. de legat.*1.

Ex his dicendum mihi eſt contra, *Fabr. lib.*6.*C.tit.*17.*de legat.defin.* 12. legato iuris redimendi, ipſam tantum actionem comprehendi, ſeù ius redimendi, non tamen precium, maximè cum regulariter dictum legatum, licet in eo non veniat precium vtilitatem contineat, *Caſtr.l.cum rem alienam.nu.*6. *C.de legat.Cancer,* 3.*reſol.c.*20. *de legat.* 298. ſicut cauendum etiam nobis eſt, *à Fabr. d. tit.de legat.defin.*15. qui contra communem, & genuinum intellectum, *l.vxor.patrui.C.de legat.& l.quod in rerum.*§.1 *ff de legat.*1. firmat in legato rei, cuius teſtator ſolum habet vſumfructum, nedum venire ius, quod in re teſtator habebat, ſed & rem ipſam, *Cancer. d.num.*298.*Roſentall.d.conclus.* 80. *à num.* 23. Sed quoniam hæc ſine iuris communis præiudicio tuto determinari vix poſſunt, id vero hoc loco immenſum ſit, & nauigatu periculoſum pelagus, & instituti mei ſit, quæſtiones alienas quoad fieri poteſt, præterire, ideò receptui cano, ſufficiat lectori hæc obiter ſignificaſſe ſi iudicando, vel conſulendo, determinanda res proponeretur maturiùs omnes eius circumſtantias, quàm temporis anguſtia nunc patitur, ponderarem, & pro re nata deciderem.

Non obſtat Tertium, *ex Glos.c.licet epiſcopus, Verb.te non vocato.de præbend.in* 6. Quia
57 falſam † ex premiſſis illam dixit, *Seſſe, decis.* 25.*num.*83.*& probat tex.*§.*cum autem.inſtit.de vſufruct.* finito vſusfructus tempore, illum proprietati ipſo iure conſolidari, *Peregr.cons.* 85.*num.*28.*in* 6.*Medic.decis.* 91. *num.* 1. ſicut & vſufructuarij morte, poſſeſſio naturalis ciuili conſolidatur, *ex Bart.l.ſi arrogatur.nu.* 14. *ff.de adopt. Menoch.cons.*139.*num.* 16. *plenè Caſtill.de vſufr.c.*61.*num.*7.*Gabr.cons.*142. *nu.* 4.5.*in* 2. *Aldouin.cons.*76.*num.*24.*qui addit & num.*25. hoc verum etſi vſufructuarius rem illam vendidiſſet. *ex Menoch.d num.*16.& donatione, retento vſufructu, facta, morte donatoris extinguitur naturalis, ipſius vſusfructus, poſſeſſio, *Bald.cons.*257. *num.* 4. adeò vt
58 ſtatutum defuncti poſſeſſionem † in hæredem continuans, locum non habeat in naturali vſufructuarij poſſeſſione, *Imol.cons.*16.*Cuman. cons.*137.*Ias,cons.*152.*in* 4.*Tiraq.de Mort.p.*3. *declar.*1.*Gabr.tit.de acquir.poſſ.conclus.* 9.*num.* 16.*Caſtill.de vſufr.c.*61.*à num* 8 *Muta, decis.* 20.*num.* 10.*Medic.de acquir.rer.dom.glos.*1.*p.*2. *num.*41.*glos.*3.*num.*233.*Seſſe, decis.*25.*num.* 84.*Gabr.cons.*142.*num.*4.5.*in* 2.*Cancer,* 2. *reſol.c.*7.*num.*46 *Mitarens.decis.*3.*num.*246.*p.p. Caualc.decis.*35.*num.*68 *p.*2 *Mareſcot.* 2.*reſol. c.*116.*nu* 6 *Fontanell.de pact.nupt.claus.*4.*glos.* 22.*num.*38.*vol.*1.*claus.*7 *glos.*3.*p.* 3.*num.* 31. 32.*in* 2.*Ramon.cons.*56.*num.*17.*ad fin.Menoch. cons.*139.*num.* 16.*& retinend. poſſeſ. remed.* 3. *num.*372.*Surd.cons.*491.*num.* 3.*Caldas, de extinct.emphit.lib.*4.*c.*17.*num.*39.*Marcabr.cons.* 62.*à num.*10.*Teſaur.*2.*forens. quæſt.*96.*num.* 6.7. *Rim.iun.cons.*44.*ad fin.cons.*545.*à nu.*37.

Nec

Nec obſtat *tex. l. in rebus. ad fin. ff. de precar.*
59 Quia potius † ſententiam hanc probat, cum
dixerit, eum qui precario rogauit ad tem-
pus, finito tempore adhuc poſſidere, ita de-
mum ſi dominus patiatur, quid ſi concedat,
& proroget primo tempore nondum finito,
eadem erit poſſeſſio, idemq; precarium At
ſi eo iam finito, addit, *Tex. d. l. in rebus.* nouum
erit precarium, noua poſſeſſio. Palam ergo
eſt, precariam poſſeſſionem ipſo iure finiri,
& ad concedentem reuerti, dum precarium
ipſum finitur; *Seſſe, deciſ. 25. num. 86.* indè eſt
precarium ad concedentis voluntatem, &
beneplacitum conceſſum, ſicut concedentis
morte extinguitur, *ex Dec. l. contractus. num.
10. ff. de regul. iur.* ſic & precaria poſſeſſio, *l. ſi
debitor. ff. de precar.* vbi reſoluto pignore, re-
ſoluitur precarium illi adiectum, & poſſeſſio,
Seſſe, deciſ. 25. num. 87 quam nec tuetur præ-
tor, *l. 1. §. 1. ff. de itin. actuq; priuat. Aldouin. conſ.
49. num. 16.*
60 Ampl. I. Vt hæc tranſlata poſſeſſio † in
Nepotem ex vi noſtræ legis, tantæ ſit effica-
ciæ, vt cum ea poſſit ipſe in quocunq; iudicio
poſſeſſorio, etſi de mero facto agatur, deten-
tatione, vel corporali poſſeſſione obtinere,
*ex Caſtr. conſ. 3. num. 1. p. p. Molin. verb. appre-
henſio. verſ. in eadem. col. 3. in prin. fol. 33. &
plenius, verb. poſſeſſio. tit. de poſſeſ. reſolut. fol.
238. & ibid. Portol. num. 33. Seſſe, deciſ. 260.
num. 2.*

Proindè refutatarius Auo mortuo in re-
futati feudi poſſeſſione aduerſus nepotem
ex prædefuncto filio primogenito manute-
nendus non eſt; Nemo enim in poſſeſſione
manuteneri poteſt, cuius cauſa ceſſarit, aut
finitum eſt tempus, vel reſoluta conditio, *ex
Bald. l. 1. C. Vti poſſidet. Peregr. de fideicom. artic.
46. num. 18. Ramon. conſ. 56. num. 16. aſſerens,
Bald.* notabiliter diſtinguere, vt in redditibus
annuis perpetuis locus ſit remedijs poſſeſſo-
rijs, ſecus autem in redditibus temporalibus,
Gratian. diſcept. 310. num. 75. vbi cum ſolutio
eſt facta pro obligatione aliqua temporali,
ſeù ad certum tempus, finito illo tempore,
ius ad manutentionem in poſſeſſione non
competere; Hinc ſcripſit, *Mantic. deciſ. 267.*
pro poſſeſſione limitata non datur manu-
tentio ſi illa ceſſarit, *Ludouiſ. deciſ. 283. Ra-
mod. conſ. 56. num. 17. & tradit Scholiaſt. ad Lu-
douiſ. deciſ. 333. num. 6.* quod reſoluta condi-
ctione, reſoluitur poſſeſſio, nec eſt manute-
nibilis, *ad tex. l. qui abſenti. §. 1. ff. de acquir. poſ-
ſeſ. c. olim. de reſtit. ſpoliat. Optimè Maranr. conſ.
105. num. 6.* & addit quod poſſeſſio ad bene-
placitum Principis non ſuffragatur, nec in

ea poteſt fieri fundamentum imò ſubdit *Por-
toles; in ſcholijs ad Molin. verb. poſſeſſio. num.
65. p. 2.* vſufructu morte vſufructuarij finito,
ſi hæredes eius, in bonorum poſſeſſione reman-
ſerint, non prodeſt eis illa poſſeſſio quoad
effectum, vt in iudicio apprehenſionis, quod
eſt ſummarijſſimum, vel alio poſſeſſorio ob-
tinere poſſint; quia finito vſufructu finitur
quoq; poſſeſſio nec in hæredes continuatur,
*ex Imol. conſ. 16. Cuman. conſ. 139. ad fin. Iaſ. conſ.
152. in 4. Caſſanè. ad Conſuet. Burg. rub. 7. §. 1.
verb. le mort. num. 7. Boer. conſ. 13. num. 2.
Menoch. retinend. poſſeſ. remed. 3. num. 372. Ca-
ſtill. de vſufr. c. 61. num. 7 Caual. deciſ. 35. num.
68. p. 2 & alij citati, num. 58.* finito namq; ti-
tulo euaneſcit poſſeſſio; quæ ſine titulo ſtare
non poteſt, *Bald. c. 1. num. 3 de conſtitut. Sacca.
conſ. 5. à num. 83. Ladercb. conſ. 105. num. 5. Pe-
regr. conſ. 85. num. 28. conſ. 86. num. 9. in 6.* adeò
vt nec retraditio requiratur, *Bald. conſ. 9. nu.
1. in 1.* nec ceſſio iuris, quod penes deficien-
tem erat, *Peregr. d. conſ. 86. num. 10.* imò ſi in
aliquo alteratur, vel innouatur antiqua poſ-
ſeſſio, aut aliquid de nouo ei additur manu-
tenibilis per continuationem nec eſt, cum
non ſit eadem, *Burs. conſ. 282. num. 10. Lancell.
de attent. lit. pend. c. 6. limi. 1. num. 92. Maſtrill. de-
ciſ. 52. num. 11. Ramon. conſ. 56. num. 20.*

Ex his infertur, *Tex. l. ab emptione. ff. de
pact. & l. 1 C. quando lic. ab empt. diſced.* de ven-
ditione, & contractu loqui, qui cum ex ſi-
multaneo conſenſu perfectus iam ſit, non ni-
ſi mutuo eorum conſenſu diſſolui poteſt, vel
rei, & pretij reſtitutione: Quæſtio verò no-
ſtra eſt in refutatione & refutati feudi poſ-
ſeſſionis traditione, ad refutantis aui vſq;
mortem; quæ legis noſtræ miniſterio irrita
iam eſt & nulla, nullo hominis miniſterio
intercedente; cum in nepotem & illam con-
tinuari determinet, quia nec in eum conti-
nuari poſſet, ſi penes refutatarium adhuc ſit.

Ampl. II. In feudis licet dicatur ſucceſ-
61 ſio † non tamen eſt vera ſucceſſio, cum vnus
non capiat ab alio, neq; ex teſtamento, neq;
ab inteſtato, ſed eſt quoddam ius ſucceſſori-
um feudale, quod à Domino feudi peruenit,
*Bart. in auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. Pe-
regr. conſ. 17. num. 6. in 6. Bolognet. conſ. 9. num.
38. 40. latè Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit.
27.* & ſucceſſorum continuatio, *Oſaſc. conſ. 8.
num. 13. in 2.* pro quo datur etiam vtilis rei-
uendicatio ex propria perſona, eueniente
caſu mortis eius, qui eſt in proximiori caſu
vocationis, *Camerar. in c. imperialem. §. præte-
rea. de prohib. feud. alien. per Feder. Seraph. deciſ.
1358. Marc. Anton. Genuen. pract. quæſt. 32.*

num. 3. cum, dicere minimè debeamus, vt
vna ſit donatio pro primo, & omnibus ſe-
quentibus in infinitum, quia potiùs, vt to-
tidem cenſeantur donationes, quot ſunt per-
ſonæ ad tempus, & poſt tempus factæ, hoc
eſt, vnicuiq; ad vitam, *Oſaſc. cons. 8. ſub num.*
13. *in 2. Marta, cons. 18. num. 1. 23.* ac per con-
ſequens Nepori ex prædefuncto filio primo-
62 genito † vtilis in rem actio competit, poſt
Aui mortem, *ex l. quoties. C. de donat. quæ ſub
mod. Dec. cons. 239. num. 7. 8. Caſſan. cons. 53. nu.
51. & addit, nu. 54.* in contractibus in diem,
vel ſub conditione initis, traditionem non
requiri, quæ pro facta haberetur adueniente
die, vel conditione, *Oſaſc. cons. 3. num. 29.
30. in 2.* in ſubſtitutionibus namq; ex con-
tractu dominium ſaltem vtile tranſit, ſinè
traditione aduenta conditione, *Specul. de
locat. & emphit. § nunc aliqua verſ. ſeptuageſi-
mo queritur. Rip. l. fin. num. 36. C. de reuoc. donat.
& lib. 3. reſpon. c. 1. num. 4. Od. ffr. l. 2. ad fin. C.
de donat. quæ ſub mod. Dec. l. traditionibus. num.
14. C. de pact. cons. 239. num. 8. Gregor. Lopez. l.
7. glos. el Seanorio. tit. 1. p. 5 Crauet. cons. 19. Caſ-
ſan. cons. 53. num 53. Abex. de pact. num. 126.
Ioan. Lopez, l. Thaur. 46. num. 2. Gomez, l.
Thaur. 40. num. 26. Natt. cons. 503. num. 7.
cons. 532. num. 24. Faber, de error. pragmat.
tom. 2. decad. 47. error. 8. Zanch. l. hæredes mei. §.
cum ita. p. 4. num. 18. ff. ad trebell. Suarez, de las
harent. num. 31. Clar. §. donatio. quæſt. 13. Fuſar.
de fideicomm. quæſt. 674. num. 31. Oſaſc. cons. 3.
num. 31. in 2. & decis. 85. num. 6. 7. 16. Sforz.
cons. 48. Robles, de repræſent. lib. 3. c. 12. nu. 18.
Decian. cons. 31. num. 61. cons. 41. num. 17. in 1.
cons. 55. num. 3. in 3. cons. 1. nu. 25. 26. in 4. For-
catull. dialog. 63. num. 2. Seſſe, decis. 18. num. 11.
Caſtill. iur. controuers. 5. num 18. p. 4. Molin. de
rit. nupt. lib. 3. quæſt. 22. à num. 28. Tiraq. de no-
bilit. quæſt 8. Peregr. de fideicom. artic. 51. num.
16. 17. 68. 69. & cons. 7. num. 5. in 6. Turret.
cons. 61. num. 41. in 1. Ceual. comm. quæſt. 249.
num. 1. Marta, cons. 58. nu. 8 ſibi contrarius, cons.
38. num. 16. 17.* & in locis mox citandis, *Rot.
decis. 683. num. 8. p. p. Gratian. diſcept. 247. num.
3. 4. diſcept. 381. num. 22. 23. Rauden. cons. 28.
num. 23. in 1. Caldas, cons. 48. à num. 12.* & de-
ciſum refert, *Phœb. decis. 83. ad fin.* magis com.
*Gargiar. patroc. 10. nu. 7. latè. Menoch. cons. 1153.
num. 68. 69. 75. 79. Perier, decis. 108. num. 1. P.
Molin. diſput. 265. diſput. 577. nu. 7. Marc. Solon,
de Paz, cons. 26. à num. 23.*

Cæterùm, non deſunt, qui ex contrario pu-
tent, ex tex. d. l. quoties. ſolam perſonalem ori-
ri actionem, *Bellamer. cons. 39. Guid. Pap. decis.
512. Sot. cons. 115. ad fin. in 4. ex com. Gomez, l.
Thaur. 40. à num. 25. Franc. decis. 74. Dec. cons.
300. num. 4. Tiraq. de conſtit. ampl. num. 3. 30.
Ponte, cons. 136. num. 154. in 2. Couar. 1. reſol. c.
14. à num. 3. Capiblanc. de baron. pragm. 4.
num. 95. Fachin. lib. 8 iur. controuers. 88. Mar-
ta, de ſucceſſ. legal. p. 4. quæſt. 21. artic. 13. nu. 12.
tom. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 48.
num. 6. lib. 14. tit. 28. num. 24. 29. Magon. Floren.
decis. 71. num. 8. decis. 202. num. 16. Luceñ. de-
cis. 38. num. 28. 29. Suarez. alleg. 19. Menoch.
cons. 325. num. 3. Molin. de primog. lib. 3. c. 12. nu.
2.* Quam veriorem, & magis comm. inquit,
Gratian. ſibi contrarius, diſcept. 332. num. 7. 8. 9.

Alij verò putant, Perſonalem dari actio-
nem in rem ſcriptam, ac rei perſequutori-
am, ex *Peregr. de fideicomm. artic. 36. ad fin. Mar-
ta, Vot. 49.* qui ſic Romæ deciſum refert, *nu.
5. & Piſis, num. 9.*

Illud tamen conuenit inter omnes, Vt ſi
ſtipulatio pro omnibus ſit interpoſita, Tunc
ius vtile acquiritur ſubſtituto, etſi primo
donatario quæſitum non ſit, *Seraph. decis.
1572. num. 11. 12. Turret. cons. 61. num. 41. in
1. Mantic. d. tit. 48. nu. 6. ad fin.* Donatio namq;
facta alicui recipienti pro ſe, & filijs ſuis ma-
ſculis non reſoluitur niſi deficiente linea
maſculina, *Soc. Iun. cons. 53. in 2. Negus. cons.
479. num. 1.* Nec dubium, cum & nondum
natis poſſit ius quæri, *Guid. Pap. cons. 54. ad
fin. Negus. d. num. 1. Cephal. cons. 329. num. 93.
Surd. decis. 322. num. 1. Coſta, de re integr. diſtin.
79. num. 10.* Vel ſi donatio facta ſit alicui in
modum maioratus vt ſucceſſiuè res donata,
perpetuo veniat aliquibus de familia; Tunc
ſufficit, quod à primo donatario res nomine
omnium acceptetur; Ideoq; abſq; aliqua
reſtitutione quilibet in donatione vocatus
conſequitur dominium eodem inſtanti, ac
momento quo purificatur conditio, vel ve-
nit dies vocationis ex propria perſona, ſub-
lato de medio vltimo maioratus poſſeſſore,
*Iſern. Prapoſ. Caſtr. Dec. Paris. Siluan. Alciat. Ti-
raq. & alij à Molin. de primog. lib. 1. c. 1. num. 14.
16. 17. 20. c. 14. num. 16. lib. 3. c. 12. 13. lib. 4. c.
2. num. 75. Ponte, cons. 136. num. 155. in 2. Gut-
tier, pract. lib. 2. quæſt. 80. quæſt. 87. Coſta, de
ſucceſ. regn. Valaſc. de patit. c. 30. num. 25. Palacz.
de Maior. p. 2. quæſt. 10. num. 4. Gargiar. patroc.
10. Menoch. cons. 1153. nu. 68. 69. P. Molin. diſput.
265. num. 8. Caſtill. iur. controuers. 9. num. 17. p.
2. Perier, decis. 108. num. 1. ad fin. Fontanel. de
pact. nupt. claus. 4. glos. 9. p. p. num. 4. 5. Vaſq. de
ſucceſ. creat. lib. 3. ad l. ſi quando. C. de inoff. teſtam.
Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 22. à num. 22.*

Q. LV. Primogeniti filius an per aſſum-
63 ptionem † alterius cognominis & inſignium

pri-

primogenij ceſſionē priuetur iure ſuo, adeò vt illi locum faciat qui ſequenti in gradu eſt? Affirmantium fuit opinio, *ex Minad. in conſtit. in aliquibus. not. 3. nu. 130. Reyger. Theſaur. iur. lit. Pr. verb. primogenitus. nu. 11. Morot. cons. 99. nu. 17. Guttier, Canon. quæſt. 32. nu. 29. Spin. de teſtam. glos. 17. Gomez, l. Thaur. 40. n. 70. Teſſaur. lib. 1. forens. quæſt. 34. Molin. de primog. lib. 1. c. 6. num. 22. Petr. Gregor. de republ. lib. 7. c. 10. nu. 18.* conſtat namq; primogenituram cedi poſſe, *ex c. quam ſit periculoſum. 7. quæſt. 1. glos. l. quoties. ff. de hæred. inſtit. Gugliel. c. raiunti-us. verb. duas habens. num. 224. Suarez, de inoff. teſtam. lim. 5. Ciriec. de primog. lib. 3. quæſt. 8. Durand. de art. teſtam. cautel. 3. num. 2. Afflic. c. 1. num. 38. de ſucces. feud. Paz, in proem. leg. Thaur. num. 94. 98. Gomez, l. Thaur. 40. num. 70. Soc. cons. 47. num. 18. in 3. Sà, in ſuis diſput. fol. 86. ad fin. Perier, decis. 108. ſub num. 4.* ſed hoc verum in ſui præiudicium, *Natt. cons. 502. Teſſaur. d. quæſt. 34. n. 34. Maluas. cons. 22. nu. 103. Tiraq. de primog. quæſt. 19. Reyger, d. verb. primogenitus. num. 12. Berret. cons. 134. Honded. cons. 72. num. 40. in 1.* primogenitus namq; habens ius ſuccedendi, conſentire poteſt vt ſecundogenitus inueſtiatur, *ex Bald. & Afflic. tradit Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 27. num. 31.* ad ſui tamen vitam; cum ſui natura, feuda, de vno in alium tranſeant, ordine quidem ſucceſſiuo, ex ſtipulatione cum primo ænita, vndè tot videntur conceſſiones, quot ſunt gradus, quia vnuſquiſq; vocatorum deſcendentium cenſetur inſtar vſufructuarij: propterea quod ius illius per obitum extinguitur, & immediatè tranſit ad alium ex ſtipulatione cum primo, *Coſta, de re integr. diſtinc. 79. num. 10.*

64 Ampl. I. Vt pœnitere eum † non poſſit, *Reyger. d. num. 12. Tap. S. C. decis. 28. num. 31.* ſi alter acceptauit, *Schreder. de feud. p. 10. ſect. 8. num. 128. Cabed. decis. 96. num. 8 p. p.* Qua de re dixi pleniùs, *§. 1. glos. 15. à nu. 66.* cum renuntiatio in proximiorem facta proculdubio firma eſt, *Afflic. c. 1. num. 67. de ſucces. feud. Peralt. rub. ff. de hæred. inſtit. num. 109. Tiraq. 1. retract. §. 26. glos. 2. num. 4. de primog. quæſt. 27. Palaez, de maiorat. lib. 3. quæſt. 18. nu. 8. Perier, decis. 108. ſub num. 4.* ſitq; accipiendus eſt, *Paris. cons. 72. num. 11. in 2. cons. 1. num. 58. in 1.* dum reſoluit poſſe grauatum, rem reſtituere, etiam exiſtenti in remotiori gradu, quia loquitur in grauato reſtituere vni de familia, non verò, quando vocatur proximior, vt in feudis, & maioratu.

65 Declar. I. Vt filijs † non præiudicet, *Cabed. d. decis. 96. num. 5. Tiraq. de primog. quæſt. 26. num. 5. quæſt. 40. num. 187. Boer. decis. 147. num. 7. decis. 214. ad fin. Burgos, de Paz, in proem. leg. Thaur. num. 96. Molin. de primog. lib. 1. c. 6. nu. 45. Perier. decis. 108. num. 5.* Etenim poſt mortem primi poſſeſſoris, nullum nouum fit pactum, ſed ſolum vi primæ inueſtituræ, ac pacti obtinent & retinent poſteriores vocati ius cui præiudicare non poſſunt ſecundus, aut tertius, poſſeſſor, *Pinell. l. 1. p. 3. num. 98. C. de bon. matern. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 49. num. 7. P. Molin. diſput. 478. ſub num. 5.* quia pater renuntians feudo, iuri, quod pro tempore vitę ſuæ in eo habuit, ceſſiſſe videtur non iuri filiorum, *Bald. l. qui ſe patris. C. vnd. liber. Aret. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de legat. 1. Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 80. nu. 13. Schrader. de feud. p. 8. c. 8. num. 6.* cum generalis ſit regula, patrem non poſſe repudiare ius filio competens, *l. fin. C. de repud. bon. poſſ. l. reuertente. C. de iur. deliber. l. 2. C. ſi aduers. donat. l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hæred. Cabed. decis. 30. nu. 3. p. 2. & dicit Ancharr. cons. 27. num. 25.* quod repudiatio patris nihil nocet filio, in his, quæ non ex perſona patris, ſed ex alterius donatione ad filium pertinent, *l. 1. §. qui habebat. ff. de bon. poſſ. contr. tab. l. 2. §. ſi verò. ff. ad tertull. Cabed. d. num. 3.* imò ſi legitimus adminiſtrator ſit, nec valet renuntiatio hæc ſinè filij conſenſu, quia licet liberam habeat bonorum filij adminiſtrationem, *l. 1. C. de bon. matern.* iuri tamen filij etiam infantis renuntiare non poteſt, *l. fin. §. fin. C. de bon. quæ liber. & ibi, Caſtr. Cabed. d. decis. 30. num. 4. & notant Bald. & Corn. l. ex repudiatione. C. de fideicom.* quod legitimus adminiſtrator renuntiare non poteſt iuribus eorum, quorum res adminiſtrat, *l. tutor. & ibi, Bart. ff. de bon. poſſeſ. l. præſes. C. de tranſact.*

Q. V. Viuente auo, ſi ſecundogenitus
66 feudum † poſſideat, An nepos poſt aui mortem ſucceſſurus actionem mouere poſſit, vt declaretur verus poſt illius mortem ſucceſſor? Adeò controuerſum hoc fuiſſe refert, *Molin. de primog. lib. 3. c. 14.* vt contrariæ ea de re in Regijs prætorijs latæ fuerint ſententiæ.

Prior itaq; fuit Negantium opinio, quam probat, *Pinell. l. 1. p. 3. num. 78. C. de bon. mater.* qui ſic Luſitaniæ pronuntiatum aſſerit, *Padill. l. 1. num. 31. C. de fideicom. Barbos. l. non poteſt. num. 17. ff. de iudic. Cened. p. 2. collect. 10. Gomez, l. Thaur. 40. num. 79. Caldas, Forens. quæſt. 23. num. 103. Perier, decis. 129. nu. 1. Bonit. cons. 95. à num. 1. in 2. P. Molin. diſput. 639. ſub nu. 1. Valaſc. decis. 184. Gamm. decis. 202. num. 3. Spin. de teſtam. glos. 19. num. 66. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 26. num. 129. Palaez, de Maior. p. 2. in init. ex*

*nu.64.Suarez,alleg.3.*qui ſic in Pineiano prætorio deciſum refert,*alleg.4.Molin.de primog. lib.3.c.14.nu.10.*qui alios eiuſdem opinionis citat,*num.17.*maximè in fideicommiſſis;ſubiungit tamen, *nu.31.*quaſdam limitationes, de quibus infra erit ſermo,iuxta quas P.*Molin.d.diſput.639.* loquutos ſibi videri inquit, *Couar. 1.reſol.c.18.num.8. Suarez, alleg.4. & Gregor.Lopez, l.1.glos.fin.tit.2.p.3.*

Poſterior fuit contraria Affirmantium ſententia, ex *Simanc.de primog.lib.1.c.28.Gregor.Lopez, l.1.glos.en el tiempo.tit.2.par.3.Couar.d.c.18.num.8.Suar.alleg.4.Auend.l.Thaur.40.glos.1.num.35.36.Anna, cons.11.cons.126. Hyeron.Leon.decis.35.num.6. Vinc. decis. 403. num.9.Menoch cons.1195.num.30.Apetr.de fideicomm.quæſt.10.Oſaſc.decis.130.num.15. ad fin.Palacz, de Maior.p.2.num.64.Cauale.de Vſufr.num.194.Didac. Perez, lib.1. ordin.tit.2. Veſembec.cons.44.num.10.Montcallegr.prax.ciuil.lib.1.c.2.num.35.47.50. & lib.2.c.1.§.3. nu.12.13.14.addit Molin.d.c.14.nu.9.*ſic pluriès deciſum apud ſuprema Hyſpaniæ Tribunalia; ſicut & noſtro in Regno fuit aliàs iudicatum teſte *Maſtrill. decis.118.num.30.* per tres ſententias conformes pro Guglielmo Pugiades,qui legitimus declaratus fuit ſucceſſor in certis feudis, excluſis fæminis.

Quid dicendum? Si quæris, in tanta ſcriptorum diſcordia, Vtras ergo partes potiſſimum ſequendas arbitrer. Planè ità ſentio, vt ſtricto quidem iure, prior Negantium opinio, verior ſit; faciunt namq; pro ea vehementer rationes illæ,quas principio *Doct.* citant, Tum quia feudum Nepoti competit poſt Aui mortem, ſi primogenitus tunc ſit, ſed poteſt ipſe decedere die nondum aduenta, ſicq; iudicium fiet ſuper iure de futuro contra *tex.l.non quemadmodum.ff.de iudic.l.dies incertus.l.hæres meus.ff.de condict.& demoſtr.* Quæ iura non patiuntur iudicia poſſe fieri deluſoria, *l.ſi prætor.ff.de iudic.glos.l.1.ff.de Offic.Aſſeſſ.Ramòn.cons.72.num.19.21.Rouit. cons.75.num.6.in 2.* qua ratione iudex ſinè actione agentem iudicio repellit ex officio etſi tacuerit reus, *glos.l.ſi vnus §.pact.ff.de pact.& ibi, Bart.nu.20.Ias.nu.45.Oroſc.nu.55. l.vbi pactum.C.de tranſact. vbi ex comm.Padill. Cephal.cons.112.num.5.Menoch. de arbitr. quæſt. 16.num.3.cons.89.num.73. Neuiſan. cons.30. num.7. Montcallegr.in prax.lib.1.c.2. à num.3. Ramon.cons.5.num.35.cons.37.num.66.Rendin. de maieſt.princ.glos. ſed etiam per legitimos tramites.num.130.* Ius enim hoc eſt omninò conditionale, *ex l.1.§.ſi impuberi.ff. de collat. bonor.* quia ſolo iudicis efficio peti poteſt, vt declaretur ius, quod de præſenti non competit, *Bart.l.ſi finita.§.eleganter.num.6.ff.de damn.infect.Barbot.d.l.non poteſt. videri.nu.18. ad fin.Alex.cons.95.num.3.in 1.Gomez, d.num. 79.* Tum quia agens in iudicio, non admittitur abſq; intereſſe,*l.ſi patroni.§.qui fideicommiſſaria.vbi Angel. & Alex.ff. ad trebell.l.ſed nec legatarios.cum.l.ſeq.ff de condict.furt.latè Tiraq. 1.retract.§.1.glos.2.num.51.* quod adeò verum eſt, vt etiamſi nihil intereſſet eius excipere, ſi conſtet etiam non intereſſe actoris agere, repelli debet, *Surd. cons.214.num.14. Ramon.cons.5.num.35.* Tum quia vagum eſt ius filij propter incertitudinem vitæ, & mortis,tam parentis,quam propriè, *ad tex.l.pecuniam.ff.ſi cert.petat.*ibi,pendente autem conditione petere non poſſum, quoniam cum incertum ſit, an ex ea ſtipulatione deberi poſſit, ante tempus petere videor, *l.non ſolum.§.fin.ff.de liber.legat.Rip.l.ita ſtipulatus. num.88.ff de verb.oblig.Ias.& Doct.num.3.in §.plus.inſtit.de action.Alex.d.cons.95.num.3. Abex. de pact.num.436.* ideò articuli continentes materiam futuri euentus reijciuntur, *ad tex.l.litigatores.§.fin.ff.de arbitr.* ibi, ne fit inefficax ſententia, deficiente conditione, *l.1.§.1.ff.de vſur.* ibi, Quid enim pertinet ad officium iudicis, futuri temporis tractus, *l.ſi ita ſcriptum.§.1.ff.de legat.2.* ibi, nec pertinet ad nos,antequam dies veniat,*l.qui ſuperſtitis. ff.de acquir.hæred.* vbi de hæreditate non agitur, in vita poſſeſſoris.

Porrò altera Affirmantium opinio, Vſu, & fori aſſuetudine validiùs increbuit: Sicuti fidem certam facit, *Molin.loco paulò ante citato;* Proindè huic, cui conſuetudo annuit, morigerandum magis eſſe iudico. Si quidem diuerſis inter ſe opinionibus certantibus, potior debet eſſe, illa,pro qua conſuetudo calculum tulerit, *l.ſi de interpretatione. ff.de legib. l.iniuriarum.§.fin.ff. de iniur.c.cum dilectus.& illic Abb.de conſuet.Parlador.lib.1. rer.quotid.c.1.§.11.nu.40.* Opitulatur & huic conſuetudini, præter Superiorum Doct. autoritatem (quæ leuis quidem non eſt) ex *Suar.alleg.4.Couar.1.reſol.c.18.ad fin.Simanc. lib.1.de primog.c.14.Canal.de vſufr.num.194. Petra,de fideicom.quæſt.10.num.1.* vbi teſtatur receptionem eſſe ſententiam, *Oſas.decis.130.* Tum maximè ſi præſens aliqua detur cauſa,
67 *Garz.de nobilit.glos.47.nu.16.* Vt ſi feudi † vel Maioratus poſſeſſor deſtruat, aut res alienet, quaſi inueſtituræ, vel maioratus vinculo nõ ſint ſubiectæ vel canceller, aut rumpat, inueſtituræ, ſeù inſtitutionis feudi, & maioratus inſtrumentum, vel quid aliud faciat, quod

præ-

præiudicet iuri ſucceſſoris in futurum; Tunc poterit aduerſus id agere ſucceſſor; tamquam legitimus, (poſt eum poſſeſſorem) ſucceſſor: Quod ſi nihil ad ipſum attinere ei objiciatur, poterit ſanè contēdere, & probare ſe eſſe legitimum ſucceſſorem, & cauſā, *Padill.l.1.num.31. C. de fideicom. Suar. alleg.4. Greg.Lopez,d.l.1.gloſ.en el tiempo. Pinell.l.1.p.3.num.78.C.de bon.mater. Fab. Anna, cons.11. num.7, Molin.d.c.14.num.31. Perier, decis.129. num.3. Gomez,l.Thaur.40.num.79. Valaſc. decis.184. Montcallegr.d.c.2.num.47. Garz.d.gloſ.47.num.17. Hieron.Leon.decis.35.num.15. Gut-*
68 *tier.cons.13.num.1.* Vel ſi poſſeſſor † illud dilapidet, *Simanc.de Maiorat.lib.2.c.28.* Couar. *1.reſol.c.18.num.8. Molin.d.c.14.num.17. Gregor.Lopez,d.gloſ.en el tiempo. Fuſar. de fideicom. quæſt.519.ſub num.4. quæſt.607.num.6. Petra, de fidcicom.quæſt.10. num.11. Guttier, cons.13. num.1. Peregr.de fideicomm.artic.41.num.5. Hieron.à Leon.decis.35.num.15.ad fin. Monteallegr. d.num.47. Palaez,de Maior.p.2.in princ.nu.63.* qui ſic iudicatum refert, *num.65.* ſiuè diſſipet grauatus agendo, ſiuè omittendo, *Alex. nu.14. & alij,in l.imperator.ff.ad trebell. Cephal. cons.113.num.16. Fuſar.d.quæſt.519.nu.6.* ſiuè diſſipet in toto, ſiuè in parte, *Bero. quæſt.72. num.4.* Cephal.*cons.113.num.14. Petra, de fidcicom.quæſt.10.nu.59.ad fin. Fuſar.d.quæſt.519. num.10.* Vel ſi de præſenti deleatur ab aduerſario chyrographum, quo aliquid in futurum ſub conditione deberetur, *P. Molin. diſput.639.ſub num.1.* Vel aliquo caſu probatio iuris de futuro auferri poſſet quia agi poterit ad declarationem iuris futuri de præſenti, *l.in lege aquilia.ff.ad leg.aquil. Peregr. d.artic.41.num.5. Fuſar.d.quæſt.607.nu.5.* Vel ſi grauatus diffamaret de non iure fideicommiſſarij, tunc enim agi poſſet remedio, *l.diff. amari.C.de ingen.& manumis.* vt ex Peregr. *probat Intrigl.de ſubſtitut.centur.3.quæſt.33.num.73. Fuſar.d.quæſt.607.num.7. Garz. de nobilit. gloſ.47.num.12.13. Molin.de primog.lib.3.c.14. à num.23. Couar.1.var.reſol.c.18.* quibus contrarius eſt, P.*Molin.diſput.639. vers. ad octauum.*

Quare his exceptis longè alienum à Chriſtiana, benèq; inſtituta republica eſſe debet, teſtatur, *Molin.diſput.639.num.1.arg.1.ad fin.* tales cauſas admittere viuente adhuc vltimo maioratus, ſeù feudi poſſeſſore, quo pronuntiaretur quis ex duobus eo iudicio contendentibus ſuccedere deberet in feudo, poſt mortem talis poſſeſſoris, ſanè id iudicium poſt multas contentiones, odij occaſiones, expenſas, atq; alia mala, facilè reddi poſſet inanè, & fruſtratorium, mortuo eo, qui pronuntiaretur legitimus ſucceſſor antè talem poſſeſſorem, vel nato legitimo ſucceſſore: quo fit, vt tale iudicium admittendum non ſit, tanquam noxium, bonoq; reipublicæ aduerſum ſatis quippe eſt, Rempublicam ex cauſis de præterito, & de præſenti, fixis iam, & inuariabilibus litibus vexari innumeris, vndè multa mala, ſæpè ſinè vllo emolumento oriri poſſunt, vt experientia ſinè vllo emolumento fuiſſe non rarò ſubſequuta, ſatis teſtatur: Proindè non ſolum agi non poteſt ad condemnationem, ſed nec ad declarationem iuris ſui vt ſcilicet condemnetur grauatus ad reſtituendum, & relaxandum eueniente die, vel conditione, *ex Pinell.l.1.p.3.num.78.C.de bon.mater.* qui ſic iudicatum inquit, *Padill.l.1.num.31.C.de fideicomm. Calcan.cons.21. Alex.cons.95. in 1. Emilian cons.155.ad fin. Guttier.cons.13.num.1. Boer.decis.354.num.13. Fuſar. de fideicom.quæſt.607.num.3. Garz. de nobilit.gloſ.47.num.12. Peregr.de fideicom.artic.41. num.4. ad fin. cons.53.ad fin.in 1. Menoch.cons.1195. ad fin. Vaſq. de ſucceſſ.creat.§ 6.nu.46. Marzar.de fideicommi. quæſt.60. vbi, Rotam. Florent.* ſæpius hanc opinionem approbaſſe refert, *Suarez, alleg.8.* qui ſic iudicatum profitetur, *Molin.de primog. lib.3.c.4. Ludouic.comm.conclus.8.ampl.11.*

Ego, ſi quid mei iudicij eſt, licet ſubnectere, Negatiua hæc opinio quam vt ſupra ex alijs etiam probauimus *à num.66.* intelligenda omninò eſt; ſi nulla præſens ſubſit cauſa, qua iudicium ſuſtineatur, ſi enim præſens adſit damnum, tunc ex his, quæ diximus *num.66.* planè illi locus erit, vt admittatur ad agendum, & conſtet iudicium, & ità temperandas duxi prædictas duas opiniones mutuo pugnantes; Pone maioratus, vel feudi poſſeſſorem diſſipare bona reſtituenda; Pone velle alienare; Pone velle vendere tanquam libera, & emptorem requirere; Pone vocaſſe alium, tanquam ſucceſſorem futurum; Pone negare apertè te ſucceſſorem, quo facto ſequitur ſtatus tui diminutio, qui omninò ſucceſſurus ſis; Pone te vxorem velle ducere, maiorem, minoremq; dotem recepturum ex ſpe ſucceſſionis, quam ad te pertinere forte neget maioratus, vel feudi poſſeſſor; Pone nobiliorem ducturum te vxorem, certè præſens iniuria eſt, præſens damnum, quo caſu admittendus es, ex iuribus ſupra adductis, & agnoſcunt Omnes etſi non adducant exempla. Ideò puto Iudicis diſquiſitioni relinquendum, qui de ea re cognoſcet, & ex varijs cauſis ac circumſtantijs

prim.

cauſarum variè quoq; iudicabit, *arg. l. in fundo. ff. de reiuendic. §. ſed quia natura. Quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amitt. tit. 24. de feud.* Alias, ſi is, qui prætendit ſe eſſe proximum ſucceſſorem poſt mortem vltimi poſſeſſoris, timet ne teſtes, quos ad id probandum adhibere intendit moriantur, diſcendant, aut obliuiſcantur, poterit eos examinari facere ad perpetuam rei memoriam, vt ad iudicium ſummarium, tempore mortis vltimi poſſeſſoris, paratas habeat probationes, *P. Molin. diſput. 639. num. 1. lit. E.*

Q. VI. Auo mortuo, Nepos feudum non
69 reuocat † An ſequens in gradu, ad illud poſſit agere? *Doct.* variant, Vtq; faciliùs quæſtio hæc valeat expediri aliquot conſtituendi ſunt caſus.

Primus eſt, ſi remedio Noſtræ legis, vti ille velit: Tunc negat, *Guttier. lib. 5. pract. quæſt. 71. num. 15.* Cum enim feudo alienato ſucceſſio non cõtingat, nec lex noſtra loquatur, niſi poſſeſſore iam defuncto, ſequens in gradu interdictum poſſeſſorium non habebit, nec aduerſus titulo poſſidentem huius legis remedio vti poterit, ante illius mortem; ex his quæ diximus, imò alienatore etiam mortuo, ſi alienationis huius titulus, ab ipſo feudi poſſeſſore legitima tamen ex cauſa ortum habuit, tunc feudi poſſeſſionem in proximè vocatum ipſo iure non tranſire diximus, neq; contra poſſeſſorem hunc, Noſtræ legis remedio locus erit, *Bald. & alij à Molin. relati, de primog. lib. 3. c. 13. num. 55. P. Molin. diſput. 638. num. 4.* Sed id negotium via ordinaria apud, M. R. C. Iudices feudales, vel apud prætoria alia expediendum erit, *Afflict. c. 1. §. titius. num. 7. ſi de feud. defunc. milit. conten.* cum extra iudicium ſummarium ſit, altioriq; egeat indagine, *Rouit. cons. 15. num. 18. in 1.* Si verò titulus ab ipſo vltimo feudi poſſeſſore originē traxit, ſola ſua voluntate, & abſq; cauſa legitima, vt quia donauit, vendidit, aut alio modo alienauit, tunc cum talis titulus ſit apertè nullus, habendus eſt pro non titulo, *Bald. & alij à Molin. d. num. 55. P. Molin. d. num. 4.* Qui & conſtanter firmant, aduerſus ita poſſidentem Noſtræ legi locum eſſe, pręſertim quod, remedium hoc poſſeſſorium admixtam habeat cauſam, ſeù examen proprietatis, *Gregor. Lopez, l. 7. glos. poſſeſſion. col. 2. ad fin. vers. ſed an illa. tit. 4. part. 5. Rouit. cons. 15. num. 19. in 1. Aucnd. l. Thaur. 45. glos. 5. num. 3. glos. 7. num. 3.* Reuocare tamen alienationem poterit, ſi eidem non conſenſerit, *ex §. titius. ſi de feud. defunc. milit. conten. & ibid. Bammacar. num. 7.*

Secundus caſus eſt, ſi fideicommiſſum in feudo hæreditario, ſola ſubſtitutione inductum ſit; Tunc ſecundus ſubſtitutus non admittitur, *l. ſi duobus. ff. de legat. 1. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. l. 2. & ibi, glos. ff. ſi pars hæred. petat. Caſtr. cons. 454. nu. 2. in 1. cons. 77. dub. 7. in 2. Cranet. cons. 166. num. 14. Decian. cons. 1. num. 54. in 3. Surd. cons. 165 num. 54. Fuſar. de fideicom. quæſt. 608. num. 1. Menoch. cons. 610. num. 21. cons. 769. num. 5. Peregr. de fideicom. artic. 45. num. 61. Randens. decis. 32. nu. 346.* qui declarandum hoc inquit, ex his quæ ſcripſit, *cons. 2. num. 253. cons. 3. num. 62. in 2.* quia ius tertij excluſiuum, ipſo iure, intentionis agentis opponi poteſt, *l. fin. & ibi, Doct. C. de reiuendic.* Menoch. *cons. 1. num. 340. Teſaur. decis. 4. Simon. de Prat. de interpr. ult. volun. fol. 194. nu. 24. Peregr. de fideicomm. artic. 48. num. 46 70. Fuſar. d. quæſt. 608. num. 2.* non enim auditur actor, ſi ſua non intereſt, *l. 1. c. quor. appell. non recip.*

Ampl. I. Si primus ſubſtitutus alienationi conſenſerit, Tunc ſequens in gradu admittendus non erit, *Bart. l. ſi fundũ per fideicõmiſſm. unu. 1. ff. de leg. 1. Magon. Floren. decis. 102. nu. 7. Fuſar. d. quæſt. 608. n. 6.* donec ipſe vixerit, *Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 84. num. 1. 2.*

Tertius Caſus eſt, ſi expreſsè prohibita fuerit feudi alienatio, Tunc ſi alienetur, & primus cuius cauſa, & fauore facta fuit prohibitio reuocationem non petet; ſequens in gradu admitti debet, *Magon. d. decis. 102. nu. 6. Fuſar. d. quæſt. 608. num. 7.*

Q. VII. Poſtergato nepote ex prædefuncto filio primogenito, Auus ſecundogenito filio feudum refutat, cui iam inueſtito ad mortem vſq; poſſidenti, Deſcendentes ex eius linea in feudo gradatim ſuccedunt, adeòut ex immemorabili eorum poſſeſſione preſcriptum in hac linea videatur feudum. Sed primogenitus ex illius nepotis linea ſucceſſiuè deſcendens, feudum ad ſe ſpectare in iudicio proponit immemorabili pręſcriptione illa non obſtante. Quid iuris ſit, quęritur? Cui ſanè conſultationi, Negatiuè reſpondendum mihi erat,

Primo immemoriali tempore quodlibet feudum, tam contra dominum, quam contra vaſallum præſcribitur, *l. ſi hæres inſtitutus. §. fin. ff. ad trebell. l. ſi fundum. ff. de fund. dotal. Bart. l. fin. C. quib. ex cauſ. in integr. reſtit. Bald. l. 1. num. 19. C. de ſeru. fugit. Roger. cons. 8. lib. 1. Menoch. cons. 904. num. 54. cons. 1035. num. 6. Petra, de fideicom. quæſt. 14. num. 159. Gregor. Lopez, l. 10. glos. Ni le empece. col. 8. vers. fin. Suarez, alleg. 3. Gomez, l. Thaur. 40. num. 90. ad fin Sebrader.*

Google

dex.de feud.p.3.c.4.num.12.Molin.de primog.lib.3.c.14.num.4.lib.4.c.10.num.10. Deciſum refert, *Hyeron.Leon.decis.83.num.14.Fuſar.de fideicomm.quæſt.528.num.1.Pereg.de fideicom.artic.41.nu.18.Gabr.tit.de præſcrip.conclus.13.num.8.9.Simon.de Prat.de interp.vlt.volunt.fol.374.num.26.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.73.nu.74.Ceual.comm.contra.comm.quæſt.13.& alij,* quorum nomen claturá recenſet, *Palaez, de Maiorat.p.4.quæſt.21.à num.46.* Sed

70 ex immemoriali poſſeſſione † nedum omnia firmari quodq; ipſo iure irritum eſt, validum effici, *Bald.l.1.C.ne de ſtat. defunct. Balb. de præſcript.p.1.quæſt.6.num.8.Tap.decis.2.nu.392.Aldouin.cons.10.nu.24.* imò vitia omnia poſſeſſionis procul eijci, inquit *Garz.de nobilit.gloſ.12.num.54.* nec indiget titulo, *c.de præſcript.in 6.* cum, & immemorialis, vim, & poteſtatem habeat legitimi tituli, *l.hoc iure §.ductus.ff.de aqu.quotid.& æſti.glos.l.1.ff.famil.hercis.c.1.de præſcript.in 6.c.contra morem.100.diſtinc.c.ſeruitium.18.quæſt.vlt.Alex.cons.24.cons.52.num.3.in 5.Roland.cons.89.num.11.in 2.Menoch.cons.1092.num.10.Maſcard.concluſ.958.num.3.Schrader.conſ.13.num.187.Molin.de primog.lib.2.c.6.num.74.Ramon.conſ.5.num.22.cons.24.num.23.Soc.Iun.cons.76.num.92.94.Auendan.l.Thaur.41.glos.1.num.13.26.Gabr.tit.de præſcript.conclus.1.num.44.Tuſc.lit.P.conclus.550.nu.9.13.26.33.Valenz.cons.8.num.12.cons.33.num.8.cons.79.num.92.93.Ricc.in prax.iuriſpatr.reſol.69.num.2.reſol.113.num.2.Marta, de iuriſd.p.p.c.32.num.26.p.2.c.43.num.65.Caldas,forens.quæſt.5.nu.34.lib.1.Hieron.Leon.decis.83.num.14.Fuſar.de fideicom.quæſt.528.num.10.Roſentall.de feud.c.9.conclus.97.num.37.Molin.diſput.70.vers.poſterior.Burgos, de Paz, cons.15.num.12.cons.16.num.14.cons.50.num.4.Gonzal.reg.cancell.8.glos.18.num.43.glos.33.num.4.Cabed.de patron.reg.Coron.quæſt.34.num.7.Honded.cons.79.num.10.in 1.Ponte,cons.48.num.2.cons.95.nu.2.in 1.Eugen.cons.30.nu.19.Ludouic.comm.conclus.42.ampl.2.Aldouin.cons.10.num.18.Decian.cons.24.num.111.in 1.* quia probata immemoriali credendum eſt præceſſiſſe titulum legitimum, *Corn.cons.24.num.20.in 4.Garz.d.glos.12.nu.56.* nedum ad dominium acquirendum, *Bart.l.rem alienam.ff.de pignor.act.Mareſcot.lib.2.reſol.67.num.12.* etiam directum, *Oſaſc.cons.19.num.20.in 2.* ſed ad poſſeſſionem conſeruandam; quam ab Auo ex refutatione ſecundogenitus habuit. Quod adeò verum eſt, vt dicant ſcriptores in hac immemoriali neceſſarium non eſſe allegare titulū, *gloſ.c.præterea.§.ſuper.quibuſdam.verb.non extat.de verb.ſignif.l.fin.* ibi, quibus vetuſtas authoritatem daret.*ff.de aqu.pluu.arcend.Crauet.de antiq.temp.p.4.§.abſolutis.num.49.Honded.cons.79 num.12.in 1.Caldas,lib.1.forens.quæſt.5.num.64.Couar.c.poſſeſſor.p.2.§.3.num.7.§.5.num.2,* nec illum probare, *de præſcrip.§.1.glos.4.vers.31.Teſſaur.decis.16.nu.4.* credere namq; debet iudex immemorialem ex iuſtiſſimo titulo proceſſiſſe, *Abb.cons.7.in 2.Soc.Iun.cons.49.num.24 in 1.cons.6.num.13.14.21.in 3.* quod faciliùs præſumendum eſt, quia immemorialis poſſeſſio veritatis vim habet, *glos.l.1.C.de ſeruit.& aqu.Bald.cons.24.in 4.Crauet.cons.10.num.11.Menoch.cons.321.num.60.cons.1092.nu.9.Marta, de iuriſd.p.p.c.32.num 28.Schrader.cons.13.nu.188.Aldouin.cons.10.num.23.Valenzuol.cons.93.num.117.* adeò vt præſcriptione generaliter ſublata, immemorialis excluſa non cenſetur, *Bald.c.1.§.præterea.de Capit.Corrad.& in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccleſ.Padill.l.2.nu.29.C.de ſeruit.& aqu.Auend.cons.16.n.1.Parlador.rer.quotid.quæſt.13.nu.19.Schrader.cons.21.num.230.cons.32.num.194.Couar.3.reſol.c.13.nu.5.Mareſcot.lib.2.reſol.101.num.1.Otalor.de nobilit.p.3.c.7.num.11.Roſentall.de feud.c.9.conclus.97.nu.37.Caldas,foren.quæſt.5.n.34.lib.1.Aldouin.cons.10.nu.27.Gabr.tit.de præſcript.conclus.1.nu.1.2.50.63 66.67.Valenzuol.cons.20 nu.48.Tiraq.2.retract.§.1.glos.2.num.12.28.Gabr.cons.59.num.14.in 1.Morla,in empor,iur.tit.6.de ſeruit.quæſt.4.num.3.Honded.cons.79.nu.16.in 1.Tuſc.lit.P.conclus.550.num.31.Tap.S.C.decis.2.num.365.Otalor.de nobilit.p.3.c.7.num.11.Palaez.de maior.p.4.quæſt.20.num.51.Grat.cons.62.num.25.in 1.* etſi lege, vel ſtatuto immemorabilis tolli poſſit, *Schrader.cons.32.num.299.300.* & quando, *Mareſcot.d.reſol.101.* & ex immemoriali acquiritur poſſidenti ius ea fortiori ex cauſa, quæ excogitari poſſit, *Dec.l.traditionibus.num.11.C.de pact.Garz.d.glos.12.num.58,* & præſcribit non præſcriptibilia, *Menoch.cons.1050.num.17.* habens immemorialem, habet titulum à lege datum, *l.2.§.deniq; ibi vetuſtatis vicem legis obtinere.ff.de aqu.pluu.arcend.* Cumq; titulus datus à lege præſumatur, immemorialis habet vim iuſtitiæ, *Afflic.c.1.§.ſi quis.not.3.ſi de feud.fuer.controuers.Rube.cons.21.num.7.Soc.cons.65.num.37.in 2.* Pari expreſſe, *Crauet.cons.10.num.11.Peregr.cons.18.n.9.10.in 6.Menoch.cons.1092.nu.9.* imò plus operatur immemorialis quam pactum, *Aldouin.cons.10.num.19.* habetq; vim contractus, *Balb.de præſcript.p.5.quæſt.6.num.6.* & eſt adeò tutus qui immemorialem

ha-

habet poſſeſſionem, ac ſi priuilegium haberet expreſſum ab eo, qui dare poſſet, *Bald. conſ. 257. in 2. Ponte, feud. lect. 5. num. 34. deciſ. 38. num. 41. Gonzal. reg. cancell. 8. glos. 33. num. 4. Rot. deciſ. 717. num. 2. p. 2. Surd. conſ. 262. nu. 19.* Rouit. de priuileg. *Uniuer. pragm. 1. num. 6. Girond. de priuileg. num. 850. Reyger. theſaur. iur. lit. Pr. num. 31. Bardell. conſ. 22. nu. 14. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 5. num. 140.* Cabed. *de patron. reg. coron. c. 14. num. 4.* Schrader. *conſ. 32. num. 195. conſ. 23. num. 162. de feud. p. p. quaſt. 1. num. 8. p. 9. c. 6. num. 54.* Gabr. *tit. de praſcrip. conclus. 1. num. 1. 44. 65. Valaſc. deciſ. 141. num. 6.* Roſentall. *de feud. c. 5. conclus. 16. num. 7.* Tuſc. *lib. P. conclus. 550. num. 14* Georg. *alleg. 14. num. 9. Peregr. conſ. 18. num. 10. conſ. 8. num. 27. conſ. 66. num. 27. in 6. Valenzuol. conſ. 93. num. 39. Turret. conſ. 71. num. 33. in 1. Menoch. conſ. 1092. num. 8. Oſaſc. conſ. 19. num. 20. in 2. Marta, de iuriſd. p. 2. c. 43. num. 65. Pute, deciſ. 205. num. 2. 3. in 1. Burgos, de Paz, conſ. 16. num. 14. Auil. ad leg. prætor. 24. glos. ò præſcription. num. 6.* imò inſtrumentum validum eſt, & vndequaq; perfectum, *Bald. l. 1. C. de emancip. liber. Afflict. deciſ. 293.* R*oland. conſ. 3. num. 97. in 1. Aldouin. conſ. 10. num. 20.* ac fortior eſt quam contractus, *Tiraq. de leg. connub. à num. 73. ad nu. uſq; 81. Schader. conſ. 1. num. 678. Aldouin. conſ. 10. num. 17.* & præſumptionem inducit iuris, & de iure, *Felin c. cum nobis. num. 7. de præſcript. Gabr. d. conclus. 1. num. 50. Burgos, de Paz, conſ. 19. num. 18. Valenzuol. conſ. 8. nu. 13.* quæ præſumptio contrariam non admittit probationem, *l. antiquæ. C. ad Velleian. l. fin. C. arbitr. tutel. c. is qui fidem. iuncta glos. præſumptionem. de ſponſal. glos. c. ferrum. diſtinc. 50. Mātic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 2. num. 3. Oſaſc. deciſ. 101. num. 25. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. num. 16. Valenzuol. conſ. 8. num. 14.* & licet lege deciſum ſit, ſolo priuilegio aliquid probari poſſe, ſufficit probare immemorialem quæ ſupplet priuilegium, *Paris. Pute. de reintegr. feud. §. an inter. num. 12. Girond. de priuil. num. 851. Garz. de nobilit. glos. 12. nu. 63.* Quod etſi præſcriptione quæſitum reuocari poſſit, *Natt. conſ. 511. conſ. 512.* ex immemorabili tamen reuocari non poterit, *Dec. in c. nouit. à num. 81. de iudic. dixi plenius crim. conſ. 69. num. 12.* quia ipſa immemorialis, titulus eſt, priuilegium & cauſa, *Bald. c. 7. Quæ ſint regal. Dec. conſ. 496. num. 5. Corn. conſ. 24. num. 20. in 4. Seraph. deciſ. 303. nu. 4. deciſ. 707. nu. 3. Schrader. conſ. 32. nu. 195. Negus. conſ. 243. nu. 28. conſ. 368. num. 13. Natt. conſ. 222.* Coſta, *Papien. conſ. 68. num. 7. Crauet. conſ. 111. num. 25. conſ. 615. Gabr. d. conclus. 1. à num. 1.* Cephal. *conſ. 628. Honded. conſ. 79. num. 10. in 1. Roſentall. de feud. c. 5. conclus. 16. num. 7. Pereg. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 65. lib. 6. tit. de præſcript. num. 16. conſ. 18. num. 9. conſ. 45. num. 30. in 6.* habetq; vim legis ſcriptæ, *l. 1. §. fin. l. in ſumma ff. de aqua. plu. arcend. Schrader. conſ. 13. num. 188. Peregr. conſ. 134. num. 12. in 3. conſ. 8. num. 1. in 6. Honded. conſ. 79. nu. 10. in 1. Marta, de iuriſd. p. 2. c. 43. num. 65. Aldouin. conſ. 10. num. 21. Menoch. conſ. 1092. num. 7. Tuſc. lit. P. conclus. 550. nu. 39. Valenzuol. conſ. 93. num. 100. 102.* & poteſt tantum immemorialis, quantum Rex, vel Imperator cum cauſa, *Iſer. c. 1. verb. fluminum. Quæ ſint regal. Iaſ. l. quominus. num. 42. ff. de flumin. Valenzuol. conſ. 20. num. 52.* Marta, *de iuriſd. p. p. c. 32. num. 27. Garz. de nobilit. glos. 12. num. 66. de expens. & melior. c. 9. num. 19. Guttier. lib. 3. pract. quaſt. 14. num. 73. Burgos. de Paz, conſ. 15. nu. 13. conſ. 16. num. 14.* Molin. *lib. 2. de primog. c. 6. num. 13.* adeò vt habens immemorialem allegare poſſit ad ſui fauorem, & defenſionem quem titulum malit, & ſibi magis expediat. *Rot. deciſ. 220. num. 2. lib. 2. p. 3. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. de præſcrip. num. 16. conſ. 18. nu. 9. 10. conſ. 8. ſub num. 1. in 6.*

71 Secundo, refutationis titulo † ſuus author ab initio poſſidens in bona fide fuit, R*oman. conſ. 424. num. 3. Alex. conſ. 200. num. 4. in 2. conſ. 92. in 5. conſ. 83. num. 9. in 6. Seraph. deciſ. 629. num. 1. Schrader. conſ. 40. num. 8. Tuſc. lit. B. conclus. 99. num. 1. conclus. 110. num. 1.* Cabed. *deciſ. 160. num. 2. p. p.* ex titulo namq; præſumitur bona fides, *Innoc. & Bald. in c. per tuas. de teſtib. Alba, conſ. 64. nu. 62. conſ. 84. num. 3. Soc. iun. conſ. 47. nu. 3. in 2. conſ. 50. num. 29. in 4. Natt. conſ. 16. num. 9. conſ. 38. num. 4. conſ. 230. nu. 2. conſ. 456. nu. 16. Turret. conſ. 22. num. 5. in 3. Menoch. lib. 3. præſump. 130. nu. 1. 2. conſ. 1257. num. 2. Canalc. deciſ. 32. p. 4. Maſcard. conclus. 224. nu. 12. 13. conclus. 228. nu. 1. ad tex. l. pen. C. de euict. glos. Imol. & Doct. in c. ſi diligenti. de præſcript.* quæ in omnes eius deſcendentes continuauit, *Tuſc. d. conclus. 99. num. 9.* ipſaq; bona fides inducitur ex poſſeſſione authorum, *Alex. conſ. 200. num. 4. 7. in 2. Honded. conſ. 100. num. 54. in 2.* Vt vitioſus nō fuerit ingreſſus ex quibus ius cauſis etiā iniuſtis, & temerarijs bona fides oriri poſſit, *l. 1. ad fin. vbi glos. C. vbi cauſ. ſtat. l. Celſus. ff. de vſucap.* Doct. *& Bolognet. ex comm. ad fin. l. ſi quis maior. C. de tranſact. Becc. conſ. 95. num. 15. conſ. 106. num. 30. Tuſc. lit. B. conclus. 100. nu. 11. Viui. deciſ. 33. num. 6. Marta, de iuriſd. p. 2. c. 5. num. 49 Barz, deciſ. 62. nu. 54. Bero. conſ. 57. num. 15. in 3. Rolan. conſ. 57. num. 11. in 3. Honded. conſ. 100. nu. 55. in 2. Maſcard. conclus. 224.*

num.

*num.17.conclus.*228.*num.*4.*Gratian.diſcept.*17.
*num.*15. potuit enim Auus feudum ſecun-
dogenito à Principio refutare: imò ſi primus
præſcribens malæ fidei fuerit, bonà fides
apud omnes aliàs perſonas ſucceſſiuè præ-
ſcribentes eandem rem, præſumeretur pri-
ma illa excepta, *Gemin. c.*1. *de præſcript. in* 6.
*Alba, cons.*64.*num.*55.56. *Maſcard. d. conclus.*
224.*num.*12. *Tuſc.d.conclus.*100.*num.*2.8. 12.
quia mala fides authoris ſingulari ſucceſſo-
ri non præiudicat, *Angel.§. furtiuæ inſtit. de
vſucap.§.ſed iſta.inſtit.de action.Schrader.cons.*
32.*num.*197.198.199. & licet titulus habi-
tus à non habente concedendi facultatem
ſatis non ſit, *ex Guid.Pap.decis.*85 *nu.*3.*Caſſa-
dor.decis.*7.*n.*3.*ſuper regul.Gratian.diſcept.*441.
*nu.*19.*Cavalc.decis.*3.*num.*22.*p.*3. niſi petens
iuſta credulitate ductus, concedendi facul-
tatē illum habuiſſe probabiliter crediderit,
*Ludouis.decis.*289.*nu.*14.16. *Farin.decis.* 228.
poſt, 2. *vol. cons.* cum iuſta ex cauſa motus,
ita exiſtimauerit, *glo.& Bart.in l.fin.ff. pro
empt. Alciat.l.bona fidei.ff de verb ſignif.Seraph.
decis.*629.*num.*3. ſic in emente ab eo, quem
opinatur dominus, *ex l.clauibus.ad fin.& ibi,
glos.ff.de contrahen.empt. Abb. c.ſi diligenti.nu.*
33.*de præſcrip.Menoch.cons.*90.*nu.*61. *Ludouis.
decis.*289.*nu.*14. Nec tituli validitas † à præ-
ſcriptionis initio requiritur, ſed putatiuus
ſufficit, qui ſcilicet legitimus ſaltim opine-
tur, licet cauſatus ab iniuſto iuris errore,
*Abb.d.num.*33.*Balb.l.celſus.num.*95.*ff. de. vſu-
cap.Rip.c.cum eccleſia.num.*98.*de cauſ. poſſ. &
propr.Ruin.cons.*129.*ad fin.in* 1.*Curt. Iun.cons.*
28.*num.*4. *Soc. Iun. cons.* 76.*num.*60. *cons.*77.
*num.*151.*in* 1.*Menoch.lib.*3.*præſump.*130.*num.*
2.3.*cons.*512.*num.*21.*cons.*1257.*num.*3. *Tuſc.
lit. T.conclus.*310.*num.*13.*conclus.*311.*nu.*16.
19.*Ludouis.decis.*289.*num.*15.*Cavalc.decis.*27.
*num.*4.17.*p.p.* qui ſi ad non titulum redda-
tur, ne nocet, modò probabilis extet igno-
rantia, *Ludouis.decis.*289.*nu.*13. titulus enim
73 non requiritur † ad ius præſcribentis cogno-
ſcendum, ſed ad finem tantum eliciendi bo-
nam fidem, cum præſumatur in malam, pro-
pter iuris reſiſtentiam, ipſoq; titulus quod-
dam velamen præbet, cuius vmbra nutritur
bona fides, *Abb.& Felin.num.*10.*c.ſi diligenti.
de præſcript.Ludouis.decis.*289.*num.*13. Proin-
dè quilibet titulus ſufficit ad inducendam
bonam fidem, *Bart.l.Celſus.ſub num.*17.*ff.de
vſucap.Turret.cons.*22.*num.*5.*in* 3. ipſaq; præ-
ſcriptio bonam fidem requirit, *Couar.c.poſſeſ-
ſor.p.*2.*§.*8.*nu.*4.*de reg.iur. in* 6. *Rouit.cons.*30.
*num.*16.*in* 2. quæ ad præſcriptionem incho-
andam neceſſaria eſt, *ex Dec.cons.*271.*num.*
5. *Ferrer, ſolut. matrim. temp.*1.*declar.*1.*num.*
10.*Negus.cons.*394.*nu.*11. quæ ex longiſſimi
ſaltim temporis poſſeſſione inducitur, *Hon-
ded.cons.*100.*num.*82.*in* 2. licet poſſeſſio con-
tra ius commune ſit, *Honded cons.* 100. *num.*
83. nec iuſtificetur titulo *nu.*84. nec qui con-
tinuat dicitur attentare, aut alicui moleſti-
am inferre *c.*1.*vbi, Abb. & alij, Vt lit.penden.
Paris.cons.*39.*num.*4.*in* 1. *Honded.d.cons.* 100.
*num.*85. etſi non continuet eadem perſona,
ſed hæres, *Honded.d.cons.*100.*num.*86.*Lancel-
lot.de attent.p.*2.*c.*4.*lim.*1.*num.*15.

Re tamen, diligentius excuſſa, totus ſum
in contraria ſententia Refutatarium nem-
pè, eiuſq; ſucceſſores feudum præſcribere
non poſſe; Quam ſententiam multis ratio-
nibus veram eſſe his demonſtrari poteſt.
74 Primo ſucceſſor iure proprio † ad feudum
venit legis prouidentia, *l.ſi arrogato.ff.de
adopt.Iſern.c.*1.*num.*9.*de ſucceſſ.feud.Gamm.de-
cis.*174 *num.*21.*Marta, cons.*28,*nu.*1.23.*Oſaſc.
decis.*162.*num.*24.*Valaſc.decis.*194.*num.*7 8.
*Ponte, decis.*39.*num.*21.*Camill.de Curte diuers.
feud.p.p.§.*14.*multoties. num,* 65. *Peregr. decis,*
129.*num.*3. *Menoch. cons.*99.*num.* 113.*cons.*
304.*num.*18. *cons.* 1034.*num.* 2. *cons.*1064.
num. 4. *cons.*985.*num.* 2.*cons.* 1153.*num.*3.
*Molin. diſput.*577.*num* 6. & quilibet à primo
concedente vocatus dicitur, non ab vltimo
moriente *Tap.S.C.decis.*6.*num.*33.*Clar.§. feu-
dum.quæſt.*66.*vers.ſed in omnem. Amat.cons.*
35.*num.*4.*Ponte, decis.*40.*num.*13.*Molin.de
primog.lib.*1.*c.*8.*num.*2. *Valaſc.decis.*160.*num.*
7. iure conceſſionis dominicæ, non legalis
ſucceſſionis, *Bart.auth.poſt fratres.C.de legit.
hæred.Bardell.cons.* 105.*num.*20.*Peregr.cons.*
19.*nu.*6.*in* 6. vt ex tunc *Decian.cons.*17.*num.*
3.*in* 3. & potius retinere, quàm acquirere
dicitur *Valenzuel.cons* 60.*n.*17.*cons.*69 *nu.*54.
mortuo tamen vltimo feudi poſſeſſore do-
minium, ac poſſeſſio illius tranſeunt ipſo iu-
re in proximè ad illud vocatum, *P. Molin.
diſput.*577.*num.*6. quodam mortalitatis or-
dine, *l.*3 *ff.de interd.& releg. Bald.c.*1.*§. denique
ſub num.* 1. *Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* &
dicitur corpus defectiuum ab hæreditate
morientis, *l. vxor patrui.C.de legat.Bald l.*2.*ad
fin.C.de ſuis,& legit.Amat.cons.*35.*num.*5.6.

Sed præſcriptio aduerſus feudi poſſeſſo-
rem decurſa non nocet ei, qui ex propria
perſona ſucceſſiuus in feudo, *Iſern. Aluarot.
& Prepos.in c.*1.*§.hoc quoq; de ſucceſſ.feud.Af-
flic.c.*1.*§.titius.num.*7 *ſi de feud. defunct.* cum
dixit quod ſi proximior agnatus alienatum
feudum non reuocauerit, neq; etiam ſi quis
& emptor feudum poſſederit ſpacio triginta

ta annorum illis defunctis contra quos eſt præſcriptum, is, qui poſt illos, proximum locum tenet feudum reuocare poteſt, quia (*inquit Afflict.*) medio tempore non currit præſcriptio, indè inferens, quod numquam contra agnatos præſcribitur feudum pacti, & prouidentiæ, *Iſern.num.4. Afflict.num. 20. Prapos.num.1 in c.1.§. quid ergo.de inueſt. de re alien.fact. Iſern.in c.1.§.& olim.num.6. de ſucceſs.feud.ſequitur ibid. Aluarot. num. 6. Prapos. num.6.8. Iacob.à S.Georg.l.fin.num.10.c. qui admitt. Crot. num.138.Rip.num.116. Loaz. num. 191. Aquens.& Alciat.in l.filiusfam.§.diui.ff.de legat.1.ex comm.Pinell in auth.niſi tricennale.nu. 49.C.de bon.mater. Paris.in c.cum non liceat.nu. 18.de praſcript. Balb.de præſcript.p.4.quaſt. 12. num.5.Bald.cons.215.num.3.in 2.Loffred.cons. 10.nu.12.Bologn.ad Anan.cons.47.ad fin. Curt. Iun. cons. 181.num.5. Dec. cons. 445.num.47. Rube.Alex.cons.84.num.6.Paris.cons.23.num. 199.In 1. Petr. Greg. de conceſſ. feud p.2.quaſt. 10.nu.47.Cannet.c.volentes.§.at opera precium. num.10. Intrigl. feud.centur.quaſt.51.num. 49. centur.2.artic.96.num. 57. Cumi. c.ſi aliquem, verb.antiquis.ſub num.434.Garz.de nobilit.glos. 12.num.80.84. Tap. S. C. decis.2. à num.359. Schrader.de feud.p.8.c.3.num.5.c.6.nu.6.Oſaſc. decis.177.Suar.alleg.3.num.1.Grat.cons.21.nu. 37.cons.101.num.42.in 2.Palaez, de Maior. p.4.quaſt.21.à num.1. Roland.cons.3.num.22. in 1.Gomez, l.Thaur.4.num.40. Gamm. decis. 26.num.5.decis.93.num.3.Negus.cons.289.nu. 35.Peregr.cons.28.in 1.de iur.fiſc.lib.6.tit.8. num.17.de fideicom.artic.41.num.16.Hartman. Piſtor.quaſt.8.num.41.Rendin.in promp.iur.tit. 89.de praſcrip num.2. Saldag. de reg. protect.p. 3.c.10.num.150.Caldas, lib.1.forens.quaſt.23. num.102.Valaſc.decis.267.num.7.Cephal.cons. 455.num.89.cons.624.nu.58.Molin.de primog. lib.4.c.4.num.1.c.10.num.3.5.Gabr.cons. 163. num.16.17.in 1. Cardox.prax. aduocat. Verb. praſcriptio.num.63. Caſtill.decis.66.num.6. Roſentall.de feud.c.9.conclus.85.à num.1. Cancer, 3.reſol.c.3.de priuileg num.25.26.Perier, decis. 52.nu.4.8 9.10. Menoch. cons.304.cons.1098. num.20. etſi aliter & malè ipſe ſentiat, num. 21.22. in feudo mixto; licet in feudo hæreditario curtat præſcriptio triginta annorũ, *Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.2. quaſt. 10. num. 49.Georg.de feud.c.34.num.16.* Proindè dicimus quod ſi ex initio conſtet bona eſſe maioratus, ſiuè ex incorrupta, & indubitabili teſtium fide, vel ex ſcripturis authenticis, non erit locus præſcriptioni etiam centenariæ, *Palaez, de Maior.p.4.quaſt.21.à num.53. Salgad.d.c.10.num.283.* quia vbi lex prohibet alienari, prohibet etiam præſcribi, *l.alienationis.ff.de verb.ſignif.l.fundum.ff.de fund. dotal.l.vbi lex.ff.de vſucap.Alex.l.1.§.ſi vir.n. 13.ff.de acquir.poſſ.vbi Ias.& reliqui, Alex.cõs. 1.num.23.in 4.Dec.cons.445.nu.28. Corn. cons. 38.num.10.in 1.Ruin.cons.41.num.26.in 1. Roland.cons.3.num.83.in 1.Negus.cons. 394. num.2.Cephal.cons.624.num.43.cons.761.num. 1.Surd.cons.276.n.11.*confert dictum *Auend. de exequ.mand.p.p.c.12.num.6.* quod quandiù conſtat, bona eſſe de platea, vel de foſſa, aut exitu ciuitatis, ſunt impræſcriptibilia, poſito quod talis ſit platea, tam ampla, ſubq; talibus confinibus, conſtito enim de qualitate ex ipſa rei natura, res eſt impreſcriptibilis, *Palaez, d.quaſt.21.nu.52.Salgad. d.c.10.num.149.284.* Et ſi aliter in feudo pacti, & prouidentiæ ſenſerit, *Decian.cons.24.à num.115.in 1. Roland.cons.3.num.89. in 1.* & in fideicommiſſo, *Corn.cons.304.num.31.in 3. Pinell.auth.niſi tricennali.à num.54 C.de mater.* quos increpat, *Perier.decis.52.num.4.ad fin.*

75 Secundo, patruus feudi refutatarius † etſi viuo auo potuit poſſidere, eo tamen mortuo ex vi noſtræ legis reſolutus extinctuſq; fuit refutationis titulus, *Peregr. de fideicomm. artic.22.num.75.Cancer.3.reſol.c.7, de pact. num. 90. Mantic.decis.118.num.12.* & poſſeſſio quæ ſinè titulo ſtare non poteſt, titulo extincto euaneſcit, *Bald.c.1.num.8.de content.int.domin. & vaſall.Peregr.cons.86.num.9.in 6.* ipſaq; feudi poſſeſſio licet à patruo occupata ſiuè in vita, ſiuè poſt mortem poſſeſſoris in nepotem ex predefuncto filio primogenito, rectè tranſit, *Gomez, l.Thaur.45.num.117.Salgad.de reg.protect.p.3.c.10.nu.153.* legis noſtræ miniſterio, *Couar.pract.quaſt.38 num.9.Valenzuol. cons.83.num.18.*Matien.*l.8.glos.4.num.1.tit. 7.lib.5.recop. Molin. de primog.lib.3.c.13.num. 24.25. Palaez, de Maior.p.3. quaſt. 24.num.4. 5.Auendan.l.Thaur.45.glos.7.num.2.* Adeò vt ſola detentio illi remanſerit, quæ nullos habet poſſeſſionis effectus, nec poteſt præſcribere; licet aliquo caſu, vel tempore, bona eſſent præſcriptibilia, *Gomez, d.num.117. Molin.lib.3.de primog.c.12.num.18. Paz, de maior. c.11.nu.10.11. Salgad.d.c.10.* qui etiam addunt huic tertio nec remedia poſſeſſoria competere, nec fructus lucrari, nec alium iuris poſſeſſionis effectum habere.

Tertio, refutatio curſum habet limita-
76 tum † & ad aui refutantis vitam reſtrictum
ex lege noſtra, *Molin.de primog.lib.1.c.21.lib.3. c.12.nu.18 Valaſc.decis.57.nu.10.11. Caldas, de renouat.quaſt.18.nu.21.Caſtill.iur.controues.12. nu.10.12.p.3.* actus namq; iure non perfectus

ex

ex ſuperueniẽte cauſa retractatur, *Surd. decis. 230. nu. 9.* cũ feudũ, in quo viuitur iure Francorum (hoc eſt quod primogenitus præfertur) nõ poteſt pater dare filio ſecundogenito, in præiudicium primogeniti, eiuſq; lineæ, *Iſern. c. 1. §. omnes filij. Si de feud. fuer. controuers. Pern. cons. 12. Caſtr. cons. 207. nu. 2. cons. 425. n. 1. in 1. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 3. quaſt. 7. num. 19. Valenzuol. cons. 69. num. 150. Milanens. decis. 8. num. 17. p. p.* ac proindè dies interpellat, *ad tex. l. magnam. C. de contrah. ſtipul.* vt extincta maneat omninò cauſa, ex qua poſſederit, *l. lex vectigali. ff. de pignor.* ibi, pignoris ius euanuiſſe *l. 1. 2. C. ſi pign. pignor. dat. ſit*, ibi, quandiù in cauſa pignoris manet, eius qui dedit, *Barbos. l. Uſufructu. num. 28. ff. ſolut. matrim. Cabed. decis. 134.* cum refutatio actus ſit volũtarius, *c. 1. vbi, Iſern. n. 5. & alij, de alien. feud. patern. Amat. cons. 10. nu 6.* Addit & meritò, *Afflic. decis. 392. nu. 28.* extincto titulo poſſeſſionem extingui *Caldas, de renouat. quaſt. 10. nu. 8. 10. quaſt. 17. nu. 8. Perier, decis. 18. nu. 2.* quia acceſſoria eſt poſſeſſio, & dependens à titulo, quo deficiẽte deficit & poſſeſſio, *l. 2. ff. de bonor. poſſeſ. ſecund. tab.* ibi, ambulat cũ dominio poſſeſſio, *Bald. l. cum rem alienam. nu. 26. C. de legat. & in rub. de caus. poſſeſ. num. 6. 10. Amat. decis. March. 53. num. 10. Valenzuol. cons. 97. num. 219. Mantic. decis. 118. num. 12.* cum titulus ſit iuſta cauſa poſſeſſionis, *Bald. l. ancilla. oppos. 4. C. de furt. Balb. de praſcript. p. 3. quaſt. 2. Valenzuol. cons. 71. num. 45.*

Non obſtat Primum, immemoriali feudum etiam pacti & prouidentiæ præſcribi poſſe, *ex Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quaſt. 10. num. 51. Palaez, de maior. p. 4. quaſt. 21. à num. 46. Salgad. de reg. protect. p. 3. c. 10. num. 151. & alij quos citaui.* cum Priuilegij,
77 & legitimi tituli vim habeat † Quia corruit ipſa quatruplici ex capite, Ex initio nempè, ex memoria contraria ex interruptione; & ex defectu tituli præſumpti, ſi aliàs ipſe titulus per rerum naturam verè & realiter nullo tempore contingere potuit, immemorialis enim remanens in nuda temporis ratione, nihil præſtat; De ſingulis dicemus aliqua, quoniam ad reliquas iuris partes ſunt, & vtilia & apprimè in dies neceſſaria.

De duobus prioribus, initio nempè, & memoria contraria, ſi probentur citra centeſimum annũ nulla difficultas eſt, *ex l. 2. §. idem labeo.* ibi, aut cuius memoria non extat, *ff. de aqu. pluu. arcend. l. hoc iure. §. ductus aqua.* ibi, cuius ergo memoriam excellerit. *ff. de aqu. quotid. & æſti. Doct. c. 1. de præſcript. in 6. in c. quid per nouale. ff de verb ſignif. Molin. de primog. lib. 2. c. 6. num. 61.* quod veriſſimum ſanè eſſe inquit, *Garz. de nobilit. glos. 12. num. 62.* & ſinè dubio, quia tempus annorum centum immemoriale eſt, *Menoch. cons. 1092. num. 11. Peregr. cons. 45. num. 29. in 6.*

Si verò probetur hoc initium, aut memoria contraria, vltra centum annos, tunc maxima difficultas fuit, an eliſa videretur immemorialis poſſeſſio, cum memoria hominum ſolum per centum annos duret, quia adeos viuere poſſe præſumantur homines, *l. cum Uſusfructus ff. de vſufr. l. fin. C. de ſacroſ. eccles. glos. l. ſed & ſi de ſua. ff. de aeq. hæred. Felin. rub. de præſcript. num. 14. 15. Dec. cons. 575. num. 10. Soc. cons. 26. num. 12. in 2. Peregr. cons. 45. num. 29. in 6. Viui. comm. opin. 318. Cumi. c. ſi aliquem. glos. tempore. nu. 13. Menoch. cons. 373. num. 11. Noui. cons. 5. num. 13. Rim. iun. cons. 359. num. 34. cons. 339. num. 54. cons. 64. num. 6. cons. 334. num 92. Rouit. cons. 31. num. 1. in 1. Torret. cons. 19. num. 21. cons. 67. num. 20. in 1. Caualc. de tutor. num. 331. Gabr. tit. de præſumpt. conclus. 16. Ludouic. Perus. decis. 12. num. 2. Decian. cons. 21. num. 113. in 1.* licet dubitabilis ſit concluſio ex traditis, *à Menoch. lib. 6. præſump. 46.* Qua ratione, communi omnium reſolutione obtentum eſt, vt initium, aut memoria vltra centum annos non elidaut immemorialem, aliàs legitimè probatam, & hæc opinio confundit immemorialem cum poſſeſſione centenaria, *Crauet. de antiq. tempor. p. 4. §. materia iſta. num. 4. Couar. c. poſſeſſor. p. 2. §. 3. num. 7. de reg. iur. in 6. Molin. d. c. 6. à num. 60. Garz. de nobilit. glos. 12. num. 70.* quia immemorialis differt à centenaria, illa namq; requirit memoriam in contrarium non extare, *Crauet. d. p. 4. Anchar. cons. 82. num. 7. Ponte, decis. 38. num. 12. Caldas, lib. 1. forens. quaſt. 23. num. 110. Molin. d. c. 6. num. 65.* elapſis tamen annis centum, memoriam extare dixit, *Anton. Butr. c. quid per nouale. de verb. ſignif.* quia centenaria, minor eſt immemoriali, *Cardin. c. ſi diligenti. ad fin. de præſcript. Felin. c. cum à nobis. eod. tit. Auend. de exeq. mand. p. p. c. 1. num. 20. Specul. tit. de probat. §. 1. Couar. c. poſſeſſor. §. 3. num. 6.* Quorum opinio verior eſt, *ex Camill. de Curte, diuers. feud. p. p. §. 16. ſupereſt modo. num. 3.* Hodie tamen, dum dicimus centenariam de immemoriali intelligimus, quæ habere etiam debet requiſita, *c. 1. de præſcript. in 6. Camill. de Curte, d. §. 16. ſupereſt modo. num. 7.* ſed difficilior eſt probatio immemorialis, quam centenariæ, *Georg. de feud. c. 29. num. 14.*

Sed exiſtimabat, *Alex. cons. 11. num. 15. in 6.* impoſſibilem probationem vltra centum

annos, *Garz. d. num. 70. & ſubdit gloſ. in c. cum à nobis de præſcript.* ſatis nec eſſe ad centenariæ præſcriptionis probationem probati immemorialem.

In hac tamen re, licet commnnis ſententia id firmet ex ea ratione, quia ſicut homo poſt centum annos mortuus præſumitur, ità etiam memoriam, & recordatio, quæ eſt in hominem, quia ſicut homo ipſe oritur, viget, ſeneſcit, & moritur, vt ex *Ariſt. notat. Bald. l. 1. nu. 9. C. de emancip. liber.* neceſſe etiam eſt vt ſuis finibus contineatur, & langueſcente ætate torpeſcat.

Seneſcit igitur memoria, & labeſcit, ſeneſcente corpore, & tandem ſenectute moritur, ſuiſq; finibus terminatur, nihil deniq; mirum quod centum annorum ſpacio contineatur ex iuris peritorum placitis, ità vt immemorialis poſſeſſio ex memoria contraria, vel initio vltra centum annos, minimè corruat, aut elidatur.

Porrò ſi receptum ità ſit communi ſententia, Veriùs tamen eſt vt etiam vltra centum annos, initio, aut memoria contraria corruat ſi de eo initio, aut memoria contraria deponant, & teſtentur ſeniores, *Garz. de expens. c. 9. num. 31. 32. de nobilit. gloſ. 12. nu. 74.* poſſunt enim reperiri teſtes qui vltra centum annos atteſtentur cuius rei egregium eſt teſtimonium, *in auth. de Monach. §. ſancimus. collat. 1. vers. Hoc quod nobis. & ibi, Angel.* deducit contra illud vulgare ſcilicet, quod vita hominis præſumatur durare centum annos, *ex d. l. an Vſusfructus. & d. l. fin.* imò debeat præſumi durare de iure, centum & viginti annis; Quod pluribus exemplis illuſtrat, *Garz. d. gloſ. 12. num. 77.* Omitto ſacra teſtimonia, quibus verò veriùs eſt, ad nongentos annos olim vitam humanam productam, vt Plinij, *Natur. hyſtor. lib. 7. c. 48.* computationem irrideas, exiſtimantis, illis ſeculis ſingulos quatuor annos, vnum noſtræ ætatis efficere, & quatuor anni noſtri partes, ver, æſtatem, hyemem, & autumnum, anni appellatione ſignificatas. Sed falluntur, qui in hac ſunt ſententia, cum ſacræ litteræ Geneſe, *c. 7.* de noſtro anno integro ſentiant, & eandem hominum ætatem atteſtentur apertè vt ibi expreſsè interpretes ſacri id ſentiunt, & D. Auguſtinus quem refert, & ad hoc adducit, *Naucler. vol. 1. Chronograph. generat. 9. contra Marc. Verron.* quem ferè ſecutus eſt, *Scaliger. de ann. eiuſq; ration. & computat.* immemorialis ergo vltra centum annos corruet, & deſtruetur, ſi ſuperſint teſtes, qui vltra eam ætatem, aut initium, aut memoriam contrariam recordentur. Hæc ad teſtium atteſtationes pertinent, ſi vltra centum annos recordentur, quibus poſſet deſtrui immemorialis *l. 2. §. idem labeo. ff. de aqu. pluu. arcend. Couar. c. poſſeſſor. p. 2. §. 3. num. 7. Garz. de expens. c. 9. num. 29. Perier, decis. 52. num. 9. ad fin. Georg. de feud. c. 29. num. 12.* ex hoc enim immemorialis præſcriptionis ſubſtancia pendet, vt de eius initio non conſtet, *ex Molin. de primog. lib. 2. c. 6. num. 63. Seraph. decis. 454. num. 4. Caldas, lib. 1. forens. quæſt. 23. num. 110. ad fin. Garz. de nobilit. gloſ. 12. num. 69. Alex. Monet. de commut. vlt. volun. c. 10. num. 212. Franc. decis. 166. num. 7. Mareſcot. lib. 2. reſol. c. 100. num. 16.* allegans namq; immemoriale, dicit quid infinitum, *Seſſe, decis. 187. num. 37.* Sed centenaria aut immemorialis probata non cenſetur, ſi vnus teſtis aliqua depoſuerit requiſita, Alius alia, cum ſinguli teſtes deponere debeant omnia requiſita, *Anna, ſing. 516. & ad conſtit. Diuæ memoria. num. 189. Caſtill. decis. 12. num. 35. Georg. de feud. c. 29. num. 14. Mantic. decis. 289. num. 4. Mareſcot. lib. 2. reſol. 100. num. 10. Ricc. iur. patron. reſol. 75. num. 2. Maſtrill. decis. 114. num 50. Thor. compend. decis. verb. præſcriptio. 2. Camill. de Curte, diuers. feud. p. p. §. 16. ſupereſt modo. n. 8.* etſi teſtentur omnes, Sacros. Cons. pro verò habuiſſe, coniugendas eſſe probationes; quod agnouit prius, *Molin. de primog. lib. 2. c. 6. num. 34.* quem ſequitur, *Franc. decis. 56. decis. 80.* & in factis antiquis mille proteſtationes coniunguntur, *ex Pute, decis. 101. p. 2.* Sed ab his diſſenſit, *Rot. decis. 557. p. 4.* imò nullam fieri coniunctionem, ſi vnus deponat de vno, & alter teſtis de alio, *Molin.* increpat *Mantic. d. num. 4. Scholiaſt. ad Ludouis. decis. 252. Ricc. d. num. 2.*

De ſcriptura verò publica & inſtrumento (ſecundo corruendæ præſcriptionis modo) nõ auſim, id ità ſecusè aſſeuerare, ſed iudicis arbitrio relinquendum cenſui, ſi modo ſcriptura vltra centum annos confecta reperiatur, *Specul. tit. de probat. §. 1. num. 28. Anton. Butr. c. quid per nouale. de verb. ſignif. Rot. decis. 583. p. 4. Alex. Monet. de commut. vlt. volunt. c. 10. num. 212. & de decim. c. 5. num. 78.* nam ſi ex inſtrumento conſtet de initio tituli, appellari minimè poterit imemorialis cum ex inſtrumento conſtet de memoria, *Anchar. cons. 82. num. 7. Couar. c. poſſeſſor. p. 2. §. 8 num. 4. ad fin. Caldas, lib. 1. foren. quæſt. 23. num. 110. Ludouis. decis. 467. num. 6. Molin. de primog. lib. 2. c. 6. num. 60.* Quem etſi increpat, *Garz. d. gloſ. 12. num. 78.* male quoad hoc coniunxiſſe memoriam, aut initium ex teſti-

bus

bus, & ex ſcriptura, quia in his ſeparatio reperitur, Reprehendi tamen non meruit, cum par ſit teſtium, & inſtrumenti virtus, *l. in exercendis. vbi, glos. & Doct. C. de fid. inſtru. Bart. l. item labeo. num. 1. ff. de aqu. pluu. arcend. Mierez ad conſtit. Cathal. tit. de cauſ. miſerab perſon. 35. nu. 88. Ramon. cons. 18. num. 26. Maſcard. de probat. quæſt. 6. num 14. Tepat. variar. p. p. tit. de probat. in gener. ad fin. Surd. decis. 72. num. 6.* Si rectè enim expendamus, diuerſa ſunt, vel quod oſtendatur contrarium, vel quod detur præſcriptionis initium, Quando enim factum de quo conſtat per teſtes, ſeù per inſtrumenta, antiquiſſimum eſt, & vltra centum annorum ſpatium contigiſſe probatur, tale factum antiquiſſimum ipſi præſcriptioni contrarium, immemorialem præſcriptionem legitimè, ac cùm omnibus qualitatibus iure communi probatam non excludit. Nam licet vltra annos centum oſtendatur contrarium actum fuiſſe non ex eo conſtat de origine præſcriptionis; potuit namq; contingere, quod antè, vel poſt illum actum bona fuerint feudalia; maioratui, vel fideicommiſſo ſubiecta, quod præſcriptio immemorialis ſupponit. Cum enim non conſtat de præſcriptionis origine, & principio, non poteſt dici memoriam extare, ex eo, quod vltra centum annos aliquid præſcriptioni contrarium factum fuerit, cum vita, ac etiam hominum memoria ſolum per centum annos durare præſumatur, *l. an vſufructus. ff. de vſufr. l. fin. C. de ſacros. eccleſ.* ideòq; immemorialem præſcriptionem, non excludi ex eo, quod probentur actus præſcriptioni contrarij, qui vltra annos centum contigerunt, *ex Innoc. in c. veniens. num. 2. de verb. ſignif. in 6. Specul. tit. de probat. §. 1. num. 28. Butr. c. quid per nouale. Ioan. Andr. Domin. & Franc. d. c. veniens. Alex. cons. 16. nu. 16. in 5. Crauet. de antiq. temp. p 4. §. materia iſta. nu. 40. Couar. c. poſſeſſor. p. 2. §. 3. nu. 7. de reg. iur. in 6. Caldas, lib. 1. forens. quæſt. 23. num. 110.*

Sin autem factum recens ſit, nec tempus centum annorum excedat, vel etiam quando illud tempus centenarium excederet, reperiretur tamen verum præſcriptionis initium; Tunc vtiq; præſcriptio immemorialis dici non poteſt, illaq; origo, & initium immemorialem præſcriptionem eludunt. Etenim immemorialis præſcriptio, ea eſt, cuius origo memoriam hominum excedit, vel de cuius origine non cõſtat, requiriturq; immemorialis præſcriptionis, probatio, memoriam nempè hominum non extare, *l. 2. §. idem labeo. ff. de aqu. pluui. arcend. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quot. & eſt.* ſed ſi certum ſit ex aliquo titulo dari certum, & indubitatum præſcriptionis initium, & memoria extet, præcipuè citra annos centum, immemorialis vtiq; præſcriptionis probatio excluditur, ac per conſequens, immemorialis præſcriptio dici nõ poſſit, *d. §. idē labeo. glos. ductus aquæ. verb. memoriam. glos. & Doct. in c. 1. de præſcript. in 6. Innoc. Ioan. Andr. Butr. d. c. quid per nouale. Innoc. & Ioan. And. d. c. veniens.* ſiuè igitur citra, ſiuè vltra centũ annos detur verũ, & indubitatum præſcriptionis initium, iã ceſſat immemorialis præſcriptionis ſubſtantia, quæ ex hoc præſertim pendet, vt de eius origine non conſtet, *ex Molin. Franc. Garz. Caldas, Alex. Monet. & alijs nuper citatis.* in quo aduertendum quoq; eſt, *Innoc. opinionem, (de qua Molin. nuper citatus,)* procedere, in ſimplici confeſſioni ſcriptura; Secùs verò, vbi plures adſunt ſcripturæ, & illæ veræ, tunc enim aliud dicẽdum probat, *Garz. de nobilit. glos. 12. n. 78. Latius glos. 18. nu. 12.* Sed an ſcripturis & inſtrumentis probetur immemorialis, *Mareſcot. adeas, 2. reſolut. 100. num. 15. 16. 17. Ludouis. decis. 51. num. 4. & in Scholijs, num. 10.*

De interruptione, (tertio corruendæ præſcriptionis modo) dubitatum eſt: An immemorialis corruat? & iure comuni Aliorum eſt opinio non poſſe immemorialem interruptione corruere ciuili, nec naturali, *Oldrad. cons. 254. num. 18. Corn. cons. 22. num. 5. in 1. Paris. cons. 27. nu. 84. in 1.* quorum ratio eſt, quia immemorialis continet tempus infinitum, quo fit, vt ſi ab immemoriali ſubducas tempus interruptionis, adhuc remaneat tempus infinitum, ex regula, quod ſi ab infinito finitum demas, quod remanet, eſt infinitum qua ratione, *Molin. de primog. lib. 2. c. 6. num. 47.* in hanc ſententiam iuit, *ex l. ſi arbitrer. ff. de probat.*

Sed falluntur certè Omnes, quia cum immemorialis conſtet ex quadragennaria poſſeſſione, cum minor ſit centenaria, ſi ijs credimus, quos recenſet, *Gabr. tit. de præſcript. conclus. 1. num. 72. 79. Molin. lib. 2. de primog. c. 6. num. 44. Cauale. decis. 17 num 8. p. 2. Franciſc. Leo, in Theſaur. for. eccles. p. 2. c. 21. num. 5. Paris. de confid. benef. quæſt. 28. num. 235. Couar. c. poſſeſſor. p. 2. §. 3. num. 6. de reg. iur. in 6.* fieri quidem poteſt, vt intra tempora quadragennaria contingat ciuilis, vel naturalis poſſeſſionis interruptio; vel vltra, ità vt corruat immemorialis, aut alio modo ciuili, vel naturali ſcilicet conteſtatione, tunc ex quadragennaria illa poſſeſſione, ſubductis ab a-

ctu

Digitized by Google

ſtu interruptionis annis, qui effluxerint, reſtat interrupta, ac per conſequens non probata ad imaginem naturalis interruptionis, de qua, *in l. naturaliter. ff. de vſucap. Conan. lib. 3. c. 24. nu. 1. Couar. c. poſſeſſor. p. 2. §. 12. à princ. Perier, decis. 63. num. 7.* & ità deſtruitur immemorialis, ſicq; temperata eſt hæc opinio de ſcriptura, *Garz. de nobilit. glos. 12. num. 79. de expens. c. 9. num. 34.* Proindè Poſſidens rem iuſto titulo, & bona fide firmiter credens rem eſſe ſuam, moueri non debet, ad firmiter credendum contrarium, ex eo tantum quod quæſtionem ſibi, quis moueat; aliàs daretur materia impediendæ præſcriptionis curſum, & ſolum ſufficeret litem conteſtari, abſq; eo quod aliàs de iure ſuo aliquid oſtendat, quod non eſt ferendum, *vt ex Abb. Felin. & Balb. concludit Magon. Lucens. decis. 81. num. 13.* Sed qui ſit naturalis, & ciuilis interruptionis, effectus, adeas, *Perier. decis. 63. num. 8.*

Quartus deniq; eſt deſtruendę immemorialis præſcriptionis modus ſi per rerum naturam, & rei veritatem numquam potuit contingere titulus, qui ex immemoriali erat præſumendus, quod immemorialis poſſeſſio nihil valet omninò, etſi mille annorum ſit, *Valaſc. decis. 112. num. 15. Garz. de Nobilit. glos. 12. num. 80. Cancer. 3. reſol. c. 3. de priuileg. num. 25.* Pone & eſt, quotidianum in foro; Vetuit teſtator rem alienari, conſtat legitimè de diſpoſitione teſtatoris, conſtat item legitimè quod res aliqua, de qua agit fuit teſtatoris, & quod de ea diſpoſuit ne alienaretur, tandem ab hinc centum annos, & eo ampliùs reperitur res apud te, probat immemorialem poſſeſſionem, ex qua præſumptiuè alienationis titulum vis probare; certè nihil releuat immemorialis, etiam ſi ſit mille annorum, quia ille titulus alienationis, qui ex immemoriali præſumendus eſt, nunquam per rerum naturam, nec in rei veritate vtiliter potuit contingere, nec nunquam tota illa teſtatoris diſpoſitio à Principe tolli potuit, *Archid. c. epiſcopus. nu. 14. 88. diſtin. Romul. l. filiusfam. §. diui. num. 230. ff. de leg. 1. Bald. Rom. Fulg. Corn. & alij, in l. ſi teſtamentum. C. de teſtam. Dec. cons. 403. num. 14. cons. 468. num. 8. 18. cons. 557. num. 5. cons. 519. num. 5. Laudens. de priuileg. §. 22. Crauet. cons. 296. Pinel. de reſcind. vendit. p. p. rubr. c. 2. num. 18. 19. Couar. Variar. lib. 3. c. 6. num. 9. Burgos. de Paz, in proem. leg. Thaur. num. 325. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 17. cons. 4. cons. 28. in 1. cons. 30. ad fin. in 5. cons. 12. num. 26. in 6. de fideicom. artic. 41. num. 17. artic. 52. num. 116. Menoch. cons. 20. num. 5. cons. 350. num. 28. Simanc. catholic. inſtit. tit. 9. num. 269. Caſtill. Sotomay. lib. 2. quotid. iur. controuers. 28. à nu. 1. lib. 3. controuers. 28. Teſſaur. decis. 229. num. 6. Pero. cons. 49. num. 4. 5. in 2. Fachin. cons. 2. à num. 16. in 1. Pacian. cons. 29. Palacz, de Maior. p. 2. in init. à num. 46. ad num 64. Gomez, l. Thaur. 40. num. 89. Fuſar. de fideicom. quæſt. 623. num. 3. Alex. Monet. de commut. vlt. volunt. c. 5. num. 39. c. 9. à num. 544. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 1. num. 29. 32. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 2. ad fin. Sarmien. lib. 1. ſelect. quæſt. 8. num. 22. Intrigl. de ſubſtit. centur. 1. quæſt. 4. nu. 8. centur. 3. quæſt. 93. Molin. de primog. lib. 1. c. 8. num. 32. lib. 2. c. 7. num. 32. lib. 3. c. 3. num. 10. lib. 4. c. 3. num. 10. Matienz. l. 7. glos. 5. 7. tit. 7. lib. 5. Gail. lib. 2. obſer. 56. Garz. de nobilit. glos. 12. num. 84. Simon. de Prat. de interp. vlt. volun. lib. 1. ſolut. 13. lib. 4. dub. 3. à num. 18. Palacz, de maior. p. 2. in init. num. 46. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 4. ad fin. & de coniect. vlt. volun. libr. 11. tit. 12. nu. 32. P. Molin. diſput. 174. conclu. 4. 5. 7. diſput. 649. num. 1. Spin. de teſtam. glos. rub. 1. à nu. 16. ad num. vſq; 25. Craſſ. de ſucceſſ. §. 1. num. 8. Aldobran. cons. 1. Tuſc. lit. P. conclus. 668. 669. 670. 671. 680. 681. Decian. cons. 88. num. 63. in 2.* Apud quos conſtantiſſimum eſt, non poſſe vltimam teſtatoris diſpoſitionem à Principe, nedũ ab alio infringi mutari, aut in aliquo, alterari, quæ ſinè Principis facultate facta ſit, & quandò ſecus, ipſos conſulos, *& Mart. de ſucceſſ. legal. p. 4. quæſt. 1. artic. 1. à num. 25. quæſt. 4. artic. 4. à num. 1. & in append. artic. 4. à num. 12.* Proindè hoc in caſu remanet immemorialis in nuda temporis ratione, quod nedum inducere obligationes poteſt, ſed nec tollere per ſe ſolum, *l. obligationum fere. §. placet. ff. de action. & oblig.* ſentit & optimè *Bald. l. 1. C. quand. non petent. part.* qui vnũ addit ſingulare, illud quod non eſt renuntiabile, non eſt præſcriptibile, quia cum non poſſit fieri per conſenſum qui iuris naturalis eſt, minus poteſt fieri per temporis decurſum quod tẽpus nihil aliud eſt, quam menſuram durationis ſecundum prius, & poſterius, *ad tex. l. 3. §. qui fideicommiſſum. ff. de hæred. inſtit.* Qua ratione colligimus neceſſariam argumentationem ex immemorabili nec poſſe præſumi titulum, eum ſcilicet, qui per rerum naturam nunquam re vera potuit contingere, quia non præſumimus contra naturæ veritatem, *l. filio quem pater. ibi, ne imagine naturæ veritas obumbretur. ff. de liber. & poſth. l. adoptio. ff. de adopt. Alciat. de præſum. in princ. Coſta, de retrotract. reg. 5. c. 2. num. 17. Decian. cons. 7. num. 37. in 1. cons. 16. num. 28. in 4. Simon. de Prat. cons. 151. num. 49. cons. 181. num. 30.* Qua

ratio-

ratione vſus fuit, *Zaſ.cons.8.num.4.in 1.* imò præſumptio cedit veritati, *l. fin. ff. quod met. cauſ. l. cum de indebito. ff. de probat. l. ſcriptura. ff. de iur. dot. Ioan. de Amic. cons. 44. num. 9. Rolan. cons. 9. num. 23. in 3. Aldouin. cons. 34. num. 20. Becc. cons. 52. num. 28. Turret. cons. 47. num. 41. in 1. Cancer, 3. reſol. c. 14. de manuten. num. 55. Surd. decis. 246. num. 12. decis. 334. num. 18. cons. 7. num. 61. cons. 28. num. 110. cons. 16. num. 23. Burs. cons. 310. num. 57. Ludouis. decis. 416. num. 6. Cranet. cons. 35. num 5. Decian. cons. 11. num. 141. cons. 18. num. 202. in 1. cons. 49. num. 58. in 2. Gratian. diſcept. 832. num. 15. diſcept. 909. nu. 23. Rim. Iun. cons. 165. num. 36.* Atq; ità poſſeſſionem immemorialem etiam mille annorum excludunt, tum aliàs alij, tum, *Garz. de nobilit. glos. 12. ſub num. 84.* ſi ex ea poſſeſſione non poſſumus inducere titulum, quem volumus præſumere, ſcilicet, quia his totis mille annis per rerum naturam, & in veritate nunquam potuit contingere titulus ille, *Abb. c. ad aures, & in c. cauſam. de præſcript. Felin. c. cauſam, de præſcript. Soc. cons. 86. in 1. Bellam. decis. 27.* quem defendit, *Cranet. de antiq. temp. p. 4. §. 5. materia iſta. num. 78. 79. Garz. de nobilit. glos. 12 ſub num. 84.* nec diſſimile eſt quod receptum eſt communiter, vbi lex afficit, rem, adeò fit inalienabilis, vt nec memoriali, nec vllo tempore poſſit præſcribi, *l. vbi lex. ff. de vſucap. & notat in term. Bald. in l. omnes. num. 11. C. de præſcript. 30. vel, 40. annor.* vbi, quod reſiſtente lege non ſit locus præſcriptioni, nec immemoriali, *Bald. l. 1. num. 2. C. ne rei domin. Abb. c. cum ex officijs. num. 4. de præſcrip. Felin. c. accedentes. num. 6. de præſcript. & in rub. eiuſd. tit. ad fin. Dec. c. 1. nu. 3. de conſuet. per tex. c. 1. eod. tit. in 6. Balb. de præſcript. p. 5. quæſt. 9. nu. 4.* confert *glos. l. 2. verb. ancillam. C. de ingen. & manumis.* vbi quod mille annis non cauſatur præſcriptio, *Bald. l. 1. nu. 5. C. de annal. except. Angel. l. non ſolum, quæſt. vlt. ff. de vſucap. Boer. decis. 39. num. 12. Neguſan. cons. 537. num. 16. Gabr. tit. de præſcrip. conclus. 1. num. 16. Seſſe, decis. 113. num. 73.* Nec ſupra mille annos vim tituli habet in ijs, quæ præſcribi non poſſunt, *Marta, de iuriſd. p. 4. c. 5. num. 62. c. 20. num. 27. Gabr. d. nu. 16.* data enim incapacitate poſſidentis, nulla præſcriptio iuuat poſſeſſorem, *c. cauſam quæ. Vbi Doct. de præſcrip. Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. quæſt. 5. artic. 4. Ledeſm. 2. 4. quæſt. 18. artic. 1. dub. 14. conclus. 3. Perier, decis. 52. nu. 7. Seſſe, decis. 113. num. 71. de inh bit. c. 8. §. 3. num. 121. Cabed. decis. 87. num. 8. p. p. Gabr. tit. de præſcript. conclus. 1. num. 16. Caualc. decis. 11. nu. 53. p. 3.* etſi per mille annos poſſideat, *Auendan. de exeq. mād. reg. c. 1. num. 20. Cabed. decis. 9. nu. 6 p. 2. Gabr. d. conclus. 1. num. 21.* niſi cauſam capacem poſſeſſor alleget, de qua verè conſtet, *Caualc. decis. 11. num. 56 77. 83. p. 3.* ità vt veriſſimum ſit, attendendam non eſſe mille annorum poſſeſſionem, ſi ex ea præſumptus titulus per rerum naturam, & in rei veritate contingere numquam potuit. Hinc eſt quod, *Felin. in c. veniens. 1. nu. 16. de teſtib. refert Aret. ibid. & Dec. cons. 428.* irrident *Abb.* aſſerentem *d. c. veniens. num. 8. c. inter dilectos. num. 6. de fid. inſtrum. & in c. licet ex quadam. num. 2. de teſtib.* quod ſi ſunt mille anni, ex quo domus tua fuit eccleſia conſecrata, quod eſt iniquum, ſi ſibi hodie auferatur, dicunt idcircò, *Aret. & Felin.* cauendum nobis eſſe à Phantaſijs, *Abb.* & meritò ex iam dictis, quia eccleſia illa non potuit fieri profana, vndè tempus nihil iuris induxit, quod quidem eſt durationis menſura, ſecundum priùs, & poſteriùs *l. ſi fideicommiſſam. ff. de hered. inſtit.* ideò non præſumimus ex tempore quantumuis, longiſſimo, titulum qui per rerum naturam verè contingere non potuit, vt dixi; Vel ſi in rei veritate longe abeſt à veròſimili, quod interuenerit titulus, *ex Gabr. cons. 163. num. 16. in 1. Cancer., 3. reſol. c. 3. de priuileg. num. 25.* cum nec præſumptus titulus conſiderari poſſit, ſi verus conſiſtere nequeat, *Peregr. cons. 74. num. 23. in 1. Aldouin. cons. 51. num. 42.*

78 Reſpond. II. Licet titulus probetur † tempore immemorabili, *ex Menoch. lib. 3. præſump. 131. num. 38. 42. cons. 854. nu. 28.* cum tamen de initio conſtet, ceſſat immemorialis, *l. 2. §. item. labeo. ff. de aqu. pluu. arcen. Garz. de expens. cap. num. 29. Franc. decis. 166. nu. 9. Seraph. decis. 454. num. 4. Bardell. cons. 47. num. 12. Maſcard. de probat. conclus. 429. nu. 2. Ludouis. decis. 467. num. 6. Couar. c. poſſeſſor. p. 2. §. 3. num. 7. Georg. de feud. c. 29. nu. 12. Perier. decis. 52. nu. 9. ad fin.* ex hoc enim immemorialis præſcriptionis ſubſtantia pendet, vt de eius initio non conſtet, *Molin. de primog. lib. 2. c. 6. num. 63. Garz. de nobilit. glos. 12. nu. 69. Caldas, lib. 1. forens. quæſt. 23. num. 110. ad fin. Alex. Monet. de Commutat. vlt. volunt. c. 10. num. 212. Mareſcot. lib. 2. reſol. c. 100. num. 16.* allegans namq; immemoriale, dicit quid infinitum, *Seſſe, decis. 187. num. 37.* quod non eſt ſi apparet de titulo, vel cauſa, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 8. nu. 37. Lenar. cons. 65. num. 39. 40.* Quod enim dicimus immemorialem tituli, priuilegij, aut pacti vim habere, procedit ſolum ſi probata præſcriptio eſt, quæ nec præſumitur, cum ſit facti, *Balb. de præſcript. p. 3. quæſt. 3. num.*

Non aſſiſtere autem, tunc ius intelligitur, nedum ſi nihil diſponit, ſed etiam quando diſponit, aſſiſtendo alteri; Hoc enim caſu, inducit quidem iuris præſumptionem pro eo cui aſſiſtit, ſed tamen hinc non reſiſtit alteri, ac proindè actus ille qui geritur habet qui-dem præſumptionem contra ſe, ſed non iuris reſiſtentiam, *Conar variarum.c.reſol.c.17.num. 7.Menoch.retinend.poſſeſ.remed.5.num.49. Rot. deciſ.168.num.2.p.p.* Cum ergo dicamus ius re ſiſtere poſſeſſioni, ad eam reſiſtentiam hoc re ferimus, quæ illum refutationis titulum an-nullat, & feudi poſſeſſionem improbat, eius demque patrui refutatarij perſonam incapa-cem reddit, vt occupator potius ſit, quam refutati feudi poſſeſſor ne impedimento ſit, quia in Nepotem continuet feudi poſſeſſio dejecto patruo ex noſtrati iure reſiſtente. Nec manutentio datur, ſtante manifeſta poſ ſeſsione contra ius *Bart.l.ſi priuſquam.ff.de non. oper.nunt. Alex.l. naturaliter. §. nihil commune. num.89.ff.de acquir.poſſ.Caſſador.deciſ.8.num.2. de Cauſ.poſſ.Rot.deciſ.349.num.5.deciſ.351.nu. 1.p.p.deciſ.21.num.3.6.p.2.deciſ.873.num. 1. p.4 Gratian.diſcept.801.num.27.diſcept.870.nu. 17.Seraph.deciſ.1463.num.2.*

Q. I. ex his, Nepote poſt aui refutantis mortem, naturalem feudi poſſeſsionem in-greſſo; Patruus refutatarius infra bimeſtre ex Rit. 135. ſe ſpoliatum allegat, ac proba-tis einſd. Rit. extremis poſſediſſe nempe, & ſpoliatum fuiſſe, pro ſpolio à iudice pronun tiandum petit. quid iuris?

22 Etſi detentatori nullum olim poſſeſſorum daretur remedium, cum non poſsideret, *gloſ. l.ſi fundo. C.locat. Magon. lucens.deciſ.53. num. 25.* hodie tamen ſimplici detentatori ne-dum interdictum retinendæ competit, ſi iu-ſtam habet detentationem, *ex Conar. pract. quæſt.17.num.5.Menoch.recup.remed.17.num.5. Cornaz.deciſ.43.num.16.Franc.deciſ.163.num. 3.4.* quia retinendæ interdictum tum veram poſſeſsionem reſpicit, tum rei ſtatum qui e-rat motæ litis tempore, adeo vt ſtatutum de fundi poſſeſsionem, in hæredem continuans, in detentatione etiam procedere dixit, *Me-noch.adipiſc.poſſ.remed.4.num.371.* imò reme-dium ei competit, *c.reintegrandæ. 3. quæſt. 1. c. ſi deijciatur, Natt.conſ.161 num.13.Carot.de lo cat.p.6.remed 16.num.6.Gabr.tit.de reſtit.ſpoli-at.concluſ. 5.num.17.Cornaz.deciſ.146. num.8.* quod pro ſola rei detentatione competere probat ex alijs *Gabr.d.concluſ. 5. num. 4. Con-trad.de moment.poſſ.limit. 21.num. 11. Schrader. conſ.48. num. 119.* vt ablata ſibi reſtituatur detentario, *Caſtr.l.aſsiglius.num. 5.ff.de donat. Bald.l.eadem.num.2.13.C.locat.Gratian. diſcept. 174.num.25.* imò & ſpolium ei etiam, *de Re-centi.ex Rit.135.* vt dixi plenius, *Deciſ. 12. ex not.in c.piſanis.de reſtit.ſpoliat.* & ita me patro-cinante, pro Ioan. Paulo Durante contra Io-annem Peregrino & Victoriam la Caua, con-

iuges,

inges, iudicatum fuit Meſſanę in primo & ſecundo iudicio indè in M. R. C. Die, 5. ſeptembris XIII. indict. 1629. & pro P. Rectore Collegij Drepanenſis, contra Principem Pigeco ſpoliantem; Die, 16, Nouembris XIII. indict. 1629. Cum & cuicumque alij etiam ſimplici & non priuilegiato creditori pro ſuo credito pignus poſſidenti poſſeſſoria dati ſoleant remedia, *ex Alex. l. 1. num. 66. ff. de acquir. poſſ. Gozad. cons. 99. num. 4. Magor. Lucens. decis. 81. num. 6. Gomez, de Annal. quæſt. 57. num. 2. Menoch. recup. poſſ. remed. 1. num. 62. & remed. 17. num. 21. Pontan. de ſpol. lib. 1. c. 3. num. 11. Cumi. rit. 38. num. 358.* & tradunt multi, à *Gratian. diſcep. 174. à num. 18.* licet pro ſe non poſſideat, nec ad ſui commodum, ſed debitoris, cuius ſunt fructus, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. p. 3. num. 17. tom. 1. Gratian. diſcep. 174. num. 18. qui Surd. cons. 166. diſſentientem increpant.*

Contrar, & verius defendit, *Corſet. cons. 23. ſub num. 37.* imò nepotem propria authoritate feudum ingreſſum, abſoluendum eſſe aduerſus patruum ex hac Caroli; V. lege, 118. quam probat, *Ias. l. clam. poſſidere. num 23. de acquir. poſſ. Fulg. cons. 16.* quia iuſta ſaltim cauſa id à nepote actum fuit, & dolo caret, modo publicis documentis Nepotem ex prædefuncto filio primogenito ſe eſſe probet, non autem teſtibus, qui in ſpolio, *de Recenti* admodum priuilegiato non admittuntur in odium ſpoliantis, niſi purgato prius ſpolio, per rei reſtitutionem, ipſumque remedium *Vnde vi* datur ſolum poſſeſſoribus, ex multis à me citatis, *decis. 12. num. 1. Gizarel. decis. 83. num. 3. Cavaler. decis. 182. num. 2. Thomat. decis. 30. num. 20. decis. 35. num. 17.* Nec interdictum *Vti poſſidetis. l. attilius regulus. & ibi Caſtr. num. 5. ff. de donat. Neviz. cons. 80. num. 3. Gizzar. & Cavaler. à Thomat. citati, decis. 30. num. 20.*

Non obſtat, detentori à Tertio, deiecto, vel turbato remedia dari poſſeſſoria vt & vero poſſeſſori. Quia auo mortuo, ſua poſſeſſio nulla ex hac lege fuit, omnique caret effectu, vt nullo iuuari poſſit remedio poſſeſſorio, ex irritante illa *claus. Non obſtante. Creſcent. decis. 1. num. 3. 4. de cauſ. poſſeſ. Lancell. de attent. p. 3. c. 31. num. 92. Rot. decis. 189. num. 4. p. 2. decis. 510. num. 5. lib. 3. p. 3. Gabr. tit. de claus. concluſ. 3. nu. 50. Ludouis. decis. 268. num. 9. Salgad. de reg. protect. p. 3. c. 10. num. 65. Lotber de beneſic. lib. 2. quæſt. 46. num. 70.*

Nec iuuat poſſeſſio in cauſa ſpolij ſi poſſeſſioni ius reſiſtit *Feder. Senen. cons. 234. num. 3. Cancer, 3. reſol. c. 14. num. 47. 57. Capiblan. de Baron. pragm. 1. num. 167. 168. Lotber. de beneſic. lib. 2. quæſt. 45. num. 26. 38. 39. 40. Canale. decis. 27. num. 33. p. p. Laderch. cons. 95. num. 6.* quia poſſeſſio non eſt, cui ius reſiſtit, *l. improba. C. de acquir. poſſeſ.* nec prodeſt eius titulus, *Bart. l. ſed ſi lege. § ſcire. ff. de petit. hæred. l. numquam. ff. de iur. & fact. ignor. Theodor. alleg. 51. num. 29. Surd. cons. 115. num. 23.* ipſaque poſſeſſio euidenter iniuſta neminem iuuat, *l. ſi ſp. vſus. §. ſi res. ff. de publician. l. communi diuidundo. §. inter prædones. ff com. diuid. Cancer, 3. reſol. c. 14. nu. 56. Schrader. cons. 4. num. 262.* Hinc eſt, vt Patruus iniuſtus detentor cum ſit, & occupator ex patris ſui refutantis morte, non præſcribit, *Gomez, l. Thaur. num. 117. Molin. de primog. lib. 3. c. 12. num. 18. Paz. de Tenut. c. 11. num. 10. 11.* poſſeſſionis cauſa iuuentam præſcriptionem ait, *tex. c. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6. exornat. Menoch. cons. 1050. num. 22.* nec feudi fructus interim lucratur auo mortuo nec ciuiles alios habet effectus, *P. Molin. d. num. 2. Gomez, d. nu. 117. Molin. d. num. 18. Salgad. de reg. protec. p. 3. c. 10. num. 115. Intrigl. decis. 35. num. 15.* Sed ſtatutarij poſſeſſoris ſunt, ex iura, quam à ſtatuto continuante habet poſſeſſionem, *Bart. l. ſi fun. num. 2 ff. de vſufr. Maran. de remed. poſſeſ. nu. 238. Schenard. cons. 39. num. 1. p. p. Peregr. Variar. lib. 3. de poſſeſ. & propriet. num. 42.*

Reſpond. II. Detentori, non alia ratione, poſſeſſoria competunt remedia, niſi quod detentator, vel manutenendus, vel reſtituendus ſit reſpectu tamen damnorum, & eius quod intereſt, *l. licet. C. de except. Tiraq. l. retract. §. 26. glos. 3. num. 18. intrigl. lib. 1. ſing. 206.* & priuilegij cuiuſcumque, *Menoch. cons. 758. nu. 4.* & ſi aliter, & malè opinetur, *Montier. decis. 35. num. 45.* ſed nepos poſſeſſionem ex ſtatuto continuans, cum rei ſuæ incumbat, ſpoliatur non eſt, nec dicitur attentare, *Rot. decis. 10. alias 89. de appell. in antiq. Monded. cons. 109. num. 85. in 2. Salgad. de reg. protect. p. 3. c. 12. num. 19. Lan. cll. de attent. p. 2. c. 4. lim. 1. num. 15.* & iuſtus poſſeſſor contra iniuſtum vbique obtinet, *Cancer, 3. reſol. c. 14. num. 16. Portol. ad Molin. § manifeſtatio. num. 44. 45. Bardax. de apprehens. p. 3. quæſt. 3. num. 6.*

Nec obſtat, *Menoch. adipiſc. poſſeſ. remed. 4. num. 371.* Quia ſtatutum Patauinum cui innititur *Menoch.* detentationem penes defunctum eſſe deſiderat, & in ipſa detentatione facit vim; lex vero noſtra poſſeſſionem requirit ex parte defuncti, vt rectius conſiderat, *Polid. Rip. obſer. 13. num. 5.* debetque moriens eſſe in ampla poſſeſſione tempore mortis, vt continuatio detur à defuncto in hæredem, *Ias. cons. 138. ad fin. vol. 4. Menoch. d. remed. 4.*

num.

num. 330. *Tiraq. de mort. p.* 4. *declan.* 1.

Non obſtat ſpoliantem in ſpolio, *de Recent.* os aperire nō poſſe, vt nec publicis exhibitis inſtrumentis ius ſuum aduerſus Patruum proponere poſſit nepos. Quia reſpondet, *Corſet. conſ.* 23. *ſub. num.* 37. quod ne eluſoria ſit hæc Caroli V. lex, neceſſe eſt, vel quod dicamus Nepotem ad probandum admitti debere, adeò vt priuilegiati à *rit.* 135. ſpolio derogatum noſtra lege ſit, Vel quod dicamus probationes eo modo faciendas, quo fieri poteſt, cum inoleta ſit M. R. C. praxis in ſpolio publica documenta admitti, non quod in proceſſu inſerant, ſed in articulo *audientia*, qui ſeorſim à proceſſu ſpolij præponi ſolet, præſententur.

Hic autem obiter volui dixiſſe, *ex Ferdin. Reg. c.* 43. defuncti poſſeſſionem in hæredem continuante non dari ſpolium contra proprietarium, eiuſuè hæredem, ſi vſofructum ad ſe ſpectantem perceperit, Quia poſt mortem fructuarij, ius vſus fructus deberet penes fructuarij hæredem remanere, quaſi minimè extinctum cum eius vita: in eo enim omnes conueniunt, haud tranſmitti ad hæredes, *ex l. titio. cum morietur. ff. de vſufr. Polidor. Rip. obſer.* 13. *num.* 4. *& de act. in mort. artic. c.* 65. Nec defuncti poſſeſſio in fructuarij hæredem continuat, ſed in hæredem proprietarij ex multis à *Polid. Rip. d. obſer.* 13. *Honded. cons.* 18. *num.* 6. in 2. *Garon. de iur. fiſc. artic.* 36. *num.* 76. *plures adduxi num.* 74. Ratio eſt, quod ſtatutum defuncti poſſeſſionem continuans, in hæredem intelligitur de poſſeſſione quæ apud defunctum eſt ex cauſa ad hæredes tranſitoria, *Caſſan. Burg. Conſuet. des ſucceſſions.* §. 1. *lim.* 4. *Cott. in memor. Verb. Decreto Mediolanenſi. Imol. cons.* 36. *Tiraq. de Mort. p.* 3. *declar.* 1. *num.* 5. *Gabr. tit. de acquir. poſſ. concluſ.* 9. *num.* 14. *Cancer.* 2. *reſol. c.* 7. *num.* 50. *Eugen. cons.* 55. *à num.* 6. *Plot. de in lit. iur.* §. 49. *num.* 39. *Cauale. de vſufr. ſub. num.* 6. *& decis.* 36. *num.* 457. *p.* 3. & nos ſupra latius.

Q. II. Auus feudum tertio alienat in vi-
85 ta, ſicque mortis ſuæ tempore non poſſidet ſ. An nepos legitimus eiuſdem feudi ſucceſſor in quem, ex hac lege, continuatur poſſeſſio, aduerſus Tertium illum poſſeſſorijs vti poſſit remedijs? Quia in re, Praxi receptum inquit Seſſe, *decis.* 67. *num.* 14. illa nepoti conceditur, aliàs manifeſta eſſet Nepotis læſio, & primogenij fraus euidens, dum Caroli, V. lex hæc, de ſucceſſione ſolum loquatur, poſt vltimi poſſeſſoris mortem delata, quia poſſeſſor dicitur, licet feudum ante mortem alienauerit, *Molin. de primog. lib.* 3. *c.* 12. *num.* 17.

Verum ſi rem altiorem perſcrutari velis, diſtinctius repetendum nobis eſt, ne quæſtionem hanc leuiter, & prima (vt aiunt) fronte per tranſennam, non iis neruis, vt res poſtulat, attigiſſe videamur.

Aut ciuilem, & naturalem poſſeſſionem ab alio occupatam in nepotem legitimum feudi ſucceſſorem, hæc Caroli V. lex transfert, & continuat, Tunc propria authoritate, ab ea detentatione occupatorem hunc de facto expellere non poteſt, ſed adipiſcendæ vel recuperandæ poſſeſſionis remedio agere ipſe debet, *Gregor. Lopez, l.* 7. *gloſ. poſſeſſion. tit.* 4. *par.* 5. *Molin. d. c.* 12. *num.* 12. *& P. Molin. diſput.* 636. *num.* 2. Quæ nuda feudi inſiſtentia, & detentatio, cum poſſeſſio vera non ſit, poſſeſſionis effectus à *P. Molin. diſput.* 16. enumeratos, non habet.

Aut vltimus feudi poſſeſſor, mortis ſuæ tempore, ciuilem & naturalem poſſeſſionem non habet, quæ penes alium ſit, non ab vltimo feudi poſſeſſore illi tradita ſed aliundè, Tunc poſſeſſio illa, eo modo penes alium exiſtens, in nouum ſucceſſorem non tranſit, impoſſibile namque eſt quod ab eo transferatur poſſeſſio, cum non plus iuris tranſmittat, quam ſit apud defunctum, *l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* & quæ apud defunctum poſſeſſio non eſt, in hæredem non continuat, *Gomez, l. Thaur.* 45. *num.* 129. *Menoch. cons.* 139. *num.* 14. *Paz. de Tenut. c.* 8. *num.* 57. *Molin. de primog. lib.* 3. *c.* 12. *num.* 17. *Seſſe, decis.* 67. *num.* 14.

Nec lex hæc ad aliam feudi alienationem, extendi poteſt quàm ad eam, quæ refutationis titulo facta ſit, quia cum ſit iuris correctoria, *ex Molin. d. c.* 12. *num.* 9. *Seſſe, deciſ.* 67. *num.* 5. *Gabr. tit. de acquir. poſſeſ. concluſ.* 9. *num.* 1. 2. *Paz. de Tenut. c.* 51. *num.* 3. *Menoch. cons.* 139. *Tuſc. lit. S. concluſ.* 626. *num.* 3. non debet vt exorbitans extendi vltra ſuos caſus, *Seſſe, decis.* 67. *num.* 15. *Tap. S. C. decis.* 59. *num.* 6. nec de caſu ad caſum ampliari, *Tiraq. de Mort in præfat. declar.* 3. *Paſet. cons.* 140. *num.* 3. 10. *Seſſe, decis.* 67. *num.* 5.

Nec lex hæc voluit, aut potuit ſua poſſeſſione hunc tertium ſpoliare, ſi alio, quam refutationis titulo poſſideat, in cuius præiudicium non tranſit poſſeſſio, quia reſpectu tertij, non habetur pro tranſlata, & continuata poſſeſſio, *l. vnus.* §. *ante omnia. ff. de pact. Dec. c. ſuper eo. de offic. deleg. Rip. l. ſi aliquam rem. nu.* 9. 40 *ff. de acquir. poſſeſ. Com. cons.* 159. *num.* 14. *in* 2. *Portol. ad Molin.* §. *poſſeſſio. num.* 4. 5. *Seſſe, decis.* 67. *num.* 11. *latius, de inhibit. c.* 12. Deque huiuſmodi poſſeſſione, perinde opinamur, ac ſi non eſſet feudi poſſeſſio, *P. Molin. diſput.*

696. num. 2. Molin. deciſ. 22. num. 17. ſed reuendicationis iudicio à Nepote agendum eſt, Gloſ. in Conſtit. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ. rub. 5. lib. 3. Valaſc. deciſ. 194. Amat. deciſ. 163. num. 16. qui eſpenſas omnes in reuendicando feudo contra tertium poſſeſſorem repetit à ſucceſſore, Imol. l. domus, ff. de leg. 1. Petra, de fideicom. quæſt. 15. num. 251. Puteolan. de conſortib. c. 158. num. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 670. num. 6. Peregr. de fideicom. artic. 53. num. 11. Cephal. cons. 762. num. 30. Iubilgl. de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 74. num. 92. 102. vel ſi illud ſuis expenſis à tertio occupatore obtineat, & conſequatur, Iaſ. l. ſcium fortean. §. ſi centum ad fin. ff. de condict. indeb. Anchar. conſ. 32. Gorz. de expenſ. c. 8. num. 19. Randens. deciſ. 31. num. 306. Petru, de quæſt. 15. nu. 215. 240. Simon. Prat. de interpr. vult. volum. fol. 94. num. 15. Seraph. deciſ. 925. Farin. deciſ. 517. num. 6. p. 4.

Q. III. Poſſeſſio, quæ (iure noſtro) continuatur in hæredem, An continuetur in Fiſcum ſuccedentem?

Primus caſus eſt, ſi ſuccedit Fiſcus propter generationem finitam. Tunc in eum rectè continuatur poſſeſſio, Muſt. ill. ad Gregor. deciſ. dic. cauſ. feud. quæſt. 18. lit. A.

Secundus caſus eſt, ſi ſuccedit Fiſcus, vt hæres inſtitutus, Tunc in eum continuatur poſſeſſio nedum cuiuſque allodij, ſed feudi, ex Ferdin. Reg. c. 43. inſtitui enim & ipſe poteſt ex teſtamento, Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 1. num. 1. ideò priuari iure nemo, ſi Fiſcus, l. ff. de iur. Fiſc. l. cum quidam. §. Fiſcus ff. de vſur. Aſin. in prax. §. 2. c. 11. num. 38. 42. Niſi Nepos ſit ſucceſſor ex primogenito filio prædefuncto, ſuccedit, Tex. breue. Tunc enim, in Fiſcum non tranſit poſſeſſio, licet occupata ab eo ſit, quia probatum ſatis eſt, iuitam & nullam eſſe poſſeſſionis continuationem omnem in Nepotibus ex primogenito filio verè ſucceſſores ponit heredi.

Tertius Caſus eſt, ſi ſuccedet Fiſcus, ex bonorum confiſcatione, Tunc nulla in eum continuatur poſſeſſio, abſque apprehenſione, Boſſ. tit. de public. bonor. num. 26. Honded. conſ. 42. num. 39. in 1. Nec ex hoc Carol. V. cap. 118. Nec ex Ferdin. Reg. c. 43. quia criminoſi feudatarij propriè hæres ipſe non eſt, ſed loco illius dicitur que ſucceſſor, l. 2. & ibi gloſ. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. non intelligitur. ſi cum ex cauſa, ff. de iur. fiſc. Bart. & Alex. l. marcellus. §. fin. ff. ad trebell. & in l. quoties. ff. de nouat. Aret. l. ex facto. §. fin. ff. de vulg. latius. in l. ſi quis mihi bona. §. 1. ff. d. acquir. hæred. Tuſc. lit. F. concluſ. 388. num. 1. Pappon. conſ. 159. num. 11. & hæres anormalus, Bald. conſ. 359. Gaton. de iur. Fiſc. Artic. 36. num. 25. Salern. deciſ. 50. num. 2. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 53. Aſin. in prax. §. 2. c. 12. num. 34. Honded. conſ. 95. num. 108. in 1. vnde eſt, vt in eum non tranſeat inſtantia, Anchar. conſ. 317. num. 4. Tuſc. lit. P. concluſ. 210. num. 4. Balbus. Thomaſ. tract. 8. tit. 21. num. 1. Aſin. in prax. §. 2. c. 12. num. 34. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 620. Peregr. de fideicom. artic. 53. niſi hæres inſtitutus fuerit fiſcus, Aſin. d. c. 12. num. 42.

His affine etiam eſt, quod in quæſtionem deducit, Bart. ad l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, num. 3. ff. de damn. infect. Nam feudatario delinquente, & eius bonis confiſcatis, Feudum tranſeat in Fiſcum? Negatiuè reſoluunt, Bart. & ext. d. tex. omnes, qui loquuntur de amiſſione feudi, ſupponunt illud à vaſallo ad filios, vel agnatos tranſire, non ad Dominum reuerti. Quæ enim certo perſonarum generi deferuntur, Fiſco non cedunt, vt ex Bald. obſeruat. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 108. & communiter receptum eſſe atteſtatur, Boſſ. tit. de public. bonor. num. 53. Iar. §. feudum. quæſt. 4. Ram. conſ. 23. num. 30. in 3. Boer. deciſ. 278. num. 7. ad fin. Roland. conſ. 31. in 3. alios ex communi citat. Gaton. de iur. fiſc. artic. 36. num. 77. Bertazz. crim. conſ. 368. num. 1. lit. 2. Farin. quæſt. 25. num. 62. Alb. conſ. 250. num. 1. & iudicatum teſtatur, Boſſ. d. num. 53. quæ ſententia, alijs relictis, placuit, Bachou. lib. 7. inſt. Controuerſ. 201. Vnſquitta igitur & contra Fiſcum vt tantum refert, vt ſtic. deciſ. 282. num. 15. Potiſſimum pro agnatis, Tiſſaup. deciſ. 167. num. 1. & ita iudicatum fuiſſe in ſuprema curia feudali Brabantiæ, & etiam in Mechlinenſi, teſtigeſt Rat. Chriſtian. deciſ. 200. num. 25. ad fin. Vol. 1. & ad agnatos tranſire feudum piene ex crebriori, Doct. Calendo, notat Farin. quæſt. 25. num. 68. Mant. vot. 204. Priſtanr. deciſ. 67. num. 2.

Obſeruat tamen, Sued. quæſt. 84. Vers. At vero. ſi ſit feudum, de quo vaſallus poſſet libere diſponere, tum in præiudicium Domini, tum in præiudicium agnatorum, quia in eo poſſunt ſuccedere hæredes extranei, poterit etiam admitti Fiſcus, qui eſt loco hæredis extranei, concordantes citat, Peregr. lib. 5. tit. 1. num. 71. Menoch. recup. poſſ. remed. 9. num. 252. Niſi deuictum eſſet caſe, quod poſſet dominus priuare vaſallum feudo, Gaton. d. artic. 36. num. 78. exemplum ponit, Boſſ. d. tit. de public. bonor. num. 54. in feudo emptitio vbi, addit, clauſulam ibi appoſitam (petendæ licentiæ) non operari quicquam, quando in eundem Principem tranſire debet feudum, ex quo in exceptione non includitur perſona loquentis.

Hanc tamen declarationem improbat, Fachia.

Digitized by Google

ſtin.lib.7.iur. contrauerſ. 20. verſ. ſed vt liberè. quia, inquit, habemus, tex.in c.1.de feud.non haben.propr.natur.feud. quo cautum legimus, eiuſmodi feudum, licet propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi cenſeri, vt ex iis cauſis feudum amittatur, quibus & verum feudum; ex quo ipſe Fachin. dedu cit ſi verum feudum, dum amittitur, pertinet ad dominum, vel agnatos, ita & feudum non habens propriam naturam feudi; eiuſque ſententiæ, commemorat. multos Boer. decis.264.num.9.

Verum in hoc Siciliæ Regno ſilet hæc diſputatio, quia ex c. volentes. feuda tranſitoria ſunt ad hæredes etiam extraneos, verbum Hæres. intelligitur de quocumque hærede etiam extraneo, ex c.d. volentes. adeò vt inſtar allodialium hodie ſint feuda, ediſſerit perbellè, Giam.decis.103.num. 127. etſi de iure feudorum verbum, Hæres, de filijs intelligitur, Caſtr. l.ex facto.§.fin.poſt.glos. 161. ff. ad trebell. Gram. decis. 103. num. 126. Sicut in Francia, Boer.decis.264.num.9.Gram.decis.103. num.127. eamque conſuetudinem vigere in partibus Pedemontium, & Sabaudiæ crediderunt aliqui, ex Menoch.recup.poſſeſ.remed.9. num.251. ſed ipſe num.253. contrarium probat. Non per omnia eſt ſimilis conſuetudo, quæ Mantuæ vigere dicitur, ex Bertaz. crim. cons.358.num.19. per illam enim licet aliena te feuda, in præiudicium agnatorum, & tamen in Fiſcum non tranſeunt, in omnem caſum ſi recipienda eſt declaratio, non erit reſtringenda ad tempus vitæ delinquentis, vt cōtra Boſſ. probat Crauet.de quo Farin.quæſt.25. num.69. verſ.ſed quod.

Cæterum non ocioſè quæri etiam hoc loco poterit; in feudis, ciuilis defuncti poſſeſſio abſque alia apprehenſione in proximiorem agnatum, An tranſeat & continuet? Si de iure contentio ſit, Pro reſolutione in prò ximiorem agnatum, illam continuari, firmat Bald.ad.l.cum antiquioribus. num. 11.18.C. de iur.delib.Ias.l.quoties.num.31.C. de reiuendic. Zuccard.l.fin.num.119.alids.95. C. de edict.diui Adrian.Bald.cons 301.num.6.in.1.Crauet. cons. 251.num.4.Brun.cons.114. num. 139.in 1.Dec. cons.467.num.9.Afflic.decis. 119.Anna, ſing. 535.Roiz.deciſ.3.num.374.Ias. cons. 87.in. 1. conſ.188.in 2.conſ.10.in 3.Decian.cons.23.num. 106.in 1.Marta, de ſucceſ.legal.p.3.quæſt.3.artic. 1.num.11.Burſ.conſ.89.num.30.Felic.alleg.63. num.8.p.2.Oſaſc.conſ.20.num. 42. l. 2. Ponté, cons.62.num.1.7.8.11. in 1.Molin.de primog.lib. 3.c.3.num.18.22.Schrader.cons.14.nu.132.Silvan.cons.15.num.11. Tiraq. de Mort. in præfact.

E declar.4.num.3.p.4. declar. 5. num. 17. Cephal cons.30.num.9 Lancell.Gall. cons.8.num.9. Vesemb.cons.1.num.38 Rim.iu. cons.44.num.62 ad fin.cons.69.num. 8. Menoch. conſ.180. num 56.conſ.503 num.18. adipiſc. poſſ. remed.4.num. 378. plures citat Intrigl.deciſ.35 num.7.9.10. Roland.cons.2.num.27.in 3 Modeſt.Piſtor.cons. 40.num. 8. vbi vaſallum ius ſuum ciuiliter poſſidere inquit, Cumi.de feud.verb.in antiquis. num.101.

Nec obſtat Doct. loqui in filio, ex l.in ſuis. ff.de liber.& poſth. ſaltim per viam tranſmiſſionis, l.1.C. de his qui ante apert. tabul. vel ex perſonarū identitate, l.fin.C.de impub.& alijs ſubſtit. Quia in quouis alio, id procedere cenſuit, Caphal.cons.13.num.11.12.addo Gloſ. & Doct c.1.§ fin.de feud.cognit. Tiraq. de Mort. in præfact. declar. 4. Schrader cons. 1. num. 36. dum tamen, ſit de comprehenſis in inueſtitura; & ſubdit, Cephal.nu.13.quod licet Bald.d. l.cum antiquioribus.in filio loquatur id cōtigit gratia exempli, Bart.in l.cum miles.ff. ex quib. cauſ.maior. Alex.l.cum hæres.num.9.ff.de acquir. poſſeſ. vbi & ipſe teſtatur com.

Proindè naturalem ingredi ipſe poterit poſſeſſionem propria authoritate, Imol.l. à diuo pio.§.ſi poſt adictum. ff. de re iudic. ex comm. Ias.l.clam poſſidere.§. qui ad nundinas. num. 23. 24.Soc.num.12.ff.de acquir poſſeſ.Alex.cons.99. num.12.in 5.Aret.cons. 21.num.5.Soc.cons.122. num.12.in 4.Ruin.conſ.152.num.6. in 4. Anell. Amat.cons.14.num.18.Roland.conſ. 5. num. 13. in 2.Reiger.cons.13.num.33.in 2.Corn.cons.271. in 3.Surd.cons.221.num.35 Lancell. Gall. cons. 8.num.10.11.Schrader.cons.37 num 45.68.Ranens.cons.27.num.9.Tomat.deciſ.17.num. 11. Nec diſſentit Seſſe, decis. 25.nu. 96. vbi quod habens poſſeſſionem ciuilem, ſi naturalem vacantem ingrediatur dicitur antiquam continuare Monach.Bonon.deciſ.30.num.14.20.Paris.cons.vlt.num.12.in 4.

Vacans autem poſſeſſio dicitur, quæ à nemine poſſidetur; Cum ſi ab alio poſſideretur, vacans dici nequit, l. numquam. ff. de acquir. rer.dom.l.2.§.vacua.l.3.ff. de act. empt. glos. c. cum noſtris. verb. non vacaret. ad fin. de conceſ. præb.Surd.cons.160.num.5. & ita accipiendos eſſe, Doct.in c.1.§.fin.de form.fidelit. Rectè monuit, Vulte.de feud.lib.1.c.10.num.12.Schoner. de feud.lib.1.diſput 8.c.16.Lother.de benefic.lib. 2.quæſt.46.num.69.

Hinc eſt, vt inueſtituræ licentiam dent intrandi feudum propria authoritate ſi comprehenſi in eis ipſi ſunt, ex Bald. c.1. num. 3. tit.quid ſit inueſt. Abb.c.authoritate.num.4.de inſtit.Alex.l.poſſideri.nu. 15. ff. de acquir poſſ. vbi

addent. lit. A. Betrand. conſ. 198. *in.* 5. Tum maximè ſi in inueſtituris, legantur verbi, conceſſit, tradidit, ſeu dedit, *Zaſ. de feud. tit. qualit. feud. conſtit. num.* 7. *Aluarot. c.* 1. *num.* 1. 7. *tit. quid ſit inueſt.* & cum inueſtituræ præcedẽtes dent titulum domioij tranſlatiuum, *Paris. conſ.* 23. *num.* 213. *in* 1. *Pacian. conſ.* 20. *nu.* 53. *Vulte. conſ.* 30. *num.* 35. *in.* 2. *diuerſ. Roſental. de feud. c.* 6. *concluſ.* 5. *num.* 5. *c.* 8. *concluſ.* 33. *num.* 8. & qui habet titulum, poteſt authoritate propria poſſeſſionem vacantem ingredi, *Bart. l. cum ſolus, num.* 4. *ff. de vſucap. Menoch adipiſc. poſſeſ. remed.* 4. *num.* 183. *Surd. conſ.* 160. *num.* 4. & qui dat titulum, cenſetur etiam dare dictam facultatem, *l. hæc ſi reſ. vbi gloſ.* 2. *ff. de rei vend. Bart. d. l. cum ſolus, ergo.*

Neque minus priuilegiata eſt inueſtitura, quam ſit teſtamentum, ſi ergo ſcriptus hæres in teſtamento, poteſt poſſeſſionem propria authoritate apprehendere, *ex l. fin. C. de edict. diui adrian.* vt tradunt *Bero. conſ.* 54. *in* 2. *conſ.* 47. *num.* 16. *in.* 3. *Guttier. § ſui. num.* 75. *inſtit. de hæred. qualit. & differ.* ſic & fortius ex inueſtitura, *Argel. de acquir poſſeſ. quæſt.* 4. *artic.* 7. *num.* 196. *Roland. conſ.* 1. *num.* 51. *in.* 1. notat & ſapientius, *Ranſner. de teſtam. c.* 30. *de teſtam. Vaſall p p. num.* 44. quod vaſallo proximiori inſtituto, ab anteceſſore competit beneficium, *d. l. fin. C. de edict. diui adrian.* Proinde ita priuilegiata eſt poſſeſſio, quæ petitur vigore inueſtituræ, ſicut poſſeſſio, quæ petitur, *ex. l. fin. C. de edict. diui adrian. vt notant Iſern. & Aluarot. c.* 1. *§. inſuper. de prohib. feud. alien. per Feder. Roland. conſ.* 1. *num.* 51. *in* 1. *Marta, de ſucceſ. legal. p.* 3. *quæſt.* 3. *artic.* 1. *num.* 17.

Porrò, ſi poſſeſſio alia iuris eſt, alia facti, ex *Bald. l. cum miles. num.* 2 *ff. ex quib. cauſ. maior, & in c. imperialem. § inſuper. num.* 3. *de prohib. feud. alien. per. Feder. & in rub. ff. de reiuend. lect.* 1. vbi inquit quod licet poſſeſſio non tranſeat in hæredem, tranſit tamen qualitas poſſidendi idest titulus defuncti, ex quo titulo datur ius illam acquirendi, *Afflic. c.* 1. *§. ſciendum. num.* 43. *aliàs,* 14. *de feud. cognit.* quam diſtinctionem poſſeſſionis facti, & iuris, ſentit etiam, *Roſentall. de feud. c.* 7. *quæſt.* 17. *ſub num.* 3. quia aliàs verior eſt opinio, quod poſſeſſio facti, etiam feudi ſinè apprehenſione non tranſeat in ſucceſſorem nedum tranſuerſalem, ſed nec etiam filium, & deſcendentem, *Bald. Ias. num.* 29. 30. 31. *l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. cons.* 244. *in.* 3. *Zas. cons.* 89. *num.* 8. *in.* 1. *Tiraq. de Mort. p. p declar.* 4. *Caldas, de renouat. emphit. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 14 *Schrader. de feud. p.* 7. *c.* 7. *num.* 21. *Veſemb. conſ.* 6. *num.* 49. *conſ.* 41. *num.* 34. *Myſing. obſer.* 38. *cent.* 3. *Gayl. lib.* 2. *obſer.* 152. *Roſental. de feud. c.* 7. *concluſ.* 17. *Schoner de feud. lib* 1. *diſput.* 5. *c.* 111. ex qua declaratione poſſeſſionis, iuris, & facti, ceſſat *Romæ* diſtinctio *conſ.* 6. *num.* 6. *in.* 1. & aliorum quod poſſeſſio tranſeat in deſcendentes, ſed non in collaterales; Nam hæc iuris poſſeſſio ſeù facultas apprehendendi poſſeſſionem facti tranſit in quoſcumque ſucceſſores de comprehẽſis, tum deſcendentes, tum tranſuerſales, *Georg. alleg.* 12. *num.* 15. ſinè alia licentia Domini, ſi ab alio non eſt occupata, & nemo reſiſtit, *Aluarot. c.* 1. *num.* 1. *quid ſit inueſt. & in c.* 1. *num.* 1. *qui. ſucceſ. tenean. Vulte. de feud. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 11. *Borchol. de feu. c.* 7. *num.* 10. *Mareſcot. lib.* 1. *reſ. c.* 39. *num.* 6. 7.

Ex his conſtat, quod vbi extat ſtatutum, defuncti poſſeſſionem continuans in filium vel in hæredem, tunc agnatus habens titulum à teſtatore, vel fideicommiſſarius cui mandatum à teſtatore eſt, vt propria autoritate poſſeſſionem capiat, non ſunt legitimi contradictores ad impediendam immiſſionem filij, vel alterius hæredis, *Ias. cons* 146. *in* 4. *Cott. in memorab. verb. decreto Mediolani. Simon de Prat. de interpr. vlt. volun. ſol.* 505. *num.* 123. *Marta, de ſucceſſ. legal. p.* 3. *quæſt.* 3. *artic.* 1. *num.* 14. immò nepos ex primogenito filio præ defuncto hæres inſtitutus, vel alter hæres ex teſtamento ſcriptus duo habebit beneficia; Alterum de iure, *ex l. fin. C. de edict. diui adrian.* Alterum ex ſtatuto de continuanda poſſeſſione, *Bald. rub. de cauſ. poſſeſ. col. pen. verſ. quæro quæ poſſeſſio, ſit iſta. Dec. conſ.* 84. *num.* 1. *Menoch. recup. poſſeſ. remed.* 1. *num.* 346. *quæſt.* 37. *Mart. d. quæſt.* 3. *artic.* 1. *num.* 15.

Quæ poſſeſſio ex ſtatuto iam dicto, abſq; alia actuali poſſeſſione ſufficiens eſt, ad obtinendum in poſſeſſorio (vti poſſidetis) ſummariiſſimo *Fab. § in ſum ma, inſtit. de interd. Guglielm. Beneſic. c. Raynutius. verb. mortuo itaque.* 2. *num.* 72. *de teſtam. Caſſan. Burg. conſuet. rub.* 7. *§.* 1. *Rebuff. ad Reg. Conſtit. tit. de mater. poſſeſ. art.* 9. *gloſ.* 1. *num.* 6. *Milanens. deciſ.* 3. *num.* 185. *p. p. Intrigl. deciſ.* 42. *num.* 3. Satiſque eſt hæredem capacem eſſe poſſeſſionis, licet dominij incapax ſit, *Curt. ad Alex. l. cum hæredes. ff. de acquir. poſſ. cons.* 41. *in* 2. *Rip. lib.* 1. *reſponſ. c.* 1. *num.* 82. *Paris. conſ.* 41. *in* 1. *Gozad. conſ.* 6. *conſ.* 7. *num.* 11. *conſ.* 10. *num.* 44. *Soc. iun. conſ.* 75. *num.* 22. 23. *in* 1. *Ruin. conſ.* 18. *num.* 20. *in* 1. *Tiraq. de Mort. p.* 5. *declar.* 1. *num.* 7. *p.* 4. *declar.* 5. *Cephal. conſ.* 367. *num.* 10. *Rim. iun. conſ.* 91. *Milanens. deciſ.* 3. *num.* 45. *p. p. Vivi. deciſ.* 409. *nu.* 22. *Molin. de primog. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 18. 22. *Intrigl. deciſ.* 35. *num.* 11. *deciſ.* 42. *num.* 4. *Boiagnet. conſ.* 5. *num.* 19. 36. *conſ.* 7. *num.* 58. Nec in hoc primo iudicio capaci-

tas

tas diſcutienda eſt, ſed in petitorio, *Curt.iun. conſ.41.num.15.paris.conſ.23.num.89.conſ.4. conſ 90.in 1.Plot.de in lit.iur.§.3.num.40.Perſonat de adipiſc.poſſ.num.104.Roland.conſ.1.num.48.in.3.Cephal.conſ.30.num.9.Gozad. conſ 7. Oſaſ. decis. 36.num.15.Soc.iun.conſ.75.conſ.76. conſ.77.in 1.Monoch.adipiſc.poſſ.remed. 4. num. 375.* quia in poſſeſſorijs iudicijs factum, non ius attenditur, *Bald.l. ſolent. §. an vero.quaſt. 20.ff.de offic.procoſ.& conſ.425.in 3. Rip. l. 2. ff.quor.bonor.De conſ.136.Peregr.de iur.fiſc.lib. 1.tit.2.num.56.*

XVIII. differunt. Vt ſi de continuanda de-
86 functi poſſeſſione in hæredem † ſit iudicium, *ex Ferdin.Reg.c.43.* merum, non mixtum erit poſſeſſorium, cum de proprietate in eo cognoſci non poſſit, ſatiſque eſt hæredem poſſeſſionis capacem eſſe licet dominij ſit incapax, *Rip.lib.1.reſponſ.c.1.nu.82.Curt.ad Alex. l.cum heredes.ff.de acquir.poſſ.& conſ.4. Soc.iun. conſ.75.num.22.in 1.Gozad.conſ.6.num 1.conſ. 7.num.11. Pariſ. conſ. 41.in 1. Paz. de Tenut. c.48.nu.26.Ruin.conſ.18.num.20.in 1. Intrigl. decis.93.num.4.Rim.iun.conſ.91.Petr.Gregor.de conceſſ.feud.p.4.quaſt.11.nu.20 Viui.decis.409. num.22.Caphal conſ. 367. num. 10.* nec in eo diſcutiuntur merita, quia factum, non ius, inſpicitur, *arg.l.palam.§.qua in adulterio.ff. de rit.nupt. Iſer.c.1.§.praterea.num.13. 14. quæ ſit prim.cauſ. benef. amitt. Ponte, decis. 40.* agimus ſolum, quis debeat, in rei, aut feudi poſſeſſione eſſe, non autem quis debeat poſſidere, quod in poſſeſſorio ordinario ſeruandum eſt, differunt tamen in iure hi termini poſſidere, & in poſſeſſione eſſe, *l.3.ad fin.l.ſi quis ante.ff de acquir.poſſeſ.l.officium, ff. de reiuend. Paz.de Tenut.c.3.num.12.c.10.num. 12.* quo in caſu, ſola illa inſiſtentia conſideratur, non autem iuridica poſſeſſio, *d. l.ſi quis ante, Iſer.c.1. quid ſit inueſt.Seſſe, decis.25. num. 112.* nec de iuſtitia poſſeſſoris, agitur, ſed de poſſeſſionis ingreſſu, *Caſtr.l.ordinarij num.2.C.de reiuend.Couar.pract.quaſt 17.num.4.Paz.de Tenut.c.10.num.13.Molin.de primog. lib. 3.c.13. num 56.Mazol.conſ.91.num.45.Natt.conſ.121. à num 1 ad num. vſque,6.Caual.decis.20 ſub.nu. 34.p.4.* erit enim in feudo, non in poſſeſſione feudi, *Iſern.c.imperialem.§ illud num.69.de probib.feud.alien per Feder.ex l.certé.§.15.qui ff. de precar,* & dicetur impropriè poſſidere, imò potius deſinere, *gloſ.l.communi.1.§. neq; ff.comm.diuid. Ponte, decis. 40.num. 1.* Sed, is, manutenendus eſt, qui poſſidet, & nemo alius, *l.1.§.interdictum. ff. vti poſſid. §. retinenda, inſtit.de interd.Alex.conſ.42. num. 4.in 1. conſ. 136.num.7.in 2.Guid.Pap. decis. 552. Rebuff. ad Gall.conſtit.tit.de Mater. poſſeſ.art. 2. gloſ. 3 num.10.Rim.iun.conſ.219.num 5 Bellon.conſ.12 num.3.Menoch.retin.poſſ.remed.3.num.156.Intrigl.decis.42.num.1.Bott.conſ.76.*

Cum ſummariſsimum hoc iudicium præparatorium ſit ad poſſeſſorium ordinarium, in quo rei ſtatus ſolum inſpicitur, vt quis actor quis reus ſit; de iuſtitia ergo & veritate poſſeſſionis non diſcutitur, ſed in iudicio ordinario differtur, in quo procedit, *tex.l.1.2.ff. vti poſſid.l.1.C.eod.Perals.l.3 §.qui fideicommiſſum. num.79.80.ff.de hered.inſtit. Rebuff. conſ. 133. Intrigl.decis.35.num.16.Conaz.decis.153.Caſtr. conſ.3.in 2 Portoles.de conſortib.c.38.Bece. conſ. 21.num.10.in 1.Paz. de Tenut.c.61.num.8.Valenzuel.conſ.51 num.46.conſ.71.num.53. Coſta, ſubſid.remed.80.num.16.Plot. de in lit. iurati. §. 3.num.40. Burgos, de Paz conſ.39.Guttier.lib.1. Canon.quaſt.34 num.102.Molin.de primog.lib. 3.c.13.num.70 Menoch.retinend. poſſeſ.remed. vlt.Ramon.conſ.98.num.17.Marens decis. 3.p. p.Farz.decis.46.num.30.decis.47.num.19.Cancer, 2.reſol.c.4.num 39.Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7.gloſ.10.p.10 num.23 74.tom.2.Gonzal. ad reg. cancell.8.in proem.§.7.num. 224. & reiecta, Sarmien opinione Select.lib. 2.c.13. num.9.* concludit ea multis, *Laderch. conſ.95.nu.4 Lamber.de benefic.lib 2.quaſt 45.num. 38.* nec titulus in ſummariſsimo attenditur, ſed ſolum nuda poſſeſsio, *Ludouis.decis.323 num.1.Caualer.decis.630.num.6.Rot.decis.652.num.11.p.2. Thomas.decis.35.num.29. Gratian. diſcept.213. num.23.Cenc.de cenſib.p.2.c.2.quaſt.5.artic. 2. nu 21.* quia de ſola poſſeſſione agendum eſt, *Rot decis.160.num.4 p.p Thomat. decis. 30.nu. 31.32. decis. 35 num. 29.* licet feudi incapax ſit poſſeſſor, vt femina, manutenenda tamen eſt, *Viui.decis.409.Menoch.conſ. 696. Ponte, decis.40.num. 2.3.* nec proprietatis mixturam habet vt de ea cognoſcendum ſit, licet teſtator dixerit illum ſucceſſurum, qui de iure, vel iuxta teſtatoris præceptum ſuccedere debeat, quæ verba proprietatem etiam reſpiciunt, *l.1.verſ.non aliter.C.quor bonor.Paz.de Tenut.c.48.num.26.Palat.Rubios.ad.l.7 Taur. 45.num.2.Intrigl.decis.42.num.8.9 10.*

Sed in ſummariſsimo, ex hac Caroli, V. lege, poſſeſſorio petitorium etiam cognoſcitur, vt ad mixtam habeat cauſam proprietatis, eritque poſſeſſorium mixtum, quia ſubſtantiuè in eo ineſt petitorium, *l.2.§.quedam. ff.de interd.l.3 § hoc autem.ff.de itin. actuque priuat.Iacobin.l.ſi ſorori.num. 15. C. de iur. deliber. Bald.rub.de cauſ.poſſ.& propr. num. 13.& conſ. 350.in l.Alex.l.naturaliter.§.nihil commune.nu. 36.ff.de acq.poſſ.conſ.82.num.6. in 2. Greg.Lopez.*

pez, l.7.gloſ.poſſeſ.tit.4.p.5.Tiraq.de Mort. p. 2. declar. 2.num. 1.3. Intrigl.deciſ.42.num. 6. Contard.de moment.poſſeſ.§. 2.limit. 2. num. 2. 3. 7. 8. Molin.*de primog.lib.3.c.13.num. 9. 10. Bolognet.conſ. 5. num.* 5. vt ſententiam nec habere poſſet nepos, niſi prius oſtenſo, legitimum ſe, eſſe eo in feudo ſucceſſorem, ad quem proprietas ſpectet, *l.2.§.quadam.* ibi, *nam proprietatis cauſam, continet. ff. de interd.l.3.§ hoc autem.ff.de itin.actuque priuat. Alex.l.naturaliter. §. nihil commune, num.76.ff.de acquir.poſſ. Iacob. l. ſi ſorori.num.15.* C.*de iur.deliber. Bald. rub. de poſſeſ. & propr.num.13.& conſ.330.in 1.Alex. conſ.82.num.6.in 2.Palat.Rube.num. 2. Gomez, num.194.ad fin. Auend.gloſ.7.nu.2.3.ad.l.Thaur.45.Lopez.l.7.gloſ.poſſ.ſſion.tit.4.par.5.Paz, de Tenut.c.48.nu.26.& ad l.ſtyl.251.num. 40. Milanen.deciſ.3.num.13.p.p. Intrigl. deciſ. 42. num.6.Villadeg.in polit.tit.de la form.de libell. de la inſtruct. y de las,clauſ.gener.de los libell. num.* 170.*Molin.de primog.lib.3.c.13.num 9. 11.Valenzuel.conſ.69.num.248.249.conſ.97.nu.220. 221.Tiraq.de Mort.p.2 declar.2.num.1.3.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.3. p p. num. 50. & p.4.num.24.25.Bolognet.conſ.5.num.5. Rouit.conſ.5.num. 12. 13. in 1. Palatz. de Maior, p.3.quæſt. 24.num. 4.P.Molin.diſput.637.num.* 4.5. & exhibendus ab eo eſt titulus vt præſeratur non habenti titulum ſed nudam poſſeſſionem, *Afflict.c.1.§.illud.de probib.feud.alien. per Feder.* Paris.*conſ.* 112.*num.*78.79.*in 1. Menoch.conſ.304.num.66.Merlin.deciſ.71.num.11. Gayl.lib. 1.obſer 71 nu 6.* Decian.*conſ* 45.*num.* 8.*in.1.Caualc.deciſ.23 num.109.ad fin.p.2.Zucar. Lucenſ. deciſ. 55. num.* 8. qui ſi nullus ſit, pro non titulo habetur, *Afflict.deciſ 271. nu. 3.* Crauet.*cons.*290. *Menoch. retinen. poſſ. remed. 3.num.639 & conf.304.num.67.* Poteſt enim lex ex cauſa ſtatuere, vt nulla oriatur poſſeſſio, non dato titulo, imò damnata ob id, & reproba ſit, *Lnſart.de decl n. vendit.c.29 num.5. Cabed.de Patron.Reg.coron.c.7. num. 3. Valaſc. de iur.emphit.quæſt. 8. num.* 26. Nec exceptio incapacitatis excluditur, P.Molin.*diſput.*637, *num.* 11.*ad fin.* Menoch. *adipiſc. poſſeſ. remed. 4. num.753.conſ.304.num. 68. Molin. de primog. lib.3.c.13.num.24.*

Ego vero eius ſum ſententiæ, vt poſterior hæc opinio ex Hiſpanicorum legibus procedat, *in termi.Intrigl.deciſ.* 42.*num.* 9. 10. Tum maximè ſi datus fuit terminus & factæ probationes ſuper meritis parte citata, nulla facta proteſtatione, Imol.*l.2.num.4.ff.qui & à quib. appell. non lic. Rim. l. certi condictio. §. quoniam. num.4.ff.ſi cert.pet. Alex.conſ.77.num.* 17. 18. *in 2.Crauet.302.num.6.Corn.conſ.2.num. 45.in 3.Natt.cons.289.num.12.Caualc.deciſ.33.num. 108.p.2.Intrigl.deciſ.42.num.7.Milanens.deciſ. 3.num.79.p.p.* At ſi in libello proteſtetur, nolle ingredi merita, niſi ad confortandam poſſeſſionem, Tunc merum erit poſſeſſorium, non mixtum, *Intrigl.deciſ.42.nu.10.Surd. conſ. 263.Milanen.deciſ.3.num.*80.*p.p.Gail.lib.1.obſer.71.num.6.*

XIX. Differunt. Nulla in hæredem ex Fer
87 din. Reg.c.43. transfertur † bonorum poſſeſſio, ſi legitimè præſcripta fuerint bona, quæ enim viuo, defuncto, à Tertio occupata ſunt, poſſidere non poteſt hæres, ne duo inſolidum poſſidere videantur, *l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.poſſ. Ubi Caſtr.num 7. Mantic deciſ.30.deciſ. 168.num.5.Coccin.deciſ.309.num. 2.deciſ 488. num.9.deciſ.494.num.4.Thomat.deciſ.35.num. 36.Zucar.deciſ.37.num.9.* Sed in feudis deſcenſiuis, vel agnatitijs, non natis, vel agere non valentibus nulla currit præſcriptio, ex Bart. *l.fin.C.in quib.cauſ.in integr.reſtit. non eſt neceſſ. Bald l.1.num.19.C. de ſeru fugit. Abb l.cum non liceat.de præſcript.Loazeſ,num.191.Alciat.num. 48.Crot.num.143.Rip.num. 116 in l. filiusfam. §.diui.ff.de leg.1.Rube.l non ſolum.§ morte.num. 30.ff.de non oper. nunt. Paris. c. cum non liceat. num.18.in c.auditum.ad fin.de præſcript.conſ. 23. num.193. in 5.Pinell.auth. n ſi triennale. à num. 35.49.C.de bon.mater.Afflict.Iſern.Lauden.Præpoſ.& Aluarot.in c.1.§.hoc quoque de ſucceſ. feud.Afflic.c.impe.ialem.num.27 de probib. feud. alien per Feder.Lopez,l.10.gloſ.3.tit.26. part. 4.Soc.conſ 47.quæſt 4.in 3.Camill.de cont.diuerſ. feud.p.p.§ 16.declaratà igitur.num. 118.Pern.not. 13.num.4.5.Sonſin.de feud p.13.Roland. conſ. 3.num.89.in.1.Oſ ſe deciſ.177.& conſ.27.num 35.38. Petra de fideicom.m.quæſt,14.num.205. latè Paſar. de ſubſtit.quæſt. 528. Intrigl. de ſubſtit.cent.3.quæſt.73.Molin de primog.lib 4 c.10. num.3.Menoch.conſ 904.à nu.60.conſ.1035. à num.6.conſ 1118.à num.11.Rim.iun.conſ.514. num.4, Gomez, l.Thaur.40.num.90.Corn.conſ. 38.num.10.conſ.117.nu 6.in 1.Natt.conſ.497. num.6.Alex.conſ.72.num.13.in 3.Curt.iun.conſ. 181.num.5.Cannet.ad c.volentes.§.Ad opera-pretium.num.10.Caſtr.conſ. 467. num. 2. in 2. Grat.conſ.21.num.36.in 2.Natt.conſ.497.num. 6.Dec.conſ.445.num.47. Schrader. conſ. 1. num. 46.518.& de feud.p.8.c.6. num. 5. 6. Suarez. alleg. 3.Rim.iun.conſ.339.num.142 Gabr.tit. de præſcript.concluſ.13.latè Peregr.de fideicomm. artic.41.num.17.Cirier.de primog lib.3.quæſt. 9.Tiraq. de primog. quæſt.30.* & in præſcriptione, cuius initij memoria non extat, *Gabr.conſ.163. nu.1.in 2. Alba, conſ.58.Caphal.conſ.215.nu.19.* Quia vt inquit, *Iſern.d.§.hoc quoque.* ſi primus

non

Digitized by Google

non renocat feudi alienationem, poteſt renocare ſecundus, & ſi ſecundus negligit, poteſt tertius, & deinceps, & eſt vlterior ratio, quia ſicut primus non poteſt alienando præiudicare ſecundo, ſic nec etiam præſcribi patiendo, quia præſcriptio, alienationis ſpecies eſt, *l. alienationis ff. de verb. ſignif. Dec. conſ. 445. num. 27.*

Et licet aliud in Maioratibus dicendum opinetur, *Molin. de primog. lib. 4. c. 10. num. 10. & in feudis. Decian. conſ. 24. à num. 108. in 1.* ſi centenaria ſit præſcriptio, Eius tamen conſilium fuit in Rota reiectum, teſte *Peregr. d. artic. 4 1. ſub num. 17.* & ita in alia cauſa ſe obtinuiſſe, refert. Nec præſcriptio, cuius initij non extat Memoria in feudis nocere poteſt, *ex multis à Peregr. d. num. 17. contra Petr. Greg. de conceſſ. feud. p. 2. quæſt. 10. Intrigl. feud. cent. 1. quæſt. 21. num. 51. Schrader. de feud. p. 5. c. 4. num. 2. Soc. Iun. conſ. 76. nu. 81. in 1. Menoch. conſ. 701. num. 30.* quos contrarium, & male, hac de re ſenſiſſe reſoluit, *Peregr. d. num. 17. Roſentall. de feud. c. 9. concluſ. 85. num. 1. 2. 4. 7.*

Sed hæc comm. Doct. ſententia, intelligenda eſt, quoad proprietatem, cuius reſpectu feudum, & maioria, præſcribi non poſſunt, poſſeſſio vero præſcribi poteſt, ea enim poſſeſſorie poſſidere, quæ in proprietate non poſſumus habere, *c. dilecti ſunt 12. quæſt. 1. vbi gloſ. & c. volumus. 16. quæſt. 4. l. 2. ad fin. ff. pro derelict. l. 1. §. deijcitur. ff. de vi, & vi armat. l. acquiritur. l. qui bona. ff. de acquir. rer. domin. l. libertis. §. vlt. ff. de liber. cauſ. l. ſed celſus. ff. de contrah. empt. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. l. ſi quiſquis. ff. de diuerſ. & temp. præſcript.* quibus iuribus fatis conſtat, in rebus ſacris, & religioſis, vel publicis, vel libero homine, & alijs, poſſeſſionem præſcribi poſſe non dominium; Feudum ergo licet non præſcribatur, poſſeſſio tamen præſcribitur, *Lopez. l. 7. gloſ. 1. tit. 29. part. 3. Paz. de Tenut. quæſt. 53. num. 2. Palaz. de Maior. p. 4. quæſt. 21. num. 13.*

Si legitime ergo præſcriptum ſit feudum, aperte conſtat, eius poſſeſſionem in ſucceſſorem tranſire non poſſe, cum in ea ceſſet continuatio à mortuo prædeceſſore in ſequentem ſucceſſorem, ceſſabit ergo legis noſtræ diſpoſitio; Siquidem locum habet, ſi poſſeſſio ſimul cum dominio transfertur in ſequentem in gradu, qua præſcripta, transfunditur ſolum dominium, quod non ſufficit, ſi à poſſeſſione ſit ſeparatum, Vt Caroli V. legis peti poſſit remedium, *Paz. de Tenut. quæſt. 53. num. 3.*

Nec te decipiet lex hæc, dum poſſeſſionem in ſequentem ſucceſſorem continuat, licet ab alio occupatam; Quia limitandam illam eſſe, ex his dixi, ſi poſſeſſio eſt præſcripta, vel ſi feudum quis poſſideat cum titulo, *Paz. de Tenut. c. 28. c. 53. num. 4.* Reliqua vero ad hanc præſcriptionis materiem ponit, *Peregr. d. artic. 41. à num. 1. ad fin. vſque Petr. d. quæſt. 14. Fuſar. d. quæſt. 528. Intrigl. d. quæſt. 73. ipſos conſulos.*

XX. Differunt, Sententia, ex Ferdin. Reg.

88 c. 43. in iudicio poſſeſſorio † appellationem non admittit, *ex Bald. conſ. 141. conſ. 330. in 1. Bellon. conſ. 35. Verall. deciſ. 223. num. 8. p. p. P. Molin. diſput. 637. num. 6. Viui. deciſ. 409. & lib. 1. opin. 22. Paz. de Tenut. c. 70. num. 15. Decian. conſ. 45. nu. 33. in 1. Coſta de ſcient. & ignor. cent. 2. diſtinc. 61. num. 25. Molin. de primog. lib. 3. c. 12. num. 17.* Quia ius ciuile in mero poſſeſſorio appellationem denegat, *l. 1. C. ſi de moment. poſſ. fuer. appell. Rip. c. Sæpe de reſtit. ſpoliat. Marant. de iudic. p. 6. artic. 2. num. 309. & de remed. poſſ. l. num. 253. Barbat. in pragm. de aſſiſt. gloſ. 1. num. 55. Mantic. deciſ. 167. num. 9. Roland. conſ. 77. num. 13. in 2. Franc. deciſ. 288. num. 3. Niger. in c. Reg. Neap. ſubditorum. num. 138. Decian. conſ. 45. num. 34. in 1. Couar. pract. quæſt. 23. num. 8. Menoch. qui alios congerit, de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 870.* quo loci emendat, quæ prius dixerat, *de recup. poſſeſ. remed. 9. num. 321.* ius vero canonum illam etiam ſuſpenſiue admittit, *Ludouiſ. deciſ. 335. num. 18. deciſ. 546. num. 4. Salgad. de reg. protec. p. 3. c. 12. num. 67.*

Sed ex hac Caroli V. lege, 118. appellatio admittitur, *Molin. d. diſput. 637. num. 6. Molin. d. c. 12. num. 17.* quia ciuili, & canonum iure Mixtum poſſeſſorium admittit appellationem, *Bald. num. 8. Contard. lim. 2. num. 9. in l. 1. C. ſi de moment. fuer. appell. Pate. deciſ. 278. num. 2. p. 2. Oſaſc. deciſ. 25. num. 10. Paz. de Tenut. c. 69. num. 16. Mantic. deciſ. 202. num. 5. Sacca. conſ. 2. num. 126. Ludouiſ. deciſ. 251. num. 10. Salgad. d. c. 12. num. 82. Gratian. deciſ. 60. num 13. 14.* ſi vnum eſt ſententiæ capitulum, ſecus ſi plura ſint capitula annexa quæ poſſent diuiſionem recipere, *Barbat. d. gloſ. 1. num. 57.* vel ſi complicatum eſt petitorium, & poſſeſſorium, *Anton. Monach. Lucens. 37. num. 52. Mareſcot. Variar. lib. 2. c. 75. num. 9. Thomat. deciſ. 35. num. 72. Barbat. d. gloſ. 1. num. 50. Gratian. deciſ. 136. nu. 1.* cum alijs à me citatis, *Deciſ. 101.* Cum illud merum, hoc mixtum poſſeſſorium eſſe dixerim & ſtatutum de mero, non extenditur ad mixtum poſſeſſorium, *Menoch. retinend. 6. nu. 166. Salgad. d. c. 12. num. 95.* Dummodo proteſtetur in libello quod ad merita deueniet, animo ſuam poſſeſſionem confortandi

Digitized by Google

tandi & non aliter, *vt dixi 18. differ.* At ſi poſſeſſorium ſummariiſſimum ſit manutentionis nec iure canonum daretur appellatio, *c. fin. §. de poſſeſſione. 2. quaeſt. 6. Cagnol. l. imparii. nu. 7. ff. de reg. iur. Plot. de in lit. iur. §. 3. nu. 36. Natt. conſ. 121. num. 9. Ludouic. Perus. deciſ. 20. num. 9. Perſonal. de adipiſc. poſſ. num. 28. 29. 37. 330. Vi ui. lib. 1. opin. 22. & deciſ. 409. Decian. conſ. 45. num. 33. in 1. Benint. deciſ. 79. nu. 6. Rot. deciſ. 287. num. 7. p. 2. Seraph. deciſ. 1295. à num. 1. Thomat. deciſ. 35. num. 1.* ſed hæc iuris ſunt, *ex Rit. tamen. c. 133.* aliter ſancitum nobis eſt, Appellationem nempè in omni poſſeſſorio non admitti quod ex municipali eorum lege, nec admittunt Meſſanenſes in c. 42.

Verum ſi à ſententia ſuper poſſeſſorio appellandum non ſit, ſi tamen eſt appellatum, & appellatio admiſſa, in ipſa appellatione procedet, *ex Bald. l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & interloq. omn. iud. Anna, ſen. ſing. 34. Anna, Iun conſ. 62. num. 15.*

Obſeruandum, & illud in foro frequens eſt, quod ſi in poſſeſſorio de proprietate agi paſſus quis ſit, ſimul atque mixtim tractetur, ſibi præiudicat, *Surd. conſ. 160. num. 15. Menoch. recup. poſſ. remed. 1. num. 161. & omnes.* ſi tamen ſuper ſola poſſeſſione dicetur ſententia; ſuſpenſiua (de iure) nec datur appellatio, *Corras. conſ. 10. num. 3. in 4. Dec. conſ. 28. Paz, de tenut. c. 13. num. 62. Salgad. de reg. protect. p. 3. c. 13. num. 98. Rot. deciſ. 273. num. 1. 2. p. p.* Sed hæc, quam excuſſimus differentia, procedit ſolum, ſi poſſeſſorium & petitorium vna terminetur ſententia, & capitula ſeparata non ſint *ex Barbat. d. gloſ. 1. num. 57.*

Admonendi tamen ſumus, appellationem à ſententia in poſſeſſorio non admitti, ſi data poſſeſſio ſit petenti; Secus ſi fuerit denegata, *Ang. l. quiſquis. nu. 3. C. quor. Appell. non recip. Iacob. à S. Georg. l. fin. num. 56. C. de edict. diui adrian. Duen. reg. 24. fallen. 1. Perſonal. de adipiſc. poſſeſ. num. 343. 344. Tiraq. de Mort. p. 6. declar. 6. num. 3. Rouit. pragm. 2. num. 9. de appell. Salgad. de reg. protect. p. 3. c. 4. à nu. 2. Mareſcot. lib. 2. reſol. 75. num. 15. Contard. de moment. poſſ. lim. 1. limit. 19. num. 4. 19. Lancell. de attent. p. 3. c. 28. nu. 89. Ruginell. de appell. §. 2. c. 3. nu. 629. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 60. num. 26. ad fin. Menoch. adipiſc. poſſeſ. remed. 4. num. 876. Decian. conſ. 45. num. 33. in 1. Ludouic. Perus. deciſ. 20. num. 23.* quod generale eſſe inquit, *Scacc. de appell. quaeſt. 17. lim. 6. membr. 6. num. 38. 139.* nec à pari ſemper procedit condemnandi, & abſoluendi poteſtas, *ex not. à Crot. c. paſtoralis. §. verum. not. 5. de appell.*

Etenim, ſi in fauorem alicuius prohibita eſt appellatio, intelligitur ſi pro eo lata ſententia eſt, non ſi contra, *Angel. d. num. 3. Zuccard. l. fin. num. 443. C. de edict. diui adrian. Salgad. d. p. 3. c. 2. num. 16. 17. dixi plenius de Nouiſſ. Siculitur. §. 12.*

Indè eſt, vt ſi à ſententia in fauorem petentis alimenta, appellare non liceat, *ex rit. 133. vbi, Muta, num. 5. Petra, de fideicom. quaeſt. 8. num. 481.* ſuſpenſiua tamen admitti etiam debet appellatio, ſi denegata fuerint alimenta, *Surd. d. priuil. 60. num. 33. 34. Contard. d. limit. 17. num. 19. Scacc. d. quaeſt. 17. limit. 7. num. 19. Menoch. d. remed. 4. num. 878. Ruginell. de appell. §. 2. c. 3. nu. 68. & ſcripſit Bald. Nouell. de dot. p. 9. priuileg. 7. ad fin.* quod ſi mulier egit pro dote, lata in eius fauorem ſententia, appellatione non ſuſpenditur, ſi pauper ipſa ſit; quæ contra mulierem pronuntiata ſuſpenſiua ei permittitur appellatio, *Surd. Menoch. & alij, à Salgad. d. c. 4. num. 8.* Frumenti conuerſio in vſum militum pro annonæ ſubſidio, appellationem non permittit, *l. fin. ff. de appell. recip.* à ſententia vero diſtributionem abnegante appellare rectè poteſt, *Scac. Ruginell. Contard. & alij à Salgad. d. c. 4. num. 7.*

Sed in dubio, appellationem admitti lex voluit, quia minus præiudicialis eſt partibus, *Gloſ. & Angel. l. qui reſtituere. ff. de reiuend. Gloſ. & Doct. c. vt debitae. de appell. Dec. c. de priore. tit. eod. conſ. 49. & conſ. 84. num. 6. conſ. 439. num. 1. conſ. 524. num. 11. conſ. 356. Crauet. conſ. 278. Alex. conſ. 106. in 3. Zuccar. Lucens. deciſ. 43. num. 11. Cornaz. deciſ. 128. nu. 9. Albu, conſ. 238. num. 5. Barbat. ad pragm. de aſſiſten. gloſ. 1. num. 51. Scac. de appell. quaeſt. 17. num 64. Franc. deciſ. 351. deciſ. 556. num. 5. 10. deciſ. 637. num. 9. Contard. de Moment. poſſ. limit. 27. nu. 1. quaeſt. 1. num. 43. 44. Surd. deciſ. 27. num. 4. deciſ. 163. num. 6. conſ. 271. num. 17. 30. conſ. 334. nu. 3. conſ. 163. num. 4. conſ. 102. num. 2. Oſaſc. deciſ. 61. nu. 6. Anna, ſing. 677. Gratian. d. ſcept. 183. num. 34. deciſ. 9. num. 3. deciſ. 214. num. 9. Decian. conſ. 45. num. 39. in 1. Monald. conſ. 108. num. 14. in 1. Turret. conſ. 47. num. 6. in 2. Menoch. conſ. 1074. nu. 3. & recup. poſſ. remed. 9. num. 318. Simon. Prat. conſ. 116. num. 32.* alios habes ex mea *Deciſ. 49. num. 1. deciſ. 101. num. 9.* Quæ ſi prohibita non eſt, ab omni ſententia datur, *l. qui reſtituere. ff. de reiuendic. Soc. conſ. 39. num. 1. in 4. Barbat. d. gloſ. 1. num. 53. Oſaſc. deciſ. 61. Franc. deciſ. 556. num. 5. Surd. deciſ. 36. num. 2. Rouit. ad pragm. R. N. rubr. de appell. num. 9.* niſi ſtatuti caſus ſit contrarius, *l. illam. C. de collat. l. ancilla. C. de furt. Corn. conſ. 12. num. 1. in 1. Barz. deciſ. 57. num. 5. Surd. conſ. 313. nu. 10. 11. Merlin. deciſ. 87. nu. 1.*

Ex his dubitari contigit in cauſa ſpolij

e de

de Recenti à Rit. 135. priuilegiati lata ſententia pro Ioan. Paulo Durante ſpoliato, appellauit Ioannes Peregrino, in Magiſtratu, Straticotiali, & proceſſu ad primas Meſſanæ Vrbis appellationes deuoluto, Durante articulum propoſuit Appellationem non eſſe admittendam, Diſcuſſo negotio. Pronuntiauit Iudex *fiet appellatio quoad remedium deuolutiuum*, Mirum ſanè ideo grauamen in M.R.C. petijt Durante, Deuolutiuam nec admittendam eſſe appellationem.

Primo negare nemo poteſt, *ex Meſſana ſtat.* 42. *de appell.* à ſententia poſſeſſionis appellari non poſſe, ſed in poſſeſſorijs iudicijs, de iure ciuili, appellatio deuolutiuum, non ſuſpenſiuum operatur effectum, *Scraph. deciſ.* 299. *num.* 7.

Secundo Magiſtratus ſuperiores curare debent, ne appellationis beneficio vtantur improbi, *Rouit. ad pragm. R. N. rub. de appell. num.* 33. ne iniuria oriatur, vnde iura naſcuntur, *l. meminerint. C. Vnd. vi.* nec appellatio, remedium eſt ad iniquitatis defenſionem, ſed ad præſidium innocentiæ, *c. cum ſpeciali. §. porro. de appell. Petr. Gregor. Sintagm. iur. p.* 3. *lib.* 5. *c.* 2. *num.* 52. *Surd. deciſ.* 36. *num.* 5. *Raudens. conſ.* 23. *num.* 541. *in* 1. *Rouit. d. rub. de appell. nu.* 34. *Rim. Iun. conſ.* 487. *num.* 66.

Tertio ſpolians, poſſeſſione non reſtituta non auditur in appellatione ab inferiori ad ſuperiorem iudicem, *ex Rit.* 535. Vt pro Mariano Falcona, contra Colinum Rianato deciſum in M. R. C. refert, *Luna, in Scholijs, ad Bongior. conſ* 6. *num.* 39. nec dari Contrarium imperium in ſpolio ante reſtitutionem, etiam reſpectu fructuum concludit, *Intrigl. ſing.* 106. *num.* 1. *lib.* 2. *Luna d. num.* 39. Nec tertio iura conuexum habenti, quia vbi lex, vel ſtatutum audientiam parti denegar, ius tertij etiam comprehendit, ſi ita coniunctum ſit, cum iure partis, vt eiuſdem tertij oppoſitio commodum partis reſpiciat, *Rip. l. naturaliter. §. nihil commune. num.* 18. *ff. de acquir. poſſeſ. Maſtrill. deciſ.* 198. *num.* 14. 15. *Menoch. recuper. poſſeſ. remed.* 1. *num.* 381. *Rouit. pragm.* 64. *nu.* 49. *de off. procur. Caſar. Cancer* 2. *reſol. c.* 16. *num.* 93.

Pronunciauit ergo *M.* R.C. pro Ioan. Paulo Durante cuius partem ego defendi, Contra Ioannem Peregrino; Fuiſſe & eſſe illa tum grauamen. De Menſe Septẽbris. 1628.

Ampl. I. vt nec reſtitutio in integrum detur ſpoliato, ſi pro ſpoliante fuerit deciſum, & ſi ſpoliata vniuerſitas ſit, vel perſona priuilegiata, *Caſtill. deciſ.* 30. *Parlador. lib.* 2. *rer. quotid. c. fin. p.* 5. *§.* 11. *num.* 54. quem & alios citaui, *deciſ.* 67. *num.* 4.

Abſolutis, quæ ad vtriuſque legis differentiam excutienda duximus ſupereſt, vt ea pro coronidè attingamus, quæ ad apertiorem Noſtri Tex. interpretationem duximus neceſſaria.

89 Q. I. Defunctus prohibere An poſſit † poſſeſſionis continuationem in hæredem, in quẽ ex vi ſtatuti transfertur? Quia in recenſuit, *Palat. Rube. l. Thaur.* 45. *num.* 29. rectè eum poſſe, *Lopez, l.* 7. *gloſ.* 2. *quæſt.* 2. *tit.* 4. *part.* 5. *Palaez. de Maior. p.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 4. *Auend. l. Thaur.* 45. *gloſ.* 4. *num.* 2. *Guid. Pap. deciſ.* 251. *Perſonal. de adipiſc. poſſeſ. num.* 176. nec diſſentit, *Vaſq. de ſucceſ. creat. p. p. lib.* 1. *§.* 3. *num.* 10. eſt caſus ad literam, *in l. mulier. §. ſi quis hæreditarium ſeruum. ff. de condict. inſtit.* vbi, iuſſus hæreditarium ſeruum manumittere & hærea eſſe, priuſquam manumittat hæreditatem adire non poteſt.

Contrar. defendit, *Guglielm. de Benedict. c. rainutius. verb. mortuo itaque teſtatore.* 2. *num.* 72. *verſ. & taliter.* imò teſtatorem prohibere non poſſe, poſſeſſionis continuationem in hæredem ſi ex vi ſtatuti abſque apprehenſionis actu, in eum transfertur, *Faber. §. alteri num.* 6. *inſtit. de inutil. ſtipul. Caſſanc. Burg. Conſuet. rub.* 7. *§.* 1. *tit. de Morte. num.* 5. *Bongiorn. in Scholijs ad* Ferdin. Reg. c. 43. *Luna, ad Bongior. conſ* 6. *nu.* 71. *Milaneus. deciſ.* 3. *nu.* 19. *p. p. Paz, de Tenut. c.* 48. *num.* 4. 28. 29.

Quid dicendum. Ego eius ſemper fui opinionis, vt exiſtimem inter legalem, & actualem poſſeſſionem diſcrimen eſſe: illa namq; à primo feudi acquiſitore prohiberi non poteſt, cum iuris poſſeſſio ſit, alioqui poſſeſſio feudi vacaret interim, donec impleatur conditio ab ipſo adiecta, quod ipſius menti & legis noſtræ deciſioni oppugnar, quæ ſi ipſo iure poſſeſſionem continuar, conſequens eſt, vt à morte defuncti illicò poſſeſſionem transferat, Quiſque enim ſuam poſſeſſionem à ſtatutis regulari præſumitur eamque ſtatutis conformem eſſe, *Bart. & alij, à Paris. conſ.* 48. *num.* 7. *in* 2. *Grat. conſ.* 131. *num.* 9. *in.* 1. *Alba, cons.* 32. *num.* 8. *Neniz. cons.* 33. *num.* 6. *Clar. §. teſtamentum. quæſt.* 76. *regul.* 6. *Fuſar. de fideicom. quæſt.* 48 *à num.* 3. *Morot. conſ.* 34. *nu.* 19. *Honded. conſ.* 57. *num.* 17. *cons.* 65. *num.* 49. *in* 1. *Burſ. conſ.* 189. *num.* 59. *Peregr. de fideicom. artic.* 21. *nu* 5. *artic.* 25. *num.* 53. *Mantic. de coniect. vlt. Volunt. lib* 6. *tit.* 5. *num.* 7. *Seraph. deciſ.* 1216. *num.* 3. *Bardell. conſ.* 103. *num.* 11. *Becc. conſ.* 163. *num.* 28. *Menoch. conſ* 95. *nu.* 93. *conſ.* 427. *nu.* 4 *co ſ.* 1076. 6. *num.* 5. Nec paciſci quis poteſt, quin municipalis lex, ſua in cauſa locum habeat, *Negus. conſ.* 468. *num.* 28. *Surd. conſ.* 457. *nu.* 11.

imò præſumitur voluiſſe ſuam diſpoſitionem ſtatuto conformem eſſe non iuri communi, ſi contraria ſunt inuicem, *Anchar.c.canonum. ſtatuta.quæſt. 14. de conſtit. Menoch. conſ. 868. num. 13.* faciens enim actum, ſe obligaſſe videtur legibus de illo actu loquentibus, *l. ſi duo. vbi gloſ. & Bald. notat. ff. de acquir. hæred Ruin. conſ. 86. num. 16. in 3. Natt. conſ. 625. num 9. Surd. conſ. 198. à num. 10. Cenc. de cenſib. p. 2. c. 2. quæſt. 1. artic. 4. num. 22.*

Actualis verò poſſeſſio, cum facti ſit à primo acquiſitore prohiberi poteſt, ſi præcipiat, vt ab effectu, illo reali, & actuali poſſeſſionis, ac fructuum perceptione priuetur ſucceſſor, donec conditionibus pereat, ſicque lex, & acquiſitor ſuum conſequentur finem: Lex enim poſſeſſionem transferens, nec momento eam vacantem conſtituit; Acquiſitor vero prohibens actualem, & realem, factiq; poſſeſſionem, Primogenij feudum conſeruat, donec ſucceſſor conditionem impleuerit. Etenim compatibilis hoc in caſu eſt, legis, & hominis prouiſio, *ex Bart. conſ. 12. num. 3. in 2. Bald. conſ. 329. num. 1. in 1.* nec hominis prouiſione eliditur legis prouiſio, *Rom. conſ. 121. nu. 1. 2.* minus etiam Legis prouiſione, ſublata eſt hominis prouiſio, *Cravet. conſ. 442. num. 5.* ſed vtramque ſuſtineri, ſi compatibiles ſint. *l. creditor ff. ſi cert. petat. l. qui mutuũ. ff. mandat. Seyſſell l. ſi cum dotem in princ. ff. ſol. matr. Petroc. conſ. 14. num. 35. Gabr. tit. de reg. iur. conclus. 6. num. 9. Paz. d. c. 48. num. 29.* Compatibilia ſunt remedia, quæ ad vnum finem tendunt, *Bald. l. certi iuris. num. 17. C. de locat. Veſembec. conſ. 28. num. 29. Alba. conſ. 138. num. 19. conſ. 173. num. 14. Menoch. ad piſc. poſſeſſ. remed. 3. num. 154.*

Q. II. Baro coram pluribus teſtibus palam dixerat, Baronia ad eum vadat, ad quẽ de iure ſpectat, indè inteſtatus deceſſit, ſoror, cæteris proximior ſe hæredem allegat, inquã Baroniæ poſſeſſionem continuari, & in ea manuteri petit. Patruus defuncti eiuſque ceſſionarius, Baroniæ ſucceſſorem ex inueſtituris probat. An in Summariſſimo hoc poſſeſſorio diſcutienda ſint merita, ad cognoſcendum, quis ſit verus ſucceſſor? Affirmatiuè reſoluit, *Palat. Rubios, ad l. Thaur. 45. nu. 2. Paz. de Tenut. c. 48. num. 26. ex l. 1. C. quor. bonor.*

Contrarium in M.R.C. iudicatum refert, *Intrigl. decis. 42. nu. 8. 9. 10.* imò in ſororem Baroniæ poſſeſſionem continuari quia defuncti Baronis hæres eſt, eamque manuteri debere concludit ex Ferdin. Reg. c. 43. At ſi nepos ipſe ſit, ex prædefuncto filio primogenito, ſorore excluſa, præfertur Tum ex hoc Capitoli, V. cap. 118. Tum ex Capitoli, V. cap. 204. vbi longior nobis erit ſermo.

Ampl. I. vt ſi defunctus dixerit feudum ad eum perueniat, *cuius, & caſus dabit.* illum vocaſſe videtur, quem ad feudi ſucceſſionem lex inueſtituræ vocat, & ſucceſſurum voluit, *ad tex. l. caius, vbi Imol. & Doct. ff. ſolut. matrim. Salic. l. auia. num. 12. C. de iur. dot. Alex. conſ. 139. in 2. Anchar. conſ. 365. Strac. de Mercat. tit. de adiect. p. 3. num. 160. Cravet. conſ. 543. nu. 6. Natt. conſ. 14. num. 20. Gabr. conſ. 58. à nu. 16. in 1. Surd. conſ. 206. num. 3. 4. Theſaur. decis. 190. nu. 7.* Niſi teſtatus fuerit B 10, *Gratian. diſcept. 556. num. 7.* Tunc enim in eum hæredem continuaretur feudi poſſeſſio, vt dixi ſæpius.

Q. III. Defunctus facultatem fideicommiſſario dare An poſſit, vt poſſeſſionem propria authoritate aſſequatur Hac Regni lege de continuanda poſſeſſione in hæredem non obſtante? Qua in re, Negantium opinionem probat, *Dec. conſ. 467. Iaſ. conſ. 146. in 1. Caſſan. conſ. 19. Bellon. conſ. 42. Paris. conſ. 41. in 1. Vaſq. de ſucceſſ. reſol. lib. 2. §. 12. nu. 54. Rim. iun. conſ. 91. num. 28. conſ 276. Couar. 3. reſol. c. 5. num. 6 Peregr. de fideicom. artic. 47. num. 20. Simon, de Prat. de interpr. vlt. volunt. lib. 5. dub. 1. num. 123. fol. 505. Tiraq. de Mort. p. 7. declar. 3. num. 2. Marſcot. 1. reſol. c. 1. num. 29.* & ita iudicatum in Mediolani ſenatu refert, *Ruadens. conſ. 12. in 1. Maſtrill. decis. 72. num. 9.* quos ſecutus eſt, *Marta, de ſucceſſ. legal. p. 4. quæſt. 22. artic. 3. num. 1.* ſi detractiones ab herede faciendæ ſiat, *ex multis quos ipſe citat à num. 7.*

Contrar. conſultus reſpondi; Quia iura omnia, quæ eò reſpiciunt, vt diſponentis voluntati proſpiciatur, ab eo lædi poſſunt, eiſque renunciari, *ex l. 2. C. vt in poſſeſ. legat. ibi,* quæ voluntatis defunctorum tuendæ gratia, in legibus, & ſi le commiſſis, introducta ſunt, eorum rem voluntate remitti poſſe, *Guttier. l. nemo poteſt. num. 410. ff. de leg. 1. Pinell. l. 1. p. 2. num. 75. C. de bon. mater. Molin. de primog. lib. 1. c. 26. num. 15* Sed regia Ferdin. c. 43. in defuncti, eiuſque hæredum fauorem lata fuit, vt alias dixi, & probat, *Bald. conſ. 141. num. 3. in 1. Lopez. l. 7 gloſ. 2. tit. 4. p. 5. Palaez, de Maior. p. 3. quæſt. 12. num. 4 Dec. conſ. 201. num. 2. Tiraq. de Mort p. 2. declar. 9 nu. 9. Decian. conſ. 52. num. 16 in 3. Milanen. decis. 3. nu. 220. p. p. Rim. iun. conſ. 91. num. 10.* Illi renunciare potuit teſtator *Caſtr. d. l. nemo poteſt. num. 9.* iuri enim pro ſe introducto renuntiare quiſque poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Bellon. iun. conſ. 36. num 28. Valenzuel. conſ. 2. num. 7. conſ. 12. num. 29.* aliumque poſſeſſionis acquirendæ modum citra legis fraudem ſtatuere etiam poteſt

Digitized by Google

teſt ex prædictis Proindè minus rectè loquutum cenſui, *Gratian. diſcept. 47. num. 18.* dum voluit, Facultatem à teſtatore conceſſam capiendi poſſeſſionem propria authoritate nullum operari poſſe eff. ctum hærede contradicente, *Gratian ſequutus eſt Mart. d. quæſt. 22. artic. 3. num. 14.* Nam ſi teſtator in hæredem, poſſeſſionem continuari noluit, mandans Fideicommiſſarium propria authoritate illam poſſ. capere hæres qui defuncti ſui factum approbare de iure cogitur, contradicere quo iure poterit?

Priorem tamen ego admitterem ſententiam, ſi in Nepotis præiudicium hoc egerit Auus licentia ſecundogenito data, vt propria authoritate feudi poſſeſſionem ingrediatur quia hæc Caroli V. lex reſiſtit, dum in nepotem feudi poſſeſſionem continuat refutatione etiam non obſtante.

Q. III. Auus nominare an poſſit perſonas
90 † quæ patrui, & nepotis controuerſias decidant? Quæ in re, omiſſis aliorum ſententijs quæ rem iſtam, iuxta iuris rigorem deffiniſſe videntur abſque vlla congrua diſtinctione, Ego verò aliquot differere iuris concluſiones non grauabor; Quis, quid in hoc reſpondendum ſit, manifeſtius conſtabit.

Prima ſit iuris concluſio. Nominare eum non poſſe, *arg. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1.* dum petitorij & poſſeſſorij, etiam ſummarijſſimi cognitio M. R. C. demandata à lege eſt, quia iuriſdictio à iure publico eſt & procedendi modus ab eo conſtitutus *l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.* ſed teſtatoris ordinatio circa ea, quæ in iuriſdictione ſunt, nihil vltra poteſt, quam contrahentium pacta, *l. qua de legato. ff. de leg.* 1. ipſique priuati dare, aut adimere iuriſdictionem nec poſſunt, *l. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iud. Bart. num. 13. Bolognet. num. 157. d. l. nemo poteſt, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6 tit. 6. num. 18. Peregr. de fideicom. artic. 11. nu. 111.* Tum quia, vel arbitri nec ſunt, cum eligantur ipſi litigatorum conſenſu, *c. 1. de arbitr.* Nec arbitratores, cum hi, ius litigatores minuere poſſint, *gloſ. per tex. ibi, verb. receptiſſe l. pomponius. §. receptiſſe. ff. de recep. arbitr.* quã laudat *lopez l. 23. gloſ. 10. tit. 4. p. 3. Padill. l. de fideicommiſſo. num. 10. C. de tranſact. Tiraq. de reb. exig. verſ. 32. Perez. l. 4. verb. compromiſſo. tit. 8. lib. 3. ordin. Couar. de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 12. nu. 2.* nec delegati, quia eorum iuriſdictio, Aui nominantis morte expiret, *c. gratum. c. relatum. de offic. deleg.* nec ordinarij, dum illi dicendi ſunt ordinarij, cui lex iuriſdictionem confert *Petr. Gregor. de iudic. cauſ. feud. quæſt. 7. num. 13.* ipſique ordinarij, iure Magiſtratus, non ex aliena commiſſione illam exercent, *l. more. ff. de iuriſd. omn. iud. l. 1. ff. de offic. eius. c. cum aliquibus. de reſcript. in 6. Schrader. conſ. 23. nu. 183.*

Conſtat itaque ex his, nullam penes perſonas nominatas iuriſdictionem eſſe, nec iudices dici eos poſſe, licet inſtitor id eis commiſerit, *l. ſi vero non remunerandi animo. §. fin. l. ſi quis alicui §. 1. ff mand. l. mortis cauſa. §. initia. ff. de donat. cauſ. mort.* Dicemus ſolum exequutores eos potius eſſe, cum eis declarationem commiſerit, & qui declarat, exequitur, *ex Alciat. l. 1. num. 22. ff. de legat. 2. Bald. conſ. 259. num. 1. 2. in 4. Couar. c. tua. num. 1. de teſtam. Spin. de teſtam. gloſ. 28. nu. 3. Caldas. de nomin. quæſt. 6. à num. 3.*

Secunda eſt iuris concluſio. Quod ſi dubius ſit teſtator, ad quem ſpectet feudum? Tunc illam iuris dubij declaratio, committi vni, aut pluribus ab eo rectè poteſt, quo declarato eum, quem ipſi nominauerint ex nunc hæredem inſtituit: vt Siciliæ receptum à M. R. C. fuiſſe Baronis Brizi, diſpoſitionem teſtatur, *Milanens. decis. 1. num. 5. 23. p. p.* in declaratione commiſſa arbitrio duorum iuriſperitorum, & totidem Theologorum, quam laudat *Paz. de Tenut. c. 47. num. 8.* Nec mirum, cum perſonas nominare poſſit teſtator, quæ hæredum & legatorum controuerſias decidant, quibus ſtandum eſſe ſcripſit, *Ioan. Baptiſt. Perus. de arbitr. lib. 2. c. 18. num. 1. Peregr. de fideicomm. artic. 11. num. 111.* & tunc ceſſat ſummarijſſimum poſſeſſorium, cum legem & conditionem teſtator dixerit, & iudicem commiſſarium aſſignauerit, eius itaque iudicio ſtandum erit, *arg. l. in re mandata. C. mand. Aluarat. de coniect. ment. defun. lib. 1. c. 3. à num. 1. Peregr. de artic. 11. à num.* 2 nam hæc inſtitoris prouiſio, eo reſpicit, vt contentiones inter eos euitentur, qui ſuccedere contendunt. & vt eius voluntas, in prima inſpectione, & inſtitutionis verbis ſeruetur, abſque altioris quæſtionis examine, & intrinſecæ cauſæ cognitione, iudicio proprietatis reſeruata, *l. æquiſſimum. ff. de vſufr. l. fin. C. de edict. diui. Adrian. tollen. Natt. conſ. 85. num. 2. conſ. 121. nu. 10. Milanens. decis. 3. num. 6. p. p. Teſſaur. decis. 206. num. 12.*

Ampl. I. vt perſonæ declaratio in alterius voluntatem, & arbitrium conferri poſſit, *ex Couar. c. tua. num. 1. de teſtam. Spin. de teſtam. gloſ. 28. num. 3.* quia certitudo in alterius voluntatem confertur, *Caſtr. l. 1. ff. de procur. Bald. l. id quod pauperibus. num. 15. C. de epiſc. & cleric. Alciat. l. 1. num. 22. ff. de leg. 2.* Qui ad prædictam declarationem & ad eum in poſſeſſionem mittendum, ca[illegible] in poſſ[illegible] cauſæ cognitionem neceſ-

 ſariam

factam non eſſe cenſuit, imò nec colligan- tium citationem ex declarationis natura, ad tex. l. 3. ff. de leg. 1. cum ex ea declaratione, & poſſeſſionis miſſione, merum factum exe- ceatur; quo ſiue ſucceſſioni nec oppugnat, quæ competenti in tribunali diſceptanda eſt, ad poſſeſſoris excluſionem & ſucceſſoris admiſſionem, *Guid. Pap. decis.* 132. *num.* 2. *Mo- lin. de primog. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 44. *Menoch. de ar- bitr. caſ.* 12. *num.* 1. *& adipiſc. poſſ. remed.* 4. *num.* 571. *Peregr. de fideicom. art.* 48. *in princ.* Proin- dè, ius ſuum non amittit legitimus ſucceſſor, tum circa poſſeſſionem tum circa proprie- tatem, *Couar. pract. quæſt.* 17. *num.* 1. *Valaſc. de- cis.* 79. *num.* 15. 16. *Milanens. decis.* 3. *nu.* 16. *p. p.* Conſequens ex his eſt, vt ſi ſucceſſor declara- retur; hanc iudicis commiſſarij ſeu exequu- toris nominationem, de iure ſubſineri poſſe, ex *Couar. c.* 12. *num.* 1. *de teſtam. Valquẽ ill. cōtr. controuerſ.* 98. *à nu.* 1. *Caldas. de nominat. quæſt.* 6. *nu.* 7. Sed ſententia in iudicio ſummario, me- rò, & ſimpliciter non [illegible] iudicio mix- to, *l. pen. ff. de his qui ſunt ſui.* c. *veniens* 2. *de teſ- tib. Bart. ad reprimend. verb. ſummariè & Inſt.* 13 *nu* 11. *C. q. tant. prouoc. non eſt neceſſ. Rip. & Doct. l. quiromæ. §. duo fratres ff. de verb. oblig. Menoch. retinend. poſſeſ. remed.* 5. *num.* 12. *Simon. Præt. cons.* 120. *num.* 10. copioſius ediſſerit, *Fuſc. lit. S. concluſ.* 175. Cumque hæc miſſio in mero facto conſiſtat; iuris ſubtilitates diſcuti non oportet; *l. igitur. ff. de libert. cauſ.* ibi, *Quem domi- num eſſe putauit, cum non eſſet.* & ibi; *& genera- liter quoties quis iuſtis rationibus ductus vel non iuſtis, ſine calliditate tamen putauit* & bonæ poſſeſ- *ſoris commodo fruatur. Bero. c. licet cauſam nu.* 63. *de probat. Couar. pract. quæſt.* 17. *nu.* 6. *Natt. conſ.* 521. *num.* 2. 3. *cons.* 419. *nu.* 9. *Valaſc. deciſ.* 79. *num.* 5. & ita, iudicatum refert, *Guid. Pap. de- cis* 85. *num.* 1.

Ampl. II. Vt in feudi poſſeſſionem mitti quis non poſſit, niſi præcedente ipſa Commiſ- ſariorum declaratione, ex qua ſuam aſſen- tiam recipit, *c. olim. de reſtit. ſpoliat. l. hæres ſolli- tutus. ff. de acquir. hæred. Milanens. deciſ.* 1. *à num.* 19. *p. p. Menoch. adipiſc. poſſeſ. remed.* 4. *nu.* 305. *Valaſc. decis.* 79. *num.* 7. *Paez de Maior. p.* 3. *quæſt.* 12. *quæſt.* 13. *Molin. de primog. lib.* 2. *c.* 1. *à num.* 15. Feudi namque vel maioratus acqui- ſitio ab eorum pendet voluntate, quibus miſ- ſio in poſſeſſionem commiſſa eſt; & quoties actus in arbitrium tertij confertur conditio- nem efficit intrinſecam, quę ita ſuſpendit, vt ea non exiſtente non detur ſubiectum, *l. qui abſenti. §.* 1. *neque accipientis fiunt, quam ſi condi- tio extiterit. ff. de acquir. poſſ. Tiraq. de iur. Con- ſtit. p.* 2. *limit.* 17. *num.* 2. *Menzan. cons.* 82. *num.*

22. *Gamm. deciſ.* 148. *num* 9. *Sarmient. lib.* 1. *ſelect. interpr. c.* 2. *num.* 26.

Cæterum ſpecialis hæc commiſſio ad ali- os magiſtratus delegatiua eſt, non cumulati- ua, *c.* 21 *de off. leg. Villadieg. de legat. quæſt.* 8. *num.* 12. *Paz de Tenut. c.* 47. *num.* 17. *Cabed. de cis.* 13. *num.* 6. *p.* 1. Cum altera tantum ceſſet iuriſdictio, quando vna, & altera iuriſdictio ab eodem ſuperiore fuerit conceſſa, *l. fin. C. de offic. præf. Vrbis. Paz. d. c.* 47. *num.* 17.

Q. III. Quis ſit iudex competens in cau- ſa feudi? Licet de iure, vbi feudi contentio
91 eſt inter Dominum & vaſallum, pares Cu- riæ, id eſt, ipſi conuaſalli, iudices in cauſa ſint, *c. l. imperialem. §. pen. de prohib. feud. alien. per Feder. Hyeron. Leon. decis.* 77. *num.* 17. & inter du- os vaſallos, Dominus eſt iudex, *C.* 1. *de contro- uerſ. apud pares termin. c. ceterum de iudic. c. ex tranſmiſſa. de for. compet.* Attamen apud quem, vel quos contentio feudi eſſe deb. *Hyeron. Leo. decis.* 77. *num.* 16. *late Taſ. lit. F. conclus.* 212. *à num.* 1.

Ex Regni tamen Conſtitutionibus Rub. *de off. Magiſt. iuſtit. & de Stat. iuſtitiarij nomen. de off. iuſtit. Conſtit.* Magnæ Curiæ [illegible] *Conſtit. ſi quis poſt illorum. in feudalibus tit. de pen.* Conſtitutum Sancimus legimus, ſolum Magiſtrum iuſtitiarium, & quatuor iudices M. C. de feudis quaternatis vel quorum eorum parte cognoſcere poſſunt, *Petr. Gre- gor. de iudic. cauſ. feud. quæſt.* 7. *num.* 2. *quæſt.* 8. *nu.* 4. *quæſt.* 46. *Tap.* 6. *C. decis.* 4. *num.* 61. quibus abſtracte illud conceſſa hæc iuriſdictio eſt, *Petr. Gregor. d. iudic. cauſ. feud. quæſt.* 7. *num.* 2. 23. *Maris. de iuriſd. p.* 1. *c.* 25. *num.* 104. *Schrader. de feud. p.* 10. *ſect.* 5. *à num.* 177. *& ſect.* 2. *num.* 135. nec delegati ſunt, iudices, ſed ordinarij, *Petr. Gregor. d. quæſt.* 17. *nu.* 10. *Roſental. de feud. c.* 12. *concluſ.* 1. *num.* 6. *Vltrau. de feud. quæſt.* 19. *num.* 8, ſicut ordinarij etiam erant, Pares Curiæ, *glos. in c.* 1. *de inueſt. in marit. fact. lib. feud. & Afflic. nu.* 3. *in c.* 1. *de controuerſ. apud pares termin. Clar. §. feudum. quæſt.* 90. *nu.* 6. *Tuſcalit. F. conclus.* 212. *num.* 55. *Schrader. de feud. p.* 9 *quæſt.* 6. *num.* 6. ſiue inter duos vaſallos ſiue inter dominum, vaſallum, aut inter alias quaſcumque perſo- nas quæſtio ſit, *Petr. Gregor. d. quæſt.* 7. *num.* 16. ideò nullus alius Magiſtratus eſt iudex com- petens, nec ſententia ab alio lata erit valida, *Balzer. inde feud. c.* 18. A quo, apud quem vel quos, *controuer. num.* 12. *Caſtellion. cons.* 24. *num.* 23. 24. *Rom. cons.* 81. *num.* 4. *Tuſcalit. F. conclus.* 212. *num.* 5. *Muta. decis.* 70. *num.* 9. 24. Proindè feu- di cominus, aut Pares Curiæ de feudo am- pliùs non cognoſcent, *Petr. Gregor. quæſt.* 7. *num.* 17.

Ampl. I. Clericos coram M. R. C. conue- niendos

niendos eſſe, ſi de feudo ſit contentio, atque vt cæteri vaſalli, c. 2. ceterum. de iudic. & ibi, Barboſ. num. 3. c. ex tranſmiſſa. c. verum. de for. compet. c. 1. vbi, Bald. & reliqui, de controuerſ. int. vaſall. & epiſc. Cumi tit. 2. num. 40. Curt. Philipp. p. 2. §. 5. num. 11. Borrell. ad Belling. de princip. rubr. 11. §. videndum. verb. per dum. & de reg. præſtan. c. 17. num. 73. 74. in ſumm. deciſ. tit. 34. de feud. num. 159. Sbroz. de Vicar. epiſc. lib. 2. quæſt. 262. num. 25. Roder. reg. quæſt. 62. artic. 10. tom. 2. Moz. de feud. rub. de natura feudi. num. 120. Garcia. & Troyſ. tit. 235. Fabin. quæſt. 8. num. 22. Surd. conſ. 193. num. 12. conſ. 396. num. 8. Roſentall. de feud. c. 12. concluſ. 1. num. 1. 2. 11. Menoch. retin. poſſ. remed. 1. num. 396. 469. Schrader. de feud. p. 6. ſect. 2. num. 3. Gail. lib. 1. obſer. 37. & obſer. 46. Gmuen. practic. 29. num. 5. Franc. deciſ. 545. Clar. §. feudum. quæſt. 90. num. 8. Lardi. conſ. 98. num. 7. Paul. Layman. l. 4. tract. 9. c. 4. num. 5. Reginal. lib. 9. num. 351. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 19. num. 5. Bonacin. de legib. diſput. 10. quæſt. 2. Punct. 1. §. 4. num. 4. Ambroſin. de immun. eccleſ. c. 20. num. 56. Craſſ. clericis eſſe. tr. 1. num. 73. Tap. de iur. Neap. lib. 1. tit. de epiſc. & cler. fol. 21. Bellet. diſquiſ. cleric. tit. de fauor. cleric. §. 3. num. 4. Vulteius de feud. c. 17. num. 4. Tuſc. lit. 1. concluſ. 45. & lit. C. concluſ. 386. lit. F. concluſ. 212. num. 17. Azeued. l. 6. tit. 3. lib. 4. recop. Gutier. de iuram. confirm. p. 3. c. 12. num. 8. & lib. 3. pract. quæſt. 24. num. Ant. Perez, l. 8. tit. 1. lib. 3. ordin. pag. 479. Humad. ad Lopez, l. 57. gloſ. 2. num. 1. tit. 6. par. 1. Squill. de priuileg. cleric. c. 7. num. 104. 105. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 10. num. 97. Marta, de iuriſd. p. 4. caſu 102. num. 16.

2 Ampl. II. Vt, M. R. C. competens iudex ſit, ſi cauſa feudi inter clericos agatur, Paris. Put. de reinteg. feud. §. At in contraria. num. 80. fol. 123. & contra eoſdem vaſallos etiam clericos ſuam ſententiam executioni mandare poteſt ex multis, Bellet. d. §. 3. num. 4. Barboſ. d. c. cæterum. num. 4.

Ampl. III. Vt hæc feudalis cauſæ cognitio adeo M. R. C. annexa ſit, vt nec ordinario loci cuiuſque committi poſſit, proceſſum conficere, ſed eiſdem vel M. R. C. commiſſarijs ad ſolam proceſſus partem, & literas ad recipiendos teſtes com mitti videmus, Petr. Gregor. de iudic. cauſ. feud. quæſt. 7. num. 19. imo nec vnquam conſ. alii protexit, cauſam feudi ab alio cognoſci, quam, a ſola M. R. C. Cuius priuatiua eſt iuriſdictio ad alium quemcumque Magiſtratum, Petr. Gregor. d. quæſt. 7. num. 22. & ſi dominans feudi cauſas feuda esp ad illius cognitionem pertinentes, alteri committere, vel delegare poſſit, ex Abb. num. 3. Barbat. num. 6. Dec. num. 9. in c. cæterum. de iu- dict. Afflict. c. 1. num. 15. de inueſt. in marit. facta. Bald. in penult. C. ſi à non compet. iud. Curt. de feudo p. 7. quæſt. 8. num. 28. Rot. deciſ. 8. de reind. in nouis. Ann. conſ. 102. Bertach. in reper. verb. cauſa feudalis. Frec. de ſub feud. lib. 2. auth. 13. num. 5. Hyeron. Leo, deciſ. 77. num. 16. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 4. num. 14.

Ampl. IV. Vt iuriſdictio cognoſcendi feudorum cauſas M. R. C. competens in alium quemcumque iudicem, expreſſo etiam colitigantium conſenſu prorogari non poſſit, alias ſententia erit nulla, Abb. conſ. 82. num. 7. in 1. Tuſc. lit. F. concluſ. 212. nu. 58. 79. Roſentall. de feud. c. 12. concluſ. 1. num. 43. 51. Clar. §. feudum. quæſt. 90. num. 10. ex magis commu. Petr. Gregor. d. quæſt. 7. num. 18. Tum quia in cauſis feudi priuatiuè conceſſa eſt iuriſdictio reſpectu aliorum iudicum, Cened. ad Decret. collect. 37. num. 5. Barboſ. c. cæterum. num. 3. de iudic. Petr. Greg. d. num. 22. Roſentall. d. concluſ. 1. num. 44. Barboſ. l. 1. artic. 3. num. 159. artic. 4. num. 51. ff. de iudic. Tum quia prorogatio, alienationis ſpecies eſt, quæ ſinè expreſſa domini licentia fieri non poteſt, Bald. c. de cauſis. de offic. deleg. Petr. Gregor. d. quæſt. 7. num. 18. Tum quia, nulla eſt prorogatio, ſi ille cuius prorogatur iuriſdictio, illam non habeat, l. 2. ff. de iudic. Paz, de tenut. c. 40. num. 54. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 3. num. 136. Barboſ. c. ſignificaſti. num. 4. de for. compet. Marian. de iudic. p. 2. diſtin. 12. num. 18. Barboſ. l. 1. artic. 1. num. 20. ff. de iudic. nunquam etiam prorogari potuit iuriſdictio cuius reſiſtit, Paz, de tenut. c. 21. num. 7. Tum, quia ſubiectus alteri non ratione nudæ iuriſdictionis, ſed vaſallagij, in alium iudicis ſui iuriſdictionem prorogare non poteſt ſinè expreſſo eius conſenſu, l. 1. §. & poſt operis. ff. de nou. oper. nunt. vbi, Bart. & omnes. plenè Capic. decis. 9. num. 8. Vrſill. ad Afflic. deciſ. 41. Marta, de iuriſd. p. 4. centur. 2. caſ. 84. num. 10.

Ampl. V. vt iudex loci in cuius territorio ſunt bona, iudex ſit immiſſionis in poſſeſſionem, l. 1. iuncta. gloſ. verb. poſtulandum. C. vbi de hæred. agit. l. 1. C. vbi in rem actio. gloſ. verb. competenti. Cin. num. 12. Odofr. num. 2. Alber. num. 9. & Bart. num. 13. Bald. num. 55. Alex. num. 14. Caſtr. num. 10. Salic. num. 9. Iaſ. num. 37. Fulgoſ. num. 13. C. de edict. diu. adrian. toll. Gregor. lopez. l. 3. tit. 14. p. 6. Menoch. adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 402. Tap. deciſ. 33. num. 1. ſi verò ſit alterius loci poteſt pronuntiare de mittendo in poſſeſſionem, & deſtinare literas ad iudicem loci vbi ſita ſunt bona, Tap. d. deciſ. 33. num. 2. proinde clauſulam in literis addunt, non exiſtente legitimo contradictore, Tap. deciſ. 33. num. 6.

Declar. I. vt ex Philippi Regis priuilegio

in Regni Cap. 4. Straticotiales Meſſanæ Vrbis Iudices in prima inſtantia feudorum cauſas cognoſcent, meminit, *Cumi. rit. ſuo ordine 76. num. 25. rit. 83. num. 27.* Sicut & Catanenſis Ciuitas ex nouiſſimo Regis priuilegio ſed Prætoriani in Vrbe Panormi Iudices in prima & ſecunda iudicij inſtantia feudorum Cauſas cognoſcunt, ex Regijs priuilegijs.

Declar. II. Hanc feudi iuriſdictionem non dum M. R. C. ſed alijs (vt diximus) iudicibus conceſſam, coniunctim fuiſſe, non diuiſim aut inſolidum, ex *Conſtit. ſtatuimus. rub. 37. lib. 1.*

Declar. III. Sententiam diffinitiuam, vel interloqutoriam diffinitiuè cum habentem feudali in cauſa, nullam ipſo iure eſſe, ſi poſt votatam cauſam ad illam proferendam proceſſerit M. R. C. nullo prius facto verbo, D. protegi ex *Petr. Gregor. d. quæſt. 7. nu. 28. Cumi. rit. ſuo ordine 76. num. 32.* limitatæ poteſtatis defectu. Tum quia, exceptio proſluens à poteſtatis defectu, ſicut proceſſum, & ſententiam reddit nullam *Vant. latiſſimè, tit. defect. mand. à Princ.* ſic etiam reddit omnia nulla exceptio prouenien ex poteſtatis exceſſu, *Aſin. in prax. p. p. §. 31. c. 32. num. 2. 3. 4. Montier, decis. 42. num. 41.* ſed excedet, ſi M. R. C. ſi (non facto verbo) ad ſententiam promulgandam procedat, *ad tex. in Conſtit. Magna Curia. & ex Reg. Martini, cap. 113.* Tum quia ſi alterata ſaitum eſt M. R. C. iuriſdictio, dicetur in hoc potius delegata, *ex. Ang. conſ. 207. Anan. conſ. 59. Iaſ. Eius autem circ. ff. de iuſt. & iur. Petr. Greg. d. quæſt. 7. nu. 28.* inde eſt in feudi ſententia ad ea conſueuerit. Promiſu n e t, facto prius verbo

Porrò & ab eadem radice infertur, hæc vera, ſi cauſa feudalis ſit, quia non omnis feudi quæſtio feudalis eſt; perſonali namque actione ſi agitur ad pecuniam, licet ad implementum ſuper feudo fiat cauſa non eſt feudalis, *Grain. decis. 103. nu. 133. Hyeron. Leo, decis. 77. num. 13. Milanens. decis. 6. num. 24. p. p.* qui ſiu decíſum teſtatur, *num. 76. Corſet. conſ. 30. num. 2.* & hoc iure vtimur. Aſſi perſonali actione proueniente ex obligatione, quæ ortum habet ratione feudi, actum ſit, vt eſt petitio ſeruitiorum, vel alterius oneris annexi feudo, cauſa erit feudalis, *Hoſtien. & Butric. cæterum. de iudic. Aret. conſ. 83. nu. 4. Hieron. Leo, decis. 77. ſub num. 19.* ſecus ſi ortum non habet à lege vel natura feudi, *Muta, decis. 70. num. 10.* licet actione perſonali ageretur ad feudum, *Marta de iuriſd. p. p. c. 25. num. 10.*

Q. IV. Feudalis Cauſa, quæ ſit. Hac de re, illud eſt omnium axioma, vt quoque modo

92 cauſa tangat feudu † dicetur feudalis, *ex Petr. Greg. de iudic. cauſ. feud. quæſt. 5.* Quod ſi indiſtinctim acciperetur, omnia in hac feudalis iudicij materia confundi neceſſe erit, *ex D. Reg. Corſet. ad Patr. conſ. 30 num. 1.* Proindè Petr. Greg. dictum declarandum omnino ex ijs eſt, quæ receníuit ipſe, *quæſt. 1.* aſſerens cauſam dici feudalem, vbicumq; ex lege, & conditione feudi ageretur, *ex Bald. c. 1. de inueſt. in man. fact. in c. imperialem. §. pen. de probib. alien. feud. per Feder.* imò addit, *Bald. in §. ſi qua controuerſia. de pac. conſtant.* vbicumque fieret commemoratio feudi ad intentionem coadiuuandam, fundandam, vel repellendam, ſecundum tamen leges feudorum; adeò vt ſi actor, vel reus, ille ad introducendam, hic ad explodendam, ſiuè ad fundandam ſuam exceptionem neceſſe haberet ad leges feudi recurrere, tunc cauſa ſemper dicetur feudalis, *Corſet. in Scholijs d. conſ. 30. nu. 3. Surd. conſ. 193. num. 13. Intrigl. feud. cent. 1. quæſt. 45. nu. 77. 78. Petr. Gregor. de iud. cauſ. feud. quæſt. 1. & de parag. quæſt. 37. Milanen. decis. 6. p. p. Caſtill. decis. 15. num. 4. Maſtrill. decis. 217. num. 28. decis. 83. num. 5. 10. decis. 117. num. 1. 2. 3. Tuſc. lit. F. concluſ. 212. num. 73. Cumi. rit. 38. num. 435. rit. 76. num. 24. Tap. S. C. decis. 4. num. 60. Paris. de reinteg. feud. Verb. ancitatus, num. 9. fol. 109. Hyeron. Leo, deciſ. 77. Muta, deciſ. 70. nu. 22.* Nec lex feudalis facit iudices, *Bolognin. ad Anan. conſ. 84. num. 6. ad fin. Tuſc. lit. F. conclus. 212. nu. 25.* ſed qualitas, quod probatum ſit cauſam eſſe feudalem *Tuſc. d. concluſ. 212. num. 12.*

Ex his indubium mihi erit, quod licet ad feudum agatur, & ſuper Corpore ipſius, quæſtio ſit, vigore tamen contractus, quacumque actione dummodo de lege feudi non diſcutiatur, ſed ex iure communi, cauſa nõ erit feudalis, *Corſet. in Scholijs d. conſ. 30. ſub. num. 3. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 2. num. 31. Roſentall. de feud. c. 12. conclus. 2. num. 2. 3. & conclus. 12. Maſtrili. decis. 217. num. 33 Muta, decis. 70.* dixit & meritò, *Afflict. in conſtit. Baiuli locorum. 1. num. 10.* quod ſi ſit lis ſuper damno, & intereſſe, vel pretio feudi venditi, illa non dicetur feudalis, quia licet tangere feudum, nõ tamen ipſius naturã & legem, *Corſet. d. Schol. num. 4.* idem tradunt *Innoc. & alij. in c. cæterum. de iudic.* ſi pignoratitia ſit actio, vel ex contractu depoſiti deſcendat, *Alex. conſ. 79. in 1. Corſet. d. Schol. num. 5. Surd. conſ. 193. nu. 13. Tuſc. lit. F. conclus. 212. num. 72.* Nec ſi ex iure quærendi actum ſit, cauſa eſt feudalis, *Muta, decis. 56. num. 6. 7. 9. Maſtrill. deciſ. 217.* nec cauſa nullitatis aduerſus reuocationem feudi, quæ ex contractu prouenit, non autem ex le-

ge, vel natura feudi iudicatum inquit, *Muta, deciſ.* 70. vel ex pacto de retrouendendo, ex Reg. Carol. c. 214. c. 258. quorum immemor fuit, *Intrigl. feud. cent. 1. quaſt. 45. nu.* 79. contrarium aſſerens ſicut & *Cumi tit. 76. nu.* 21. ſed indubium hodie profitetur, *Muta, decis.* 70. *nu.* 20. ex d. Regni cap. 214. *Maſtrill decis.* 117. *nu.* 4. in dubio tamen cauſa erit feudalis, *Petr. Gregor. de iudic. cauſ. feud. queſt. 5. Muta decis. 70. nu. 21. Glorit. c. ſuper literis. nu. 37. de reſcript.*

Si vero reiuendicationem quis intentet ratione vtilis dominij contra rei feudalis poſſeſſorem, cauſa erit feudalis à M. R. C. cognoſcenda, & ab ijs iudicibus quibus Rex conceſſit, *gloſ. fin. ad fin. c. caterum. de iudic. vbi, Felin. nu. 7. Addo, Bald. Barb. Dec. & Mandos à Schrad. citatos, de feud. p. 10. Sect. 6. nu. 233. Hyeron. Leo. deciſ. 77. num.* 14. 18. *Corſet. conſ.* 30. & in Scholijs Regens Filius, *Milanens. deciſ. 6. num. 2. p. p.* At ſi cauſa agitur inter vaſallum ex vna prętendentem rem eſſe propriam, vti ſibi in feudum conceſſam, & inter non vaſallum rem non eſſe feudalem affirmantem. Tunc dominus feudi (ne iudex ſit in cauſa propria) nõ poteſt cognoſcere, & hoc eſt, quod inquit, *gloſ. fin. ad fin. d. c. caterum. Hyeron. Leo. deciſ. 77. ſub num.* 32. idem ſi de re feudali agatur, ſiuè interdicto, ſiuè quauis actione, inter duos detinentes tantum iure feudi, & ipſum recognoſcentes, in M. R. C. eſt agendum, *Anchar. num. 3. Butr. num. 9. & Hoſtien. in c. caterum. de indic. Hyeron. Leo, deciſ. 77. ſub num.* 18. ſiuè de toto, ſiuè de parte quæſtio ſit, ſiuè de ſeruitute, *Afflic. in Conſtit. ſtatuimus. num. 58. Tap. S. C. deciſ. 40. num.* 600. Quod procedit, ſi quæſtio ſit poſſeſſionis, etiam inter clericos, *ex comm. Dec. num. 24. Barbos. num. 4. in d. c caterum. Graſſ. cler. effect. 1. num. 732. Muc. deciſ. 70. nu. 15. Milanen. d. decis. 6. num. 3. 4. Intrigl. feud. cent. 2. artic. 94. num. 12. Menoch cons. 2. num. 97. Farin. quaſt. 8. num. 22. Hyeron Leon. deciſ. 77 num. 19. Alba, conſ. 389. num. 21. & conſ. 390. qui de eſt Bero. num. 16. Maſtrill. deciſ 83. num 9. Tap. S. C. decis. 4. num. 60. Tuſc. lit. F. concluſ. 212. num. 21. 22. Villalob. lib. 1. tit. 11. num. 4. tom. 1. comm. opin. Bernard. Graue ad Gail. lib. 1. concluſ. 37. conſider 4. num. 3. &* maximè ſi agatur de poſſeſſorio manutentionis, *Milan. d. decis. 6. num. 4. 9. Caſtill. deciſ. 12. num.* 5. quod non rectè percepit, *Menoch. retin. poſſ. remed. 3 num. 422.* nec *Roſentall. de feud. c. 12 conclus. 1. num.* 85 quia ille debet eſſe iudex in cauſa poſſeſſionis, qui competens iudex eſt in cauſa proprietatis, *Tuſc. d. num. 21. Addit Milanens. d. deciſ 6. nu.* 11. vt quoquo modo cauſa tangat feudum cauſa ſit feudalis, intelligi ſiuè de poſſeſſione, ſiuè de iure ſuper feudo, eſt occaſione etiam rei feudalis.

Sed proceſſum ad ſupremum Italicarum rerum Tribunal ſi quis tranſmitti petat, cui dubium tranſmittendum cum eſſe *M. R. C.* votis nondum in iudicio enunciatis, vt cæteras Regni cauſas in iudicijs A iudice proferri conſuevit.

Q. V. literæ cauſa recognoſcendi, An hoc
93 in regno † indiſtinctim concedi à Rege ſit ſolitum? Qua in re, ad vberiorem quæſtionis cognitionem, aliquot iuris concluſiones excutere non grauabor.

Prima ſit concluſio, Siculorum cauſas nõ poſſe à Regno extrahi, *Alphons. in Regni, c. 391. c. 442. c. 463. ex Ferdinan. Reg. cap. 24. & ex Carol. V. c.* 139. petente etiam vidua, pupillo aut miſerabili quauis perſona, & Fiſco, *ex Ioan. Reg. c. 33. & c. 94. Petr. Gregor. de indic. cauſ. feud. quaſt. 39. num. 3. Tap. S. C. decis. 1. à nu. 1. deciſ. 4. à num. 19. Milanens. deciſ. 2. num. 12. 3. p. p. Hyeron. Leon. deciſ. 95. nu. 12. Maſtrill. deciſ. 81. num.* 12. ſicut & cauſarum inter Neapolitani Regni incolas cognitio, ad ſupremam eius curiam auocare nec poteſt Rex; *Fului. Conſtan. l. 1. num. 160. C. de Claſſic. lib. 11. Tap. decis. 1. num.* 32. ex ſpeciali, quam illi Regno conceſſit, gratia, Ne partes diuturnis laboribus, & expenſis extra Regnum defatigatæ ius, & iuſtitiam fouentes, ab eorum executione pertrahantur, & vt litibus ſit finis, *c. finem litibus. de dol. & contum. l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.* quod publicè intereſt, *Caldas, de reſtit. in integr. gloſ. implorandum. num. 36. 37. Pappon. conſ. 8. num.* 21. & hoc iuris eſſe probat, *tex. l. 3. ff. de offic. præſid.* vbi voluit, *Accurs.* Regem Angliæ non poſſe Vasconib ſeruitia indicere, niſi Vaſconia, nec ius dicere vaſallis vnius prouinciæ, in alia; licet id poſſit per iudices à ſe in prouintia delegatos, *Declarat. rectiùs ibi, Bald. & Fului. Conſtant. l. 1. nu. 159. C. de Claſſic. lib. 11. Franc. Marc. decis. 341. p. 2.* & de Prorege duarum prouinciarum, quod homines vnius Prouintiæ ad aliam reuocare nõ poſſit, Capic. *c. imperialem. fol. 32. verſ. Sexto notandum. Camer. ibid. fol. 18. à terg. lit. P. Sicutus eſt, Conſtan. d. num.* 59.

Declar. I. hoc verum, Niſi vtraque parte conſentiẽte, Tunc enim auocari à Regno poteſt cauſa ad Supremum Italiæ Tribunal, *ex Alfons. Reg. cap.* 391. Nec tunc ſimultaneus debet eſſe conſenſus, ſed ſi pars vna petierit quandoq; eamdem cauſam à ſupremo Italię Tribunali cognoſci, & indè quandocumque idem petierit altera colitigantium pars, tacitè tunc ex communi vtriuſq; partis conceſ-

ſu auocatam eſſe cauſam concludit Alfons Reg.cap.391. *vbi Mut. Gregor. de indic.cauſ.feud.quæſt.39.Tap.* S.C.*deciſ.1.num.*28.30.31.*deciſ.4.num.*29.76.84.

. Declar. II. ob retardatam, vel denegatā iuſtitiam, ex Alfonſ.d.c.391.& Reg.Ioan.c.33.*Tap. d.deciſ.1.d num.* 20.31.reſoluit extrahi à Regno poſſe ſicu os. Quibus caſibus exceptis ſententiam nullam eſſe probat, *Tap. S.C. deciſ.4.d nu.19.*

Secunda ſit Concluſio, Feudales cauſæ à Regno extrahi rectè poſſunt, literis recognoſcendi cauſa, à Rege obtētis, ex Alfonſ.Reg.c.540.& ex Ioan.Reg.c.94.*Petr.Greg.de indic.cauſ.feud.quæſt.39. quæſt.40.Milanens.decis.2.num.8.deciſ.4.p.p.Maſtrill.deciſ.81.Tap.* S.C.*decis.1.d nam.1.decis.4.num.22.29. Hyeron.Leo.decis.95.num.11.14.Intrigl.feud.centur.1.quæſt.45.nu.84.*Ratio eſt *ex Petr.Gregor.d.quæſt.39.* quod Rex concedens iuriſdictionem in feudorum cauſis, M. R. C. poteſt certo modo inhibere, ne in eis ſententiam dicat, priuſquam eorum vota, & iuſtificationes tranſmittat ad S. R. C. recognoſcendi cauſa, ex *his quæ not. ad tex. l.iudicium ſoluitur. ff.de iudic. Bald. l.1. ad fin.C. quom. & quand. iud. Tap.d.deciſ.1.* & eaſdem cauſas feudales concluſas, & votatas, ad ſe auocare, *ex Franc. & alijs, c.Vt noſtrum. de appell.* non tamen iudicandi vel ſed recognoſcendi cauſa, *Petr.Gregor. de indic.cauſ.feud.quæſt.40.Tap.d.deciſ.4.num.23.* Atſi partibus volentibus & conſentientibus auocaretur cauſa ad ſupremum Italiæ Tribunal vel ob retardatam, aut denegatam iuſtitiam, Tunc non recognoſcendi, ſed iudicandi cauſa auocata cenſeretur ſiue feudalis, vel allodialis illa ſit, *Tap.* S. C. *decis. 4.ſub.num.* 29.53.

Tertia ſit concluſio auocatam dici cauſam tranſmiſſo proceſſu iure recognoſcendi, adeò vt ſuſpenſa ſit iudicum iuriſdictio, nec amplius ad eos reddit, *Petr.Gregor.de indic.cauſ feud quæſt.*37.Milanens.*decis.2.num.31.decis.4.num.8.9.Hyeron.Leo, decis.95 num.15.16.*Nec vlterius in cauſa procedent, alias ſententia erit ipſo iure nulla, Tum maximè, ſi Regis literæ, Decreti irritantis clauſulam contineant, C*aſſador.decis.12.num.4. 5.6. ſuper regul.* Cancell.*Rot.decis.24.num.5.p.2.Gonzal.cancell.reg.8.gloſ.67.num.13.14.15.Tuſc.lit.D.concluſ.117.num.12.15.Capic.deciſ.9.num.16.17.*quia implicitam in ventre *Decretum irritans* habet inhibitionem, C*aſſador.decis.2.nu.6. de reſtit. ſpoliat.Gonzal.d.gloſ.67.nu.16.Gabr.tit.de claus.conclus.3.nu.76.*ac etiam vim priuatiuam, & auocatiuam poteſtatis conceſſæ, *Terret. cons.* 314.*nu.10.in 2.Gonzal.d.num.16.*& ligat manus inferioris, ne ſe intromittat, *Pute. decis.391.p.3.Tuſc.lit.D.conclus.115.num.3.*

Quarta eſt concluſio, literis recognoſcendi cauſa, alteri parti intimatis, procedere in cauſa non poſſunt iudices, partium etiam cōſenſu, quia auocata iam fuit cauſa, *Lancell.de attent.p.2.c.10.de attent.poſt auocat.num.3.Rebuff ad Reg. Conſtit.tit.de auocat.artic.1.num.111.* aſſerens quod poſt euocationem emiſſam, iudex à quo, ex partium etiā conſenſu non poteſt ſinè expreſſa cauſę remiſſione ſe intromittere, *Prapos.c. Vt noſtrum.de appell.*ne Superiore illudatur, *Hyeron.Leo decis.95.num.17.* Habet enim decretum irritans annexam inhibitionem, *Caſſador.deciſ.2.num.6.de reſtit ſpoliat. Gabr.tit.de clauſ conclus.3.num.75.Lancell. d.c.10.num.28.Milanens.decis.4.num.19.p.p.Hyeron.Leo,decis.95.nu.28.*

Sed intempeſtiuū penitus, & ab hac tractatione alienū non erit, ſi quod aliàs in cōtrouerſiam venit, pro coronidè excutiamus.

Q. VI. literis cauſa recognoſcendi renun-
94 tiari † aduerſario inuito An poſſit? Qua in re, Doct. variant,

Prima fuit, *Caſſador.*opinio, *in regul.* Cancell. *ſuper reg.de Annal.decis.12.num.7.* aſſerantis, literas, in quibus decretum irritans eſt, ignorantes afficere, adeò vt renunciari eis non poſſit à parte, quæ illas voluit impetrata, *Caſſador. contra Milanens.* mox citandum ſecutus eſt, *Hyeron.Leo,d.deciſ.95.num.19.Tuſc.lit.D.concluſ.119.*

Poſterior fuit Diſtinguentis, *Milanens.*opinio, *decis.4.num.19 p.p.* Aut pars quæ literas recognoſcendi cauſa obtinuit cum decreto irritanti illis renuntiat, priuſquam eis vtatur, & valida renuntiatio eſt, Aut illis renuntiat, poſtquam eis vſa fuit, & decretum irritans cepit ligare, Tunc nullam eſſe renuntiationem concludit, *Milanens.d.num.19 ex Caſſador.d.decis.12.num.7.Gabr.tit.de claus.concluſ.3.num.30.31.*

Sed in hoc, falli, *Milanen.*inquit *Hyeron.Leo.deciſ.95.nu.19.*quia in.ò *Caſſador.d.decis.12.nu.7.*com munem eſſe inquit in contrarium, a qua in iudicando non eſt recedendum, & ita indiſtinctè firmat, literas in quibus decretum irritans eſt adiectum afficere ignorantes, *c.dudum.c.pen.de præbend.in 6.Gabr. clauſ.conclus.3.num.1.Capic.decis.9.num.16.17.Camill.Medic.cons.10 num 87.*& ſi non quoad pœnam, attamen quoad actus nullitatem, *c.Si eo tempore.2 bi, gloſ. de elect.in 6.c.1.c. ſi ſoli.de conceſſ.præben.in 6.Roderich.regul. quæſt.73. artic.2.tom.2. Farin.Fragm.p.2.lit* C. *num.* 672.

Flam.

Flam. Paris. de reſignat. lib. 5. quaſt. 6. num. 220. lib. 11. queſt. 4. nu. 44. quaſt. 13. nu. 86. Gabr. d. con cluſ. 3. nu. 8. Tuſc. lit. D. concluſ. 117. Capic. deciſ. 9. num. 16. 17. Ceuall. comm. quaſt. 903. nu. 13. Mar ta, de iuriſd. p. 4. centur. 1. cas. 94. num. 32. & clauſ. 191. nu. 12. Caldas, Parier. lib. 1. forens. quaſt. 6. num. 30. 31. Barbos. clauſ. 112. num. 5. quam ipſo iure operatur, *Guttier. l. nemo poteſt. nu. 114. ff. de leg. 1. Paris. d. lib. 5. quaſt. fin. num. 226. Sulzed. ad Biaz. c. 37. Cenod. quaſt. 30. num. 2. Burs. cons. 307. num. 59. Ceuall. comm. quaſt. 727. à nu. 12. Gonzal. Cancell. reg. 8. glos. 67. num. 18. Gabr. cons. 200. num. 8. in 1.*

Quid dicendum? Meam ſi expectes ſententiam, à *Milanens.* recedendum non eſſe cenſui, *ex l. ſi index. ff. de minor. & gloſ. clem. conſtitutionem. §. inſuper. verb. nolle vti. de elect.* quæ docet inuito impetrare non eum contra quem reſcriptum impetratum eſt, eo vti, *Ioan. Andr. num. 2. Hoſtien. Abb. Innoc. & reliqui in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpoliat. Bald. l. 1. num 9. C. vt lit. pend. & in l. poſtquam liti. nu 14. C. de pact. Idem Bald. & Cepoll. l. illud §. 1. ad fin. ff. de edilit. edict. Les. l. ſi quis iniquum. à num. 3. ff. quod quiſque iur.* ex quorum dictis, Prima elicitur concluſio, impetrantem reſcriptum compelli nõ poſſe, vt eo vtatur, ratio eſt, ex *d. l. ſi index.* ibi, *quia vnicuique licet contemnere hac, qua pro ſe introducta ſunt*, Secunda erit concluſio ſi impetrans reſcriptum, eo vti cœpit, non poſſe ei renunciare inuito aduerſario, Ratio eſt quia in pari iure nequit vnus alteri præiudicare, *l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bonor. poſſ. contr. tabul.*

Nec clauſ. Decreti irritantis, aliquem operatur effectum, niſi ab eo opponatur in cuius fauorem fuit appoſita, *Caldas, Perier. de poteſt. eligen. c. 10. num. 50. Gabr. tit. de claus concluſ. 3. num. 23. Tuſc. lit. D. concluſ. 110. num. 15. Barbos. d. claus. 112. num. 7. Gonzal. ad Cancell. reg. 8. glos. 56. num. 65. Pute. decis. 8. p. 2.* cum regulariter, quilibet actus in fauorem alterius, intelligendus eſt, ſi pars petat, *l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offer. Dec. cons. 276. num. 3. Achill. decis. 1. nu. 4. de iure iur. Pute. deciſ. 353. num. 3. p. 2. Pancirol. cons. 7. num. 14. Schrader. de feud. p. 9. p. 2. num. 2. Sect. 9. num. 4. Menoch. lib. 2. præſum. 46. Surd. deciſ. 70. num. 25.* & alij à me copioſius citati, *Deciſ. 31. num. 8.* & cum appoſitum illud ſic ad fauorem vnius, non operatur ad fauorem alterius, *Gonzal. d. glos. 67. num. 61.* Nec decretum irritans ignorantes ligat, ſi præſentatæ ſaltem iudici non fuerunt literæ, *Roman. cons. 330. num. 11. 12.* cuius rei caſum eſſe, *num. 18. dixit in c. 2. de Conſtit. ſequitur Pute. deciſ. 281. p. p. Tuſc. lit. D. concluſ. 117. num. 9. 10. Alex. cons. 97. à num. 4. in 5. Medic. d. d. cons. 10. num. 88 impendens. ex. c. tibi qui. verſ. idem quoque de reſcrip. in 6.* dum illic dicitur, quod ei ad quem beneficij collatio pertinebat, notificauerat, & ſubdit, *Glos.* hoc idem eſſe, ſi ei præſentaſſet tunc afficeret etiã ignorantes, qui eſſet inueſtitus: Proindè ſatis non erat, eum qui has literas cum decreto irritante habebat, in occulto illas ſibi detinere, ſed neceſſe fuit illas notificare, vel preſentare, vt ignorantes ligarentur. Ex his conſtat veriorem eſſe, *Milanens.* diſtinctionem, vt erronee reprehẽſus fuerit, à *Hyer. Leon. decis. 95. nu. 19.*

Fateor (Lector optime) me longius, *hac in Glos. XII.* digreſſum fuiſſe, quàm ab initio conſtitueram, ſed tamen hæc, ad faciliorem huius materiæ intellectum mutuati ſumus à viris peritiſſimis, quę in ſenſum accepimus & accipere obeſtimur, quem M. R. C. praxis probauit, ac ſeruandum eſſe ſæpius deſiniuit.

SVMMARIVM.

1 *Principatus dignitas, feudorum iure, etſi incognita, antiqua in Regno eſt, ſed ſolius imperatoris propria.*

2 *Principes appellantur, quandoque Duces, Marchiones, & alij ſimilem regalem dignitatem habentes, & num. 3.*

4 *Principis nomen vnde effluxerit, quibus abuſiuè competat*

5 *Baronatus, Comitatus, & alia maiores, propriè feuda ſunt, & Regalia.*

6 *Dignitatum theſauri, reconditi ſunt in Rege, à quo omnes profluunt & ad eum refluunt.*

7 *Paris Putei, de reintegr. feud. regal. nu. 4. aſſerentis, Duces, Comites, & alios, Regni Siciliæ, regalem dignitatem non habere, errorem diſtinctione de feudis.*

8 *Dignitatem minorem in maiorem Rex erigit, feudum in Baroniam, licet alium non ſubinfeudet Baro.*

9 *Feudum in demanium iuſta ex cauſa erigere poteſt Rex in Regno, & ex allodio feudum, & ex feudo allodium: Quod non poteſt vaſallus, nu. 12.*

10 *Princeps ſolus dat ſpiritum feudo.*

11 *Rex poteſt facere de aliquo vico, qui ciuitati ſubeſt, oppidum, ſeu Villam Magiſtratus illius conſenſu.*

13 *Præſides, vel Rectores duo in vna prouintia, vel ciuitate, eſſe non poſſunt, vnam tamen prouintiam, vel ciuitatem, in duas ad libitum Rex diuidit, & Vnus duarum Prouintiarum Preſes eſſe poteſt*

14 *Ciuitate in eadem plures eſſe poſſunt Vniuerſitates; & Ciuitatum vniones, vel ſeparationes, fie*

ri vel in totum poſſunt, vel in parte.

15 Superioritatis eſt ſignum, vnire, aut diuidere, quod ſolius Principis eſt. num. 18.

16 Oppidum, Pagum, vel caſtrum, Ciuitati ſubiectum alteri infeudare poteſt Rex, niſi ciuitas illius ſit Domina ex contractu.

17 Vaſallus de vno feudo plura feuda conſtituere non poteſt; Sed Rex, & qui à Rege diuidendi habet priuilegium.

19 Dignitas, ex maiori dignitate, aucta, prioris dignitatis priuilegia non amittit.

20 Decus Regium eſt, augeri dignitatibus ſubiectorum

21 Ruſticus ſi feudum poſſideat cum mero, & mixto imperio, nobilis eſt, & dignior cæteris.

22 Mutata perſona, mutatur rei cōdictio, non in feudis

23 Feudi dignitas dupliciter conſideratur, vt alia propria ſit; alia ventoſa, & quæ vtraque ſit.

24 Feuda dignitatē etiāſi allodialia ſint (quia in Francum allodiū conceſſa) ad ſucceſſores tamen ſanguinis tantum tranſeunt, non ad hæredes extraneos, niſi aliud in inueſtitura expreſſum, nu. 26.

25 Baronia dignitas regalis eſt, quæ ſolo verbo conſtituitur

27 Hæres, de iure feudorum, ſignificat ſanguinem, ſed de iure regni, in feudis, denotat extraneum.

28 Succeſſio inſtar fluminis eſt, quod ſicut in proximum canalem deſcendentem influit, nec regurgitat ſupra caput ſuum, ſic & ſucceſſio confluit ad lineas communis ſtipitis.

29 Feudi ſucceſſio proximiore defertur; Niſi obſtet repræſentationis ius. num. 32.

30 Conſanguineus ab vtrinque coniunctio, de iure communi in ſucceſſione excluditur, non in feudis.

31 Proximior defuncti excludit remotiorem, ſi prior eſt in gradu.

33 Maſculus in quibus præfertur fœminis, reſpectu earum proximior eſt defuncto, licet reſpectu ſanguinis eſſet remotior.

34 Prioritas, ſiuè proximitas gradus dupliciter conſideratur.

35 Proximiores ſi quis vocet, proximiores vocaſſe dicitur reſpectu ſucceſſionis, non gradus.

36 Proximitas, primi acquiſitoris, non vltimi poſſeſſoris in feudi ſucceſſione attendenda eſt: etſi per mille manus ambulauerit feudū. Cōtrar. nu. 37.

38 Feudo pacti & prouidentiæ, proximior primi acquiſitoris ſuccedit, ſed in feudo hereditario, vel mixto, ſuccedit proximior vltimi poſſeſſoris. Diſtinctio hæc reijcitur à Cannet. & alijs.

39 Proximitas lineæ præfertur proximitati gradus, & maioritati ætatis; ipſaque ætas vltimo loco in conſideratione eſt,

40 Marta, de ſucceſſ. legal. p. 4. quæſt. 1. artic. 2. reijcitur.

41 Feudum licet ex prouiſione primi acquiſitoris habeatur, & concedentis beneficio, ſucceſſio tamen non iure hereditario, ſed ſolius ſanguinis conſideratur ex perſona vltimi poſſeſſoris; Adeo vt ex nunc ſuccedere dicatur.

42 Primogenij ſucceſſio ad feudorum formam regulatur, ſed in primogenijs vltimi defuncti proximitas attenditur, ergo & in feudis pacti & prouidentiæ, aut iuris Francorum, in quibus ſolus primogenitus maſculus ſuccedere debet, ſiuè inter deſcendentes contentio ſit, nu. 43. ſiuè inter Tranſuerſales, num. 44.

Declar. Non procedere, ſi conſtet de contrario ſuccedendi ordine, à primo feudi conceſſore aut primo eiuſdem feudi acquiſitore iam præſcripto, num. 45.

46 Feudo, aut Terra, à Rege conceſſis, Regalis dignitas, An illi conceſſa præſumatur? & quando? Diſtinguere. Ampl. num. 47. Declar. num. 48.

49 Feudum, vel pars ipſius, in territorio alterius feudi eſſe poteſt; imo Vnus territorium alter eiuſdem territorij iuriſdictionem habere poteſt; vnus ciuilem, alter criminalem. ſed quis eorum præferretur? ac verus dominus dicetur.

50 Regalis dignitas quibus præminentijs, honoribus & inſignijs à Rege fuerit decorata: Quę ſi Regis ſint propria, eis tamen vtuntur Proreges, & alij inferiores ab eo Ampl. nu. 59. Declar. nu. 63.

51 Viatores habere, qui incedentem Baronem, Comitem præirent, Regiæ dignitatis eſt.

52 Faſcibus vti, imperij eſt, ſed extra fines non permittitur, nec coram ſuperiore, aut maiore Magiſtratu, niſi Regis concedentis priuilegio.

53 Solium, ſiù gracè Tronom retinere, inter Regis inſignia numeratur.

54 Baldachino vti, regale eſt.

55 Adoratio debita eſt ſuperiori ab inferiore, ſubdito, Vaſallo.

56 Honor, & dignitas in ſeſſione conſiſtit.

57 Capite cooperto ſuperiori alloqui sūma eſt dignitas

58 Inſigniorum vſus, fructus poſſeſſionis eſt, Regalis tituli.

60 Æquiparatorum idem ius, nullaque inter æquiparata, eſt differentia.

61 Hyeroſolimitanę Religionis Prior, & Meſſanæ degens ſub regia protectione eſt, in ſua eccleſia, Regio ſtato fungitur, & Ordinarius in ſuos dicitur.

62 Metropolis ciuitas, ſuæ prouinciæ caput autoritatem habet, & regali vtitur dignitate (Grandium inſtar) cuius honor an debitus etiam ſit eius Ambaxiatoribus, & legatis.

64 Succeſſor prædeceſſore ſuo defuncto, omnia ad regalem ſuam dignitatem ſpectantia exercet, inueſtitura nondū habita. Ampl. nu. 67. Declar. nu. 68.

65 Bellon. lib. 4. Suppnt. iur. c. 15. num. 7. 8. reprobatus.

66 Poſſeſſio iuris patronatus continuatur in hæredem ex ſtat. de continuand. poſſeſ. defunc. Con

tra

Digitized by Google

tra alios.
69 Facultatiuus actus ad transferendam poſſeſſionem ſatis non eſt; ſed qui facultatis ſint actus? num. 70.71.87.
72 Conſuetudo in præminentijs ſeruanda eſt, ſi iuri communi, aut Municipali non repugnet; ſed quod tempus requiratur?
73 Manutentio in præminentijs datur, licet Vno actu quaſitis.
74 Ciuis pro ſua Ciuitate idoneus eſt teſtis, & quando?
75 Scripturis publicis probatur immemorabilis; & quando?
76 Conſuetudinis immemorialis qui ſint effectus. num. 82.86. Nec Principis ſcientia requiritur, nu. 82.
77 Sanctiora ſunt, quæ moribus afferuntur, quàm quę imperantur legibus.
78 Titulus ſi vitioſus eſt, non prodeſt exhibenti; qui immemorabili nititur, poſſeſſioni: ſecus ſi ab aduerſario exhibeatur, & ille neget ſuũ eſſe titulũ.
79 Cooperiendi, & ſedendi dignitas, vt priuilegio, ſic & preſcriptione acquiritur.
80 Nobilitas, & Regalia (exceptis ſupremis) quę abſque ſpeciali Regis commiſſione poſſideri non poſſunt, ſine titulo haberi poſſunt, præſcriptione, aut priuilegio.
81 Vſu, aut priuilegio, nedum acquiri poteſt immunitas ab oneribus, ſed à ſubiectione, & homagio.
84 Actus hominum à voluntate pendent, nec vltra extenduntur, quã voluntas coniecturis etiam probata expreſſe dicitur.
85 Actus omnis ab vſu interpretatur; & ſubſequens antecedentem actum declarat.
88 Præſcriptio immemorabilis; contrarijs actibus interrumpitur, niſi completa prius fuerit.
89 Prorex, ſiue alius ſuperior Principes, ſi illi, cui ius cooperiendi, & ſedendi competit, ſedere, & cooperiri non mandet, iniuriam infert; ſique interdicta etiam competunt poſſeſſoria.
90 Titulus & dignitas regia, ſi cui fuerit conceſſa, Realis ne, vel perſonalis præſumatur. Diſtingue plures caſus.
91 Maritus fit comes, ſi vxorem duxerit Comitiſſam, & quando ſecus: Diſtingue.
92 Vxor mariti radijs coruſcat; cuius gaudet priuilegijs, & foro, Marito etiam præ defuncto, donec non nupſerit.
93 Externus fit Meſſanenſis, ex vxore Meſſanenſi? Quid ea mortua? Diſtingue plures caſus.
94 Pote, de poteſt. proreg. tit. 10. §. 1. nu. 40. reijcitur.
95 Vxore Meſſanenſi mortua, ſi maritus exterus aliam Panormitanam vxorem duxerit, Meſſanenſi priuatur ciuilitate.
96 Donatio cum ſit perpetua, donatario vltimo ſine filijs defuncto, ad donantem non reddit, ſed vltimus diſponet, Contra. nu. 89. Declar. nu. 100.
97 Pactum reuerſionis, in donatione graduali reſtrictum ad perſonam primi donatarij, non tranſit ad ſubſtitutos Declar. num. 101.
98 Pactum reuerſionis bonorum expirat filijs à primo, vel ſecundo donatario relictis, nec ad donantem reddit, quod donatum eſt; licet primi donatarij ſine filijs decederit? nec repetitum in ſequentes gradus pactũ illud cenſetur. Declar. nu. 102.
103 Titulum regalem Comitatus, & c. ſi filius à Rege impetrauerit ſuper feudo ſibi à patre refutato; mox abſque filijs decedat, ſuperſtitibus patre, fratre, vel ſorore, Quis eorum in feudo ſuccedet, & An etiam Titulum habebit? plures caſus diſtingue, num. 105.
104 Pater feudi refutati ſucceſſor, omnia onera à filio contracta ſoluere cogitur licet ex pacto, & prouidentia ſit feudum.

Di detti Marchiſati, Contati, Baronie et Feghi.

Eorumdem Marchionatum, Comitatum, Baroniarum, & Feudorum, Glos. XIII.

VT ſi quid fortè vos, ex ſuperioribus commentatijs, tædij cæperit oportune releuetur, hanc vtiliſſimam interijcere tractationem operæpretium forè putaui, qua de Comitali, Marchionali, cæteriſque regijs dignitatibus, earumque præeminentijs, non longo verborum anfractu, diſſeram; ita enim, vt diſtantes centes veſtrum omnium animi reficiantur, & ad alia præſtantiora ſpiritus vegetiores ſumant: Perindè ac ij, qui à Scorpijs icti ſunt, ſolent ab eiſdem remedium petere; ita verè Studioſis illud proprium exiſtimaui, vt animi laſſitudinem è grauioribus ſtudijs contractam, ab ijſdem tamen amænioribus ſtudijs recreet, atque relaxet. Sicuti enim in vita, atque & in ſtudijs pulcherrimum, & humaniſſimum eſt, ſeueritatem, comitatemq; miſcere, ne illa in triſtitiam hæc in petulantiam procedat, ex Plin. iun. epiſtol. lib. 8. Principatus dignitas etſi feudorum iure, in Feudatarij perſona non fuerit cognita
1 † quia Princeps pro Imperatore accipitur, cui ſoli Principis nomen propriè competat, atque hic, ea appellatione denotari ſoleat in legibus Romanis, l. Princeps. ff. de legib. l. 1. ff. de conſtit. Princ. §. ſed & quod Principi. inſtit. de iur. natur. & ex libris feudorum, ad tex. t. 1. de natur. feud. c. 1. quis dicat. dux. Sixtin. de regalib. lib. 1. c. 4. num. 23.

Noua tamen in Regno non eſt dignitas, ſed antiqua, ex *Afflict. in Conſtit. ſcire volumus nu. 8. rub. 1. lib. 3. Lanar. c. 1. num. 36. de his qui feud. dar. poſſ. Curte, de feud. p. p. §. ſed unde digreſſ. 4. num. 2. 10.* & dicitur prima poſt regiam, ſicque maior eſt cæteris, *Caſſan. de Glor. mund. p. p. 5. conſider. 54. Decian. conſ. 19. num. 227. in 3.* cum ſit nomen ordinis, & dignitatis, *Corrad. templ. iud. lib. 1. c. 3. de Princip. num. 2.* Proindè cò deuentum eſt, vt comites, Duces, Marchiones, ac ſimilem regalem dignitatem ha-
2 bentes † generaliter vocẽtur Principes, quod expreſſim à Federic. Imper. iure feudorum actum eſt ex c. 1. verb. à Principibus italicis. de prohib. feud. alien. per Feder. & paſſim à Carulo, IV. in Aurea Bulla. Atque hic ſimul illud obſeruandum inquit, *Sixtin. d. c. 4. num. 25.* non nullos ex ipſis, Ducis, Marchionis, & alterius ſpecialis nomen non habere, Sed ſolum Principes hodie nuncupari Sic & plures alij in imperio ſunt, qui Principatus
3 titulũ habent, eoq; etiam inter Duces † aliarumuè dignitatum regalium titulos vtuntur. Huiuſmodi Principem etiam Ducem Sabaudiæ reſpectu Pedamotanę regionis, & Principem Pedemontium appellari teſtatur, *Iacobin. à S. Georg. de feud. verb. Princeps Pedemontium. Caſſane. de Glor. Mund. p. 5. conſid. 54.* vt merito ſereniſſimum illum appellet, *Menoch. cons. 1. num. 158. & de arbitr. cas. 316. nu. 30.* ſic Ferrariæ Ducem, Principis Carpi titulum etiam habere ſcripſit, *Decian. cons. 19. nu. 211. in 3.* Reges ergo, Duces, Marchiones, Comites de iure, vel de facto, ſuperiorem non recognoſcentes, Principis locum tenent, imò Principes ſunt, cum à tempore immemoriali ſacrum imperium non recognouerint, *ex not. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſig. Sola. in proem. ad Decret. Sabaud. glos. 3. num. 10. Tap. de Conſtit. Princ. in rub. c. 1. nu. 9.* & in ciuitatibus liberis expreſſa dixit, *Bart. L. hoſtes. ad fin. ff. de Capt. & poſt lim. reuers. in l. 2. nu. 2. ff de iur. fiſc. Suar. alleg. 6. num. 14. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. nu. 44. Tap. d. nu. 9.* & id poſſunt in ſuo ſtatu, quod Imperator in ſuo imperio, *Decian. cons. 41. in 2. Peregr. d. tit. 2. num. 45.*

4 Princeps itaque dicitur † quaſi primum locum capiens, *glos. c. fundamenta. §. proinde. de elect. in 6. glos. l. numerarios. verb. Principatus. C. de appar. it. mag. milit. lib. 12. Pennen. C. de princip. agent. in reb. lib. 12. Boer. de author. magn. concil. ſub num. 104. Lancell. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 3. de princip. num. 1.* Principatus ſimpliciter ita appellatus, tantè nonnullis locis fuit, vt eiuſmodi Principes de conſuetudine talibus in locis, & præcipuè Siciliæ, præcedant, ne dum Comites, ſed & Duces, ac Marchiones, *ex Pacian. de probat. lib. 2. c. 37. num. 10.* vbi addit etiam, non deeſſe, qui eos vocauerint Pricipes abuſiuos, *teſte Afflic. c. 1. quis dic. dux. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. num. 27. & docuit glos. cl. m. 1. de Baptiſm.* omnem habentem Merum, & mixtum imperium, vel Baroniam dici Principem, *Decian. cons. 19. num. 224. in 3.* Proindè aduertendum cenſui, quod cum ſemper in perſonam Principis loquamur; Appellatione Principis, in materia indifferenti, veniunt tum ſupremi, qui ſuperiorem non recognoſcunt, tum inferiores iuriſdictionem in dominum exercẽtes, *c. ſi Abbate. de elect. in 6. Petra, de Princip. poteſt. fol. 16. nu. 15. Capiblan. de Baron. in præfact. num. 29. tom. 2.* imò Diuites omnes, Principes appellari ex multis probat, *Molin. de primog. lib. 1. c. 2. num. 24. Palaez, de Maior. p. p. quæſt. 1. num. 22. Maſcard. de probat. concluſ. 1000. num. 4.* ſed Principatus dignitatẽ non habere, *Afflic. in Conſtit ſcire volumus, nu. 1. rub. 1. lib. 3.* Vera namque Principis appellatio, Barones non includit, nec qui ex ſeculari aliqua dignitate vocantur Principes; ſed eos dumtaxat, qui ob magnum eorum potentatum Regibus ſunt ſimiles, *glos. d. clem. 1. verb. regum. Lotter. de benefic. lib. 1. quæſt. 31. num. 73.* ſed vbi Imperator conſtituit aliquem verum Principem, & Ducem, cenſendus eſt Imperator potius intellexiſſe de ſpeciali Principatus dignitate, quam de generali, *Decian. cons 19. num. 226 in 3.*

5 Omnes vero fatentur † Principatum, Ducatum, Comitatum, Baronatum & alia, propter feuda eſſe, *ex Matth. Vat. 210. num. 1.* quæ dicuntur titulata *Curte. de feud. §. 4. num. 2. Roſentall. de feud. c. 2. concluſ. 1. num. 4.* ſeù feuda dignitatum, *Alex. cons. 5. num. 11. in 3. Borell. de reg. præſtan. c. 5. num. 6. Gigas. cons. 60. nu. 68. Curte. d. §. 4. num. 3. Nizol. alleg. 1. nu. 126.* ſeù regales dignitates, *c. 1. de feud. March. Bart. cons. 42. nu. 3. p. 2. Redin. de Maieſt. princ. in princ. num. 52. Oſasc cons. 19. num. 34. Clar. §. feudum. quæſt. 10. Nizol. alleg. 1. num. 127. Molin. de primog. lib. 1. c. 1. num. 15. lib. 2. c. 2. num. 4. Corrad. templ. ind. lib. 1. c. 4. nu. 6. Caſſan. de Glor. mund. p. 5. conſider. 55. Tuſch. lit. D. concluſ. 426. num. 1. Pacian. lib. 2. de probat. c. 37. num. 15. Palaez, de Maiorat. p. p. quæſt. 8. num. 1. Boer. iun. cons. 95. nu. 92. in 3. Menoch. conſ. 1. num. 36.* licet ſint, qui hoc fruſtra oppugnet. Alij vero feuda regalia, illa eſſe opinatur vel quia, iſti, quibus conceſſæ ſunt dignitates prædictæ, in eorum feudis Regis locum habent, *Paris. Pute. de reintegr. feud. c. 1. de feud. regal. Oliban. de iur. fiſc. c. 6. num. 5. Bianchi de inveſtit. p. 2. c. 53. num. 14.*

vel

vel quia annexam habent regalem dignitatem, *Bald. Aluarot. Prapoſ. & Iaſ. in prælud. feud. num. 11. Afflict. c. 1. §. fin. num. 27. de his qui feud. dar. poſſ. Curt. de feud. p. p quæſt. 8. num. 4. Zaſ. de feud. p. 2. num. 2. Ferrer. de feud. c. 6. decis. 3. Rebuff. in arbor. feud. diuiſ. 2. Schrader. conſ. 13. nu. 95.* vel quia à ſolo Rege conferri hæc ſolent, *l. ſacrilegij. C. de diuers. reſcript. l. ſi conſtat. C. de appell. c. 2. de elect. Garz. num. 6. ſub. C. de dignit. lib. 12. Curte. de feud. § 4. nu. 4. Bouadill. in polit. lib. 3. c. 2. num. 1. Borrell. de reg. præſt. c. 40. num. 20. 94. Tap. de conſtit. princ. in rub. c. 4. num. 6. Oſaſc. deciſ. 40. num. 7.* Qui ſolo verbo Barones conſtituit, Duces, Comites, Marchiones, ac Principes, *ad tex. Conſtit. quæ de dignit. §. præterea. Anna, iun. cons. 56. num. 21. Soc. cons. 67. in 1. Franc. decis. 62. num. 9. Molin. de primog. lib. 1. c. 11. num. 22. Theoder. alleg. 31. nu. 33. Larat. conſ. 87. nu. 37.* ſi ex certa ſcientia id egerit, *Anna, iun. cons. 66. num. 48. 53.*

6 Sunt enim dignitatum † theſauri in Rege reconditi, *ex Bald. c. 1. num. 1. quis dicat. dux. Iacob. de Franc. tit. de his qui feud. dar. poſſ. nu. 46. Curt. ſen. cons. 68. num. 6. Soc. cons. 68. num. 3. in 1. Anna, alleg. 57. num. 2. alleg. 120. num. 3. Curt. iun. cons. 1. num. 17. Tap. de conſtit. princip. rub. c. 4. num. 8. Rim. iun. cons. 5. num. 93. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 4. num. 5. Valenzuel. cons. 82. nu. 24. Anton. Sola, ad Decret. Saband. in proœm. gloſ. 2. num. 4. Bocholt. de feud. c. 4. num. 12. Franc. deciſ. 62. num. 3.* qui & Regem, dignitatum fontem eſſe, probat, *d. num. 5. Aluarot. c. 1. num. 4. quis dicat. dux. Schrader. de feud. p. 4. c. 1. num. 2.* a quo omnes profluunt, *d. l. ſacrilegij. Bald. c. 1. num. 1. quis dicat. dux. Plate. l. 1. ad fin. C. de ſilentiar. lib. 12. Dec. cons. 408. num. 17. Curt. iun. conſ. 57. num. 10. Iudens. de Princip. quæſt. 540. Paris. Pute. de re milit. lib. 7. nu. 11. Hennig. Goden. cons. 3. num. 23. 24. Purpur. cons. 402. num. 49. Petr. Gregor. de republ. lib. 6. c. 12. num. 5. Valenzuel. cons. 82. num. 12. Schneid. de feud. p. 2. num. 98. Georg. alleg. 31. num. 16. Decian. cons. 19. nu. 185. in 3. Gaill. lib. 1. obſer. 30. num. 21. Tap. d. c. 4. nu. 5. Lesitier. de primog. conclus. 3. quæſt. 11. num. 14. Sola, ad Decret. Saband. in proœm. gloſ. 2. nu. 3. Roland. cons. 19. num. 4. in 4.* & ad eum refluunt, *Bald. c. 1. §. ad hæc. de pac. iuram. firm. Iacob. à S. Georg. de feud. verb. perpetuuſque vicarius. num. 6. Curt. ſen. cons. 68. num. 6. Sixtin. d. c. 4. num. 3. 4. Ponte, feud. lect. 6. num. 50. Roſentall. de feud. c. 5. conclus. 85. num. 3. notat. & merito Tap. d. rub. de Conſtit. princ. c. 4. num. 7.* Epiſcopo, Comitali dignitate, inſignito, à Rege collatam illam præſumi, ſed non omnis Regis collatio dignitatem tribuit, *ex Aluarot. c. 1. nu. 1. quis dic. dux.* Niſi quæ feudum confert annexam habens dignitatem, *Molin. de primog. lib. 1. c. 11. num. 12. 20. 21. Ponte, feud. lect. 6. num. 48. Bouadill. lib. 2. polit. c. 16. num. 6. Rouit. pragm. 1. num. 67. de titul. abus. in ſcriben. ſublat.*

7 Ex his infertur, minus rectè ſenſiſſe † *Paris. pute. de reintegr. feud. c. 1. de feud. regal. num. 4.* dum aſſerit, illas ſolum dici regales dignitates, quando fortaſſe Comitatus, Marchionatus & aliæ, non recognoſcuntur ab alijs; proindè principes, Duces, & alij in Regno Siciliæ non dicuntur habere regalem dignitatem; nec regiam, quia Regi ſubſunt etſi poſſideant regalia eis conceſſa ex priuilegio; & cum ſubalterni ſint, Comites, Duces, Principes, dicuntur nomine, non re, ſed errat, *Paris. Pute. d. nu. 4.* Dupliciter namque conſiderari poteſt Regalis dignitas, vel reſpectu concedentis, ex eo quod alius illas concedere non poteſt, niſi ſolus Rex in Regno ſuo, & tunc rectè appellari poſſunt Regales dignitates: Res enim conditionem ſumit, & ſtatum à perſona conferentis, *Balzar. de feud. tit. quis dic. dux. ſub num. 23. Alex. cons. 30. num. 19. in 1. Nizol. alleg. 1. num. 119. 127.* poteſt & ſecundo, conſiderari hæc regalis dignitas, quatenus exercetur ab illo, qui eam habet; & hoc caſu, verum eſt quod, *Paris.* illic inquit, iſtam non eſſe regalem dignitatem, quia iſti ſubditi, & inferiores à Rege, in regno iura illa & regalia exercere non poſſunt: Regalia, intelligit, *Roſentall. de feud. c. 2. conclus. 1. nu. 2.* non de omni re regali in feudum conceſſa, ſed de eo, quod ab Imperatore, Rege, vel ſupremo aliquo Principe, (aut eo, cui id ex ſupremi alicuius principis priuilegio licet) cum annexa regali dignitate conceditur, veluti, regni, ducatus, marchionatus, comitatus: Nec ſola poſſeſſio facit eum Baronem, Comitem, *ad tex. l. herennius. ff. de decurion. l. uxoris. § ſcrupulum. ff. de vſufr. legat. Iſern. c. 1. de Capit. qui curri. vend. Paris. pute. de integr. feud. ad Iſer. tit. 69. vers. An ſe notorium. fol. 422.*

Cæterum non dedignatur Rex minorem
8 dignitatem † in maiorem erigere feudum in Baroniam; ipſamq; Baroniam in Comitatum, quod in dies actum conſtat, *ex Bald. conſ. 276. in 3. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. quæſt. 3. num. 8. Anna, iun. cons. 66. num. 1.* licet alium Baro ipſe non ſubinfeudet, *Anna, iun. cons. 56. num. 27.* imò dignitas addita dignitati auget illam, *l. Senatorem. ff. de ſenator. prob. ad Monach. c. quamquam. num. 3. de elect. in 6. Bald. l. ſed & milites. num. 1. ff. de excus. tut. Montan. de amb. magn. conſil. num. 13. Afflict. & Vrſill. deciſ. num. 21. Valenzuel. cons. 34. num. 112.* Hinc
9 feudum in regno, poteſt Rex † erigere in de-

ma-

manium, ac homines feudales, & vaſallos à ſeruitijs & iure vaſallagij Baronis liberare, *Pennens. l. poſſeſſores. col. 7. C. de feud. patrim. lib. 11.* ſi iuſta tamen adſit cauſa, & enormè non ſit, quod agit, *Pennens ſequitur Frecc. de ſubfeud. lib. 1. sub de orig. baron. num. 33. D. Corſet. conſ. 13. nu. 10. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quaeſt. 7. num. 26.* ſubdit tamen id poſſe fieri, ſi nedum magna & iuſta ſit cauſa, ſed pretium etiam exolbatur Baroni, quod in feudo empto, & ex contractu habito procedere voluit, *Cravet. cons. 6. num. 109. Vrſill. ad Afflict. decis. 265. nu. 16. Corſet. cons. 13. ſub nu. 10.* Quod ſi aliter à Rege fiat, licitè conqueritur Baro, & iure optimo petit prouiſiones de iuſtitia committi, poſtquam alia remedia ab *Abb.* tradita *cons. 4. in 2.* in Regno non admittenda, imò periculoſa eſſe dixit, *Gregor. d. quaeſt. 7. num. 25. & ead. p. p. quaeſt. 4. ad fin. Corſet. cons. 13. ſub num. 10.* Quin imò ex feudo allodium, ac ex allodio feudum cõſtituere Rex, *Iſer. c. 1. de controuerſ. feud. int. pares termin. Camer. fol. 95. Iſern. num. 15. in c. imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quaeſt. 5. nu. 2. Georg. de feud. c. 10. nu. 9. Roſentall. de feud. c. 6. concluſ. 69. Gramam. deciſ. 103. num. 12. Laüar. conſ. 15. num. 6.* ſolus enim

10 princeps † dat ſpiritum feudo, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quaeſt. 28. num. 18. Georg. d. c. 10. num. 4.* & formam, *Petr. Gregor. de conceſſ. feudi. p. 3. quaeſt. 6. num. 5.* & nouas dignitates creat, & erigit, *Iſern. c. 1. num. 10. de his qui feud. dar. poſſ. ca. nu. 7. 11. le controuerſ. feud. apud Pares termin. c. 1. nu. 22. de capit. qui cur. vend. Loffred. cons. 39. num. 1. Valenzuel. cons. 82. num. 13. Anna, iun. cons. 56. num. 14. conſ. 66. num. 1. 46. Tuſc. lit. D. concluſ. 422. num. 2. lit. I. concluſ. 36. lit. R. concluſ. 43. Lother. de benefic. lib. 1. quaeſt. 5. num. 14.* ſicut

11 & noua Metropolis † conſtitui ab eo poteſt, antiqua etiam contradicente, *l. 1. C. de Metrop. Berit. lib. 11. Salern. decis. 10. num. 2.* & ſolo verbo, *Anna, iun. cons. 56. num. 19. Decian. conſ. 21. num. 18. Iaſ. cons. 7. num. 19. 20. in 3.* ſi ex certa ſcientia princeps faciat, *Anna, iun. cons. 66. num. 48. 49. 98.* & vicum ciuitati ſubiectum poteſt facere Oppidum, ſeù villam, *Suarez, alleg. 7. Tabor. decis. 16. nu. 10. p. 2.* conſentiente praeſertim (vt ipſe inquit) Magiſtratu illius ciuitatis, ſeu Terrae, cui ſubeſt, in eius namque praeiudicium locorum diuiſionem fieri non poſſe, edifferit, *Bartol. d. l. 1. nu. 10. Tap. S. C. deciſ. 4. num. 90.* Vaſallus vero †

12 non poteſt de re feudali, Burgenſaticum facere, *Iſer. c. 1. de controuerſ. apud Pares termin. & in c. 1. ad fin. An ille, qui interf. fratr. domin. Paris. pute. de reintegr. feud. c. 27. 2. num. 6.* in ſubſ.

13 Prouintiae vni † licet duo deputari nõ poſſint praeſides, vel in vna Ciuitate duo Rectores, monſtruum enim eſſet, Corpus habere duo capita, *c. quoniam. de offic. ord. nec in apibus. 7. quaeſt. 1. l. ſi eadem. ff. de offic. aſſeſſ. l. binos. ubi Bald. C. de adnot. diuerſ. iudic.* poteſt tamen princeps vnam prouintiam diuidere in duas, *c. 1. diſtin. 99.* & videtur caſus, *d. l. ſi eadem. & d. l. binos. Bald. & Purpur. l. 1. num. 29. ff. de off. aſſeſ. Greg. Lopez d. 2. gloſ. 13. l. departir. tit. 1. p. 2. Hyeron. de Monte, de finib. c. 1. num. 11. c. 4. nu. 11. Soc. iun. conſ. 126. num. 10. in 1. Bero. conſ. 65. nu. 107. cons. 74. num. 31. 32. in 1. Salern. decis. 10. num. 5. Anna, iun. cons. 56. num. 15. cons. 66. num. 1. Azened. l. 13. num. 1. tit. 7. lib. 7. recop. calic. in Marg. fiſc. dub. 8. num. 6. verſ. 50. Pacian. de probat. lib. 1. c. 27. Alba, cons. 113. cons. 114. cons. 130. Seſſe, decis. 187. Bouadill. lib. 2. polit. c. 16. num. 206. Sola, ad Decret. Sabaud. tit. 1. de petit. & citat. gloſ. 8. num. 3.* ſic & vnam Ciuitatem in duas, vel duas in vnam ad libitum conſtituit Rex, *Camill. Medic. cons. 21. num. 17.* Poteſt tamen vnus, Praeſes eſſe duarum prouintiarum, *§. illud. Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. Iſer. tit. de feud. Marchi. Par. 3 ue. in Compend. ad Iſern. tit. 12. in princ.* Nec abſurdum eſſe in-

14 quit, *Brun. cons. 139. poſt med.* in eadem † ciuitate poſſe plures, & diſtinctas eſſe vniuerſitates, *Cancer, 3. reſol. c. 3. de priuileg. num. 404. Canale. decis. 4. na. 7. p. 2.* vbi vnionem, & ſeparationem Caſtrorum, & Villarum, & Eccleſiarum, dicit poſſ. fieri in totum, & in parte quoad quid tantum, *Cancer. d. c. 3. num. 405. Pacian. de probat. lib. 1. c. 27.* vbi explicat quando vniuerſitas annectat, vel ſeparat, ſua priuilegia, imò ſi oppidum creari non poteſt Ciuitas & vniuerſitas per ſe, poteſt tamen in eo conſtitui iudex, qui iuriſdictionem ibi, vt in quarterio eiuſdem vniuerſitatis exerceret, quia in vna, & eadem vniuerſitate, & vno territorio conſtitui poſſunt plures iudices, *ex Bald. l. 1. num. 2. C. vbi quis de Curial. late Brun. d. cons. 139. & cons. 142. Franc. decis. 22. num. 1. Anna, iun. cons. 59. num. 44.* & addit poſſe adeſſe diuiſionem territorij reſpectu iuriſdictionis, & communionem reſpectu proprie-

15 tatis, *Cancer, d. c. 3. num. 408.* Princeps enim † vnit, & diuidit, *l. ſi eadem. ff. de off. aſſeſſ. Bartol. l. 1. nu. 8. 10. C. de Metrop. Berit. lib. 11. Crauet. conſ. 411. nu. 20. Soc. iun. cons. 91. nu. 4. in 2. Iaſ. de iur. vniuers. p. p. c. 2. nu. 9. Menoch. conſ. 164. d. nu. 63.* etiam contra priuilegia eiſdem conceſſa, *Cancer, d. c. 3. num. 420.* Quod ſuperioritatis eſt ſignum, *Alba, cons. 64. nu. 15. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. nu. 105.* & alij a me citati, *conſ. 29. nu. 3.* & licet caſtrũ, pagum, oppidũ alicui ciuitati ha-

16 hactenus ſubiectum adimere † & alteri in-
feudare ex certa ſcientia poſſit Rex, Caphal.
cons. 155 num. 12. Roſentall. de feud. c. 3. conclus.
21. num. 1. Menoch. cons. 264. num 65. ſi tamen
oppidi illius ciuitas effecta ſit domina ex cō-
tractu, inueſtitura, aut priuilegio, quod in
contractum incideret, tunc ſecus, Roſentall. d.
conclus. 21. num. 2. Pancirol. cons. 23. num. 6. conſ.
26. Plot. cons. 24. num. 53. Natt. cons. 636. num.
54. Crauet. cons. 592. num. 87 89. Alba, cons. 111.
Petra, de princip. potes. c. 10. à num. 21. Gabr. de
iur. quæſit. non tollen. conclus. 7. num 3. 4. Couar.
pract. quæſt. 1. num. 10. Menoch. cons. 264. nu. 36.
38. 40. Seſſe, decis. 187. num. 8. 9. Morat. conſ. 46.
Vt de vrbis Meſſanæ oppidis ſcripſit, in term.
Petr. Gregor. de conceſſ. feud. p. p. quæſt. 6. num. 1.
2. 3. 4. immediatus namq; dominus ipſe non
eſt, Vinc. decis. 126. num. 11.

17 Feudo vero vnum † in plura diuidit Rex,
ex Iſern. c. 1. §. ſimiliter. §. olim. num. 22. de capit.
qui curi. vendid. Anna iun. cons. 56. num. 16. Saler
nit. deciſ. 10. num. 5. Feudi tamen plura mem-
bra ſimul vnita habentis, quiſquam immu-
tare vel derogare non licet feudatario, dero
garetur namque titulo feudi, ſi de vno plu-
ra de per ſe conſtituerentur ſeparata, & vnū
multiplicaretur in plura feuda, quod omni-
no prohibitum eſt in feudis titulatis, ex c. im
perialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien.
per Feder. Tap. N. decis. 4. num. 13. Intrigl. feud.
cent. 1. quæſt. 39. D. Regens. Corſet. in ſcholiis, ad
patris cons. 11. num. 25. niſi peculiare à princi-
pe haberet diuidendi priuilegium, Iſern. c. 1.
num. 4. de feud. March. Bart. l. 1. num. 9. C. de Me-
trop. Beryt. lib. 11. Muta, ad. c. Volentes. 28. num.
320. Tom. 2. Tap. N. decis. 4. nu. 30. Intrigl. feud.
18 centur. 1. quæſt. 39. num. 38. cui ſoli ius † com-
petit vniendi, diſmembrandi, diuidendi, &
ſupprimendi dignitates, ac iuriſdictiones om
nes, l. 1. C. de Metrop. Beryt, lib. 11. l. ſi eadem. ff.
de off. aſſeſ. §. illud. Auth. Vt indic. ſin. quoque ſuf-
frag. & in hoc fundatam ipſe Rex ſuam ha-
bet intentionem, c. ſicut Vnire de exceſſ. prælat.
Gloſ. & Doct. c. 1. ne ſede vacan. c. cum episcopus.
vbi, Franc. Anchar. Gemin & alii. de off. ordin. in
6. Bart. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. Vrb.
Bal. c. vno delegatorum. nu. 8. de off. de leg. Lopez,
l. 2. tit. 1. p. 2. Brun. cons. 54. num. 4. 5. Anna, iun.
cons. 56. cons. 66. Caſſanat. conſ. 43. num. 3. Couar.
pract. quæſt. 1. num. fin. quæſt. 37. num. 7. Natt.
cons. 512. nu. 1. cons. 636. nu. 86. cons. 657. nu. 17.
19 Prioris dignitatis priuilegia † nec amitte
re eum dicimus, cuius dignitas augetur ex
maiori, l. falſa demonſtratio. §. 1. ff. de condict. &
demonſtr. l. eos. C. de excus. muner. lib. 10. vbi gloſ.
verb. creuerint. l. 1. C. de conſul. l. 3. C. de dignit. lib.
11. l. cum ex oratione. ff. de excuſat. tutor. l. ſi cum
qui ff. de exercit. act. l. filio quem pater. ff. de lib. &
poſth. Garz. rub. C. de dignit. lib. 11. num. 10. Ol-
drad. cons. 239. aliàs cons. 267. Gemin. cons. 70.
num. 7. cons. 125. num. 12. Caſtr. cons. 31. num. 1.
in 2. Anna, iun. cons. 40. num. 43. Valenzuel. conſ.
94. num. 50. Tuſc. lit. D. concluſ. 425. num. 1. 2. 3.
4. Marzar. cons. 26. nu. 48. quia dignitatis non
tollit dignitatem, l. hac ſaluberrima. C. de præ-
poſ. agent. in reb. lib. 12. Aldobrand. §. 1. num. 18.
inſti. quib. mod. ius patr. potes. ſoluit. Valenzuel.
cons. 34. num. 10. Anna, iun. cons. 40. num. 43. ali
as diminueretur dignitas, quod dicendum
non eſt, cum potius augeri, quam minui de-
beant dignitates, l. Obſeruandum. ff. de offic. præ
ſid. auth. de Trien. & ſemiſſ. in princ. collat. 3. Bar-
bat. cons. 14. num. 7. in 4. Valenzuel. cons. 34. num.
111. cons. 82. num. 28. Nec maior dignitas præ
iudicat minori, Rebuff. l. 3. num. 1. C. de dignit.
lib. 11. denominatione excepta, qua includi
omnia dixere, Gemin. cons. 125. num. 13. Tuſc.
d. concluſ. 425. num. 5. Valenzuel. cons. 94. nu. 51.
& maior attenditur, Rim. iun. cons. 740. nu. 27.
20 Regis enim dignitas eſt † augeri dignitati-
bus ſubiectorum, Ceſſane. de glor. mund. p. 5. con-
ſid. 39. Borrell. de reg. præſtan. c. 80. num. 2. ipſa-
que realis dignitas creata à principe ſubie-
ctionem arguit ipſi creanti, Soc. cons. 165. in 1.
Tuſc. lit. D. conclus. 422. num. 6. & maior ac præ
ſtantior exiſtimatur, qui melioribus præeſt,
auth. de defenſor. ciuit. §. nos igitur. §. generaliter.
Auth. Vt noua fact. conſtit. Rom. conſ. 460. Api-
cell. alleg. 13. num. 32. Borrell. de c. 80. num. 1. Tuſc.
lit. D. concluſ 430. num. 24. Boer. de anthor. magn.
cons. num. 12. Raſq. illuſtr. controuers. in præfat.
num. 26. Valenzuel. de Bell. & ſtat. conſider. 2. nu.
76. Caſtan. de Glor. Mund. p. 2. conſider. 26. nu. 26.
Reipublicæ intereſt, nobiles eſſe homines,
Borrell. de reg. præſtan. c. 4. nu. 13. ipſeque præ-
ſes nobilitatur per ſubditos, Gratian. diſcept.
590 num. 19. Capic. decis. 27. num. 21. 25. Fon-
tanell. de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 10. p. 2. num. 84.
Tom. 1. Tepat. variar. 2. tit. de honor. in princ. Glo
ria Regis eſt in lata gente, Valenzuel. & Api-
cell. loc. iam citat. ſic regnum magnos habens
feudatarios nobilitatum cenſuit, Bald. cons.
333. in 1. Tuſc. d. concluſ. 430. num. 13. & qui
21 feudum poſſidet † cum mero & mixto impe
rio, nobilis eſt, & dignior cæteris, Iſern. c. 1.
§. cæteri. Quis dicat. dux. Guid. Pap. Palaz. de Ma
ior. p. p. quæſt. 1. num. 13. Tuſc. lit. D. conclus. 427.
num. 7. Decian. cons. 19. num. 5. in 3. licet ruſti-
cus natus ſit, Crauet. cons. 952. num. 7. Tuſc. d.
conclus. 427. num. 8. 9. Tum maximè, ſi prin
cipis gratia feudum habuit, Decian. cons. 19.
num. 15. in 3. dignitas à iuriſdictione in Ca-
ſtro,

ſtro, & Villa, acquiritur, *Capic.decis.32.nu.9.*
11.Cravet.cons 952.nu.7.Palacz.d.quaeſt.1.nu.
12.22 Cabed.de.is.11.nu.12.p.2.Auend.de mand.
reg.p.2.c.14.nu.31.Tepnt. loc.cit. Menoch.lib.4.
praeſu.not.78.nu.24. à iuriſdictione propriè feu
dum dicitur, *Marta, vot.210.num.2.3.Frecc.de*
ſub feud.lib.2.author.29.nu.4. quæ ſolo verbo
confertur à Rege, *Franc.decis.62.num.8.9.An*
na, Iun.cons.44.nu.8. indè eſt, vt res à perſona
ſtatum habeat, *l.1.C.de impon.lucrat.deſcript.lib.*
22 *10.* & mutatione perſonæ licet mutetur † rei
conditio, *l.fin. ff.de inoff.teſtam.l.paulus.alias,*
per procuratorem.ff.de acquir. hered. Georg de
feud.c.40.num.21.Anna,alleg.70.num. 34. Pe-
regr.decis.13.num.6.decis.77.num. 7.Menoch.
cons.401.num.30. in feudis tamen perſona à
re ſumit ſtatum, quia conceſſo ducatu, fit
dux *Ponte, feud. lect.6.num.45.* mutatio ſta-
tus, inducit aliam perſonam. *Bart.l. iuriſgen-*
tium.§. ſi ante aditam. ff.de pact.Salern. in addit.
ad alleg.36.num.88.poſt.decis.

Sed & illud ad extremum admonendi ſu-
23 mus, feudalem dignitatem † omnem dupli-
citer conſiderari: Aliam in ſuo proprio ſigni
ficatu; Quæ annexam adminiſtrationem ha
bet cum iuriſdictione, *Abb.c.de multis.nu.21.*
de praebend.Bald.l.2.num 54.C.de ſeruit. & aqu.
Lothar.de benefic.lib.1.quaeſt.5.à num.17. quaeſt.
16.num.47. vel ſaltim præeminentiam, id eſt
gradum connexum adminiſtrationi, *l.honor.*
ff.de muner.& honor. Abb.d.c.de multis.num.23.
Oldrad.cons.150 num.50.Lother.d.quaeſt.5. nu.
18. Hæc ijs competit Titulatis, qui terras cũ
vaſallis habent. Aliam, quam ventoſam di-
xit, *Bald.c.cum olim.num.4.de conſuet.Lother.d.*
quaeſt.16.num.48. Hæc ijs propriè competit
qui ſolo alicuius dignitatis nomen in Titu-
lum honorantur à Rege, ac nomine tantum
ab alijs Regis vaſallis differunt; Decoris po
tius gratia, quam effectu, qui nominatur Ba
ro, Comes, ex *Abb.c.accedentibus.not.2.de ex-*
ceſſ.praelat.c.accedentes.not.5.de praeſcript.glos.c.
venerabilis.de elect.glos.c.pudor.32.quaeſt.2. Me
ritò ſubdit, *Bald. & alij, in c.1. quis dicat. dux*
plures appellari Comites, & Marchiones, nu
do nomine, ſine Comitatu, & Marchiona-
tu, *& in l.ff.de tut.& curat.dat.ab his.* Quod
quidem nudum nomen carere debet effectu,
Anton Sola, ad decret.Sabaud.tit.de nomin.gloſ.2.
Tep.u.2.variar.tit.de bonor. col.5. ſic de nudo
hæredis nomine dicitur, *l.2.§.ſed ſi ſint ſui.ff.*
ad Tertull. quod & nomen inane appellat, *Ci-*
cer.Tuſcul.1. nam vt idem, *Cicer.inquit.de Clar.*
Orat, non eſt honorem habere, honoris tan-
tum nomen ſi teneas. Et idem *Academ.1.*
inquit parum eſſe dignitatis nomen tenere,

,Qui

& ab ipſa re diſtare, quod vero nudum no-
men ſinè effectu, non ſit curandum in mate-
ria dignitatum edocuit, *Ias.cons.191.in 2.De*
cian.cons.19.num 118.in 3.

Eſt item, & illud omnino obſeruandum,
Baronatum, Comitatum, Ducatum, & ſimi
les dignitates, quod ſi allodiales ipſe ſint, &
liberæ, ac in Francum allodium à Rege con-
24 ceſſe † tranſire ſolum ad ſucceſſores ſangui-
nis qui à primo originem trahunt, non ad
hæredes extraneos, *glos.c.ſcripſit Verb. dignita-*
tem.27.quaeſt.2.Bald. l.data opera. num.29. C.
qui accus.poſſ.Vel non.Bald.num.6. Laudens.nu.
8.Prapos. num.3. Afflict nu.14.Aluarot.nu.2.
in c.1.de feud.March.Prapos.nu.50.in c.1.§.quia
vidimus.de his.qui feud.dar.poſſ.Iacobin.de feud.
Verb.dux.verſ.quid.ſi Rex.num.6.Dec.L. certum.
num.9.C.Und.cognat.& cons.85.num.3.4.Ias.
cons.114.num.2.in 1.Gozad.cons.8.num.3.conſ.
26.num.28.Capic.decis.31.num.4.Cepoll. cautel.
95 Curt.de feud.p.2.p.3.num.49.Schrader. conſ.
13.num.158.Tiraq.1.retract.§.1.glos 9. nu.29.
Roland.cons.3.num.10.in 1.Peregr.cons.2.num.
10. in 4. Sinè milleſimo, vel vlteriori gradu
coniunctus ſit ſucceſſor, *Bald. & Aluarot.c.1.*
qui feud.dar. poſſ. Guglieb.Benedict.c. raimutius.
verb.ad eccleſiam.nu.91.de teſtam. Dec. conſ.75.
num.4.Paris.cons.23.nu.124.in 1.Socin.iun. cons.
76.num.10.in 1.Cephal.conſ.30.num. 27.in 1.
Balthax.Thomas.tract.7.tit.6.quaeſt.1.nu.2.tract.
8.tit.10.num.13.Palacz.de Maior.p.2. quaeſt.7.
num.70.p.4.quaeſt.1.num.47.Oddo,cons.20.nu.
124.Oſaſc.conſ 8.num.31.Peregr.2.num.3.in 4.
Schrader.d.num.158. ſeruato tamen iure pri-
mogenituræ, quod nedum in Regnis, ſed in
omni regali dignitate ſeruandum dixere, *Al*
ciat.l.lege obuenire.ff.de verb.ſignif.Valaſc.l.im
perium.num.274.280.ff.de iuriſd.omn. iud. Af-
flict.ad Conſtit.lib.2.rub.16.nu.4.Corſet. de reg.
poteſt.quaeſt.9.Ciriter.de primog. lib.2. quaeſt.3.
Matienz.l.1.glos.1.num.10.tit.9.lib.5.recop. Ti-
raq.de primog.in praefat.num.35.Couar.epitom.
de ſucceſ.ab inteſt.num.12.pract.quaeſt.1.Peregr.
cons.1.num.1.in 2.Menoch.cons.304.nu.10.Conſ.
1083.num.8.cons.1099.num.12.cons.1100.num.
6.cons.1171.num.31.36.Schrader.cons. 13.nu.
166.Balthax.Thomas.tract.8.tit.10.num.13.Mo
lin.de primog.lib.1.c.11.nu.25.Palacz.de Maior.
p.p.quaeſt.26.à nu.90.Guttier.lib.1.canon.quaeſt.
14.num.45.Cancer.1.reſol.c.5. num. 31. Siue in
feudum, ſiuè in francum allodium illæ ſint
dignitates à Rege datæ, *Abb.num.13. Felin.*
num.5.6.in c.prudentiam.de off.deleg. Abb. c.di-
lecti. nu.11.de arbitr.Valaſc.l.imperium.nu.274.
280.ff.de iuriſd.omn.iud.Affl c.decis.265.num.
17.Ciriter.de primog.lib.1.c.19.num.5.Tiraq. de

pri-

primog.lib.1.c.19num.5.Schrader.cons.13.num. 167.168.*Marta, vot.*10.*nu.*27.28.29. idem que eſt in Baronijs, ſine feudales, ſiuè allodiales ille ſint, *Tiraq.de primog.in præfat.nu.*55. *Crauet.cons.*135.*num.*1.*Caphal.cons.*3.*num.*27.
25 *Schrader.cons.*13.*num.*169. quia baronia † dignitas eſt, *Schrader.cons.*13.*num.*159. & regalis, *Bald. c.innotuit.num.*18.*de elect. Schenecb.c.*1.*quis dicat.dux.Schrader.cons.*13.*num.*171. Sed non vt Comitalis, Marchionalis, & Ducalis verè eſt, *Mezz. de feud. tit. de his qui feud. dar. poſs.num.*17. vtraque enim ſolo Regis verbo conſtituitur, *Anna,Iun.cons.*44.*num.*8.

26 Hæc vera, aliàs cenſui † niſi in inueſtitura expreſſè conuentum ſit quod ad horum feudorum regalium ſucceſſionem extranei admitti poſſint, *Schrader.cons.*13.*num.*155. ſi pro *Hæredibus* conceſſa ſint Regalia hæc feuda; etenim † verbum, *Hæres.* in feudis, *de filijs* intelligitur, quia de natura feudi eſt, non tranſire ad extraneos, *c.*1.*§.ſi clientulus, de alien.feud.c.*1.*de duob.fratrib. Petr.Gregor. de conceſſ.feud.p.*3.*quæſt.*3.*à num.* 1. *ad num.*8.9. *& p.*6.*quæſt.*10.*num.*19.20. *Pern.cons.*4. *Caſtill.decis.*64.*num.*5.*Gizzarel.decis.*28.*num.*19. & ſiculi omnes, *à Cannet.c.ſi aliquem c.eſt prætereà.num.*8. *fol.* 226.*Medic.cons.* 55. *Caſtr.l. ex facto.§.fin. poſt glos.ff. ad trebell.* & ſic verbum *Hæres.* in feudorum iure, ſignificat ſolum, ſanguinem maſculinum acquirentis feudum, non qualitatem hæreditariam, repræſentantem defunctum, *Georg. de feud. c.*46.*num.*9. *alleg.*19. *num.*19.*Ponte, de poteſt. proreg.§.*7.*num.*15. *Tap. N. decis.*57. *num.* 11. *Magon.Floren.decis.*54.*num.*16. *Rim.Iun.cons.*572.*num* 8. Nec fœminæ admittuntur, ſi extent maſculi, *c.*1.*§.etſi clientulus.de alien. feud.c.*1.*de eo qui ſibi, vel hæred. ſuis. Oſaſc.cons.*6. *num.* 7. *Garzon. de femin. ad feud. recip. vel nõ.ampl.*6.7. *Menoch cons.*391.*num.*14. Latius. *Peregr.cons.*11.*in* 1.*cons.*70.*num.*14.*in* 3.*Aldouin.cons.*32.*num.*11.*Rim. Iun.d.num.* 8. in hoc tamen Siciliæ Regno, cum feuda ex Feder. Rege,*c.volentes.* 28.ad extraneos etiam hæredes ſint tranſitoria, verbum *Hæres.* de quocumque extraneo etiam hærede intelligitur, nec feudi natura, *ex d.c.volentes.* 28. diſpoſitione, in aliquo oppugnat, *Pern.cons.*4. *Caſſan.cons.*8.*Gramm.videndus, decis,*103.*nu.*125. 126. adeò vt allodialium inſtar exiſtimentur imò de feudis hæreditarijs, idẽ iudicatur, quod de alijs bonis hæreditarijs, *Dec.cons.*79. *num.*6.*cons.*395.*num.*6.*Brun.cons.*121.*Paris. cons.*2.*num.*42.*in* 1.*Caphal.cons.*389. *num.* 19. *Marta, cons.*14.*num.*22.

28 His rectè præuiſis, proximè accedit † quod

ſtu9

tradit, *Raudens.de analog.in append.p.p.nu.*19. quem ſequitur, *Andr. knich.de inueſt.paction. p.*3.*c.num.* 31. ſucceſſiones eſſe ad inſtar fluminis, *ex §.cæterum,* ibi, hæreditates ad maſculos confluerent, *inſtit.de legit.agnat.ſucceſ.* quæ propterea ſicut influit in proximum canalem, deſcendentem non autem regurgitat ſupra caput ſuum: ita & ipſe ſucceſſiones confluunt ad lineas communis ſtipitis, Proindè feudorum iure inſpecto, certum quoq;
29 eſt † proximiori deferri feudi ſucceſſione, *ex c.*1.*§.titius.* ibi, *proximior agnatus ſi de feud.defunc.fuerit contenti. c.* 1. ibi, *& hoc eſt, quod dicitur, ad proximiores pertinere.de natur.ſucceſ.feud.* vbi plenius, *Aluarot. d. verb.proximiores & in c.*1.*§.his vero.num.*7.*de gradib.ſucced.in feud. alias, de ſucceſ.fratr. Anna, rub.de vaſall.decrep. ætat.nu.*361.371.*Roman.cons.*22.*ad fin.Roland. cons.*82.*num.*36.*in* 2.*Rim.Iun.cons* 832.*nu.*59. *Ruger.cons.*2. *num.* 32. *in* 2. *Salernit. in addit.ad alleg.*36.*num*56. *poſt Decis. Pruckman. cons.*21. *ſub num.*96.*in* 1.*Duaren.de feud.c.*11.*nu.*14. *Borcholt.de feud.c.*7.*num.*84. *Andr. knich. de inueſtit.paction.p.*3.*c.*3.*num.*3.4.20.51.*per tex.d.§. titius.* ibi *proximior agnatus.* Nec mirum, quia ſucceſſio in feudis regulatur ſecundum ius cõmune, & pro vt quiſq; proximus ſuccederet de iure communi, *d. c.* 1. *de grad. ſucced. in feud.* vbi *Bald. Pancirol.cons.*117.*nu.* 10. *Peregr. cons.*5.*num.*7.8.*in* 3.*Ruger.cons.*2.*nu.* 23. *in* 2. *Coler.cons.*20.*num.* 3. *Pruckman. cons.* 2. *num.* 222.*in* 1. *knich.de inueſtit.paction.p.*3.*c.*3.*nu.* 49.51.*Roſentall.de feud.c.*7.*concluſ.*57.*num.* 2. 4. vt is potior ſit qui præcederet attento ordine ſucceſſionis ab inteſtato, *l.proximus.ff. de verb.ſignif.Soc. l.ſi cognatis.ſub num.* 40. *ff.de reb. dub.* Roland.*cons.*68.*num.*48. *in* 1. *Peregr. cons.*1.*num.* 52.*de ſucceſ.poſt tract.de iur fiſc.Roſentall.d.c.*7.*concluſ.*56.*num.*23. quod intelli-
30 gendum eſt reſpectu gradus † & proximitatis, *Burſ.cons.*450.*nu.*1.3. *Peregr.cons.* 40.*num.* 51.*in* 6.*de fideicomm.artic.*30.*num.*20. nam reſpecto vinculi vtrinque coniunctus, qui de iure communi excludit conſanguineum tantum, *auth.itaque.C.comm.de ſucceſ.auth. ceſſante. C. de legitim. hæred. Aluarad. de coniectur. ment.defunc.lib.*3.*c.*1.*nu.*28.*Gomez.l.*14.7.*Auendagn.glos.*3.*num.* 2.*ad l.Tauri.*8.*Oddo, cons.*36. *num.* 16.*plenè Tuſc.lit.S.conclus.*862. *à num.*1. *Robles, de repræs. lib.*2.*c.*21.*num.*1.6.*Canal.decis.*25.*num.*2. 21.*p.*4.*Gregor.Syntag.iur.p.*3.*lib.* 45.*c.*11.*num.*6.*Paris.cons.*84.*num.*2.*in* 2.*Cancer.*1.*reſol.c.*5.*num.*17.*Craſſ.§. ſucceſſio ab inteſtato.quæſt.*31.*num.*1.2.*Peregr.cons.* 10.*nu.*12. 13.*in* 5. non excludat illum in feudis, *ex Iſer. & alijs concludit Forſter.lib.*8.*de ſucceſ.c.* 5. *Vul-*

te de feud. lib. 1. c. 9. num. 108. Roſentall. de feud. c. 7. conclus. 57. lit. A. Keſenb. conſ. 8. num. 28. in 2. Menoch. conſ. 187. num. 2. Raudens. conſ. 14. num. 102. in 1. Surd. conſ. 305. num. 16. Gail. lib. 2. obſer. 152. Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 32. num. 3. Peregr. conſ. 20. num. 14. in 5. Robles d. c. 21. num. 9. optimè Renit. tit. de feud. pragm. 11. num. 35. Balthax. Thomas. tract. 9. tit. 8. num. 24. Roſentall. de feud. c. 7. concluſ. 57. num. 1. Schrader. de feud. p. 7. c. 7. num. 4. Tuſc. d. concluſ. 660. num. 17. Teſſaur. lib. 1 forens. quæſt. 74. num. 2. Sed quid de iure regni ex repræſentatione à Carol. V. hodie Siculis conceſſa, ex hac cap. 118. *Milanens. aden. decis. 8. p. p. & 2. 102. à Renit. de pragm. 11. nu. 33. 34. Tup. N. decis.* 2. Siue feudum pacti ſit, ſiue mixtum, vnde d. num. 10. *Robles, d. c. 21. num. 10. Roſentall. d. c. 7. concluſ. 56. num. 2. Menoch. conſ. 690. conſ. 806. num. 22.* & ſimaliter icripſerit, *conſ. 498. num. 22.* Dixi pleniùs ad Philippi 2. *cap. 18. in meis commentar. p. 4.*

Hinc iure ciuili inſpecto proximior defuncti
31 † excludit remotiorem. *l. iuriſconſultus. ff. de gradib. affin. & c. ff. de ſuis & legit. & §. ſi plures. §. proximus. inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. §. ſi ait. in pluribus §. ſi vero neque fratres. Auth. de hæred. ab inteſtat. venien. l. pe. §. fratre ibi, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus. ff. de legib. Alex. conſ. 44. num. 18. in 5. Rot. Bonon. decis. 58. nu. 16. in nouiſſ. Dec. conſ. 44. nu. 2. Caualc. decis. 26. num. 31. decis. 25. num. 11. p. 3. exornat Surd. conſ. 362. num. 1. Torrecremata conſ. 12. num. 5. in 1. Tuſc. conſ. 16. num. 28. in 1. Magon. Floren. decis. 105. num. 7. Lucæ decis. 85. num. 6. Cephal. conſ. 659. num. 41. Robles, de repreſent. lib. 1. c. 8. num. 1. c. 10. num. 1. lib. 2. c. 1. num. 2. c. 16. num. 53. & 19. num. 14. c. 28. num. 9. Decian. conſ. 17. num. 1. in 1. conſ. 61. num. 9. conſ. 9. num. 1. 2. in 2. Anton. Monac. Floren. decis. 53. num. 5. Becc. conſ. 142. num. 18. Rim. iun. conſ. 823. num. 59. conſ. 709. num. 4. conſ. 595. num. 51. Menoch. conſ. 211. num. 37. lib. 4. præſump. 95. num. 13. Caſtill. Sottomay. lib. 4. controuerſ. c. 4. num. 4. num. 16. 109. 110. Pancirol. conſ. 117. num. 9. Alba. conſ. 790. num. 4. Caball. conſ. 14. nu. 9. in 2. Molin. de primog. lib. 3. c. 5. nu. 7. 53. Modeſtin. Piſtor. conſ. 15. num. 1.* quin imò reſpondit, *Bart. conſ. 10. num. 1. p. p.* quod ſi duo, de iure Canonico ſint æquales gradus, ſed alter proximior de iure ciuili, hic altero præferendus eſt, *Bart.* ſequuntur, *Soc. conſ. 89. num. 15. in 4. Berraz. & ab eo relati, conſ. 28. num. 8. in 1. Hyeron. Leo. decis. 4. num. 21.* ex communi. *Raudens. conſ. 101. num. 95. 97. in 1. Decian. conſ. 71. num. 7. in 3. Lara, de anniuerſ. lib. 2. c. 3. nu. 33.* Fortius ſcripſit, *Bolognet. conſ. 11. nu. 28. 29.* quod ſola dubitatio, an ad fines proximiores in gradu, impediſt, ne remotiores agere poſſint, *Mancin. conſ. 133. num. 15.* & ſecundo ordine, † ita gradus gradum excludit,
32 niſi quatenus obſtet ius repræſentationis, *Renſuer. conſ. 58. num. 96. in 1. Peregr. conſ. 20. num. 4. in 5.* & qui propior eſt gradu, prius ſuccedere debet, *l. 2. in iſta. §. ſi vbi, & qui eſt proximo gradu procreati ſunt. ff. de legat. 2. Rim. Iun. conſ. 604. num. 92. Menoch. conſ. 200. num. 47. Peregr. conſ. 40. num. 5. in 6. Alba. conſ. 790. num. 4. Alemann. Prat. conſ. 37. num. 26. conſ. 163. num. 9. Rim. conſ. 122. num. 5.* & hoc probet, ex Aret. *§. actionum. num. 152. inſtit. de action. Soc. conſ. 26. num. 10. in 2. Maſcard. de probat. concluſ. 73. Tiraquel. retract. §. 18. gloſſ. 1. num. 17. Caball. conſ. 159. num. 9. in 2. Mancini conſ. 133. num. 10. Rim. Iun. conſ. 595. num. 31. Tuſc. lit. P. concluſ. 916. Seraphin. decis. 1281. num. 8.* exceptio, à fœminarum feudis, quia in ſeu, vel quia
33 ius diſpoſitione † in quibus maſculi (vt hic) præferuntur fœminis, reſpectu earum, maſculus decretur proximior, licet reſpectu ſanguinis eſſet remotior & in remotiori gradu excludit tamen fœminam eadem eo qui ſibi, *& hered. ſuis, in feud. c. 1. §. filia. de ſucceſſ. feudor. & c. epiſc. vel Abb. Bald. num. 4. Soc. num. 8. l. cum dotis ff. de condict. & demonſtr. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 39. num. 14. Rim. conſ. 391. nu. 15. in 3. Natt. conſ. 476. num. 38.* maxime *Molin. de primog. lib. 3. c. 8. num. 9. Peregr. de fideicommiſ. artic. 41. num. 9. Tap. S. C. decis. 2. num. 5. Aldobr. conſ. 32. num. 1.* quando ſola gradus proximitas nec paternitatis diſtinctio conſideratur, vbi dari non poteſt repræſentatio *Afflict. decis. 127. Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib. 3. c. 1. num. 15. Balthax. Tomas. tract. 9. tit. 8. nu. 24.*

34 Prioritas enim † ſiue proximioritas gradus, dupliciter conſideratur primo reſpectu ſanguinis; ſecundo reſpectu ſucceſſionis pro ſubiecta materia, & hoc caſu, qui præfertur, dicitur in primo gradu, & alter in ſecundo; licet reſpectu ſanguinis eſſet in eodem, vel anteriori gradu, *Rim. conſ. 151. nu. 15.* & *multis Peregr. conſ. 56. num. 7. in 3. Raudens. variar. reſol. c. 37. num. 57. 58. Aldobr. conſ. 32. num.* 15. inde eſt, vt attendenda non ſit proximi-
35 tas gradus reſpectu ſanguinis † ſed eius, qui proximior eſt in ſucceſſione, *Corn. conſ. 230. in 3. conſ. 22. num. 15. conſ. 131. num. 6. 10. in 2. conſ. 101. nu. 7. in 4. Rim. tit. de feud. pragm. 11. num. 41. 42. Soc. conſ. 249. conſ. 252. nu. 17. 18. in 2. Rim. conſ. 167. num. 8. in 2. Paris. conſ. 59. num. 20. in 3. Soc. Iun. conſ. 94. num. 14. in 1. Gabr. conſ. 86. num. 3. in 1. Peregr. de fideicom. artic. 21. num. 9. Fuſar. conſ. 28. num. 5. & de ſubſtitut. quæſt. 337.*

Poſt

36 Poſt hæc ſatis etiam controuertitur † cuius proximitas ſit attendenda in feudi ſucceſſione? Primi nè inueſtiti, vel vltimi defuncti? Qua in re, proximitatem reſpectu primi acquiſitoris, non autem vltimi poſſeſſoris attendendam opinantur, *Prapoſ. c. 1. An agnat. vel fili. Aſflict. c. 1. num. 7. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis. Calderin. conſ. 13. tit. de feud. Bald. conſ. 137. num. 1. in 3. Salic. int. conſ. Bald. conſ. 205. in 5. Pinell. l. 1. p. 3 nu. 91. C. de bon. matern. Paris. conſ. 2. num. 47. conſ. 3. num. 6. conſ. 23. num. 131. in 1. conſ. 65. num. 22. in 3. Oſaſc. deciſ. 161. ad fin. Natt. conſ. 128. num. 5. Zaſ. de feud. p. 8. nu. 58. Crauet. conſ. 579. nu. 4. Rube. Alexandr. conſ. 85. num. 7. Berret. conſ. 14. num. 2. Creſc. deciſ. 1. de feud. Iul. Clar. § feudum. quæſt. 9. num. 5. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 44. num. 19. Decian. conſ. 98. num. 14 in 3. Phanut. de inuent. p. 6. nu. 30. Surd. conſ. 241. num. 48. Menoch. conſ. 690. nu. 5. conſ. 815. num. 59. conſ. 957. num. 15. conſ. 1104. num. 32. Roſentall. de feud. c. 8. conclus. 33. num. 37. c. 7. nu. 21. Schrader. conſ. 3. nu. 74. 147. 341. de feud. p. 7. ſ. 2. num. 46. p. 8. nu. 28. Marta, claus. 43. num. 4. p. 2. Peregr. conſ. 20. num. 4. in 2. conſ. 7. in 1. Teſſaur. deciſ. 99. num. 23. Anton. Sola; ad Conſtit. ſabaud. lit. de feud. p. p. gloſ. 1. nu. 5. Sthenc. de feud. tit. An agnat. nu. 1. Gail. lib. 2. obſer. 149. num. 2. obſer. 154. num. 3. Borrell. conſ. 25. nu. 16. Balthax. Tomat. tract. 7. tit. 10. num. 603. Godde. de feud. diſput. 7. theſ. 5. lit. D. Rot. deciſ. 464. nu. 6. p. p. Thom. de Marin. de feud. tit. 1. de feud. pact. & prouid. num. 25. verſ. ex hoc infertur. Rim. Iun. conſ. 572. num. 10. 13. 42. Purpur. conſ. 85.* ſibi contrarius, *conſ. 548. Euerard. Iun. conſ. 20. nu. 21. 22. in 2. Vulte, de feud, lib. 1. c. 9. ſub num. 112. verſ. proximitatem.* Adeò vt, ſi feudum ſit hæreditarium, neceſſe hæres ſit illius acquirentis, non vltimo morientis, *Alba, conſ. 383. num. 23. conſ. 405. num. 5.* maxime ſi vltimus ſine filijs deceſſerit, *Gratian. diſcept. 456. num. 12. Balthax. Thomas. tract. 7. tit. 10. num. 606.* Quorum ſententiam, vires ſumpſit, *ex Ang. conſ. 110. ſub nu. 6.* in feudis inquit, originem ſemper attendi etiam ſi per mille manus ambulauerint, quia ſemper vltimus primi ſucceſſoris ab eo habet cauſam, à quo habet radicem, *ad tex. c. 1. § ſi capitanei. de feud. march. c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis.*

53 Tertio, ſolium inter Regis inſignia † enumerat, *Marta, de iuriſd. p. 2. c. 53. num. 7.* Græcè Thronum, *Alber. in dictionar. verb. Solium.* Alij ſellam regiam, *ex l. 2. C. de dignit. lib. 12.* ibi, *ſella noſtram honoris. Gloſ.* idest ſedem, *Boer. de author. magn. Conſil. num. 104.* in qua Reges ius dicentes ſedebant, dictum ſolum, vt quidem volunt, quaſi ſolidum, propterea quod olim Reges in Thronis ligneis, & quibuſdam quaſi armarijs ob corporis ſui tutelam ſedebant, *Esdre. c. vlt.* ſtetit eſdras ſacerdos & lector legis, ſuper ligneum tribunal. Alij indè dictum malunt, quod ſoli in eo Reges ſederent, quaſi ſedium ſicut & ſella dictum putant, quaſi ſedda, *Virgil. Solio Rex infit ab alto. & notat. Cicer. de finib. ſedere in Solio.* Baro itaque Comes, & alij regali dignitate inſigniti, vt Baronie, Comitat'', &c. dominus, *ad tex. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact.* in Culmine ſedere debent quod regale appellat, *tex. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. c. Principes, Seculi. 23. quæſt. 5.* Culmen autem, *ex Bellug. diffinit. Boer. de autor. magn. conſil. nu. 103.* eſſe locum altum ſuper omnes gentes, in quo culmine ſedet Baro, Comes, ſupra cathedram, ſericis ornatam ſicut & Rex; Ponitur, *à gloſ. in clem. dudum. §. ſupra Cathedram. de ſepult.* pro alia vel excelſa ſede, Cathedra honoris & iuſtitiæ, *ex c. multi. 40. diſtinc.* Altitudo præcellentiam dignitatis ſignificat, *Bald. conſ. 387. in 2.* & maior dicitur, qui ſedet in altiori loco, *Bald. in l. obſeruare. ff. de off. procons. Imol. l. qui ſoluendo. ff. de hered. inſtit.* & addit, *ex Angel.* ibi. Ordo ambulationis notat præeminentiam honoris, & Claritas tituli deſignat claritatem, & honoris dignitatem, idem reſoluit, *Felin. rub. de maior. & obedien. Ioan. Andr. & Abb. c. antiqua. 1. not. de priuileg. Boer. de autor. magn. conſil. num. 104. ad fin.*

54 Quarto, Domi vtuntur Toſello † ſeu Baldachino, & publicè ſub eo ſedent, in Eccleſijs, ſuæ Cuiuſque Terræ, omnique publica eorum actione, *Marta, de iuriſd. p. 2. c. 53. nu. 16.* Baldachinum, eſt tegmen ſolij Principis in Throno ſtantis, *3. Reg. c. 10. verſ. 9. vbi gloſ.* Thronum Regis tegmine adoratum eſt, *& prouerb. c. 20. verſ. 8.* Rex qui ſedet in ſolio, iudicij, diſſipat omne malum, *item Athen. lib. 12. c. 3.* ait, Perſarum Reges, quamuis delitijs addicti, tamen ius in aureo ſolio, & purpureo tegmine cooperto dicebant. Sed eo vti permiſſum, extra Ciuitatem, in qua ſuus Prorex reſidet, *ad tex. c. volentes. de off. legat. c. denique. 21. diſtin.* Diſtinguit tamen. *Hoſtien. d. c. volentes,* quod poteſtas reuerentialis, ſiuè (vt ait) inſignalis eſt illa, qua non vtitur inferior coram ſuperiore licet vti, quandoque poſſit poteſtate iuriſditionali, *Marta, d. c. 53. num. 5.*

55 Quincto, Adoratio debita eſt Regi † pro ſalutatione, de iure ciuili, *l. 2. C. de fabricens. verſ. per biennium, adoraturus æternitatem noſtram l. 1. C. de domeſt. & protect. l. 1. C. de præpos. ſacr. cubil. l. 1. C. de ſilent. lib. 12.* vbi Imperator eandem adorationem ſedentibus in ſuo Conſiſtorio exhiberi iubet; & ſic ſuum honorem alteri communicat, ibi, Nec non in noſtro conſiſtorio his honor omnifariam obſeruetur, *l. 1. C. de præpos. labor. lib. 12.* debita ergo eſt adoratio regali cuicumque dignitati, in ſua tamen Terra, cum maior ſalutem porrigat minori, & inferiorem ſuperiori, *c. 1. de feud. cognit.* excepto tamen principe, quem inferiores ſalutare non debent, ſed adorare, *l. 1. C. de ſilentiar. lib. 12. l. 2. C. de proxim. ſacr. Scrinior. lib. 12. Anton. ſola, ad Decret. Sabaud. in proem. gloſ. 2. num. 19.*

Sexto, regali qui ſunt decorati titulo Co-

mes,

56 mes † Marchion, Dux, Principes ſederet coram Prorege, dum eidem alloquuntur; 3. *Reg. c. 7. & ſedebit coram. Domino. 4. Reg. c. 9. et te Princeps exercitus ſedebant. 1. Paralip. c. 17. & ſediſſent coram; Domino. Ezech. 8. & ſenes Iuda ſedebant coram me.* Quod maximum ſublimem principis eſt ornamentum, vt nul unquam ſella ſublimius, dixerit, *Pierius, Valerian. lib. 43. c. de ſede.* Neque auguſtius, neque venerabilius habitum Proindè ſeſſionis, vel præeminentiæ intereſſe nec minimum videri debuit, *Barbat. cons. 29. col. 11. in 1.* Quia honor, ſiuè dignitas, in ſeſſione ſiuè in ſedendo conſiſtit, quod is, qui habet dignitatem, vel honorem maiorem quoad ſeſſionem alijs præferri debeat, *ex Bald. l. deſcernimus. not. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. Abb. & ad eum Scholiaſt. c. cum olim. num. 5. Verb. tam in ſeſſionibus. de conſuet. Saram. ad Gerhard. ſing. 33. Schrader. cons. 4. num. 232.* Barones ſedent coram Rege ordine conſueto, *Bald. c. 1. §. Marchio. num. 5. de his, qui feud. dar. poſſ. Felin. c. ſtatuimus. de maior. & obedien. Anna, Iun. cons. 40. num. 3. Apicell. alleg. 13. num. 8. Maur. alleg. 50. Lavat. cons. 2. à num. 27. Amat. cons. 30.* Hinc qui ſedet, dicitur honoratus magis, quàm ſtans, *Bald. l. quoties. C. vbi ſenator. vel clariſſ. Boer. de author. magn. conſil. num. 41.* quæ præcedendi, & honorantiæ ſapiunt quoddam priuilegium, *Alexandr. c. epiſcopus. XVII. diſtinc. Bald. c. fin. qui feud. dar. poſſ. Boer. d. num. 41. ad fin.* vt nullo modo, à ſede, trono, vel dignitate ſua amoueri, vel illa turbari debeat, *c. diffinibus. 22. diſtinct. Schrader. cons. 4. num. 83.* inde eſt vt honoris, ſiuè dignitatis intereſſe, ſit omnium maximum, quod omne aliud intereſſe & excedit, & ſuperat, *Caſſan. de Glor. mund. p. p. conſid. 2. Rim. Iun. cons. 221. nu. 140. Burſ. cons. 191. num. 13. Schrader. cons. 4. num. 223.* Minimum erit honoris, ſiuè dignitatis intereſſe, quem quis indebitè appetit, *Schrader. d. cons. 4. num. 306.* ſecùs autem eſt, ſi honor ſeù dignitas alicui competit, ſiuè quando agitur, de conſeruando honore ſeù dignitate alicui debito. Addit & meritò, *Pierius Valer. d. lib. 43. c. de ſede.* Reliqua Principis ornamenta ad humanæ tantum amplitudinis decus facere videntur, hoc ad diuinæ propemodum Maieſtatis honores proximum accedit.

57 Septimo, Operto capite † proſegi alloqui, & cum eo rem omnem agere dignitas eſt non leuis, *Leuit. c. 10. capita veſtra nolite nudare. & c. 21. caput ſuum non diſcooperiet.* Quod iuris etiam probat, *Felin. c. ſtatuimus. de Maior. & obedien. Bald. c. 1. §. Marchio. de feud. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. c. 6. num. 25. 26. cap. 13. num. 169. 170. Surgen. de Neap. illuſtr. lib. 1. c. 23. num. 28. 29. Caſſan. de Glor. mund. p. 5. conſider. 43. Bouadill. in polit. lib. 2. c. 16. nu. 25.* Hinc dicimus pileum quo caput ſuum Titulatus quiſque cooperitur Nobilitatis eſt ſignum, *ex Pierio Valerian. lib. 40. c. de pileo.* & libertatis *Lelius Bi cola, lib. 1. c. 17. ex Tertull. in libr. de patient. c. 14.* idem & ſapientius notat, *Rader. ad lib. 2. epigr. Martial. epig. 48.* vt à cæteris etiam Nobilibus & Baronibus differant, qui diſcooperto capite ſtantes, Proregi alloquuntur Regis perſonam in omnibus exhibenti; cuius officium maximæ excellentiæ & autoritatis eſt, *ex Caſſan. de glor. mund. p. 7. conſid. 10. & in Conſuet. Burg. rub. 1. num. 84. Bellug. de princ. rub. 25. §. ſæpiſſimè. num. 1. Afflict. c. imperialem. queſt. 16. num. 3. de probib. feud. alien. per Feder. latè Mar. Anton. Surg. de Neap. illuſtr. lib. 2. c. 22. num. 9. Ponte, de poteſ. proreg. in princ. Tap. S. C. decis. 23. nu. 39.* alios citaui, *num. 50.* Cui idem debitus etiam eſt honor, & reuerentia ſicut Regi, *c. præcipimus. 93. diſtin. vbi gloſ. not. & in c. cum olim. de offic. deleg. cum alijs, à Menoch. cons. 52. num. 1. Frec. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dic. dux.* cuius eſt imago, ſiquidem ibi, & iudicationis noſtræ ſoleat repræſentare reuerentiam. *C. de offic. Vicar.*

Hæc & aliæ Regalis dignitatis inſignia præeminentiam aduerſus alios habere eos (qui regali aliquo titulo ſunt decorati) palam eſt, *ex Caſſan. de Glor. Mund. p. p. conſid. 23. p. 7. conſid. 44. Gratian. diſcept. 745. nu. 50.* Hinc publica vtilitas ſuadet & exigit, vt primatibus honor, & dignitas ijs debita, ſalua & illæſa conſeruetur, quæ ſi labefactaretur, hoc cum detrimento publico coniunctum eſſe

58 dubio omni caret. Quorum † vſus fructus poſſeſſionis ſunt Regalis tituli à Rege dati, *Gloſ. c. 1. cum olim. de maior. & obed. Abb. c. cum olim. de cauſ. poſſeſſ. Stlu. de benef. p. 3. quæſt. 40. num. 40. Caſſiador. decis. 3. num. 6. de penſion. Gonzal. in proem. ad Reg. Cancell. §. 3. num. 25. 26. Gratian. diſcept. 867. num. 26. diſcept. 940. num. 7. 26.*

Ampl. I. vt ſucceſſor, omnibus vtatur præ-

59 eminentijs † priuilegijs, ac prærogatiuis, quibus fruebatur præceſſor, & is in cuius locum ſubrogatur, *l. multus. §. plerumque. ff. de reg. iur. c. cum quis. de reg. iur. in 6. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 9. num. 190.* & vaſallus ſucceſſor nactus ſemel poſſeſſionem omnes actiones competentes dominis vtilibus exercet, *Roſentall. de feud. c. 12. concluſ. 12. num. 1.* & ex lege contractus, & conceſſione acquiritur ius in feudo etiam ſucceſſoribus, *Brun. feud. cons. 1.*

num.

num. 25. & in ſucceſſ rem tranſeunt iuriſdictionalia, *Schrader. de feud. p. 10. Sect. 3. nu.* 250.

Ampl. II. Titulatos à S. Pontifice, vel Imperatore, aut alio Rege creatos gaudere omnibus prærogatiuis, quibus gaudent cæteri Titulati Regni, circa ſeſſiones, *Maſtrill. de Magiſtratib. lib. 4. c. 14. num.* 50. Sed aduertendum duxit, *Tap. S. C. deciſ. 21. num.* 24. hoc in capella ſeruatum non vidiſſe, ingrediuntur tamen aulam in qua ſe congregant Regni Titulati, ipſeque Prorex illos recipit cum omni honore, ſicut recipit alios Regni Titulatos, iuxta literas S. Maieſtatis, quarum meminit, *Camill. de Curt. in diuerſ. feud. p. p. §. 5. videndum eſt. nu.* 65. nec ſine ratione; Nam vt inquit, *Papinian. in l. iuriſperitos. ff. de excus. tut.* & eius autoritate, *Petr. Gregor. lib. 4. de republ. c. 5. nu.* 36. honor aut titulus, honorificus delatus à Rege vel Principe ſupremo, certi loci, aut temporis limitationem non habent, ſed generaliter obſeruari debent, *Valenzuel. cons.* 82. *nu.* 71. nec debet quis eſſe nobilis in vno loco & in alio non, *Palaez, de Maior. p. p. quæſt.* 51. *num.* 311. & cum nobilitas ſit quid indiuiduum, illius conceſſio, extra territorium concedentis operari debet, *Crimel. decis. 32. num.* 25. *ex his quæ Bald. notat cons. 40. in 4. Dec. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & cons. 207. nu. 5. Cravet. cons. 9. num. 5. ad fin.*

Ampl. III. eiſdem inſignijs, & alijs, vti etiam poſſe legatum à latere, *Marta, de iuriſd. p. 2. c. 53. à nu.* 17. Tum quia vices eius gerit, à quo legationis ſumpſit officium, *c. venerabilis. de conſuet. c. 1. Vbi, Abb. not. vls. de off. leg.* eiuſque eſt imago, *c. volentis. de off. leg.* Tum quia legatus à latere poteſt omnia in prouincia ſibi commiſſa, quæ poteſt S. Pontifex, *Camill. Curte, diuerſ. feud. p. p. §. 5. videndum eſt. nu.* 18. Tum quia legatus à latere Vicerex æquiparatur, *Tap. S. decis. 23. num.* 40. 42.

Ampl. IV. In Archiepiſcopo, qui cum æquiparetur Ducibus, *ex Lancell. Corrad. in templ. iudic. lib. 1. c. 4. num.* 3. eiſdem, & alijs vtuntur inſignijs, *Marta, d. c. 53. num.* 26. 30. De Baldachino, *Gambar. de auth. legat. lib. 2. §. illud noſce. num.* 249. niſi aliter conſuetudine receptum ſit, *Mart. d. c. 53. num.* 31.

Ampl. V. Inſignia hæc deberi etiam Epiſcopis, cæteriſque Prælatis inferioribus, iura Epiſcopalia exercentibus, ſiuè Eccleſiaſticis etiam perſonis, prælaturæ titulo inſignitis; Quibus *Sanctæ fidei Inquiſitores*, aſſimilari in Regno, & æquiparari certo ſcimus; Sed æqui-
60 paratorum eadem † eſt iuris diſpoſitio, *l. 1. ff. de legat. 1. gloſ. ſi quis ſeruo. C. de furt. & in c. ſi poſtquam. §. fin. de elect. in 6. Doct. c. translato. de conſtitut. Iaſ. num. 23. Rip. num. 21. l. 2. ff. de leg. 1. Bero. cons. 27. num. 3. in 1. cons. 140. num. 21. in 2. Palaez, de Maior. p. p. quæſt. 1. nu.* 350. *quæſt. 28. num. 23. Tuſc. lit. E. concluſ. 308. Amat. cons. 11. num. 10. Medic. cons. 30. num. 22. Gratian. diſcept. 298. num. 70. diſcept. 580. num. 15. diſcept. 591. num. 33. Menoch. de arbitr. caſ. 88. num. 8. cons. 1212. nu. 6. Pariſ. de confiden. quæſt. 27. num. 74. quæſt. 28. num. 82. Cancer. 3. reſol. c. 10. num. 54. Oſaſc. decis. 140. num. 1. Decian. conſ. 6. num. 27. in 1. conſ. 6. nu. 46. cons. 49. num. 31. in 4. Gratian. reg. 142. num. 2. Pacian. conſ. 36. num. 46. Ricc. Archiep. deciſ. 223. num. 4. p. 2. Cephal. conſ. 138. num. 25. Monald. conſ. 107. num. 4 in 1. Garz. de nobilit. gloſ. 1. §. 1. num. 43. gloſ. 3. §. 2. num. 23. gloſ. 6. num. 42. Anton. Thomaſ. deciſ. 92. num. 7. Macerat. lib. 3. reſol. 25. num. 10. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 10 num. 2. conſ. 33. num. 28. conſ. 200. num. 10. Anton. Monach. Bonon. deciſ. 68. num.* 19. & vt æquiparatio ſit iuſta in omnibus caſibus procedere debet, *l. cum qui ædes. ff. de vſucap. Palaez de Maior. p. p. quæſt. 1. num.* 350. imò omnes qualitates rei ad quam ſit adæquatio, transfunduntur in rem, quæ illi adæquatur, *Decian. conſ. 6. num. 46. in 4.* ac de vno ad aliud ſemper ſit extenſio, *Gabr. conſ. 21. num. 38. in 1.* vt nulla inter æquiparata conſtituatur differentia, *gloſ. d. l. ſi quis ſeruo verb. corrumpi. Surd. conſ. 33. nu. 28. conſ. 384. à nu. 22. Schenard. conſ. 1. nu. 76. in 2.* quod enim de vno dicitur, & de alio dictum intelligimus, ex *Pacian. conſ. 61. num.* 44.

Proindè, ad tuendam, & amplificandam fidem Catholicam, & ad tanti Tribunalis decorem, hæc in Regno conceduntur inſignia, & præeminentiæ, vt Officio Sanctæ Inquiſitionis maior cedat autoritas, & venerationem erga illud paſſim adaugeat. Et meritò, propter ſingularis Regis noſtri pietatem, ac incredibilem propè eius dilectionem, quam, Sanctum ipſum Inquiſitionis Officium, ipſe proſequitur. Vnde ſi magno in honore fuerunt illi, qui Conſeruatores Patriæ dicebãtur, quod faces ad Vrbium incendium excitatas extinxerint; Si Metellus ille, cognomento Pius, appellatus, Romanorum literis celebratur, qui Mineruam periculo vitæ ſuæ flammis è medijs eripuit; Si maxima laus, & honos iure optimo debetur conferentibus operam, & ſtudium ſuum in gloriam, & honorem Maieſtatis æternæ: Quibus ſanè Laudibus Quæſitores Sacræ fidei proſequemur? quibus Inquiſitores honoribus, & inſignijs afficiemus. Qui non parietes, mœnia, atq; adeo tecta Ciuitatis ex ferro, & flammis hoſtilibus eripiunt, ſed ipſam religionem ex im-

pijs

pijs manibus, & ore ſacrilego noſtrorum hoſtium ſua vigilantia tuentur, atque defendunt? non corpora, ſed animos Chriſtianorum: non opes, atque diuitias, ſed ipſas virtutes, & ornamenta cæleſtia, conſeruant; non has flammae, igneſque manibus hominum accenſos, ſed flammae, & incendia, inferorum extingunt: non vt Metellus, ſimulacrum Mineruæ, ſed ipſae ſanctorum imagines, ſtemmata Virginis Mariæ, Sanctuarium Chriſti Ieſu, aras, & templa ſanctiſſima, tot opera, & monimenta Sanctorum, ſalua, & integra conſeruant? Factum quidem eſt dono, ac munere Dei Opt. Max. vt nullos magiſtratus magis homines metuant, atque reformident, nullos honoribus eximijs magis proſequantur, & omni genere complectantur officiorum; Sic inquam eos colunt, venerantur ſuſcipiunt, vt venerandos, & colendos intelligant inſtar alicuius numinis, quod veluti è cælo delapſum ad conſeruationem fidei, & ad decretorum, & morum inſtaurationem Deus Opt. Max. generi Chriſtianorum dederit.

Quo in Ampliſſimo, Grauiſſimoque Tribunali obtinet hodie primas Reuerendiſſimus iuris vtriuſque Conſultus DON MARTINVS REAL, *neq; id immeritò, cum hic Vir ampliſſimus ante actæ vitæ ſuæ curriculum ita confecerit, vt ne paruam quidem Criminis, aut ſuſpicionis nubeculam, clariſſimo generi, ac nomini offenderit ſuo; Tanta ſcilicet vitæ integritas, tanta in difficillimis rebus tractandis prudentia, tanta erga ſummos obſeruantia, infimos homines morum Comitas, ac lenitas; Tanta deniq; in iure ſuo, atque iuſtitia, contra totius Regni dynoſtas, commenda conſtantia, cunctis omnium ordinum ſuffragijs comprobata ſit, ac ſecunda acclamatione decantata; vt noſtro iam ſæculo, Deo bene adiuuante, ſumma bonorum gratulatione, rediſſe vetus illud Areopagi ſubſellium, atq; in iudicijs, ſeueritatem integritatemq; gaudeamus: Quarè omnes diuinum pœnè de rebus omnibus iudicium admirari facile in eius ſententias, quaſi alterius Vlpiani pedibus eunt, eaſque ipſi etiam Magiſtratus amplectuntur, eumq; omnes venerantur, & colunt tanquam hominem Reginæ Sapientia lacte nutritum. Itaq; iure quidem optimo Mihi videtur, Natura quaſi futura excellentia præſaga, huic ſapientiſſimo Viro Regium indidiſſe cognomentum, nimirum, vt futuram apud poſteros tanti viri excellentiam declararet:* Sed nimiũ videor à te mea eſſe delapſus, cum haud hoc loco liceat de tanto Viro panagyrim texere, cum ſim tam anguſtis circumſceptus limitibus; tamen nec fas eſſe putabam tanti viri de republica tã benemeriti laudes præterire. Sed vnde digreſſa eſt, redeat oratio mea.

Ampl. VI. In omni Priore, qui ſi Abbatem ſupra ſe non habeat, cui ſubijciatur, loco Abbatis eſt, *ex comm. Vitalin. clem. 1. §. ſi quis. num. 2. de ſtat. monachor. Abb. c. cum illorum. num. 13. de ſenten. excomm. Lother. de beneſic. lib. lib. 1. quæſt. 33. nu 67.* ipſeq; Abbas, & Prior æquiparantur, vt omnia quæ dicuntur in Abbatibus locum etiam habeant in Prioribus, eiuſdem iuriſdictionis, & dignitatis ratione, *Caſſane. de glor. mund. p. 4. conſider. 36. Corrad. templ. iudic. lib. 2. c. 9. num. 12. Ponte, cons. 14. nu. 29. in 1. Pauin. de offic. & poteſt. Capit. Sed. Vacan. prælud. 6. num. 15.* & Prælatus vterq; dicitur, *ex Vitalin. clem. 1. num. 3. de ſupplend. neglig. prælator. Lother. de beneſic. lib. 1. quæſt. 17. num. 31.* ac Prælatorum nomine continentur, ſicut Epiſcopi, & Archiepiſcopi, *Abb. c. decernimus. in princ. de iudic. Ponte, cons. 14. nu. 31. in 1.* cum Prælatus ſit Prior, ſicut Epiſcopus, qui ſi iuriſdictionem habet in ſua Diœceſi, ſic & Prior in ſua Prouincia, & diſpoſita in Prælato voluerunt Doct. locum habere in Abbate, & Priore, *Ponte, d. cons. 14. num. 36.* cum Prioratus, dignitas ſit Eccleſiaſtica, *c. niſi eſſent. de præbend. Oldrad. cons. 257. nu. 34. Tuſc. lit. P. concluſ. 707. nu. 1.* Concludendum ex his eſt Priorem Hoſpitalis Sancti Ioannis Baptiſtæ Meſſanæ exiſtentis attenta ipſius qualitate dignitatis, & iuriſdictionis magnitudine Prælatum proculdubio eſſe, Epiſcopo per omnia coæqualem, eademq; dignitate, ac præeminentijs in omnibus potiri debere. Prælati in eorum Prouincia Ordinarij à Summis Pontificibus ex eorum Ballis vocantur Hyeroſolimitanæ Religionis Priores omnes Magno Magiſtro tantum ſubditi, qui Princeps dicitur, non recognoſcens ſuperiorem, vt ex multis probat, *Iacob. de Nigris, l. 1. ff. de offic. eius. Ponte, cons. 14. num. 22. in 1.* Hoc (inquam) facit eum illuſtrem, *ad tex. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. Ubi Angel.* quod in omni Principem ſuperiorem non recognoſcente, procedere inquit, *Paul. de Orian. ad l. 1. num. 9. verſ. in caten. ff. de offic. eius.* habet iuriſdictionem vniuerſalem in ſua Prouincia, habetq; ſub ſe Ballinos, Commendatarios, alioſq; dignitate decoratos; Prioralem dignitatem inter Primates adſcribendam fore dicendum omninò

61 eſt, ipſum priorem inter Regni † Titulatos connumerandum, *ex Surgen. de Neap. Illuſtr. lib. 1. c. 27. num. 26 Rouit. conſ. 84. num. 9. in 1. laud. Ponte, d. cons. 14.* Contra quem licet iudicatũ referat, *Tap. S. C. decis. 2c. num. 35.* Vt Prior nempè, *S. Ioan. Hieroſol.* conſiliarius Collateralis non præcedat ratione Prioratus cæte-

rus

tros de conſilio. Attamen teſtatur, *Rouit. d. num. 9.* Iuxta *Ponte*, ſententiam pro Priore decisum fuiſſe.

Nemini, meritò, dubium, titularia hæc inſignia Priori noſtro deberi, eminentis ſuæ dignitatis ergo? ne dum, quod militia, quã profitetur dignitas eſt, maximè ſi Præpoſitura, vel Prælatura ſit decorata, *ex Bart. l. 1. C. de dignit. lib. 12.* & dignitas eſt magis præſtantior, *Plate. l. 1. C. de aqueſt. dignit. lib. 12. Ponte, contr. 14. num. 8. in 1.* Sed quod Magna ſui Ordinis Cruce Alba, apud omnes Barbaras etiam nationes illuſtratur, quæ ſumma eſt Melitenſis religionis dignitas, *Ponte, cons. 14. num. 14. in 1.* Proinde *Magnus Prior* Meſſanæ olim dictus à Regibus fuit, *Bonfilio teſte, lib. 8. ſua hiſtor. cui nomen indixit*, la Meſſina, *fol. 61.* Eumq; in ſuam protectionem vltro ſuſceperunt pijſſimi Siciliæ Reges, vt *ex Rogerij Priuilegio, ſub anno MCXXXVI. verſ. Sub ſpeciali protectione, & defenſione noſtra, noſtrorumq; omnium recepimus, & habuimus*, & ex Federic. II. Regis Priuilegio, & *ex* Martini Regis Priuilegio, ſub anno 1397. Die X. Iunij, V. Indict. in illis verbis, *Ipſam domum Hoſpitalis Sancti Ioannis Hyeroſolimitani de Meſſana, omneſq; domos, quæ ſunt in Regno noſtro Confratres, poſſeſſiones, & homines ipſarum domorum ſub noſtra protectione, & defenſione ſuſcipimus.* Quævis protectiua abſtrahitur à iuriſdictione, *ad tex. §. 2. inſtit. de tutel. c. recepimus. c. ex parte. de priuileg. Ioan. Plate. rub. C. de domeſt. & protect. lib. 12. Salgad. de Reg protect. p. p. c. 1. prælud. 5. num. 203. Petr. Gregor. de Republ. lib. 11. c. 11. num. 6. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 14 nu. 105. Natt. cons. 636. nu. 96 ex comm. Gail lib. 2. obſer. 54. nu. 1. 2. 3. Schurff cons. 23. nu. 1. 2. centur. 3.* etſi aliter opinetur, & malè, *Ponte, cons. 136. nu. 102. 103. in 2.* Sed nuda defenſio ei competit ab oppreſſionibus, *Gemin. conr. 81. num. 2. Salgad. d. prælud. 5. nu 205 206. Tuſc. lit. P. concluſ. 935. num. 1. 2.* cum protectionis ius tantum ſit, & tam efficax, vt protectores armis etiã, & vi, contra iniuriam aliorum, & vim maiorem defendere poſſint, & debeant eos, quos in tutelam receperint, *l. deſertorem. §. fin. ff. de re milit. Bart. in proem. Digeſt. in princ. col. 3. ad fin. Verſ. idem dicitur. Schurff. cons. 23. num. 1. 2. centur. 3. Sixtin. d. c. 14. num. 104. Gail. d. obſeru. 54. num. 2.* non quod in protectorem tranſeat ſimul, & iuriſdictio, nec qui in protectionem veniunt Clientes à ſuorum iudicum iuriſdictione eximi intelliguntur, Sed forenſium inſtar ſunt, *gloſ. c. fin. de confirm. Vtil. vel inutil. c. ex parte. c. recepimus. de priuileg.* Siue de Eccleſia ſub tali protectione recepta agatur, ſiue de perſona ſingulari, *d. c. ex parte. notant Abb. num. 3. Zabarel. in princ. Soc. à num. 7. Dec. a num. 13. Barbos. num. 7. d. c. recepimus. Bart. l. 1. C. de excuſ. numer. lib. 10. Salgad. d. prælud. 5. num. 207. Natt. cons. 636. num. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 713. num. 2. Macerat. variar. lib. 1. reſol 6. num. 6. Lotber. de beneſic. lib. 1. quæſt. 11. num. 84. quæſt. 24. num. 93. lib. 2. quæſt. 32. num. 168. ex comm. Gail. d. obſer. 54. num. 4. Gabr. cons. 195. à num. 1. in 2. Petr. Frider. de proceſſ mandat. in imper. Cammer. extrah. lib. 1 c. 14 Cabal. conſ. 13. num. 62. in 2. Menoch. de arbitr. caſ. 338. num. 7.* licet protectionis nomine beneficium, aut penſio, ſiue cenſus, Protectori exoluatur, *c. ex parte. c. recepimus. de priuileg. Petr. Gregor. de Republ. lib 11. c. 11. num. 6. Barbos. d. c. recepimus. nu. 4.* adeo vt, etiam ſi Cæſar ipſe in Clientelam ſuam aliquem peculiariter ſuſcipiat, & de hac re priuilegium largiatur, mediatè tamẽ iuriſdictioni ordinariæ inferioris magiſtratus, cui alioquin huiuſmodi perſonæ, & bona ſubiecta ſunt, non derogetur, nec præiudicium vllum adferatur, *ex Gail. d. obſer. 54. nu. 6. 7. Sixtin. d. c. 14. num. 106.* nec cauſa protectionis habet ius dominij *Petr. Gregor. d. c. 11. num. 6.*

Exploratum ſatis eſt omnibus, *Meſſanæ* in Sicilia ædificatum fuiſſe hoſpitale, cui nomen à *D. Ioan. Baptiſta*, ad curandos pręcipuè Hyeroſolimitani Ordinis Equites, & alios omnes, qui ad Sacrum eundem Ordinem pertinerent: Quod ſane ab ipſo Rege multis redditibus annuis, fundis feudis, oppidis, alijsq; facultatibus, *Meſſanæ*, & in alijs Siciliæ regionibus deſignatis auctum fuit, ac locupletatum, atque ita de patronatu Regis, eſt, & de eius immediatu protectione *ex S. C. T. de reform. ſeſſ. 25. c. 9. Cabed. de patron. Reg. Coron. c. 39. nu. 3. Viuian. de iurepatr. lib. 2. c. 4. num 22. p. p. Caball. conſ. 76. num. 1. in 1.* vt nec poſſit per ordinarios, nec per Viſitatores Eccleſiaſticos viſitari *ex Trident. Concil. ſeſſ. 22. c. 8. de reform. Velaſc. conſult. 105. Cabed. d. c. 39. num. 3.* ſic ut amiſſa Rhodo Inſula, Rhodienſes milites a Turcis ſuperati, Inſulam Melitam tranſmigrarunt, quam, *Caroli Imperatoris, illius nominis, V. beneficio, ac munere* acceptam obtinent, ad hodiernum vſque diem, & inde Melitenſes appellantur, de quibus late *Fr. Hieronymus Romanus, de Republ. Chriſtian. lib. 7. c. 7. Gardiol. de la Nobleza, de Eſpagn. c. 34. fol. 88.* Qui quanta laude digni ſint, ſcripſit *Bimi. cons. 229. num. 10.*

Huic verò, & alijs omnibus Commendis, Beneficijs, & Dignitatibus ad Sacrum hunc Ordinem pertinentibus in hac Sicilia Præfe-

ctus fuit Prioris loco, è Primoribus qui Grã dioris Crucis inſignibus honeſtatur, & Antiquior ſit in habitu. His inſuper data ab ijſdem Regibus, quam plurima beneficia, immunitates, & iuriſdictionem omnem in ſubditos, familiares, & alios. Cùm verò Priores, qui ſine vllo diſcrimine, è varijs Nationibus eligebatur aliquando ab Officio deſicerent, & ab Hyſpaniarum, & Siciliæ Rege inuictiſſimo ſæpiuſq; ſtatu dignitatis deturbarentur, & perſpecta ſæpe vitç integritate in priſtinum ſtatum reuocarentur: quo etiam caſu, neq; inauditos, & indemnatos, officio quandoq; priuaret Rex, vt ex Martini Regis Priuilegio ſub anno 1408. penult. Iunij, primæ indict. & ex Alphonſi Regis Priuilegio ſub Anno 1419. Die, 16. Decembris, xiij. indict. conſtat. Cui placuit ex Italica ſolum natione Eos eligi, qui huic domui Meſſanæ præficerentur, cum maior ſit ſubiectorum amor in Reges, & obſeruantia. Vt ex Alphõſi Regis Priuilegio ſub Anno 1419. Die 16. Decembris, xiij. indict. videre eſt in Regia Regni Siciliæ Cancellaria. Proinde inoleuit hodie, eſt Militem, vel etiam Religioſum, arcendum eſſe, ſi extraneus ſit à Lingua, cui indulta eſſet facultas reijciẽdi perſonas quaſcunque, quæ non eſſent oriundæ ex tali Prouincia, vel Regno, cuiuſmodi eſt Breue conceſſum à Sixto V. linguæ Portugalliæ, Die 28. Iunij 1621. Quo inſuper mandatur Magno Magiſtro, & Capitulo Generali ne Fratres illius Linguæ cogant recipere, vel admittere ſimiles perſonas, cum clauſula, (*Sublata*) & ampliſſimis derogationibus, meminit *Lother. de benefic. lib. 2. quæſt. 15 num. 84. & infra.*

Idemq; tanquam directus Dominus, nobiliſſimum hoc Hoſpitale regia munificentia, ac liberalitate procreatum, adultum, atque in eam magnitudinem exaggeratum, in ſuum patrocinium omnemque ſuam protectionem vltro recepit, imo, & omnes alias domos eidem Magno Hoſpitali immediatè ſubiectas ex Federici Secundi, & Martini Regum Priuilegijs ſub Anno 1397. Die, x, Iunij. V. indict. in illis verbis *Cui magna Domui, cætera Domus Hoſpitalis Sancti Ioannis ſunt immediate, ſubiecta*. Quod quidem Priuilegium non ſolum à ſubſequentibus Regibus confirmatum fuit, ſed etiam in plurimis ſummorum Pontificum diplomatis Apoſtolicis in noſtro hoc Siciliæ Regno exequutoriatis, Prior huius Hoſpitalis, Ordinarius in vniuerſo Siciliæ Regno nuncuparetur. Nunc autem huic domui præſidet. *Fr. DON NICOLAVS LA MARRA Patricius Neopolitanus à Summo Ordinis Hyeroſolimitani Magiſtro electus ſui Vicarius, & Vicem gerens, Cuius militarem virtutem adhuc horrent Thraces; cuius animi pietatem, in tanta armorum ferocia, omnes iure demirantur; Qui omnem bellandi peritiam transtulit in ſenectute ad defendendam Meſſanæ gloriam in hoc Sicilienſi Hoſpitali, eiuſq; iuriſdictione, omnique ſua præeminentia, vnde omnes, omnium meorum Ciuium animos, æternis beneficiorum vinculis ſibi deuinctos habere fatemur.*

Ampl. VII. Certi etiam iuris eſſe, ex *Bonadill. lib. 3. polit. c. 8. num. 20.* Ciuitati, quam Metropolim dicimus, ac Regni, ſuæq; prouinciæ Caput GRANDIVM, authoritatem
62 † dignitatemque competere, adiex. *l. 1. C. de Metrop. Beryth. lib. 12. l. 2. ff. de Alb. ſcriben. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſq; vniuer. nom. l. munerum. §. defenſores ff. de muner. & honor. Caſtr. conſ. 34. num. 4. in 2. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. de different. int. feud. reg. num. 16. 17. Bellug. de Princip. rub. 6. num. 23.* Quibus ergo, GRANDES, illuſtrantur inſignijs, & prærogatiuis; eiſdem decorari Metropolim neceſſe eſt.

Sed ut obiter dixerim, Ambaxatores, ſeu Legatos, ad Reges, per alios Reges, Principes, ſeu Reſpublicas, vel Cõmunitates, miſſos, *ex l. 1. C. de legation. Laudens. tract. de legat.* Regis, ſeu Principis, aut Reipublicæ perſonam repræſentare, à quibus mittuntur, *c. magnum. 11. quæſt. 1. c. ſolitæ. vbi Felin. de Maior. & obedien. Penna, rub. C. de legat. lib. 10. Bald. & Felin. c. 1. de off. deleg. Doct. l. 2. §. 1. ff. de iudic. Boer. de Auctor. Magn. Conſil. nu. 118. Cabed. deciſ. 116. ſub nu. 1. p. 2. Decian. lib. 7. crim. c. 5. nu. 11.* Quorum munus eſt publicum, *l. 1. C. ex quib. cauſ. maior. Barboſ. d. l. 2. §. legatis. num. 50. Laudenſ. de legat. Princ. quæſt. 4.* non tamen voluntarium, *Loſa. de iur. Vniuerſ. p. p. c. 3. nu. 59.* quia tenentur perſonæ electæ legationis munus ſubire, & ad illud compelli poſſunt, *Gloſ. & Doct. l. ſi quis decurio. 1. C. de decur. lib. 10. Bald. l. Veluti. num. 2. ff. de iuſt. & iur. Ponte, de poteſ. proreg. tit. 2. §. 7. num. 8. 9. Corſet. ſing. Ambaſciator. t. Decian. d. c. 5. num. 11.* & qui Ambaſciatorem offendit, in læſæ Maieſtatis crimen incidit, vt offendens Principem, *Bald. quem citat, Alciat. rub. de offic. ordin. num. 32. Gigaſ. de Crim. laſ. Maieſt. quæſt 16. quæſt. 33. num. 3. Farin. quæſt. 112. à num. 165. Cabed. d. deciſ. 116. num. 2. Decian. libr. 7. crim. c. 5. num. 17. & c. 17. num. 46. 74.* Sanctum namque, & inuiolabile eſt ius Legatorum *l. Sanctum ff. de rer. diuiſ. Petr. Gregor. de republ. lib. 11. c. 16. num. 4. Decian. d. c. 5. num. 11. Caball. crim. caſ. 150. num. 4. Cabed. deciſ. 116. nu. 2. p. 2.* & Securitatem habent de iure gentium, *l. fin. ff. de legation. Barboſ. num. 107. &*

Angel.

Angel. l. 2. §. legatis ff. de iudic. Farin. quæſt. 112. *num.* 168. 170. *Decian. d. c.* 5. *num.* 11. 12. *Caball. crim. cas.* 150. *nu.* 4. 5. 6. *Laudens. de legat. Princ. quæſt.* 38. *Tuſc. lit. A. concluſ.* 324. *nu.* 1. etiamſi atrociſſima perferrent dicenda, quæ illis præſcripta erant, *Petr. Gregor. de republ. lib.* 11. *c.* 16. *num* 4. rationem ponit, *num.* 16. Idem habes, *ex Valer. Maxim. lib.* 6. *de fid publ.* Sic qui a Ciuitatibus, & Oppidis cuiuſque Regni ad Regem mittuntur cum legatione, Legati etiam, Ambaſciatores dicuntur, *l.* 2. *§. legatis. l. ſi quis in legatione. l. non alias §. legati. ff. de iudic. l. legati quoq; ff. ex quib. cauſ maior.* vt eiſdem gaudeant priuilegijs, quæ competant Legato, quem Princeps ſupremus ad alium mittit, vel Ciuitas ad ſuum Principem, *l. qui mittuntur. §. ſed etſi ff. ex quib. cauſ. maior. Alber. num.* 7. *Curt. Iun. ad fin. l.* 2. *§ legatis. ff. de iudic.* Proinde honorandi etiam ijs inſignijs ſunt, quibus honorari debet ille, qui eos mitteret, *c. nobiliſſimus.* 97. *diſtin. ibi, Nos autem, vos in illo honorantes.*

Hinc viaticum illis datum, legaticium vocatur, *ex l. munerum. §. legati quoq; ff. de munerib. & honor. l.* 2. *§. bis. ff. de legat. l. titio. ff. ad municip. Prateus, Lexic. iur. verb.* Legaticium ipſique Legati, ſeu Ambaſciatores, ſunt perſonæ, quibus multum creditur, ſemper enim ſunt viri, magnæ fidei, & authoritatis, ac ex Primatibus, *l. ſciendum. §. ordine. ff. de legat. confert tex. c. ad apoſtolicæ. poſt princ. ibi, Speciales nuntios, & magnæ authoritatis viros duximus deſtinandos. de re iudic. in* 6. *vbi, Dominic. num.* 3. *Penneas. l. mulieres. col.* 5. *verſ. ſexto. C. de dignit. lib.* 12. *& in rubr. C. de legat lib.* 10. *col* 5. *verſ. eligendus eſt. Petr Gregor. de republ. lib.* 11. *c.* 16. *num.* 6. *Tiraq. de nobilit. c.* 20. *num.* 43. *Decian. lib.* 7. *crim. c.* 5 *ſub num.* 11.

Probatur autem Ambaſciator, per literas & ſine literis, ſi perſona nobilis eſt, & nota Principi, *Maſcard. de probat. concluſ* 84. *Azeued. l.* 1. *num.* 3. *tit.* 8 *lib.* 6. *recop. Tuſc lib. A. concluſ.* 324. *nu.* 7. alias, illi non creditur, niſi literas exhibeat, *l.* 1. *C. de mand. princip. gloſ. c. nobiliſſimus.* 97. *diſtin. c. lectis* 67. *diſtin. c. ego. de iureiur. c. cum olim. de priuileg. Bart. l. palatinos. C. de collat. fundor. lib.* 11. *Oldrad. conſ.* 254. *nu.* 24. *Decian. d. c.* 5. *nu* 16. *ad fin. c.* 17. *nu* 18. *Azeued. d. nu.* 3.

Ampl. VIII. Vt Comitatus, vel Marchionatus poſſeſſor ex pacto de reuendendo, Reuocabilis cum ſit dominus, prærogatiuas tamen omnes habet, quæ irreuocabili domino competerent, *Franc. decis.* 76. *num.* 4. *apertius, decis.* 159. *num.* 3. qui licet pro ſua opinione nihil alleget, poterat tamen adducere multa à *Tiraq. 2. retract. §.* 2. *gloſ.* 1. *num.* 36. *& tex. expreſſum, (ſecundum comm. intell.) in l. magis puto. §. fundum ff. de reb. eor.* vbi dominium reuocabile, idem quod irreuocabile operatur, & quod de dominio reuocabili tex. ille loquatur, firmat, *Spin. de teſtam. gloſ.* 8. *num* 62. *ad fin. Palacz. de Maior. p.* 4. *quæſt.* 33. *nu.* 47. *ad fin.*

Cæterum etſi vera hæc ſint, verum quoque, & illud erit, quod ex multis concludit, *Gutier. lib.* 2. *pract. quæſt.* 156. *num.* 5. translationem dominij reuocabilis, veri, & irreuocabilis dominij effectus non habere, *Montier. decis.* 1. *num.* 38. quibus adſtipulantur plura à *Tiraq. d. §.* 2. *gloſ.* 1. *à num.* 10. *ad num. vſq;* 14. *& §.* 3. *gloſ.* 1. *num.* 23. Arbitror igitur *Franc.* opinionem non ſimpliciter accipiendam; Sed procedere, quoad commoditatem fructuum percipiendorum, quia dominus alias reuocabilis, & fictus, in fructuum acquiſitione interiorem ſuam fundatam non habeat, *ad tex. l.* 1. *§ libertatibus. C. de caduc. toll. Greg. Lop. Burg. de Paz. & alij à Matienz. relati, l.* 1. *gloſ.* 14. *nu.* 26. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop. Montier, decis.* 1. *ſub nu.* 38.

Proinde (in propoſito) quoad eam fructuum percipiendorum commoditatem, diuerſum ius inter dominum reuocabilem, verum, & fictum conſtituetur; conſonat, vt dicemus, Dominum reuocabilem, verum prærogatiuas domini irreuocabilis ſortiri, ac ſubſequenter, quod fructus illius fiant; cum verus dominus ipſe interim ſit, *Cagnol. l.* 2. *num.* 7. *C. de pact. int. empt. Bott. cons.* 82. *num.* 23. cum regulare ſit, quod ad verum dominium, & irreuocabilem pertineant: Fructus enim iure proprio dominium ſequuntur, *l. fructus. l. in fundo. l. ex diuerſo ff. de reiuendict. l.* 2. *C. de pignor. act. l. ſi dominium. C. de pignor. c.* 1. 2. *de vſur. l. herennius ff. de vſur. Angel. cons.* 9. *nu.* 3. *conſ.* 308. *& in l. in fideicommiſſaria. ff. ad trebell. Caſtr. l. in pignore. §. ſi prædo. ff. de pignor. act. Tuſ. lit. F. concluſ.* 486. *num.* 14. *Caphal. conſ* 49. *num.* 13. *conſ.* 50. *num.* 2. *Turret. cons.* 31. *num.* 4. *in* 3 *Bardell. cons.* 25. *num* 11. *Gratian. diſcept.* 988. *num.* 11. *Aldouin. cons.* 47. *num.* 22. *cons.* 52. *num.* 16. *cons.* 53. *num.* 15. *Menoch. cons.* 818. *num.* 14. *Viui. decis.* 262. *num.* 28. *Cabed. decis.* 39. *num.* 7. *p.* 2. *Gerij. Spin. cons.* 32. *nu.* 1. Quo *tex. d. l. herennius.* & alijs iuribus, *ex Angel. cons.* 55. *ad fin.* in pacto de reuendendo ſic concludit, *Cagnol. l.* 2. *num.* 7. *C. de pact. inter empt. & vend. Tiraq.* 2. *retract. §.* 5. *gloſ.* 2. *nu.* 1. 2. *Tuſc. lit. F. conclus.* 486. *nu.* 37. *lit. P concluſ.* 32. *Barboſ. in collect. ad tex. c.* 1 *de feud. Montier. decis.* 1. *ſub num.* 38. *Bott. cons.* 82. *num.* 23. 24. *Surd. decis.* 211. *num.* 11. & in quauis alia materia peruulgatum eſt, Dominum cauſam eſſe acquiſitionis fructuum, *l. qua ratione. in princ. ff.*

de acquir. rer. domin. §. qua ratione. inſtit. eod. l. 1. 3. C. de pignor. act. l. Iulianus. §. fructus. ff de act. empt. Afflict. decis. 138. num. 2. Aldouin. cons. 110. num. 53. Bott cons. 82. nu. 23. Cephal. conſ. 496. num. 51. Pacian. cons. 147. nu. 79. Borcholt. conſ. 12. col. 17. p. p. Ferret. cons. 155. ad fin. Tuſc. d. conclus. 486. num. 14. Neuizan. cons. 88. num. 17. Sunt enim acceſſorij ad dominium, l. 1. C. de condict. indeb. l. debitori. ff. eod. l. in fundo. §. ex diuerſo ff. de reiuend. Bart. & alij, l. in fideicommiſſariam. ff. ad trebell. & in l. 1. ff. de acquir. poſſeſ. Tiraq. 1. retract. §. 1. gloſ. 1. num. 34. Cephal. cons. 131. num. 14. cons. 181. num. 14. Montier. deciſ. 17. num. 25. Tuſc. d. conclus. 486. num. 14. Quorum perceptio verus eſt poſſeſſionis effectus, Bald. l. celſus. num. 96. 97. ff. de vſucap. Angel. l. qui pignoris. num. 4. ff de acquir. poſſes. Guid. Pap. deciſ. 356. effect. 5. Cabal. cons. 39. num. 10. in 1. Borrell. cons. 67. Bardell. cons. 16. num. 40. Maſcard. de probat. concluſ. 1183. Caphal. cons. 63. num. 11. Franch. deciſ. 204. num. 20. Aldouin. cons. 46. num. 10. etiam fictæ, Pacian. conſ. 147. num. 79.

Hinc ſcripſit, Bald. cons. 215. num. 4. in 2. reuendendi pactum inducere potius alienationem commoditatum, & fructuum, quam iuris inſeparabilis diſtractionem, Tiraq. 2. retract. ad fin. num. 153. Montier. decis. 1. nu. 36.

Quamuis igitur ex hoc capite, quod dominus verus, reuocabilis tamen fructus faciat ſuos, cum domino irreuocabili conueniat non inde ſequitur, quoad alios effectus, inter eoſdem differentiam nõ ſubſiſtere, vt ex multis conſtat à Tiraq. 2. retract. §. 2. gloſ. 1. à num. 10. & lib. 1. ad fin. tit. num. 69. cui acceſſere, Molin. de primog. lib. 1. c. 22. Caualc. deciſ. 16. nu. 32. p. 2. vbi quod poſſeſſores maioratus, vel emptor cum reuendendi pacto, rebus maioratus, vel emptis abuti non poſſunt, ita quod hoc reſpectu, licet veri domini ſint, minus tamen habere dicuntur, quam abſoluti, & irreuocabiles, quibus quidem in rebus ſuis ad abuſum uſq; libera diſponendi facultas tributa eſt, l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hered. in allodijs tamen, non in feudis, quibus priuatur vaſallus ſi deteriora illa reddat, & abutatur, c. 1. §. publici latrones. de pac. tenend. vbi Bald. num. 2. Alnarot. num. 1. Prepos. num. 2. Rauen. & Schenck. Afflict. c. 1. §. item ſi quis feudum. num. 16. 17. Iſern. num. 28. quib. mod. feud. amit. Balzaran. c. 1. num. 12. qualit. dom. propriet. priuet. Ardizon. in Summ. tit. quib. mod. feud. amitt. rub. 55. Iacobin. à S. Georg. verb. dictiq; vaſalli promiſer. nu 36. cauſ. 12. Capic. in inueſt. feud. c. feuda amitt. col. 48. cauſ. 48. Ferrar. lib. 4. feud. c. 1. Roſental. de feud. c. 10. conclus. 33. à num. 1. Schoner. de feud. lib. 1. diſput. 10. c. 55. Intrigl. feud. cent. 1. queſt. 12. num. 54. Veſemb. de feud. c. 15. num. 6. Borcholt. de feud. c. 3. num. 33. ex comm. c. 8. num. 129. Marin. de feud. tit. 2. num. 82. p. 2. Schen. de feud. p. 8. c. 1. nu. 25. 30. cauſ. 6. Mozz. de feud. tit. fin. num. 75. cauſ. 3. Schrader. de feud. p. 9. c. 6. cauſ. 29. nu. 59. Vulte. de feud. c. 11. nu. 39. lib. 1. Paris, Pute. de reintegr. feud. c. 46. nu. 1. c. 105. num. 4. 5. Curt. Iun. de feud. p. 4. num. 44. Zaſ. de feud. p. 10. num. 54. Sonsb. de feud. p. 12. num. 67. Iaſ in prælud. feud. num. 68. Hart. obſer. 36. tit. de feud. 54. lib. 2. Corbul. de cauſ. priuat. ob rei deterior. num. 6. Afflict. decis. 265. num. 72. Soc. conſ. 272. num 8. in 2. Curt. Iun. cons. 137. nu. 1. 19. Soc. Iun. cons. 134 num. 38. in 3. Natt. conſ. 174. num. 10. 11. cons. 481. num. 21. 22. Gramm. deciſ. 104. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 38. num. 22. Burſ. cons. 91. num. 3. Roland. cons. 1. nu. 103. cons. 18. num. 13. in 3. cons. 40. num. 4. 8. in 4. ex comm. Veſemb. cons. 57. num. 13. Ponte, de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 1. num. 60. Menoch. de arbitr. caſ. 78. num. 4. Tern. conſ. 17. in 2. not. num 9. Clar. §. feudum. quæſt. 56. licet ab his diſcrepare videatur, & malè. Sed quæ eſſe debeat deterioratio hæc, ponunt Doct. loc. iam citat. quos conſulas.

Ex his reſponſum opinor dictis à Tiraq. 2. retract. §. 2. glos. 1. num. 36. quæ pro, Franc. deciſ. 76. num. 4. deciſ. 159. num. 3. adducta fuere. Maior eſt difficultas in reſpondendo, ad tex. l. magis puto. §. fundum. ff de reb. eor. in quo tex. mire Doct. laborant, & variant, & præſertim Simoncell. de decret. minor. tit. 8. num. 68. cui accedunt. Ruin. l. legatum. num. 1. ff. de leg. 1. Marcabr. cons. 30. num. 326. copioſius, Cordub. de liber. agnoſc. §. vtrum. à num. 63. ad num. vſq; 71. Gomez, ad l. Thaur. 50. num. 66. l. 60. ad fin. Menoch. de arbitr. caſ. 171. nu. 52. Spin. de teſtam. gloſ. 8. num. 62. ad med. Montier, deciſ 1. num. 41. Quorum intellectus, & dicta perſequi, mei non eſt inſtituti, cum aliquantulum à materia abhorreant, ipſos adeas.

63 Declar. I. Non inſignia hæc cuique deberi, † ſed quæ ex ſui tituli ratione de iure competerent, priuilegio, aut præſcriptione, id enim preſcriptum dicitur, quod poſſeſſum, l. 1. § ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priuat. Ias. l. 3. § poſſideri. nu. 35. ff. de acquir. poſſ. Gail, lib. 1. obſer. 24. Medic. cons. 132. num. 5. Menoch. cons. 612. num. 1. Peregr. cons. 74. num. 5. 6. in 1. cons. 20. num. 13. in 3. Rot. decis. 732. num. 5. p. p. Aldonin. cons. 46. num. 86. proinde habet, illa tantum potentiæ, quantum actus, & non vltra, d. § ſi quis hoc interdicto. vbi Bart. Surd. decis. 131. nu. 8. Rim. Iun. conſ. 782. nu. 88. & quod conſuetum eſt, adeo ut ad finem inducendi conſuetudinem oportet, vt prius ſit frequentia

tia

tia actuum, ex quibus creatur vſus, qui ſonat in factum, ex quo vſu creatur conſuetudo, quæ ſonat in ius, *Dec. c. 1. num. 17. de conſuet. Medic. conſ. 154. num. 34.* Si in ſpecie illius caſus probe[...], qui in controuerſiam venit, *Cravet. cons. 96. num. 4. cons. 241. num. 20. Mantic. deciſ. 284. num. 7. Rim. Iun. conſ. 812. nu. 27. Purpur. cons. 522. num. 12. Fuſc. lit. C. ſing. 117. Gail. lib. 2. obſer. 31. num. 15. Pere[...] cons. 75. num. 37. cons. 99. num. 11. in 4. Coſta, cons. 65. num. 12. Burſ. cons. 360. num. 77. Lancell. Gall. cons. 98. num. 42. 43. Aldouin. cons. 9. num. 10. cons. 35. num. 37. Menoch. conſ. 54. nu. 37. Schrader. cons. 6. num. 150. Surd. decis. 131. num. 9. 10. deciſ. 87. num. 12. Anton. Thomat. decis. 36. num. 12.* vt nec ampliari poſſit vltra ſuum caſum, *Santern. de ſponſion. mercat. p. 3. num. 1. Ponte, cons. 16. num. 3. in 2. Aldouin. cons. 9. nu. 8. conſ. 35. num. 45. cons. 46. num. 89. Roſentall. de feud. c. 9. conclus. 58. num. 19. 20. Becc. cons. 73. num. 14. Caphal. cons. 26. num. 17. cons. 338. num. 45. Menoch. recup. poſſ. remed. 15. nu. 563. cons. 226. num. 43. 44. 45. Surd. decis. 131. num. 9. Oſaſc. deciſ. 29. num. 16. Bertaz. cons. 27. num. 18. Schrader. cons. 13. num. 95.* nec proprios facti, & vſus terminos excedit, *Ias. cons. 192. ad fin. in 2. Caball. crim. caſ. 158. ſub num. 19. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 20. num. 166. Surd. decis. 111. num. 8. Bardell. conſ. 173. num. 16. Caball. cons. 150. num. 11. in 1. Raudens. cons. 37. num. 27. in 2. Medic. cons. 153. num. 26. 44. Peregr. cons 84. num. 13. in 4. Mantic. decis. 284. nu. 6. Rim. Iun. cons. 626. num. 58.* etiam ex identitate rationis, *Gabr. cons. 81. num. 30. in 2. Surd. cons. 138. num 7. 8. Roſantal. de feud. c. 9. concluſ. 58. num. 31. Bardell. cons. 11. num. 13. Lancel. Gall. cons. 14. num. 23. Rim. Iun. cons. 782. nu. 87.* Cum ſtrictiſſimæ ſit interpretationis, *Bart. l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. act. priuat. Ias. cons. 192. in 2. Burſ. conſ. 360. num. 4. Medic. conſ. 305. num. 20. Peregr. cons. 75. num. 45. in 4. Rim. Iun. cons. 812. num. 27. Bardell. cons. 11 à nu. 13. Aldouin. cons. 9. num. 8. cons. 35. num 45. Franc. decis. 546. num. 28. Roſentall. d. concluſ. 58. num. 21. Gerij. Spin. cons. 21. num. 11. Caball. cons. 150. num. 11. in 1.* imo addit, *Bald. cons. 275. ad fin. in 2.* & in conſuetudine nil ſupplendum vltra ſolitum, *Surd. cons. 371. num. 3. Bardell. cons. 173. num. 17. Natt. cons. 46. num. 2. Roland. cons. 94. num. 17. in 2.*

Declar. II. Regales dignitates Principatus, Ducatus, tripliciter conſiderari poſſe: Titularis, ſine adminiſtratione, & officio. Titularis cum officio, & iuriſdictione. Titularis cum officio, iuriſdictione, & loco.

Prioris erit exemplum, ſi Rex aliquem creet Comitem, cum Terra ei conceſſa, quam mox amiſerit etiam ex cauſa; Tunc titularis Comes ipſe remanet, quia dignitas ſemel à Rege collata, adeo conceſſionarij oſſibus eſt affixa, vt euelli non poſſit amplius, *l. 1. C. de Comit. qui prouin. regunt. lib. 12. l. eam quam C. de excuſ. numer. lib. 11. Afflict. tit. de feud. March. & tit. quis dicat. dux. Ponte, cons. 31. num. 10. in 1. Gratian. diſcep. 834. nu. 31.* Proinde ijſdem vtuntur inſignijs, & præeminentijs, quibus cæteri Titulari eorum terras poſſidentes, *Curte, in diuerſ. feud. p. p §. 4. Sed vnde, num. 6.* ratio eſt, *ex l. neminem. C. de decur. lib. 12.* quod inane nomen indulti honoris retinens; idque ex multis probant, *Bald. Alexandrin. Balzer & alij, c. 1. quis dicat. Dux. Afflict. c. 1. nu. 12. de feud. March. Caſſan. de glor. mund. p. 5. conſider. 49 Curte, d. §. 4. ſed vnde, num. 7. Mozz. de feud. tit. de his qui feud. dar. poſſ. num. 15. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. c. 13. à num. 68. Gratian. diſcep. 834. num. 30.*

Si Terram non habeat Titularis; ſed ſine adminiſtratione, aut officio, nudum Comitatus, aut ſimilis regalis dignitatis nomen retineat, Tunc inſignijs veri titularis vti prohibetur, cum non ſit propriè Comes, *Bald. Præpoſ. Aluarot. Laudens. & alij, c. 1. de feud. march. Ponte, cons. 7. num. 16. in 2.* hinc *Aluarot. d. c. 1.* inquit, non omnis collatio à Rege facta, regalem tribuit dignitatem, ſed ſolum quando confertur feudum, annexam habens dignitatem, ſicut Ducatus, imo ex *Camer.* tradit *Ponte, d. num. 16. Roult. pragm. 1. num 67. de titul. abuſ. in ſcriben. ſublat. Molin. de primog. lib. 1. c. 11. à num. 12.* & ſignanter, *num. 20. 21. Bouadill. in Polit. lib. 2. c. 16. num. 6.* vt quis dicatur Marchio, Dux, vel Comes, oportet quod adſit res, & titulus, qui ſit rei annexus.

Poſterioris vero Titularis exẽplum eſt in eo, qui iuriſdictionem habeat in adminiſtrationem, & officium, vt ſi Summus Pontifex aliquem creauit Ducem Spoleti, ſed de his dignitatibus in hac materia non loquimur.

Tertia, denique Titularis dignitatis ſpecies eſt, ſi Rex in Regno, & dominio ſuo aliquem cum terra inueſtit de Comitatu, Tunc propriè Comes ille cum ſit, regijs hiſce inſignijs vti poterit, *Camill. de Curte, d. §. 4. nu. 9. 10.*

Declar. III. Titulatos hiſce inſignijs non vti, ſi terram cum titulo eius primogenito refutauerit, & in præcedentijs erunt etiam ipſi cæteris poſteriores, licet tituli nomen retineant, ac tales appellentur in priſtinę dignitatis meritum, *Iſern. num. 2. Afflict. nu. 13. c. 1. de feud. March. Fului. Conſtant. l. 1. num. 40. C. de conſulib. lib. 12.* quia dignitate depoſita,

priſtinæ

priſtinæ etiam dignitatis nomen ſeruant, quoad exercitium, l.1. vbi Pennens. & l.2.C. de primicer. lib.12. Rebuff. l.1.C. de præpos. Sacr. Cubicul. lib.12. Ponte, de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. §.8. num. 19. & pluribus in cauſis ſic iudicatum refert, Maſtrill. de Magiſtrat. lib.4.c. 13. à num.68. Roult. pragm. 1. à num. 24. de titul. abuſ. in ſcriben. ſublat. Gratian. diſcept. 834. num. 29. Adeout hiſce Titulatis, ſemper eadem ſit reuerentia debita, in priſtinæ dignitati memoriam, cum beneficium per illam quæſitum duret, deficiente etiam dignitate, l. maior dignitas. C. de dignit. lib.10. Specul. de legation. §. finitur. num.8. Frec. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicat. Com. num. 20. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4.c.13. num.75.76. Gratian. diſcept. 834. num. 32. late Boni. de Curtil. de nobilit. p.5. num.8.9. ex Felin. c. qua in eccleſiarum. nu.81. de Conſtit.

Ampl. III. Vt priuilegium, Certo perſonarum generi conceſſum, puta familiæ, Succeſſores includat, & ſit reale, *Surd. conſ. 262. num. 42. Menoch. d. præſump. 103. num. 23.*

Ampl. IV. Vt ſi conceſſio facta ſit officio, & dignitati, realis ſit, *Crauet. cons. 929. num. 2. 34. Barboſ. c. cum veniſſent. num. 10. de conceſſ. prabend. Tap. d. p. 2. c. 4. nu. 35. Menoch. d. præſum. 103. num. 44. Barboſ. d. l. quia tale. num. 41.*

Ampl. V. Vt priuilegium, dignitatis nomine, conceſſum ad ſucceſſores tranſeat, *Surd. conſ. 262. num. 40.*

Decl. I. Quod ſi ratio propter quam priuilegiū pluribus conceditur, non ineſt cuilibet ipſorum, ſed vni tantum, vt principali, & exinde deriuatur ad alios, Tunc illo principali mortuo finitum eſt priuilegium reſpectu aliorum, *Bald. l. 2. C. de epiſc. & cleric. Ponte, conſ. 16. num. 35. in 2.*

Cæterum dignitas in regalem titulum erecta, Comitalem, Marchienalem, aut Princepatum erecta ſupprimi non poteſt, donec extat, qui dignitati præeſt vt ex eo tex. colligit, *Bald. c. 1. nu. 1. de natur. feudor. Barbat. cons. 1. num. 1. in 1. Iacob. à Leon. cons. 114. num. 219. & tradit Lancell. Gall. cons. 46. num. 38.* Imperatorem non poſſe mutare Statum, nec minuere honorem vaſſallorum, *ex Ias. cons. 93. col. 2. in 3.* vt expreſſum inquit, *in §. præterea. Auth. de Referend.* Quod etiam augumentum ſuæ Regiæ & Cathol. Maieſt. reſpicit, cum eius honor per dignitatem ſubditorum augeatur, & eius ſtatus fiet magis potens, magis honorabilis, & magis timendus, *Bald. c. intellecto. nu. 5. de iureiur. Franc. Marc. decis. 337. ad fin. p. p. Lancell. Gallia, cons. 46. nu. 40.*

Q. V. Mulier Comitiſſa, aut ſimili titulo
91 inſignita, † An eandem marito communicet dignitatem vt Comes ipſe ſit? Qua in re, Maritum Comitem effici ex Comitali dignitate vxoris reſoluit, *Garz. de nobilit. gloſ. 1. §. 1. num. 45.* Sicut, & priuilegium vxori conceſſum, marito commune videtur, *ex l. non tantum.*

tum. ad fin. vbi, Doct. ff. de re iud. Dec. l. 1. *C. de in ius vocand. Cabed. decis.* 114. *num.* 5. *p. p. Ponte, cons.* 16. *in* 2.

Contr. concludit *Ponte, de poteſt. proreg. tit.* 10. §. 1. *num.* 17. quia mulier corruſcat nobilitate, & dignitate mariti, *l. fæmina. ff. de ſenator. Ponte, conſ.* 16. *num.* 22. *in* 2. Maritus vero nobilitatem non aſſumit ab vxore, *l. fin. C. de nupt. l. fin. C. de Verb. ſignif. l. mulieres. vbi, Plate. & alij. C. de dignit. lib.* 10. *Palat. Rube. rub. de donat. int. Vir. & Vxor. quæſt.* 31. *Decian. cons.* 19. *num.* 180. *in* 3. *Tiraq. de Nobilit. c.* 18. qui *num.* 39. limitat in Regina, aut alia maximę dignitatis, vel nobilitatis muliere, *ex Bald. c. ſignificauit. de reſcript.* ſed *Bald.* dixit, quod licet vir corruſcat huius mulieris nobilitate, non tamen erit ille, Rex, *Ponte, d.* §. 1. *num.* 18. *& d. cons.* 16. *num.* 22. *Barboſ. l. quia tale. à num.* 22 *ff ſolut. matr. Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſput.* 47. *num.* 13. *Barboſ. c. ſane. num.* 6. *de priuileg. Suarez, de legib. lib.* 8. *c.* 11. *num.* 1. Imo mulier, nupta ignobili, amittit nobilitatem, vel ſi nobilior cum ſit, nubat minus nobili, ſit, & ipſa minus nobilis, quia mariti ſtatus, in quo reperitur, conſiderandus eſt; non primæuus, in quo ipſa erat prius quam nuberet, *Bart. & alij, l.* 1. *C. de dignit. lib.* 10. *Guid. Pap. decis.* 196. *decis.* 350. *Decian. cons.* 19. *num.* 182. *in* 3. Ex quibus conſtare, inquit, *Ponte, conſ.* 16. *num.* 25. *in* 2. ſe decepiſſe, *Garz. de nobilit.* §. 1. *gloſ.* 1. *nu.* 45.

Ampl. I. Vt ſi vxor conſtante matrimonio, Comitalem dignitatem quæſiuerit, virum nec Comitem eſſe concludit, *Ponte, d. tit.* 10. §. 1. *num.* 15.

Declar. I. Vt quæ Principis ſui nutrix fuit, nobilitatem hoc ipſo à Principe acquiſiuiſſe intelligatur, *Fabr. lib.* 9. *C. tit.* 29. *de dignit. defnit.* 4. *num.* 10. & talem, quod magis mirum eſt, vt ignobili, & plebeio viro nupta, ne dum nobilitatem non amittat, ſed etiam, quod prorſus eſt cõſequens, maritum ex plebeio faciat nobilem; propterea quod ea nobilitas ex ipſa quodammodo ſanguinis coniunctione proficiſcatur, Abſurdumque videretur ignobilem haberi eam, aut fieri, ex cuius lacte, & ſanguine, Princeps ipſe, a quo velut a fonte, nobilitas ipſa ſcaturiat, alitus ſit, & educatus, *Fabr. d. tit.* 29. *de dignit. deſin.* 21. *Tiraq. de nobilit. c.* 20. *num.* 78. 91.

Declar. II. Vt ſi Comitiſſa viro ſuo Comitatum in dotem dederit, Tunc, & vir Comes erit, ſi extimatus ea extimatione quę emptionem faciat in dotem datus fuit Comitatus, & Rex illum in vaſallum receperit.

Ex his infer. I. Marito nobili vxorem nobilitari, *Caſſan. de Glor. Mund. p.* 8. *conſid.* 21. *Vecin. comm. opin. tit. de nupt. num.* 55. quia viri ſui radijs corruſcat, & eius gaudet priuilegijs, *Aret. cons.* 130. *num.* 2. 6. *Tap. de Conſtit. princ. p. p. c.* 3. *num.* 5. *p.* 2. *c.* 3. *num.* 95. Ciuilitate; *Tiraq. de leg. connub. gloſ.* 2 *p. p. num.* 28. *Plot. cons.* 19. *num.* 77. 116. *Surd. cons.* 330. *num.* 15. 22. *Bertaz. ciuil. cons.* 11. *nu.* 4. *cons.* 24. *nu.* 35. *Teſſaur. deciſ.* 123. *Franc. deciſ.* 716. *Marta. de ſucceſ. leg. p.* 3. *quæſt.* 15. *artic.* 1. *num.* 21. *Rim. Iun. cons.* 501. *num.* 18. qui in Ciue, ex priuilegio loquitur; Imo ſi vxor virum traduxerit ad ſuum domicilium, viri ſui ſequitur ciuilitatem, *Purpur. l.* 1. *num.* 139. *C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* & Viri mortui domicilium retinet, *Caball. cons.* 125. *num.* 11. *in* 2. & Foro eius gaudet, *l. mulieres. C. de dignit. lib.* 12. *Taſſon. de Antefat. verſ.* 8. *obſer.* 2. *num.* 14. ſiuè viri forus ex iure communi ſit, ſiue ſit ex priuilegio ratione artis, vel profeſſionis, *Soc. iun. de for. compet. verſ.* 66. *num.* 13. *Tap. de conſtit. princ. p. p. c.* 3. *num.* 6. *Tuſc. lit. V. concluſ.* 203. *num.* 9. *concluſ.* 387.

Quod autem diximus Maritum radijs priſtinæ dignitatis, & nobilitatis vxoris non corruſcate; Declarat, *Ponte. cons.* 16. *nu.* 31. 32. *in* 2. Imo ea mortua, corruſcaret ſolum quoad priuilegia honoraria, quatenus alterius pręiudicium non tangerent, *Pont.* conſulas, qui recte loquitur, Proinde notat, *Andr. de Barul. l. iubemus. C. de proxim. ſacror. ſcrineor. lib.* 12. quod ſi retineat quis priſtinæ dignitatis priuilegium, non tamen ſequitur quod dignitatem ipſam retineat.

Q. VI. Defuncto viro, An vidua eius digni
92 tatẽ † retineat, & priuilegia? Affirmantium eſt opinio, Radijs enim maritorum corruſcat eorumque dignitate fulget, etiam ſoluto matrimonio, quaſi idem matrimonium durare videatur, quamdiu mulier ad alias non tranſit nuptias, *l. fin. vbi Doct. C. de bon. mater. l. de emancipatis. ibi, priorem tuorum ſeruauerit. C. de legit. hered. l. filij.* §. *vidua. ff. ad Municip. l. fæmina. & ibi Alber. ff. de Senator. l. cum te. & ibi, Bald. C. de nupt. c. is qui.* §. *mulier. de Sepult. in* 6. *Gloſ. Clem. ne romani. verb. vacare. vbi Imol. & Barbat. de elect. Ang. Caſtr.* Cagnol. *& alij, l. cum quædam puella. ff. de iuriſd. omn. iud. Fabr. lib.* 9. *C. tit.* 29. *de dignit. deſin.* 22. *num.* 3. *Palat. Rube. rub. de donat.* §. 31. *num.* 6. *Garz. de nobilit gloſ.* 1. §. 1. *nu.* 44. *Guid. Pap. deciſ.* 379. *deciſ.* 380 *deciſ.* 196. *deciſ.* 349. *& conſ.* 217. *Tiraq. ceſſ. cauſ. p. p. nu.* 107. *de Nobilit. c.* 18. *nu.* 3. 5. *Tuſc. lit. V. cõcluſ.* 204. *num.* 1. 8. *Roland. cons.* 86. *num.* 6. *in* 2. *Palaez de Maior. p. p. quæſt.* 51. *num.* 322. *Corſet. de Reg. poteſ. quæſt.* 29. *num.* 51. *Cabed. decis.* 98. *num.* 1. *decis.* 213. *num.* 16. *p. p. Azeued. l.* 9. *num.* 3.

tit.

tit. 1 1. *lib.* 2. *l.* 2. *n.* 93. *tit.* 1. *l.* 18. *num.* 3. *tit.* 14. *l.* 4. 5. *n.* 32. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop. Valẽzuel conſ.* 80. *nu.* 12. *Teſaur. lib.* 1. *forens. quæſt.* 90. *Girond. de priuileg. n.* 176. 177. qui addit, & ſi perſonalia ſint priuilegia, & dignitates accidentales. *gloſ. c. ex parte. de for. compet.* Quia priuilegium perpetuò durat, *l. fin. ff. de conſtit. princ. c. decet. de reg. iur. in* 6. *Bald. l.* 2. *ad fin. C. de diuerſ. reſcrip. Surd. conſ.* 419. *num.* 26. *Peregr. cons.* 15. *num.* 1. *in* 6. *Nouar. de elect. for. quæſt.* 39. *nu.* 26. Adeo eſt enim mulier cõiuncta viro, vt ipſius imago ſit, *Valenzuel. conſ.* 80. *n.* 10., in qua vir eius cenſetur viuere, *Bald. l. pignoris. C. de pignor. act. Queſad. quæſt.* 25. *num.* 1. *Azeued. d. l.* 2. *num.* 94. Idemque de ea iudicatur Marito, mortuo, quod eo viuente, *l. filij libertorum. §. vidua. ff. ad municip. Plate. l. per hanc. §. ſi qua. ad fin. C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. *Girond. de priuileg. nu.* 177. 178. *Roland. cons.* 15 *num.* 7. *in* 3. *Tuſc. lit. V. concluſ.* 203. *num.* 9. 10. *conclus.* 204. *num.* 7.

Ampl. I. in priuilegijs etiam exorbitantibus, *ex l. fin. vbi Bart. & Plate. C. de priuileg. ſcholar. lib.* 12. *Aret. c. ſuper eo. de teſtib. Alex. conſ.* 207. *in* 6. *Palat. Rube. d. §.* 31. *ad fin. Tiraq. de ceſſan. cauſ. num.* 107. *de nobilit. c.* 18. *num.* 8. *Palaez. d. cum.* 322. *Cabed. deciſ.* 98. *num.* 2. *p. p.*

Ampl. II. Si priuilegium conceſſum fuerit Marito propter ſeruitia, quia vbi de remuneratione actum eſt, lata fieri debet interpretatio, *Alex. l.* 3. *ff. quod quiſq. iur. Barbos. c. ſanè. num.* 8. *de priuileg. Tiraq. de renoc. donat. gloſ. donatione largitus. num.* 85. *Surd. conſ.* 419. *num.* 64. *Palaez d. quæſt.* 51. *nu.* 323. *Tap. de Conſtit Princ. p.* 2. *c.* 3. *num.* 28.

Ampl. III. procedere, etſi non extent filij, quia diſpoſita ex pluribus cauſis, non ceſſant ceſſante vna, *§. affinitatis. inſtit. de nupt*, *plenè Grat. conſ.* 120. *num.* 47. *in* 2. Quod verum, inquit, *Tiraq. ceſſan. cauſ. lim.* 16. *ad fin.* in caſibus à iure expreſſis, *Thomat. deciſ.* 35. *num.* 59. Vel ſi in alijs eadem ſit ratio, *Tiraq. & Thomat.* nuper citati. Vel ſi quælibet ex pluribus cauſis, ſatis per ſe ſit ad ſubſtinendum actum, non autem ſi duo, vel plura coniunctim requirantur ad actum, quia vno deficiente totum corruit, *Rip. l. ex facto. num.* 24. *ff. de vulg. Tiraq. ceſſan. cauſ. limit.* 22. *num.* 15. 22. *Thomat. decis.* 35. *nu.* 60. *Ponte, conſ.* 16. *nu.* 9. 10. *in* 2.

Declar. I. non procedere ſi vidua alium non titulatum virum duxerit, tunc enim priuatur primo titulo, *l. fin. §. idem reſcripſerunt ff. ad Municip. l. mulieres. C. de incol. lib.* 10. nec primi viri gaudet priuilegijs, *Azeued. l.* 9. *num.* 5. 6. *tit.* 11. *lib.* 2. *recop. dixi copioſius num.* 95.

Declar. II. in priuilegijs procedere, quæ innata dignitatis ratione fuerint conceſſa, hæc vxoribus competere, viris mortuis, *probat tex. d. l. fœmina.* & tradunt, *Cyn. Alber. Salicet. Caſtr. l.* 2. *C. de Epiſc. & cleric. Tiraq. ceſſan. cauſ. nu.* 108. *Tuſc. lit. V concluſ.* 203. *n.* 3. *Cabed. deciſ.* 98. *num.* 3. *p. p.* non tamen ſequitur quod retineatur dignitas, cohæret enim illa perſonæ, *Ponte, conſ.* 16. *nu.* 32. *in* 2. Secus ſi priuilegia Marito competant, publici alicuius officij ratione, *l. filiam. ff. de Senat. Tuſ. d. nu.* 3. *Tiraque. d. n.* 108. *& de nobilit. c.* 20. *n.* 167 169. *Fabr. lib.* 9. *C. tit.* 29. *de dignit. defin.* 23. 24. non ad filios, *Fabr. lib.* 9. *C. tit.* 30. *de Muner. Patrim. definit.* 17. Imo tradit, *Cabed. d. n.* 3. priuilegiũ neceſſitatis ratione conceſſũ, ad vxores nec trãſire, ſicut nec ad filios, non autẽ ſi ratione dignitatis *Salic. l.* 2. *C. de Epiſc. & Cric. Tuſc. d. n.* 3.

Declar. III. in priuilegijs, hoc verum, iure communi introductis, contra eiuſdem iuris cõmunis regulae, hæc enim ad vxores tranſeunt; cgenerale ſit, vt vidua gaudere debeat priuilegijs mariti, etiam in exorbitantibus, id eſt, in ijs, quæ conceſſa ſunt contra ius cõmune, *l. fin. & ibi, Bart. C. de Priuileg. Scholar. lib.* 12. *Tiraq. de nobilit. c.* 18. *num.* 8. *Fabr. lib.* 9. *C. tit.* 29. *definit* 22. *num.* 4. Secus in priuilegijs ſtatutorum, contra ius commune, *Alex. conſ.* 207. *in* 6. *Tiraq. d. num.* 8. *Cabed. deciſ.* 98. *num.* 4. Quæ autem dicatur Vidua. plene ſcripſit *Marta*, *de iuriſdict. p.* 4. *c.* 81. *num.* 4. *Nouar. de elect. for. quæſt.* 7.

Cæterum, quod de vidus dictum eſt, in ea etiam Muliere procedit, quæ virum habeat inutilem, *Gloſ. l. fin. ff. ſolut. matr. vbi, Bald. & Salic.* notant, *Azeued. l.* 1. *num.* 7. *tit.* 3. *lib.* 6. *recop. l.* 9. *n.* 10. *tit.* 3. *lib.* 4. *recop. Gloſ & Bald. l. fin. C. de plagiar. Cott. in memor. verb. vidua. Tiraq. l.* 6. *connub. gloſ.* 1. *p.* 6. *num.* 12. *Viui. deciſ.* 197. *num.* 3. *Lara, de anniuerſ. c.* 21. *num.* 34. *lib.* 1. *Girond. de priuileg. num.* 1441. *Gail. lib.* 1. *obſer.* 1. *nu.* 44. *Curi. Philip. p. p. §.* 9. *num.* 13. *Nouar. de elect. for. quæſt.* 7. *num.* 1. *Bonadil. lib.* 1. *polit. c.* 11. *num.* 7. *Rip. obſer.* 121. *Carot. decis.* 106. *nu.* 1. eique priuilegia competunt, quæ data ſunt viduis *Petra. ad Gram. deciſ.* 27. *nu.* 14. *Muſcatell. ciuil. prax. gloſ. competentes. nu* 19. *Ricc. Archiep. deciſ.* 290. *num.* 5. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 67. *Scacc. de appell. quæſt.* 7. *num.* 116. *Girond. d. num.* 1441. *Cuar. pract. quæſt.* 7. *nu.* 2.

Q. VII. Exterus vxorem duxit Meſſanenſem
93 ſem † An ciuis *Meſſanæ* ſit? contendunt *Doct*, Ego aliquot conſtituendos eſſe caſus cenſui, apertioris doctrinæ gratia.

Primus eſt, Ciuem eum eſſe, qui Meſſanenſem vxorem duxit, *Alciat. conſ.* 22. *num.* 2. 4. 5. 6. *lib.* 4. *Marta, de ſucceſ. leg. p.* 3. *quæſt.* 15. *artic.* 1. *num.* 23. *Bardell. conſ.* 80. *nu.* 5. *Surd. cons.* 330.

nu. 19. *Menoch.conſ.* 390. *num.* 17. etſi ciuilitatem ab vxore, virum exterum nō habere, opinetur, & malè, *Nouar. forens. quaeſt.* 30. *nu.* 36.

Ampl. I. licet ciuis ex priuilegio vxor ſit, vir tamen exterus, ciuis ſit, *Rim. Iun. conſ.* 501. *num.* 18.

Ampl. II. Adeò virum, verum eſſe ciuem, vt ſi priuetur vxor ciuilitate, non tamen priuatus erit vir, ea etiam inuita, *Tiraq.* 2. *retract.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 21. *Caphal. conſ.* 133. *num.* 122. *Rim. Iun. conſ.* 112. *num.* 120. *Schrader. de feud. p.* 10. *Sect.* 12. *num.* 97. Non enim extinguitur priuilegium in perſona, ad quam deriuatur, licet extinctum ſit millies in perſona, à qua deriuatur, ſi eadem fuit priuilegij ratio, in eo cui deriuatur, quæ etiam fuit, à quo deriuatur, *Bald. l.* 2. *C. de Epiſc. & cleric. Anna, alleg.* 46. *num.* 1. Sic & plebeiæ mulieri nuptę viro nobili; nobilitas, & immunitas per legem quæſita ex perſona viri, non poteſt auferri, nec quidem ex facto viri, *Fabr. lib.* 9. *C. tit.* 29. *de dignit. defin.* 16.

Declar. I. vt vxore ſine filijs defuncta, exterus ciuilitatem amittat; ſicut & omne aliud priuilegium ex eius perſona quæſitum, *in term. Ponte, de Poteſt. Proreg. tit.* 10. §. 1. *nu.* 40. ductus *tex. l. in omnib⁹.* 2. *ff. de reg. iur.* vbi enim priuilegium contemplatione perſonę conceſſum eſt, ita vt perſona, ſit imediata cauſa priuilegij; tūc ex tincta perſona, extinguitur priuilegium, *ex Barbos. l. & quia tale. n.* 11. *ff. ſolut. matr. Boſſ. de princ. num.* 343. *Surd. conſ.* 397. *nu.* 6. *conſ.* 495. *num.* 11. *Natt. conſ.* 311. *nu.* 11. quos ſecutus etiam fuit, *Ponte, conſ.* 16. *nu.* 66. *in* 2.

94 Contrar. aduerſus, *Ponte, d. nu.* 40. † defendit *Marta, de ſucceſſ. legal. p.* 3. *quaeſt.* 1. *artic.* 4. *num.* 14. Imo priuilegium ratione perſonæ, non ceſſat ea deficiente, licet perſona, immediata fuerit priuilegij cauſa. Quia Doct. ab eo citati, ſuam non probant intentionem, etenim, *Barbos. d. l. & quia tale. num.* 19. contrarium firmat, Imo ſi aliquid alterius contemplatione conceditur, eo mortuo, aut alias deficiente, illud ius non extinguitur, *l. fin. C. de vſufr.* Nec dicit, *Surd.* id, pro quo citatus fuit, *à Ponte d. num.* 40. *Nec dictum Boſſ. d. num.* 343. illi adſtipulatur, Quia reſpondit, & rectis *Marta, d. num.* 14.

Si quęris, itaq; in hac Scriptorū diſcordia Vtras ego partes potiſſimum ſequendas arbitrer? Planè ita Sentio, vt poſterior hæc verior ſit, *ex Marta, d. n.* 14. Vxore mortua ciuem eſſe Virum, illius loci, cuius ciuis erat Vxor; quod ſatius probat Alphons. Rex in Regni cap. 386. Et iuris eſſe inquit, *Fului. Conſtant. l. ſi quis decurio. num.* 21. *C. de decur. lib.* 10. *Garz. de nobilit.* §. 1. *glos.* 1. *nu.* 44. *Nouar. forens. quaeſt.* 39. *num.* 36. 37. Tum quia maritus viduitatem ſeruans in primo ipſo, vel ſecundo matrimonio decedere dicitur, licet vxore iam defuncta, decederet *Alex. conſ.* 6. *num.* 8. *in* 7. *vbi Scholiaſt. dat concordant. Tuſc. lit. V. concluſ.* 204. *num.* 5. eſt enim vxor ad priuilegij acquiſitionem neceſſaria, non ad illius conſeruationem, *l.* 2. §. *remittit. ff. de exuſat. tutor. Rip. l. ex facto. num.* 13. *ff. de vulg. Fului. Conſtant. d. l. ſi quis decurio. num.* 22. ipſaque Ciuilitas facilius conſeruatur, quam acquiratur, *l. filiusf. ff. de ſolut. Caſtill. Sottomay. iur. Controuers.* 15. *num.* 8. 9. *p.* 3. cum ciuilitas, contractus ſit, vel quaſi, qui vnius voluntate reuocari non poteſt, *Bart. l.* 1. *num.* 16. *ff. ad Municip. Menoch. conſ.* 132. *num.* 1. Tum quia ius ſemel alicui quæſitum ex perſona alterius, perſona illa deficiente perpetuo durat, *l. illud.* §. *ſi quis cum l. ſi poſt mortem.* §. *ſi qui. ff. de bonor. poſſ. contr. tabul.* ſic priuilegium alicui conceſſum, alterius etiam contemplatione non amittitur, eo mortuo, aut aliter deficiente, *l. fin. C. de vſufr. Barbos. l. & quia tale. nu.* 18. 19. *ff. ſolut. matr. Garz. de nobilit.* §. 1. *glos.* 1. *à num.* 44. vt in priuilegio immunitatis, reſoluit *Azeued. conſ.* 17. *nu.* 1. *Girond. de priuileg. n.* 179. & conceſſum Patri ob numerum duodecim filiorum durat eorum altero iam defuncto, poſt expletum numerum, decreto etiam nondum obtento, *Dec. l. in omnibus. num.* 17. *ff. de reg. iur. Fului. Conſtant. d. l. ſi quis decurio. num.* 21. *Villalob. verb. pater. num.* 51. *Alciat. reg.* 1. *præſum.* 36. *Modic. de iur. natur.* §. *principum placita. dub.* 196. *Purpur. conſ.* 483. *num.* 6. Cauagnol. *Mortisfer. decret.* 72. *quaeſt.* 12. *num.* 14. Nouar. *forens. quaeſt.* 39. *num.* 36. *Franc. decis.* 259. *num.* 15. *Roland. conſ.* 52. *nu.* 49. *in* 2. *Anna, ſing.* 241. *Mari. ſing.* 657. *num.* 2. *Canalc. decis.* 14. *num.* 29. *p.* 3. *Raudens. de analog. c.* 22. *num.* 139. *Surg.* in Scholijs ad Surg. de Neap. *illuſtr. c.* 22. *priuileg.* 42. *Tiraq. Ceſſan. cauſ. lim.* 6. *num.* 10. 11. *Thor. compend. decis. lit. I. verb. immunitas.* 3. *Laudens. de fiſc. num.* 198. *Tap. de Conſtit. princ. p.* 2. *c.* 4. *num.* 34. *Petra ad Gram. decis.* 54. *num.* 3. & addit, etiam ſi omnes filij deficiant, quia numerus filiorum, inquit, *Fului. Conſtant. d. l. ſi quis decurio. num.* 22. ad priuilegij acquiſitionem requiritur, non ad conſeruationem; etſi priuilegio nondum expleto deceſſerit filius, *Raudens. de analog. c.* 22. *num.* 146. 148. imò ſi viuentibus filijs immunitatem, nec petierit pater, altero eorum defuncto nec petere prohibetur, *Raudens. d. c.* 22 *num.* 142. quod pungit, *Surd. decis.* 123. Reliqua habes, *ad Meſſan. ſtat. c.* 10. *gloſ.* 4. *num.* 11. Tum quia priuilegi-

um

Digitized by Google

rum ratione dignitatis durat finita dignitate, l. cos. l. maximum. l. eam legem. C. de excuſat. muner. lib. 10. Cagnol. Mainer. & Dec. l. in omnibus. ff. de reg. iur. Girond. de priuileg. num. 1408. Cephal. conſ. 423. num. 59. Filius à patria poteſtate liberatus propter dignitatem, finita dignitate, durat eius liberatio, Cephal. conſ. 423. num. 59. & filius per ductionem vxoris à patris poteſtate liberatus, in eius non reincidit poteſtatem, defuncta vxore, ſic & filia defuncto eius viro, Afflic. ad Regni Conſtit. lib. 2. rub. 31. nu. 12. Tiraq. de Ceſſan. Cauſ. limit. 12. Burg. de Laudem. p. p. inſpect. 4. num. 26. & in Scholijs, nu. 91. Muta, Panorm. Conſuet. 48. num. 47. Petra, ad Gram. decis. 54. Cenall. comm. quaeſt. 24. Gratian. diſcept. 382. num. 24. Cephal. cons. 423. nu. 34. Cancer. 1. reſol. c. 10. num. 3. Ludouic. Comm. conclus. 61. ampl. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. glos. 28. num. 28. liberta matrimonio cum patrono inito, liberatur ab operum praeſtatione, ſed liberatio non extinguitur diuortio, Cephal. cons. 423. num. 48. Affinitas ſemel contracta durat perpetuo, etiam mortuo coniuge, affinitatis cauſa, c. fraternitatis. 35. quaeſt. 10. Tum quia ceſſante cauſa, non ceſſat effectus conſumatus, l. fin. ff. Vnde liber. l. ſancimus. C. de admin. tut. Bart. l. a. §. fin. ff. de donat. Tiraq. de ceſſan. cauſ. limit. 12. num. 2. Fachin. lib. 13. controuers. 2. Cranet. cons. 491. num. 31. conſ. 499. num. 2. 12. 27. Alba, cons. 123. num. 10. cons. 304. num. 13. Gratian. diſcep. 120. num. 60. Caſſanat. cons. 4. num. 101. cons. 26. num. 41. cons. 41. num. 74. Menoch. cons. 206. num. 40. Rim. Iun. cons. 343. num. 33. cons. 808. num. 93. Caualc. decis. 16. num. 3. 7. p. 4. Oſaſc. cons. 18. nu. 43. Lancell. Gall. cons. 66. num. 34. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 12. num 58. Schrader. de feud. p. 10. sect. 7. num. 118. Valaſc. conſult. 57. num. 1. Fenut. de Mouent. temp. c. 29. num. 13. Paſet. cons. 134. num. 1. ac Thomas de Thomaſet. in Florib. leg. reg. 271. Macerat. lib. 3. reſol. 40. num. 50. Geri. Spin. cons. 19. num. 32. Surd. decis. 163. num. 12. de alim. tit. 7. quaeſt. 33. num. 9. Gamm. decis. 27. num. 4. Tuſcalit. C. concluſ. 202. Peralt. l. maxium. §. fin. num. 20. ff. de legat. 2. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quaeſt. 25. num. 34. Caldas. de empt. c. 23. num. 48. & de poteſt. elig. & nomin. reuoc. lib. 3. c. 10. ſub nu. 2.

Ampl. I. Vt ſi vidua ſecundo nubat, non tamen amittat priuilegium fori, & originis primi mariti, quod iã acquiſiuerat ſed illud perfectum; & conſumatum tempore habili, retinet, Socc. cons. 81. num. 3. in 3. Caball. cons. 125. num. 13. 14. in 2. Tap. de conſtit. princ. p. 2. c. 4. num. 31.

95 Secundus caſus eſt, Prima vxore † Meſſanenſi mortua, ſi viduus maritus ſecundam duxerit, Panormitanam, An maritus exterus primam acquiſitam ciuilitatẽ amittat? Qua in re, Affirmantium eſt opinio, ex l. fin. §. idem reſcripſerunt. ff. ad municip. l. mulieres. C. de incol. lib. 10. quibus conſtat, mulierem ſequi dignitatem viri, eiuſque forum, & domicilium, Quo mortuo, ſi nupſerit plebeio, conditionem ſequitur, & domicilium ſecundi viri: optimè, tex. §. ſin autẽ Auth. de nupt. viduã renubentẽ, vti non poſſe priuilegijs, & dignitate primi viri, ſed ſecundi amplectitur fortunam. Rationem ſubdit ibi, Tex. Qui enim priorum dignitatum, ſcilicet, Oblita eſt, non rurſus, ex prioribus adiuuabitur. Sic maritus viduus immunitatis priuilegio ex perſona Vxoris ſuę gaudet, donec alteram non priuilegiatam vxorem duxerit, Azeued. cons. 17. nu. 6. & poſt nobilis mariti mortem, quæ prius fuerat plebeia, ſi iterum nubat plebeio, cadet à priuilegio quæſitæ nobilitatis, nouiq; mariti conditionem ſequitur, l. filij. ff. ad municip. Tiraq. de nobilit. c. 18. num. 5. 16. Fabr. lib. 9. C. tit. 29. defin. 17. plenè Azeued. l. 9. num. 5. 6. tit. 11. lib. 2. recop. & priuilegium primi mariti amittit, c. is, qui §. mulier. de ſepult. in 6. Caſſan. Burg. conſuet. rub. 10. §. 7. num. 3. Girond. de priuileg. num. 1530. & ſtatum ſuum mutat, l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. vt alia perſona ſit, Bart. l. iuriſgentium. § ſi ante aditam. nu. 1. ff. de pact. Hinc Ictiſſit, Girond. de priuileg. num. 1151. Priuilegium à Principe conceſſum, vel Gratia à Pontifice, ex aliqua cauſa finali, ſi ipſa ſemel ſuum ſortiatur effectum, etſi deinde ceſſet, validum adhuc eſſe, ipſamque gratiam durare: At ſi cauſa deficiat, prius quàm priuilegium, & gratia ſortiatur effectum, ſecus erit, ex Couar. 1. variar. c. 20. num. 5. verſ. is ita. Tiraq. de ceſſan. cauſ. p. p. num. 89. 92. & limit. 12. num. 1. Gutier. lib. 1. canon. quaeſt. 15. nu. 22. nec diſſentit, Tap. de conſtit. princ. p. 2. c. 3. num. 25.

Ex his meritò deciſum vidimus, Quod cum, Don. Ioan. Ciambra, Iuris vtriuſque peritus origine Drepanẽſis, Panormitanam primam habuerit Vxorem, & ea mortua, Secundam Caſtriuetrani natam duxerit, Prætoriani Magiſtratus electus à Rege iudex: Senatu Vrbis contradicente, iudicaturę munus ad piſci non potuit, quia Forenſem duxerat, poſt Panormitanæ vxoris mortem; ipſumque Regis reſcriptum contra Vrbis priuilegia eſſe. Pronuntiarunt tum Prætoriani iudices, tum, & Prorex cum voto Præſidum, in Reuiſionis iudicio à Ciambra petito, Anno 1629.

Verum, quod ſi Viduus dum eſſet Maritus, Panormitanus iam effectus, ex præmortua vxore, ad iudicis munus promotus inte-

tim à Rege fuerit, & officij poſſeſſionem per iuramentum licet dein Forenſem acceperit vxorem, munus illud perfectum iam, & conſumatum tempore habili retinet, *ex Soc. conſ. 81. à nu. 3. in 3. Cabal. conſ. 125. nu. 13. 14. in 3. ſentit Tap. de Conſtit. princip. p. 2. c. 3. nu. 25.* quia effectus conſumatus non extinguitur quamuis deueniat ad caſum, à quo incipere non poſſit, *l. pen. §. & ſi placeat. ff. de verb. oblig. not. in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Gamm decis. 27. num. 4. Pariſ. cons. 29. in 2. Gomez, Thaur. l. 6. num. 11. l. 40. num. 22. l. 48. num. 5. & p. p. variar. reſol. c. 19. num. 14. Tiraq. de reuoc. donat. gloſ. donatione largitus. num. 23. & gloſ. ſuſceperit liberos. num. 155. & de Caſſan. cauſ. lim 11. num. 15. Did. Perez lib. 5. ordin. tit. 3. fol. 148. Mattien. l. 1. glos. 4. num. 20. lib 5. recop. Ceual. comm. quaeſt. 666. num. 10. & quaeſt. 728. à num. 5. Valaſc. conſult. 57. Franc. deciſ. 257. nu. 7.* maximè ſi qualitas momento ſufficiat adfuiſſe, ſecus ſi perſeuerantiam requirat, *Tiraq. l. boue. §. hoc ſermone. lim. 7. ff. de verb. ſignif. ex l. ſi ſtipulatus ſim. ff. de verb. oblig. Gamm. decis. 27. nu. 5. Palaez, de Maior. p. 2. quaeſt. 6. nu. 37. 39. Caldas. de poteſt. eligen. & nomin. reuoc. lib. 3. c. 10. ſub nu. 2. Tap. de Conſtit. Princ. p. 2. c. 4. nu. 32. copioſius Perals. l. meuiū. §. fin. nu. 20. ff. de leg. 2.* inde eſt, vt vidua, ſeu, alia quæuis miſerabilis perſona, ex priuilegio, *l. 1. C. quand. imper. int. pupill. & ex Conſtit. ſtatuimus. rub. de Magiſtr. iuſtic.* forū Principis eligens, mox ſi iterato nubat, vel minor fiat maior, cauſa coram ſupremo illo magiſtratu cæpta, ad inferiorem non remittitur, licet ceſſet iam priuilegij cauſa, *l fi. C. de Veteran. lib. 10. Battagl. ad Cin. l. 1. C. quand. imper. int. pupill. & vid. Carauit. rit. 219. Couar. pract. quaeſt. 7. à nu. 1. Maſtrill. deciſ. 127. num. 12. Teſſaur. decis. 177. num. 4. Franc. decis. 257. & ibid. Amend. num. 1. Capiblan. de Baron. prag. 8. nu. 168. Menoch. de arbitr. ad cas. 66. num. 36. Thor. compend. decis. lit. V. verb. Vidua. 2. Ricc. collect. 1. collect. 300. Cala. de mod. artic. §. 1. gloſ. 1. num. 82.* alios habes, *ad Meſſan. Stat. c. 10. Gloſ. 4. num. 12. p. p.*

Non obſtat, *Ponte, cons. 16. à num. 46. in 2.* aſſerens, hoc in caſu, ceſſare officij exercitium, à ceſſante cauſa, quia actus ſucceſſiuos requirit officium, & cauſæ perſeuerentiam, ex multis ab eo citatis, cuius opinio coadiuuari poteſt, *ex comm.* quam probat, *Butr. c. ſollicita. num. 13. de reſtit. ſpoliat.* in quæſtione illa, De cauſa commiſſa alicui conſtituto in dignitate, qui poſt datam, & receptionem literarum, dignitatem reſignauit, An ille in quem reſignauit, poſſit cauſam proſequi, & decidere? Qua in re, dixit, ex *Comm. Butr. d. num. 13.* quod reſignatus, & non reſignans, cuius dignitas iam ceſſauit, debet cauſam definire, quod agnouit prius, *Abb. c. quod in dubijs. de remunerat. Mohedan. decis. 87.*

Sed contraria opinio, vereor, & communior eſt, *ex Glos. c. ſtatutum. verb. canonico. verſ. ſi tempore datæ. de reſcript. in 6.* quam dixere, *ibid. comm. Archid. num. 3. Anchar. num. 5. Gemin. num. 9.* & ipſe, *Gemin. c. licet canon. num. 9. in 6. Zabarell. clem. ciſi principalis. quaeſt. 6. de reſcript. Dec. num. 56. Felin. nu. 5. c. quoniam abbas. de offic. deleg. Abb. cons. 93. in 2. Caſtr. cons. 327. in 1. Girond. de priuileg. num. 1152. Ceual. comm. quaeſt. 666. Paris. de reſignat. quaeſt. 4. num. 66. ad fin.* Qui in Sacra Congreg. Trident. Conſil. ſic iudicatum refert, Anno, 1587. Reſignantem de cauſa cognoſcere, etiam poſt reſignationem. Proinde minus rectè, *Ponte,* loquutum cenſui, ſed iam ſatis.

Q. VIII. Rex, comitatus, aut ſimilis dignitatis titulum donauit; Pacto, *Quod ſi donatarius, ſine filijs legitimis, & naturalibus ex ſuo corpore; vel non exiſtentibus nepotibus maſculis ex eis legitimè deſcendentibus decederet: Tunc, & eo caſu, & caſibus, Titulus donatus reuertatur ad donantem ſi ſuperuiuet, alias ad legitimos, & naturales eius filios, & nepotes, ſiue ad hæredes, & ſucceſſores, ipſo iure, ipſoq; facto transferatur, & translatus intelligatur, poſſeſſionis, & proprietatis; Quibus quidem filijs, ſit & intelligatur dicto caſu, ſimiliter facta donatio, ac pleno iure translata, & acquiſita.* Ex his, difficultas ſuboritur non leuis, Pactum hoc reuerſiuum, donatione graduali, primu Donotario iniunctum, An in ſequentes, repetitum cenſeatur? repugnante donationis natura, quæ perpetua, eſſe debet. Qua in re, Negantium prima fuit opinio.

Primo, donatio ſui natura cum ſit perpetua †, ad donantem non reuertitur, *l. 1. ff. de donat. l. Senatus. §. 1. ff. de donat. cauſ. mort. Achill.*
96 *decis. 1. nu. 2. de donat. Tiraq. de reuoc. donat. gloſ. libertis. num. 19. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21. nu. 20. Pute. decis. 273. nu. 4. p. 3.* Nec inuito donatario reuocari poteſt, *l. poſt perfectam. C. de donat. quæ ſub mod. l. filius. C. de pact. Caſtr. cons. 164. nu. 5. in 2. Palaez, de Maior. p. p. quaeſt. 22. nu. 31. Menoch. cons. 92. nu. 48. Molin. de rit. nup. lib. 3. quaeſt. 6. num. 24. Mantic. d. lib. 13. tit. 40. nu. 18. Surd. decis. 206. num. 5. Caphal. cons. 440. nu. 42.* ſiuè tacite, ſiue expreſſe, *Ludouic. Perus. deciſ. 29. num. 25. Caphal. Clar. Ruland.* & alij, *à Surd. d. num. 5.* imo nec quid ei addi, aut minui, *d. l. poſt perfectam. & l. omnes. §. lucius. ff de his quæ in fraud. credit. l. ſiue emācipatis. C de donat. l ſi donationem. C. de reuoc. donat. Peralt. l. 3. §. qui fideicommiſſum. nu. 68. ff. de hæred.*

ret. in ſiſt. l. cum pater. §. à filia. nu. 32. 92. ff. de legat. 2. Lopez, nu. 20 Gomez. nu. 22. l. Tbaur. 17. Caſtill. Sottomay. lib. 3. inr. controverſ. 30. num. 14. Robles, de repreſen. lib. 3. c. 19. nu. 58. Ramon. conſ. 100. nu. 18. 20. Mantic. d. lib. 13. tit. 40. nu. 40. Menoch. cons. 91. num. 17. cons. 92. nu. 25. 75. cons. 178. nu 9. cons. 191. num. 43. Couar. 1. reſol. c. 14. nu. 1. & lib. 2. c. 23. Alba, cons. 78. nu. 40 Molin. de primog. lib. 1. c. 8. num. 37. Aluarad. de coniect. ment. defunc. lib. 2. c. 1. num. 4. Decian. conſ. 11. nu. 29. in 3. cons. 8. num. 4. 16. in 4. Surd. cons. 143. num. 55. cons. 192. num. 24. 25. Palaez. de Maior. p. p. quaſt. 26. num. 4. 5. quaſt. 44. num. 11. & p. 2. quaſt. 4. illat. 8. nu. 14. Auend. de exeq. mand. c. 12. nu. 20. Mattienz. lib. 5. recop. tit. 6. gloſ. 3. nu. 3. cum & donationi iam perfectæ modum, aut conditionem adijcere nec poſſet Rex, Soc. iun. cons. 138. nu. 3. in 2. Palaez. de Maior. p. 2. quaſt. 4. illat. 8. nu. 14 quaſt. 26. num. 5. Anna, Iun. cons. 86. num. 12. cons. 129. nu. 53. Petra, de princip. potes. c. 32. quaſt. 3. nu. 137. Cabed. deciſ. 95. nu. 12. p. 2. niſi donatarius conſentiat, Curt. Iun. cons. 14. Paris. cons. 12. in 3. Mantic. d. tit. 40. nu. 18. Peregr. de fideicom. artic. 6. nu. 47. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 5. num. 18. inde eſt vt ad extraneos ſucceſſores licet. ſingulares, tranſeant res donatæ, Mazol. cons. 1. num. 9. Siluan. cons. 98. num. 7. Mar. Vot. 210. num. 26. & notat, Caſtr. cons. 330. dub. 3. in 1. expreſſam diſponendi licentiam ad fauorem donatarij à donante dictam nihil operari, quia de natura donationis eſt, vt donatarius libere diſponat, ſuperflua ergo eſt diſponendi licentia, Dec. conſ. 216. num. 5. & in dubio pro donatario ſumenda quæuis interpretatio eſt contra donantem, qui ſibi imputet, ſi apertiorem legem non dixerit, l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. Ramon. cons. 48. num. 13. ad fin. Surd. cons. 143. num. 36. Auenion. decis. 10. num. 1. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quaſt. 23. num 49. 51. Rot. decis. 225. num. 2. p. p. Paz, cons. 29. num. 46. Mantic. decis. 29. num. 2. ac proinde, cum exprimere potuiſſet, nec id expreſſerit, conſequens eſt, id noluiſſe, l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. c. 2. de transl. prælat. quibus iuribus, dici ſolet præſumptionem eſſe, quod nec lex, nec teſtator, aliquid voluerit, cum facile exprimere illud potuerit, & non expreſſit, ex Bald. d. §. ſin autem, ad deficientis. & in l. voluntatis. C. de fideicom. Iaſ. cons. 142. num. 24. in 2. Anchar. cons. 119. ad fin. Dec. cons. 442. num. 9. cons. 513. num. 11. cons. 581. num 7. Gozad. cons. 29. num. 16. cons. 83. num. 9. Paris. cons. 31. num. 7. cons. 58. num. 5. in 2. Socc. Iun. cons. 100. num. 12. in 1. Curtium. cons. 33. ad fin. cons. 49. num. 7. Montier. decis. 50. num. 15. Decian. cons. 63. num. 12. in 2. Burſ. cons. 206. num. 8. Rim. iun. cons. 242. num. 35. Honded. cons. 63. num. 64. in 1. plenè Molin. de rit. nupt. lib. 3. quaſt. 23. à num. 38. Modicum enim de pargameno expreſſio illa occupaſſet, vt in ſimili Ioan. Andr. notat, in c. inter. de re iud. in c. ſuper eo. de appell. Oldrad. cons. 226. col. 2. poſt med. Montier. d. num. 15. Non enim de tam modico, in illa expreſſione agebatur, quod negligi deberet, & ſcripto non mandaretur, vt non ineleganter, Crauet. ſatis ad propoſitum ſcripſit, cons. 175. num. 5. ſunt enim donatoris verba ad litera interpretanda, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 11. à num. 9. Ramon. cons. 32. num. 26. cons. 47. num. 22.

Certi ergo iuris eſt, Vltimum ex Deſcendentibus, Res omnes donatas in extraneum alienare poſſe, Achill. decis. 1. de donat, vbi, donatio erat pro ſe, & deſcendentibus ex ſuo corpore tantum; ſed ex vltimi deſcendentis perſona, recte in extraneos tranſit, nec ad donantem reuertitur, Burſ. cons. 31. num. 7. Ruin. cons. 122. num. 5. in 1. Mazol. cons. 1. num. 9. Bero. cons. 121. in 2. Soc. iun. cons. 142. in 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21. num. 20. Pute. decis. 273. p. 3. Marta, de ſucceſſ. legal. p. p. quaſt. 2. artic. 10. num. 10. Sic, & ius patronatus reſeruatum pro ſe, & deſcendentibus, ijs extinctis ad vltimi deſcendẽtis extraneos etiam hæredes tranſit, nec ad eccleſiam reuertitur, Anchar. conſ. 81. Rot. deciſ. 385. p. p. deciſ. 535. p. 4. Seraph. deciſ. 364. & nemine extante, cuius fauore facta ſit alienandi prohibitio, in quemcumq; alienari poſſunt bona, l. quoties ab omnibus. vbi Bart. Bald. Caſtr. Padill. & alij, in Sũmar. & Cuman. nu. 2. C. de fideicomm. melior eſt, tex. l. cum pater. §. libertis. l. qui ſolidum. §. prædium. ff. de legat. 2. Rip. l. filiusf. §. diui. num. 7. ff. de leg. 1. Mars. l. 1. num. 38. C. de rapt. virg. Angel. cons. 168. Caſtr. cons. 454. num. 2. in 1. Alciat. cons. 11. lib. 9. Soc. cons. 53. num. 11. in 1. Dec. cons. 282. in princ. cons 511. num. 5. cons. 584. num. 13. cons. 636. num. 28. ad fin. cons. 637. num. 16. Gozad. cons. 30. num. 1. Ruin. cons. 109. num. 16. 60. in 1. cons. 203. num. 1 in 2. Tiraq. 1. retract. §. 1. glos. 9. num. 86. §. 26. glos. 1. num. 10. Soc. iun. cons. 13. in 4. Natt. cons. 470. num. 3. cons. 551. num. 18. Bero. cons. 84. à num. 38. in 2. Caſtill. Sottomay. tom. 6. inr. controverſ. c. 143. §. 1. Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 551. num. 1. 2. quaſt. 735. num. 1. cons. 110. num. 14. cons. 172. num. 5. Pacian. cons. 49. num. 99. 100. Petra, de fideicomm. quaſt. 8. num. 512. Roland. cons. 25. num. 18. in 1. Alba, cons. 7. num. 19. cons. 19. num. 7. cons. 29. num. 21. Surd. cons. 129. nu. 22. cons. 184. num. 19. cons. 599. num. 9. de Alim. tit.

9. *quæſt.* 25. *num.* 71. *Oddo, de fideicomm. ex prohibit. alien. quæſt.* 26. *num.* 106. *Honded. conſ.* 58. *num.* 16. *cons.* 72. *num.* 19. *in* 1. *Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 4. *d num* 1. *Menoch. conſ.* 325. *num.* 71. *&* *cons.* 732. *num* 54. 71. *Angul. de Meliorat. l.* 1 1. *gloſ.* 1 1. *d num.* 6. *Gabr. conſ.* 96. *num.* 8. *in* 1. *conſ.* 39. *num.* 11. *in* 2. *Gamm. deciſ.* 193. *deciſ.* 206. *num.* 20. *Derian. conſ.* 9. *num.* 61. *in* 4. quod procedere voluit, *Roland. d. num.* 18. ſi dixerit teſtator alienationem hanc nullius eſſe momenti. *Oddo, d. quæſt.* 26. *num.* 112. ſic in fideicommiſſo graduali, & deſcenſiuo ad fauorem familiæ, extincta familia effectiua, vltimus ex grauatis in extraneos alienat, *Roland. d. cons.* 25. *nu.* 19. Caualc. *decis.* 17. *nu.* 20. *p.* 2. *decis.* 10. *nu.* 84. *p.* 3. *Rot. decis.* 285. *nu.* 1. *p. p. decis.* 203. *nu.* 1. *p.* 2. *Alba, cons.* 488. *nu.* 6. *Bott. cons.* 3. *n.* 24. *Sottomay d. c.* 143. §. 1. *Mater. lib.* 1. *reſol.* 40. *nu.* 1. *Morot. cons.* 33. *nu* 5. *Peregr. de fideicomm. art.* 14. *nu.* 50. Qui ergo ſe ſubſtitutũ dicit, probare debet, cum fundatam de iure aduerſarius, ſuam habeat intentionem, vt non præſumatur maioratus, nec vinculum, *Suarez. l. quoniam in prioribus. dub.* 2. *num.* 1. *C. de inoff. teſtam. Caualc. deciſ.* 5. *num.* 14. 38. *decis* 6. *num.* 16. *decis.* 15. *nu.* 4. *p.* 3. *Anna, conſ* 28. *num.* 8. *Cæphal. conſ.* 45. *nu.* 12. *Valenzuel. conſ.* 35. *num.* 46. Sottomayor. *tom.* 5. *controuerſ. c.* 93. §. 16. *num.* 33. *Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 2. *Menoch. lib.* 4. *præſump.* 68. *num.* 9. *Palaez. de Maior. p.* 2. *quæſt.* 3. *nu.* 9. eiq; objici recte poteſt, de re non loquitur ſubſtitutio, *Socc. conſ.* 62. *nu.* 4. *in* 3. Cranet. *conſ.* 161. *num.* 16. *Solon, de Paz. conſ.* 29. *num.* 46. *conſ.* 34. *num.* 14. *Fuſar. conſ.* 72. *num.* 5. *cons.* 75. *num.* 17. *de ſubſtit. quæſt.* 262. *nu.* 8. *Cæphal. conſ.* 114. *nu.* 5. Menoch. *conſ.* 85. *num.* 39. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 23. *nu.* 50. *quæſt.* 24. *num.* 16. *Honded. conſ.* 60. *nu.* 12. *in* 1. *Peregr. conſ.* 36. *num.* 2. 3. *in* 1. *&* *in ſpecie deciſ.* 134. *nu.* 6. *Decian. conſ.* 12. *nu.* 1. *in* 1. *late Maſcard. de probat. concluſ.* 1342. ipſaquè probatio debet eſſe concludens, non dubia, alias ſuccumbet actor, Cæphal. *conſ.* 430. *num.* 17. *conſ.* 469. *nu.* 6. *Menoch. conſ.* 233. *nu.* 6. *conſ.* 522. *num.* 3. *Peregr. conſ.* 31. *num.* 4. *in* 2. *conſ.* 149. *num.* 11. *con.* 57. *num.* 10. *in* 5. *de fideicomm. artic.* 11. *num.* 38. Fuſar. *conſ.* 72. *num.* 5. *conſ.* 75. *num.* 18. *conſ.* 100. *num.* 15. Honded. *conſ.* 51. *num.* 59. *in* 2. *conſ.* 60. *num.* 12. *in* 1. Cum dici ſoleat, Subſtitutionum gradus non eſſe multiplicandos, *Ioan Andr. ad Specul. tit. de teſtam.* §. 1. *verſ. occurrit. ad fin.* Cranet. *conſ.* 161. *Surd. deciſ.* 9. *nu.* 16. Cæphal. *conſ.* 353. *num.* 56. *cons.* 419. *nu.* 77. 78. *conſ.* 447. *num.* 22. *Simon. de Præt. cons.* 31. *nu.* 28. *in* 1. *Marta, de ſucceſſ. leg. p.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 6. *num.* 15. *Mantic. de coniect. vlt. volun. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 6. *Honded. d. conſ.* 60. *num.* 45. *Fuſar. conſ.* 100. *num.* 14. *Molin. d. quæſt.* 24. *num.* 94. *Crauet.* 64. *num.* 17. Menoch. *conſ.* 376. *num.* 57. 63. *conſ.* 85. *num.* 102. *Bardell. cons.* 107. *num.* 20. *cons.* 97. *nu.* 10. verum, quod ſi dubium ſit, An maioratus ſit extinctus, Pronunciandum ſane eris propter honorem, & dignitatem, non eſſe extinctum, Caſtill. *Sottomay. tom.* 6. *iur. controuerſ. c.* 143. §. 1. *nu.* 2. *Scholiaſt. ad Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 23.

Secundo, illa eſt Omnium opinio, inquit, Marta, *Vot.* 210. *num.* 25. Dominium nunquam † retrotransferri, niſi pactum in con-
97 tractu ſit, dominij, & contractus reſolutiui, Roland. *conſ.* 62. *num.* 15. 41. 43. *in* 3. *Mareſcot. lib.* 1. *reſol.* 90. *num.* 1. 2. *Gabr. conſ.* 42. *num.* 2. *conſ.* 66. *in* 1. Proinde, minus recte dixit, *Anchar. c. nuper. num.* 3. *de donat. int. vir.* conceſſionem ad concedentem vltimò deuolui, quod aduertit, & merito, *Marta. d. num.* 25. Imo pactum reuerſiuum ex verbis perſonaliſſimis adprimum donatarium, reſtrictum, ibi *ſi moriretur ſine filijs ex ſuo corpore procreandis.* ibi, *Tunc, & eo caſu reuertatur:* ibi, *Caſu quo donatarius moriretur ſine filijs, & Nepotibus maſculis, & ſupereſſent filijs baſtardi, liceat ſibi diſponere in alijs.* Quæ omnia donatarij perſonam ſolum reſpiciunt, adeo vt, qualitas perſonæ primi vocati adiecta in ſubſtitutos nec tranſeat, *l. legata ſub conditione. ff. de adim. legat. Bart. num.* 17. *Alex. num.* 9. *auth. ex cauſa. C. de liber. præter. Alciat. conſ.* 116. *nu.* 7. 9. *lib.* 9. *Cranet. conſ.* 98. *nu.* 7. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 408. *nu.* 5. in contractibus (*inquit. Franc. deciſ.* 113.) nullam admitti extenſionem, de re ad rem, de tempore ad tempus, de perſona ad perſonam, *l. ſi vnus.* §. *ante omnia. ff. de pact. l. ſi ita ſtipulatus.* §. *Griſogonus. ff. de verb. oblig. Decian. conſ.* 21. *nu.* 3. *in* 2. *Peregr. deciſ.* 134. *nu.* 2. *Fuſar. de fideicomm. quæſt.* 458. *num.* 32. *conſ.* 136. *num.* 8. Cæphal. *conſ.* 626. *num.* 7. *plenius cons.* 582. *num.* 3. *Bardel. conſ.* 97. *num.* 10. *Caual. deciſ.* 23. *nu.* 23. *p.* 3. *Anna, cons.* 53. *nu.* 71. Rim. Iun. *conſ.* 205. *nu.* 22. *Marta, de ſucceſ. leg. p.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 6. *nu.* 14. *Menoch. conſ.* 243. *num.* 52. *conſ.* 274. *num.* 29. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 55. 59. *Viui. deciſ.* 2. *num.* 17. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 3. *lib.* 3. *c.* 5. *nu.* 20. *ex l. ſi quis ita.* § *pen. ff. de teſtam. tutel.* & ad excludendum actorem, ſatius eſt dici, Subſtitutio non comprehendit hunc caſum, vel perſonam, *Pereg. de fideicom. artic.* 11. *nu.* 37. *Honded. conſ.* 60. *nu.* 12. *in* 1. *Fuſar. conſ.* 10. *nu.* 16. *cons.* 17. *nu.* 55. *conſ.* 75. *num.* 3. 30. 87. nec ex maioritate rationis, *Aret.* §. *gallus.* §. *& quid ſi tantum. num.* 18. *ff. de liber. & poſth. Menoch. conſ.* 97. *num.* 91. *Fuſar. conſ.* 60. *num.* 9. *Burſ. conſ.* 371. *num.* 10. *Surd.*

conſ.

Digitized by Google

conſ. 504. num. 21. Honded. conſ. 97. num. 91. in 1. nec ex præſumpta, & veriſimili teſtatoris mẽte, Aret. d. num. 18. Crauet. conſ. 98. nu. 13. conſ. 161. nu. 12. conſ. 992. n. 17. Bardell. conſ. 83. n. 12. cons. 97. num. 10. conſ. 106. nu. 14. Bott. conſ. 51. nu. 34. Fuſar. conſ. 100. nu. 6. conſ. 60. nu. 9. Petros. conſ. 19. n. 84. Rim. Iun. cons. 173. n. 14. Laderch. conſ. 31 num. 13. Paſes. cons. 134. num. 4. Roland. conſ. 56. nu. 24. in 2. Cephal. conſ. 169. n. 12. conſ. 330. n. 73. Decian. cons. 1. n. 146. cons. 2. n. 27. in 2 cons. 47. nu 34. in 3. Gabr. cons. 1 t1. n. 13. in 1. Menoch. lib. 4. praſũp. 65. à n. 36. & cons. 97. n. 91. cõs. 393. n. 33. 63. Oddo. cõs. 66. n. 99. cons. 67. n. 18. Honded. cons. 60. n. 47. in 1. cons. 56. n. 7. in 2. Surd. cons. 544. n. 21. Petra, de fideicom. quæſt. 5. à n. 94. 97. Thomat. deciſ. 23. n. 50. Peregr. de fideicom. artic. 1. n. 30. & cons. 33. num. 41. in 3. vbi id firmat, licet adſit maior ratio, & cons. 52. n. 5. in 5. Molin. de primog. lib. 1. c. 4. n. 4. Rot. decis. 491. n. 2. p. 4. Fuſar. cons. 100. nu. 6.

Certique iuris eſt, pariformem translationem vnius diſpoſitionis in alteram, qualitates perſonaliter adiectas, non repetere, Rot. decis. 491. num. 3. p. 4. & ex multis probat, Menoch. cons. 85. nu. 54. quod condictio appoſita in certo gradu fideicommiſſi non cenſetur repetita in altero gradu, l. cum in teſtamento. in princ. ff. de hered. inſtit. l. ſi ita expreſſim. ad fin. ff. de condict. & demonſtr. l. ſi quis ita. ad fin. ff. de vulg. Marta, de ſucceſ. leg. p. 3. quæſt. 1. artic. 5. num. 30. Nec translatio rei donatæ, quæ in alium ſit poſt certum tempus inducit onerum translationẽ, quę rei donatæ (pariformiter) ſunt adiecta Peregr. de fideicomm. artic. 16. nu. 98. cum nec repugnet, quod vna diſpoſitio erga diuerſas perſonas prolata, diuerſas reſpiciat qualitates, iuxta perſonas quibus dirigitur l. plenum. §. equitij. ff. de vſu, & habit.

98 Tertio, Filius à primo donatario † relictis expiraſſe ſubſtentionẽ dicimus, nec ad donantem reuerti, quod donatum eſt, etſi primi donatarij filij abſque filijs deceder..., l. cũ. vxori. C. quand. dies legat. ced. Cyn. auth. ſed ſi quis. num. 6. C. de ſecund. nupt. aſſerens, Caſtrum à Rege conceſſum pro ſe, & hæredibus ſui corporis, ſub conditione, Vt ſi ſine eis donatarius moriatur ad Regem ipſum concedentem, reuertatur; ſatiſque eſt, Donatarium ipſum cum filijs mori, & quamuis illi nullis relictis liberis exinde decederent Caſtrum tamen nec ad Regem reuerti deberet: Quia pactum reuerſiuum in donatione graduali pro ſe, & deſcendentibus, repetitum non cenſetur in deſcendentes, Cyn. ad verbum relato ſic reſoluunt, Alber. num. 3. Bald. num. 8. Angel. ad fin. in d. auth. ſed ſi quis. Caſtr. cons. 344. num. 2. in 1. Alex. cons. 53. num. 3. in. 6. Soc. iun. cons. 53. nu. 13. in 2. Achill. decis. 1. de donat. qui ſic deciſum refert, Palat. Rube. rub. de donat. §. 61. n. 32. Galganet. de condict. & demonſtr. p. 2. c. 1. quæſt. 42. nu. 7. Suarez, alleg. 10. copioſius Gratian. diſceps. 554. à num. 1. Peregr. de fideicom. artic. 29. num. 12. Molin. de primog. lib. 1. c. 6. num. 16. 21. Marcabr. cons. 111. num. 117. Parlador. rer. quotid. Differ. 13. §. 1. num. 7. Mattienz. l. 11. glos. 8. num. 9. tit. 7. libr. 5. recop.

Hinc dicimus, donatione Titio facta, durante eius vita, & ſuis filijs, tacitum illud pactum reuerſiuum, ſub verbis illis (durante primi donatarij vita) ſucceſſores in eadem oratione, etiam copulatiue coniunctos non grauare, Soc. iun. cons. 142. num. 14. 19 21. in 3. eo vſus argumento, quod ſi pactum illud in ſecundis donatarijs repetere voluiſſet, dixiſſet vtique vt in primo donatario, Mazol. cons. 59. num. 26. 39. Qui inter alia conſiderat, & num. 13. quod ſi pactum reuerſiuum eſt perſonaliter appoſitum primo donatario, nec tranſit in ſubſtitutum, idem ſcripſere, Mazol. cons. 1. Bero. cons. 121. in 2. Ruin. cons. 122. in 1. Pute. decis. 274. p. 3. Surd. deciſ. 322. num. 75. Marta, Vot. 212. num. 22. ſic & teſtator hæredem inſtituens durante ſua vita, hæredes ab inteſtato poſt eius mortem vocaſſe cenſetur, Bart. l. quoties. §. ſi duo. ad fin. ff. de hared. inſtit. Verall. deciſ. 262. p. 3. Caſtr. cons. 241. nu. 3. in 3. Dec. cons. 278. quos citat, Rouit. cons. 47. num. 2. 15. ad fin. ſic ſubſtitutio in rebus donatis reſtricta, ad ſubſtituti perſonam (vita eius durante) ad eius filios non extenditur, Peregr. de fideicomm. artic. 11. num. 37. cons. 7. num. 6. in 6. Mantic. decis. 277. Nec pactum ad paciſcentis vitam limitatum, in hæredem tranſit, l. epiſtola, §. de inofficioſo, & ibi, Ias. ff. de pact. confert. tex. l. ille, qui ille. & l. non aliter. ff. de leg. 3. Noal. de tranſmiſſ. caſ. 28. num. 132. & cum onus ſit fideicommiſſum, vni impoſitum, in alijs repetitum non cenſetur, l. cum vxori. C. quand. dies leg. ced. l. in repetendis. ff. de leg. 3. Dec. cons. 218. num. 7. Molin. de primog. lib. 1. c. 6. num. 23. Oddo, cons. 67. num. 17. 18. & de probib. alien. & fideicom. quæſt. 15. num. 72. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 23. num. 56. & condictio in priori ſubſtitutionis gradu adiecta, in ſecundo, vel vlterioribus repetita non cenſetur, l. ſub condictione. ff. de hæred. inſtit. l. fin. §. fin. ff. de leg. 2. Molin. d. quæſt. 23. num. 57. Quod ſi in vltimis voluntatibus hæc vera ſunt, in quibus diſpoſitio de perſona ad perſonam non extenditur, l. quæ addictio. ff. de condict. & demonſtr. l. ſi quis ita. §. per ... ff. de teſtam. tut. Petroc. cons. 19. num. 43. 84. Oddo, de

probib,

prohib. alien. & fideicom. quæſt. 15. *num.* 73. *Magon. Lucens. decis.* 82. *num.* 14. *Bardell cons.* 106. *num.* 9. 15. *Menoch. cons.* 215. *num.* 29. *Cephal. cons.* 582. *num.* 3. *Paſet. cons.* 134. *num.* 4. *Surd. cons.* 319. *num.* 2. *Simon. de Prat. de interpr. vlt. vol. fol.* 289. *num.* 12. multo magis in contractibus, *l. ſi vnus.* §. *ante omnia. ff. de pact. Franc. decis.* 113. Adeo vt pro Priori hac opinione ſcripſerint, *Gratian. diſcept.* 554. *Marta, Vot.* 210. *à num.* 21. qui allodia, à feudis, diſtinguit, Hæc dubitationem mouebant ne aliter reſponderem.

Re tamen diligentius perpenſa, Contrarium
99 dixi verius † Imo in donatione graduali, Pactum reuerſiuū, in ſequentes omnes donatorios repetitum cenſeri. Quam ſententiam vt probem, & ſequar, multa me mouent.

Primo, donatio licet perpetua ſit, à donantis tamen voluntate regulanda eſt, Qui nedum pactum reuerſiuum adijcere illi potuit à Principio, *ex l.* 2. *C. de donat. quæ ſub mod. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 48. *num.* 2. ad ſuum, vel alterius etiam commodum, *Mantic. d. lib.* 13. *tit.* 40. *num.* 4. ſed reuocandi facultatem reſeruare ſibi poteſt, *Loffred. cons.* 51. *num.* 4. 5. *Natt. cons.* 470. *num.* 4. *Soc. cons.* 66. *num.* 15. *cons.* 67. *nu.* 36. *in* 1. *Ruin. cons.* 182. *à nu.* 13. *in* 1. Nec tunc propria erit donatio, *Signorol. cons.* 8. *Tiraq.* 2. *retract.* §. 2. *gloſ.* 1. *nu.* 9. ſed cauſa mortis donationi aſſimilanda erit, *Dec. cons.* 470. *num.* 9. *Soc. Iun. cons.* 21. *num.* 5. *in* 2. *Menoch. lib.* 3. *præſum.* 36. *nu.* 5. *& conſ.* 1093. *num.* 27. *abunde, Bellon. Iun. cons.* 8. *à num.* 25. *ad num.* 31. ducti omnes, *ex Bart. l. ſcia.* §. *fin.* vbi etiam, *Imol. ff. de donat. cauſ. mort.* qui enim facultatem ſibi reſeruat alienandi bona omnia donata, vel eorum partem ad electionem, vel arbitrium procuratorum, qui in eadem donatione ad alienandum conſtituti ſunt, Mortis cauſa donaſſe cenſetur, quia donationi inter viuos hæc reſeruatio non conuenit, *Marta, vot.* 77. *& de ſucceſſ. legal. p.* 4. *quæſt.* 26. *artic.* 2. *num.* 2. 3. *Mantic. de coniect. Vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 13. *num* 8. Tunc enim morte confirmatur, *l. cum hic ſtatus.* §. 2. *ff. de donat. int. vir. & vxor. l. cum tacitum. ff. de probat. Anna, alleg.* 69. *num.* 64. ambulatoria eſt hominis voluntas ad eum vſque diem, *l.* 4. §. *fin. ff. de adim. legat. l. cum hic ſtatus.* §. *ait oratio. ff. de donat. int. vir. & u. Marta, de celebr. miſſar. Pinell. rub. de reſcind. vendit. p. p. c.* 3. *num.* 24. *Picard.* §. *poſteriore. num.* 9. *inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. &* §. 1. *nu.* 9. 23. *inſtit. de adempt legat. Scraph. deciſ.* 296. *num.* 4. *Menoch. conſ.* 326. *num.* 6. *Guttier. de iuram. confirm. p.* 2. *c.* 1. *à num.* 1. *Cardox. in prax. iudic. Verb. teſtamentum. num.* 67. *Derian. cons.* 12. *num.* 2. *in* 4. *plene Valenzuel. cons.* 63. *nu.* 19. *& alij paſſim.*

Nec ex reuocandi pacto, immutatur inter viuos factæ donationis natura, *Loffred. cons.* 51. *num.* 6. adeo vt, ad eam reuocandam nec ſatis eſt actus, ex quo colligitur pœnitentia, quia tacita non ſufficit reuocatio, ſed expreſſa requiritur, *Montepic. cons.* 1. *num.* 37. *Suarez, de inoff. teſtam. quæſt.* 8. *n.* 9. 17. *Sottomayor, de vſufr. c.* 39. *num.* 36. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *p.* 5. *num.* 189. 193. nec ſpecialis donatio reuocabiliter facta per generalem diſpoſitionem, ſiue hæredis inſtitutionem reuocatur, *Aret. conſ.* 74. *Crauet. cons.* 144 *num.* 10. apertius, *Couar. rub. de teſtam. p.* 3. *num.* 19 *Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 48. *Azeued. l.* 1. *num.* 20. *tit.* 6. *lib* 5. *recop. Roder. Suarez. d. quæſt.* 8. *nu.* 17. 18. *Anguel. ad leg. Melioramt.* 10. *glos.* 2. *num.* 4. *tit.* 5. *Sottomaior. d. c.* 39. *num.* 34. 35. Nec reuocata etiam cenſetur, *ex Claus. (Caſſans.) Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 71. *num.* 64. *Molin. de rit. nupt. libr.* 3. *quæſt.* 1. *nu.* 45. *Frab. C. de reuoc. donat. diffin.* 20. inde eſt, vt in dubio iudicandum omnino ſit, donationem non eſſe reuocatam *Anna, ſing.* 635. *Burſ. conſ.* 204. *nu.* 57. *Fab. Anna, conſ.* 32. *nu.* 11. nam ſi circa res reuocabiliter donatas potuit ad libitū diſponere, & donationem reuocare, ſed nec aliquid diſpoſuit, aut reuocauit ſeruit illam confirmare voluiſſe, *arg. l.* 1. §. *ſciendum. ff. de leg.* 3. *Peralt. l. qui teſtamento. à num.* 4. *ad num.* 23. *ff. de legat* 2. & quod non expreſſit, velle non præſumitur. *Bald. l.* 1. §. *fin autem. ad deficientis. C. de Caduc. toll. & in l. voluntatis, C. de fideicom. Sottomay. d. c.* 39. *num.* 38. *Ramon. conſ* 13. *nu.* 14. *Becc. conſ.* 1. *n.* 14. *Aldouin. conſ.* 45. *n.* 20. ſic validum quoque eſt pactū, quod de bonis inter viuos donatis, libere diſponat, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 47. *num.* 2. 3. nec tunc de bonis omnibus diſponere poſſet ſed boni viri arbitrio, *Gamm. deciſ.* 185. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4 *gloſ.* 23. *nu.* 24 Qui, & de pacto illo etiam loquuntur, *Dandi plus Vni, quam alteri.* vt non poſſit dare totum vni & auferre totum alteri, ſed boni viri arbitrio, ne peruerteretur actus, licet in traditione rei ſuæ, legem, quam vult, dicere potuerit donator, *ex l. traditionibus. ff. de pact. l. in re mandata. C. mand. exornat, Mantic. d. lib.* 13. *tit.* 40. *num.* 1.

Cumq; hoc reuerſionis bonorum pactum, iure probatum, *ex l.* 2. *C. de donat. quæ ſub mod.* dixerit, *Fontanell. d. clauſ* 4. *glos.* 24. *nu* 22. *Mantic. d. lib.* 13. *tit.* 48. *num.* 1. repetitum illud dicimus in omnem ſubſtitutum, defectu primi, quia vt ad rem notat, *Caſtr. l. ſi teſtamentum. num.* 3. *C. de inſtit. & ſubſtit.* in quacumque

inſtru-

Digitized by Google

instrumenti parte, fiat modificatio, perinde, ac ſi à ſui principio, adiecta fuerit, Imo ſcripſit, *Bald. conſ. 279. in 5.* quod ſi conditio, onus, vel qualitas poſt omnes inſtitutionis, & ſubſtitutionis gradus, fuerint præſcripta, in omnes etiam gradus repetita cenſetur, *Bald.* laudat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 449. num. 14. Gabr. conſ. 117. num. 35. in 1. Menoch. lib. 4. præſump. c. 76. num. 29. Galganet. de condict. & demonſtr. p. 2. c. 1. quæſt. 12. num. 30.* & tradit *Aret. conſ. 1. nu. 12.* conditionem, *ſi deceſſerit ſine filijs,* primæ ſubſtitutioni adiectam, in ſecundam repetitam cenſeri, *Soc. iun. conſ. 71. num. 14. in 3. Galganet. d. quæſt. 12. num. 32.* & licet in vltimis voluntatibus, hoc verum dixerint alij, ſecus in contractibus, *ex Ias. d. l. ſi teſtamentum. num. 9.* Reſpondet nihilominus, *Alex. ibid. nu. 5.* ab vltima voluntate ad contractus in his terminis argui recte poſſe; Nec abſolute illic negauit, *Bart. nu. 5.* conditionem in quauis contractus parte poſitam, ad omnia referri, ſed quandoque: Imo *Ias. opinio, d. num. 9.* ex ſua etiam ratione conuincitur, quæ vniformis eſt, tum ad contractus, tum ad vltimas voluntates; *cum dixerit*, Quia teſtamentum debet fieri vnico contextu, *l. cum antiquitas. C. de teſtam.*

Nec refert, in qua teſtamenti parte, ſcribatur conditio, *l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condict. & demonſtr.* Atqui, contractus, vno etiam contextu fieri, omnino debet *l. 1. ff. de Verb. oblig.* Pariter ergo vtrumque caſum, contractus, & teſtamenti, ratio illa terminare debet, *ex l. iam hoc iure. ff. de vulg.* Fatemur vtique, *Caſtr. d. num. 3.* de inſtrumento etiam loqui. Eiuſdem enim effectus, ſunt ſubſtitutiones, quæ in donationibus fiunt, ac illæ, quę in vltimis volũtatibus *Peregr. conſ. 65. n. 16. in 1. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 22. n. 6.*

Secundo, donatio ſi quid fauoris à iure habet, pro donatore illum eſſe dicimus, ne ex ſua liberalitate damnum ipſe patiatur, *l. inter eos. §. his quoq. l. exhæredatum. cum l. ſeq. ff. de re iudic. Fontanell. de pact. nup. Claus. 4. gloſ. 9. p. 2. num. 92.* Fortius, & hoc dicendum in caſu expreſſo, cũ ſibi cautũ voluerit donator, bona donata ad eum, eiuſque hæredes reuerti, ſi ſine liberis, aut non extantibus nepotibus, moriatur donatatius, ſed hoc donantis fauorem reſpicit; Ne ergo damnum ex ſua liberalitate ſentiat donator, vt non natis à primo donatario filijs, priuetur bonis: concludendum ergo erit, ad eum redire debere bona illa donata, nullo enim iure cogente preceſſit donatio.

Scimus etiam in actibus correſpectiuis, non dari prius, & poſterius, ſed hęc donatio correſpectiua eſt, cum donatum ſit, intuitu Reuerſionis bonorum donatorum, & ipſe donatatius ſtipulatus fuerit intuitu liberorum maſculorum, ac per virilem ſexum deſcẽdentium in infinitum; Quorum defectu, bona reuertantur donanti: An prius, vel poſterius, ſit pactum hoc, conſiderandum non eſt, vt in donatione ſcripſit, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 40. nu. 17.* ſic à *Rot.* deciſum aſſerens ex *Seraph.* Addo, *Tuſc. lit. C. concluſ. 1043. nu. 9.* Etenim recepta eſt concluſio, diuerſa eiuſdem inſtrumenti pacta, correſpectiua cenſeri, ita vt vnum pactum, & vna Contractus diſpoſitio, alterius contemplatione fit, non enim vnum feciſſem, niſi aliud feciſſes, *l. petens. C. de pact. Tiq. 1. retract. §. 23. gloſ. 1. num. 3. ex comm. num. 8. Surd. conſ. 217. num. 20. Tuſc. lit. C. concluſ. 1043. num. 3. Becc. conſ. 45. num. 31. 35.* & illa correſpectiua præſumi, dicimus, atque vnum contemplatione, alterum factum, quæ in continenti celebrantur, vnum ſcilicet poſt aliud, *Dec. l. petens. num. 3. C. de pact. Corn. conſ. 284. num. 1. in 4. Cravet. conſ. 11. num. 3. conſ. 153. num. 8. conſ. 179. conſ. 230. num. 2. conſ. 298. num. 13. Menoch. lib. 6. præſump. c. 2. num. 28. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 15. num. 45. 50. Tuſc. lit. C. concluſ. 1044. à num. 1. Aldouin. conſ. 45. nu. 20.* Imo monet *nos ex Fulgos. Soc. conſ. 273. in 2. relatus à Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 8. num. 16.* quod vbi donatarius poſt donationem ſe ad aliquid obligat, id feciſſe præſumitur, gratia, & contemplatione præcedentis donationis, *Menoch. d. præſumpt. 12. à num. 1. Mantic. d. tit. 15. nu. 50. Tuſc. lit. C. conclus. 1043. nu. 9. concluſ. 1044. num. 15. Tiraq. de reuoc. donat. gloſ. donatione. largitus. nu. 117. 118. ex magis comm. num. 119. Maſcard. de probat. concluſ. 564. ad fin.*

His famulantur, Donationis verba, *Quod tunc, & eo caſu, & caſibus, præſens donatio reuertatur, ad ipſum donatorem, ſi tunc ſuperuixerit; alias, ad legitimos, & naturales filios, & nepotes, ſiue ad hæredes, & ſucceſſores, eiuſdem, ipſo iure, & ipſo facto, transferatur, & tranſlata eſſe intelligatur, pleno iure.* Non ad vnum ergo caſum ſe reſtrinxit donator, ſed ad omnem caſum plurali ſermone vſus, *caſu, & Caſibus* ſubſequantur, & illa donationis verba, ibi, *Prædicta omnia, & ſingula, ſollemni pacto, & ſtipulatione interueniente, per ſe, & ſuos hæredes, ac ſucceſſores, perpetuo ſeruare, & ſeruari facere promiſit cũ iuramento,* (ad finem) *poſito.* Sed pactum eſt, reddi bona ad donantem, Maſculis ex primi donatarij corpore deficientibus, nec id ſe tantum ſeruaturum ipſe promiſit, ſed

eruari facere, poſt eius mortem ab alijs) vt dicamus perinde eſſe, ac ſi in omni ſubſtitutionis gradu repetitum omnino ſit, Reuerſionis bonorum pactum, iure conſolidationis, *Surd. conſ. 103. num. 12.*

Tertio, quod, Cyn. inquit, *auth. ſed, & ſi quis. num. 6. C. de ſecund. nupt.* ex coniecturis admittendum non eſſe, inquit, *Soc. iun. conſ. 53 num. 20. in 2.* Imo nec procedere; Cyn. dictum ſcripſit, *Alex. cons. 53. nu. 15 in 2.* ſi in alia donationis parte, dictio adſit (in perpetuum) Subdicque *Achill. decis. 1. num. 5. de donat.* ſufficere, ſi ex aliquibus verbis videatur rem donatam ad donantem reuerti debuiſſe, quod innuit etiam, *Molin. de rit. nupt. lib. 3. queſt. 25. d n. 50.* nec diſſentit *Suarez alleg. 10. n. 48. verſ. tertia, & vltima ſolutio. & n. 79.* fundans ſe in ſupe exiſtentia fratruum, & aliorum deſcendencium à primo donatario; Quin, *& ibid. in fin.* fatetur, quod ſi omnes deſcendentes primi donatarij deceſſerint, bona donata ad Regem donantē reuerti deberent, *Alciat. conſ. 3. n. 27. lib. 8. Grat. conſ. 5. d n. 58. 85. in 2. Burſ. conſ. 31. n. 7. Peregr. de fideicom. artic. 51. num. 21. Late Paz de Tenut. c. 57. nu. 44. Teſſaur. deciſ. 270. n. 29. 30.* aſſerens, *Alex. d. conſ. 53. & Caſſan. conſ. 62. n. 12.* Opinione hanc contra Cyn. inſequutos fuiſſe, caſu quo præter nomen hæredum, & deſcendentium, alias coniecturas haberent, ex quibus contraria diſponentis voluntas, colligeretur, & addit hoc in caſu, omnem dubitandi rationem ceſſare, *Marcabr. conſ. 10. num. 34. 38.* quam iuris ſententiam æquè procedere, *Macabr.* inquit, *num. 64.* in vltimis voluntatibus, vt in Contractibus *Leon. conſ. 11. num. 30.* plenius *Neuiz. conſ. 72. Decian. conſ. 31. num. 32. in 1. Hondea. conſ. 29. num. 86. in 1.* Tum maximè, quod relatiuæ concurrant dictiones, quæ operantur, vt conditio vni adiecta, alios etiam comprehendat ſubſtitutos, *Rot. deciſ. 35. num. 6. p. p. deciſ. 453. nu. 8. p. 2. Paz. d. n. 44. Peregr. de fideicom. artic. 16. nu. 15. 16. 47.* etſi moneat maiorem faciendam eſſe vim in expreſſa, quam in tacita repetitione, Tum ſi verba concurrerent repetitiua, *Soc. iun. conſ. 53. num. 12. in. 2. Peregr. de fideicom. artic. 29. num. 41. Anton. Monach. Florent. deciſ. 51. num. 63. Teſſaur. deciſ. 270. num. 29. 30.* Tum ſi repetitiua verba deficerent, idem dicendum quoque erit, quia dicere ſolebat, *Franc.* (*teſte Anton. de Marin. reſol. c. 239. num. 12.*) ſi quid in fideicomiſſis deficeret, quod fideicommittens expreſſiſſet, ſi id præcogitaſſet; per iudices, & Aduocatos addi poſſe, & debere, *ex vulg. tex l. tale pactum. §. fin. de pact. l. Titius. §. Lucius. ff. de liberi & poſth.* voluit enim hoc in caſu donator, quod ſi donatarius abſque liberis deceſſiſſet, rem donatam ad donantem redire, modo ſi interrogatus fuiſſet, quid agendum, ſi hic cum filio decederet, qui demum obij? certe & multo magis dicendum quoque eſt, illud idem reſpondiſſe Donantem in donatarij filio, & filiorum filijs, *Marin. d. c. 239. num. 13.* Tum quia, dixit *Rom. conſ. 56.* quod ſi teſtator primo vocatum grauauit, idem, & multo magis, in ſecundo vocatis voluiſſe credendum eſt, Placuit *Socc. iun. conſ. 180. num. 27. in 2. late, Ruin. conſ. 140. poſt, num. 10. in 3. Marin. d. c. 239. num. 14.* ideoque conditio in prima inſtitutione adiecta, cenſetur in ſecunda repetita, ne plus iuris ſecundo inſtituto, quam primo teſtator tribuiſſe videatur; *Oldrad. conſ. 141. nu. 2. Crot. conſ. 1. nu. 18. in 1. Marin. d. num. 14.*

Et licet verbum ſimpliciter prolatum, primo actu conſumetur, *ex l. boues. § hoc ſermone. ff. de verb. ſignif.* quem tex. exornat ibid. copioſè *Tiraq. &* Raudens. *de Analog. c. 12.* dixi Ego latius, *Crim. cons. 99. d num. 19.* comprobat *tex. l. cum pater. §. pater certam. ff. de leg. 2. Kbel. exercit. 9. num. 17. exercit. 13. num. 17. Hering. de fideius. c. 13. num. 14. Tuſc. lit. D. conclus. 499. Caſtill. deciſ. 125.* quem ad viuum ſuo in caſu, reieci, *d. conſ. 99.* Proinde nato primo donatarij filio, donatū ſi quod eſt, ad donantē non reuertitur amplius: Attamen, ſi rei, natura perpetua eſt, primo actu non conſumitur, ſed à ſubiecta materia regulatur. Adeo vt diſpoſitio quæ tractum habet ſucceſſiuum, in primo actu, & ſic, primo filio, finem non habet, *Felin. c. 2. de treug. & pac. limit. 7. Alciat. d. §. hoc ſermone. d num. 1.* & ibi, *Tiraq. limit. 18. num. 1. Paz. de Tenut. c. 57. nu. 45.* nec implementum momentaneum ſufficit in habentibus tractum ſucceſſiuum, *l. ſi a te. ff. ſi. ſeruit. vend. l. ſi quis ita. ff. de condict. & demoſtr. Bald. l. humanitatis. num. 28. C. de impub. & alijs ſubſtit. Iaſ. l. ſi quis. col. fin. verſ. quarto limita. C. de inſtit. & ſubſtit. Angel. cons. 34. num. 9. Bald. cons. 42. nu. 1. in 1. Anton. de Marin. reſol. c. 239. num. 8. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 44. n. 17.* ex his notat, *Burſ. conſ. 31. ſub. nu. 7.* quod ſi dictum non ſit, vt in defectu lineę vocatorum, res redeat ad donantē, erit donatio libera, perpetua, & abſoluta, ſed hoc in caſu dictum expreſſe fuit, ergo; *Burſ.* ſequutus eſt, *Anton. Menoch. Floren. deciſ. 51. num. 63.*

Quarto, ne pro præſumpta teſtatoris mente, peculiaris deſit deciſio, rogo videri, *Paz d. c. 57. n. 43. Fabr. C. de donat. quæ ſub. mod. ueſ. fin. 1.* vbi cum de certa re facta fuiſſet donatio

Ti-

Titio ea, ſub conditione, quod ſi donatarius quandocumque ſine liberis, mori contingeret, res donata ad donantem reverteretur, ſi cum liberis ille deceſſit, qui tamen poſtea viuo donatore obierint, Supremus Sabaudiæ Senatus reſpondit, Reverſionis caſum euiniſſe, nec aliter ad filiorum mortuorum heredes donatam rem ſpectare; etſi dicendum videretur, defeciſſe conditionẽ ex l. cum avori. C. quando dies leg. ced. & ex iis quæ ſcripſit, Mantic. de coniect. libr. 11. tit. Gabr. tit. de fideicom. concluſ. 7. num. 5. quidque expreſſum per donantis mentem. Quid enim intereſt, inquit Fabr. an habuerit donatarius filios, ſi quos habuit, deceſſerint, quando tempe ad effectum, cuius contemplatione facta eſt donatio, Anton. de Marin. reſol. c. 239. num. 15. Sententiam hanc ex illustrum contra, Gratian. & alios, defendit eruditius, Puſar. conſ. 99. qui Obiectis ſatisfecit. Sed ne tacitum progrediar,

200 Non obſtat Primum in donatione perpetua † quæſtionem hanc non verſari, ſed in conditionali potius, reſtricta ad certum tempus, pro maſculorum deſcendentium vita, Quorum defectu, donatio vt ad tempus facta, ad donantem reuertitur, l. 2. verſ. dat aliquis. ff. de donat. l. ſi rerum. & quoties. C. de donat. quæ ſub mod. l. fin. vbi Gloſ. & Doct. C. de legat. Peregr. de fideicom. artic. 51. num. 21. adeò vt ſufficiat, ſi ex verbis conſtat, Reuerſionem bonorum cogitatam fuiſſe, Rebuff. deciſ. 31. de donat. Peregrin. num. 21. cogitaſſe conſtat, ſi non ſeparatim, ſed ſimul iuncta inſpiciantur omnia, & vt vicifim collecta, quia dubia ſi quæ ſunt, declarantur ex certis, l. quod. non militabat. §. latio. ff. de hered. inſtit. l. Vltim. ff. de petit. hered. l. quemadmodum. ff. l. Aquil. Roman. conſ. 12. ad fin. & vbi legitimis coniecturis conſtat diſponentis voluntas, caſus tunc; nec dicitur dubius, ſed clarus, & apertus, l. ille, imperator. vbi Doct. ff. de leg. 3. l. ſi quis locuples. ad fin. ff. de manumiſ. teſtam. c. 1. vbi, Abb. de cleric. non reſident. c. cum dilecti. vbi, Abb. de donat. coniecturæ enim, vt inibi docent omnes, clariſſimæ, & liquidiſſimæ dicuntur probationes, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 4. num. 9. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 24. num. 55. imo contrahentium mens attendenda eſt, l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. l. ſemper in ſtipulationibus. vbi, Gloſ. Dec. Cagnol. Mayner. & alij, ff. de reg. iur. & id iudicandum, quod ſi de caſu interrogati, veriſimiliter reſpondiſſent, Molin. d. num. 55.

Non obſtat Secundum, quod reuerſiui pa-
201 cti conditio † expreſſa ſolum fuerit reſpectu primi donatarij, vt ad eius deſcendentes extendi non poſſit. Quia ſatis eſt, ex veriſimili donantis mente ſubintelligi etiam repetitam in deſcendentibus, vt expreſſo in caſu contineri dicatur, non extenſiuè ſed inteſiuè; non ampliatiuè, ſed declaratiuè, quæ eandem proſsus habent rationem, ex Gloſ. l. quamuis. Verb. curauit. & ibi, Bald. in princ. l. 3. num. 7. C. de fideicomm. Bald. l. illud. nu. 6. C. de ſacroſ. eccleſ. Alex. conſ. 34. num. 8. conſ. 75. num. 3. in 5. conſ. 51. num. 4. ad fin. in 6. notat in term. Teſſaur. deciſ. 270. num. 31. ac proinde licet expreſsè, & nominatim ipſis deſcendentibus, non fuerit adiecta, cum tamen ex veriſimili donantis mente fuerit ſub intellecta, & repetita (vt probatum ſatis eſt) expreſſa quoque cenſetur reſpectu deſcendentium cum tot eſſe dixerim donationes, quot ſunt perſonæ, & gradus in donatione ſubſtituti. Iſern. c. titius ſi de feud. fuer. controuerſ. Georg. alleg. 19. nu. 18. Valenzuel. conſ. 69. nu. 51. Ponte, deciſ. 39. num. 21. conſ. 4. nu. 8. in 1. Ramon. conſ. 100. nu. 319. ita vt vna ab altera dependens non ſit, aut acceſſoria, ſed a donatore debent donatarij recognoſcere, cum ſemper inſpicienda ſit origo; quæ operatur, vt vltimus ſucceſſor, tanquam habens cauſã à donante, ab eo donata recognoſcat. vna ergo donatio erit primi donatarij, vſque ad certum tempus, Alia per quam tranſactio illo medio tempore donatur ſecundo, l. ſi ſeruus communis. §. fin. ff. de ſtipul. ſeruor. ibi, ſed vnicuique tantum acquiritur, quantum ratio ei permittit, l. fin. C. de legat. l. antiquitas. & ibi gloſ. cum hærede. C. de vſufruct. l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulg. & pupill. ibi, magis autem eſt, in vtroque eorum tempus ſuum, ſeparatim ſeruari. l. 2. §. ſi primus. ff. de de bonor. poſſ. ſecund. tab. ibi, nec ſibi iungentur, cum ad ſuam quiſque cauſam ſubſtitutus ſit, Bald. conſ. 373. num. 9. conſ. 374. in 1. ibi, Item hæc non videtur propriè ſubſtitutio, ſed quædam diſpoſitio temporis, ſcilicet Genitori in vita, & Genito poſt mortem Genitoris: quaſi dominia poſſint dari ad tempus, & inde illo elapſo, alteri, l. fin. C. de legat. l. donationis. §. ſpecies. ff. de donat. optime Caſtr. l. ſi pecuniam. num. 11. ff. de condict. cauſ. dat. Paris. conſ. 123. num. 130. in 1. Suarez. de inoff. teſtam. quæſt. 8. Molin. de primog. lib. 1. c. 1. num. 17. Socin. iun. conſ. 118. num. 8. in 2. Burgos de Paz, quæſt. ciuil. 10. num. 40. Gratian. diſcept. 247. num. 10. Menoch. c. 53. num. 1. 2. 5. 3. ſic in feudo ex Principis prouidentia, quot ſunt perſonæ in eo ſucceſſuræ, totidem factæ dicuntur inueſtituræ; ex Iſern. c. 1. de eo qui ſibi & hered. ſuis. in c. 1. ſi vaſall. feud. priuet. in c. 1. §. præterea. Quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. Dec.

conſ. 15. num. 3. in 4. Menoch. conſ. 99. num. 11. & conſ. 985. num. [illegible] conſ. 1353. num. 3. Gratian. diſcept. 247. num. 11. ſic in primogenijs tot ſunt vocationes ſiue ſubſtitutiones, quot dicimus perſonas, Grego. Lopez. l. 23. gloſ. 9. tit. 15. part. 2. Garz. de Nobilis. gloſ. 6. à num. 98. Palacz. de maioras. p. 3. queſt. 24. num. 8. Suarez. in queſt. maior. num. 58. Molin. de primog. lib. 1. c. 15. num. 88. Cabed. deciſ. 5. num. 3. p. 2. Robles de repraeſent. lib. 3. c. 19. num. 62. Paz. de Tenut. c. 32. à num. 44. Valenzuel. conſ. 23. num. 91. conſ. 69. n. 4. 15. conſ. 69. num. 52. Sottomaior. lib. 5. p. 2. c. 93. & 8. num. [illegible] 11. Roſentall. de feudis. 9. concluſ. 67. num. [illegible] concluſ. 71. num. 54. gloſ. 6. Medic. conſ. 2. num. 46. Gratian. diſcep. 75. à num. 23. Ego ipſe deciſ. 108. num. [illegible] emphiteuſi, & ſimilib. Menoch. conſ. 1. 15. num. 4. Valaſc. de iure emphit. queſt. 49. num. 6. Gratian. diſcept. 247. num. 12. Proinde, deficiente primo donatario, res donata ad donantem reuerſa cenſetur, & ab eodem, breui manu ſucceſſori donata, Couar. 1. reſol. c. 14. num. 8. & Valaſc. d. num. 6. adeo vt gratia continuandorum actuum occultetur ille actus reuerſionis: Iſern. c. Imperialem. §. praeterea ducatus. 1. in addit. Latius ibid. Caualc. in c. 1. queſt. 5. num. 55. Afflict. Bald. c. 1. num. 3. 24. ſi vaſall. feud. priuet. Marta. de ſucceſ. legal. p. queſt. 23. artic. 3. num. 58. ſolet enim celeritate actuum, vnus occultari, l. ſingularia. vbi Doct. ſi certum petet. l. 3. §. fin. ff. de donat. int. vir. Roland. conſ. 24. num. 2. in 1.

Reſpond. II. quod licet perſonale fuerit reuerſionis pactum, et primi donatarij perſonam non egrediatur, nec ad ſucceſſores extendi poſſit. Cum tamen vel à primo ipſo inſtituente ões capiant, nouo iure in ſua perſona formato, non tamen transmiſſo à praedeceſſore, ex tex. l. cohaeredi. §. cum filio. ff. de Vulg. l. vnum ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. ibi, quod enim, &c. Quod de ſuo videtur reliquiſſe. Qui quod reliquit omnino reddere debuit. vbi, Caſtr. num. 2. ad idem eſt tex. l. item eorum. §. decuriones. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom. l. ita autem. §. geſſiſſe. ff. de adminiſt. tutor. l. pater. ff. de manumiſſ. vindic. ibi, Solam enim electionem filio commiſit, Caeterum ipſe manumiſit, Alex. conſ. 44. num. 1. in 1. conſ. 26. num. 4. in 5. Dec. conſ. 548. num. 8. conſ. 543. num. 8. Vraill. ad Afflict. deciſ. 146. nu. 1. Curt. conſ. 29. Surd. conſ. 120. nu. 25. Schrader. conſ. 13. num. 119. Molin. de primog. lib. 1. c. 8. à num. 2. Decian. conſ. 19. num. 45. in 3. Maſtrill. deciſ. 166. à num. 26. Caldas de potiſſ. eligen. [illegible] num. 3. & deciſ. 25. num. 9. Caſſanat. conſ. 12. conſ. 31. conſ. 26. conſ. 36. à num. 37. Palacz. de maior. p. 2. quaeſt. 24. num. 47. Valenzuel. conſ. 23. num. 19. conſ. 69. num. 54. deinde

deciſ. 436. à nu. 2. P. Molin. diſput. 592. à num. 2. Paz. de Tenut. c. 59. nu. 190. Menoc. conſ. 124. num. 13. conſ. 316. num. 45. conſ. 1017. num. 1. Euſeb. de ſubſtit. queſt. 224. à num. 3. queſt. 311. Simone. de Praet. de interpr. vlt. Volunt. dub. 4. ſolut. 2. num. 65. Mendagn. Thaur. l. 40. gloſ. 7. num. 13. 14. Veſembec. conſ. 41. num. 96. in 1. Peregr. conſ. 3. num. 9. Bero. conſ. 71. num. 29. in 1.

Pactum ergo cum vnoquoque eorum contineri, tum dicimus, ac ſi ſub eo pacto, eaque lege reuertendi, cuique dederit, tum omnes donatarij ſubſtituti à donatore iure ſuo habeant, non ex perſona primi ſubſtituti, Iaſ. conſ. 58. in 2. Ruin. conſ. 78. num. 29. in 3. Valenzuel. conſ. 69. num. 52. Marta. vol. 225. num. 6. Ceri. Epiſ. conſ. 96. num. 3. Gabr. conſ. 95. num. 18. conſ. 117. num. 17. in 1. Peregr. de fideicom. artic. 15. num. 12. Decian. conſ. 1. num. 83. in 1. vel (& hoc verius dixerim) conſtituto primo donatario, ex ſua perſona ius formatur in ſingulos ſucceſſores, qui in perſona primi acquirentis omnes futuri ſucceſſores intellectualiter comprehenduntur iuris fictione, plenius Perier. d. deciſ. 25. num. 11. ſicut traditio facta primo, non cenſetur illi ſolum facta, ſed omnibus ſequentibus, arg. l. 2. C. de acquir. poſſ. in Maioratu, Tell. l. Thaur. 27. nu. 2. vnde nec requiratur ratihabitio ſequentium, ſed primi acceptatio ſatis eſt, Perier. deciſ. 25. num. 11. P. Molin. diſput. 265. Mont. de Commun. [illegible] c. 9. num. 281. Cabed. deciſ. 8. num. 10. p. 2. Valaſc. de partit. c. 13. num. 12. c. 30. num. 24. c. 31. num. 10. quae ſingularis eſt explicatio, ad tex. d. l. Herennius. ff. de Vſur. de quo Coſta, de ſucceſ. regni fol. 145. Gamm. deciſ. 308. num. 6. deciſ. 356. Gomez. l. Thaur. 40. num. 74. Palacz. de Maior. p. 4. queſt. 24. num. 2.

Nec obſtat, Conditionem in certo fideicommiſſi gradu poſitam, in alio gradu repetitam, non cenſeri. Quia id verum, niſi aliquae ſint coniecturae voluntatis diſponentis, quod voluerit conditionem illam repeti, ex l. 3. §. filius. ff. de liber. & poſth. Caſtr. conſ. 43. in 1. Pariſ. conſ. 8. n. 48. in 2. Guid. Pap. deciſ. 485. deciſ. 572. Ruſtic. de fideicomm. lib. 3. c. 10. nu. 196. Curt. iun. conſ. 21. num. 10. Tiraq. in retract. §. 20. gloſ. 1. num. 1. 7. & 30. Surd. conſ. 96. num. 34. Galganet. de cond. & demonſtrat. p. 2. c. 1. queſt. 19. num. 2. Teſſaur. deciſ. 96. num. 34. deciſ. 269. num. 30. deciſ. 370. num. 29. Menoch. lib. 4. praeſump. 69. num. 8. praeſump. 176. num. 8. 9. Marta. deciſ. 210. num. 29. Fuſar. conſ. 4. num. 15. 63. conſ. 111. num. 56. Mantic. deciſ. 364. num. 4. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 6. num. 15. Molin. de primog. lib. 1. c. 6. num. 18. Gabr. tit. de fideicom. concluſ. 8. n. 6. etiā in contractibus, Peregr. de fideicom. 105

com.

commentar. 16. n. 26. Fuſar. conſ. 4. n. 16. Molin. d. n. 18. quod locum habet in vno, eodemque capitulo. l. Seia §. caio ff. de fund. inſtruct. l. cum ſeruum ff. de condit. inſtit. Ramon. conſ. 37. num. 54. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 1295. num. 9. vbi id procedere declarat, quando qualitas, & conditio conuenit, ſequenti diſpoſitioni, & vniformiter in eam cadere poteſt, dicitur vniformiter cadere, ſi eadem conditio, numero, & ſpecie, omniqua reſpectu, vt fuit in prima, expreſſa, abſque aliqua differentia, conuenit ſecundæ, l. pater cum filia, ad fin. ff. de pact. dotal. Maſcard. d. concluſ. 1295. nu. 39. Ramon. conſ. 37. nu. 54. & ſic ad omnes gradus ſubſtitutionum illius, ſeriatim, copulatiue, ac per modum continuati ſermonis poſitos, Hondedeus conſ. 78. num. 44. in 2. Cephal. conſ. 482. num. 33. 36. Ramon. conſ. 100. num. 15. Peregr. de fideicom. artic. 16. num. 29. conſ. 91. num. 8. 9. 11. in 6. Fuſar. conſ. 183. num. 35. quia plura copulata habentur pro vno, Iaſ. l. 1. num. 8. ff. de inſt. & iur. Surd. de alim. tit. 7. queſt. 10. nu. 2. 3. conſ. 407. nu. 72. Ramon. conſ. 100. num. 115. & adiecta in principali, repetita videtur in acceſſorio, l. inter ſocerum. §. cum inter ff. de pact. dotal. l. ſi conſtante. §. pactis. C. de donat. ant. nupt. Ramon. conſ. 37. num. 54. & ſubſtitutiones dependentes à prima, ſic ab ea regulari debent, ac ſi eaſdem conditiones in omnibus exprimeretur, vt ſub eiſdem caſibus ordinatæ, Oddo conſ. 43. n. 28. & ad eas tantum reſtrictæ, Alex. conſ. 1. n. 17. in 2. Perſonal. conſ. 17. Bimch. l. heredes mei. §. cum ita. p. 4. nu. 297. ff. ad trebell. Ramon. conſ. 100. n. 123. & in initio poſita magis influit in ſequentes, ac ad eorum declarationem, quam è contra, Iaſ. l. cum filioſam. ff. de leg. 1. Rimin. conſ. 13. num. 17. Ramon. conſ. 100. num. 114. Reſpondit itaque, Aret. conſ. 2. num. 12. conditionem (ſi deceſſerit ſine liberis) Primæ ſubſtitutioni appoſitam, in Secundam, & vlteriorem repetitam cenſeri Aret. probans ex multis, Socc. iun. conſ. 78. num. 14. in 3. Menoch. lib. 4. præſump. 178. num. 31. Tum maxime, ſi conditio hæc tractum habeat ſucceſſiuum, ſi nempè vocentur filij, nepotes, deſcendentes, vel Succeſſores; Tunc enim appoſita in vna perſona, non expirat per exiſtentiam illius; ſed repetita cenſetur in ſequentibus, Caſtr. conſ. 45. in 2. Curtius iun. conſ. 21. num. 10. Paris. conſ. 18. num. 45. in 2. Gabriel. d. num. 6. Paz. de tenut. c. 57. num. 45. 46. Molin. de primog. lib. 3. c. 6. n. 18. Marta de ſucceſſ. legal. p. 3. queſt. 4. artic. 9. n. 31. Qui ſic in Rot. iudicatum refert, ex Seraph. decif. 1373. Mantic. decif. 375. Rot. decif. 193. num. 14. p. 9. vt etiam ſit repetita in filijs filiorum, identitatis ratione, Tiraq. l. retract. §. 20 gloſ. 1. num. 2. 7. 30. Decian. conſ. 1. nu. 380. in 1. Marta d. num. 31. Menoch. lib. 4. præſump. 69. num. 11. conſ. 1006. conſ. 1195. Anell. de Amat. conſ. 100. num. 31. Peregr. de fideicom. artic. 29. num. 38. Sottomay. iur. controuerſ. 89. n. 6. 30. 75. 76. p. 5. Oddo conſ. 43. n. 30. vbi enim conditio habet tractum ſucceſſiuum, nõ ſufficit momentaneũ implementum, ſed requiritur perſeuerantia, Caſtill. d. num. 75. 76. Galganet. de condit. & demonſtr. p. 1. c. 2. queſt. 42. num. 4. Marta de ſucceſſ. leg. p. 3. queſt. 12. artic. 4. nu. 17. p. 4. queſt. 21. artic. 15. nu. 55. in term. Paz. d. c. 57. n. 44. 45. Ramon. conſ. 100. nu. 34. Rot. decif. 193. nu. 14. decif. 677. nu. 3. p. 5. Amat. d. conſ. 100. num. 31. Palaez de maior. p. 2. queſt. 12. Bero. conſ. 27. in 2. Sed in vno capitulo adiecta, in alio diuerſo, & ſeparato repetita non intelligitur, Peregr. de fideicom. artic. 29. n. 29. Menoch. conſ. 86. n. 48. Molin. de primog. lib. 3. c. 5. n. 59. Ludouiſ. decif. 314. nu. 27. Farin. conſ. 69. n. 27. Ramon. conſ. 37. nu. 55. Gratian. diſcept. 285. n. 13. Nec repetitio inducitur in actu, qui cum noua forma ſequitur, gloſ. in l. in repetendis ff. de leg. 3. Bart. & Cuman. in l. titia. §. 1. ff. de verb. oblig. late, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 3. 4. Ramon. d. num. 55. Imo ſi conditio poteſt cenſeri repetita, diſpoſitionis tamen ſubſtantia, repetita nec erit, l. fin. §. titia ff. de liber. leg. l. ſi quis ſeruo. §. 1. ff. de leget. 2. Corn. conſ. 98. num. 9. in 2. Ramon. d. num. 55. Aleſſandr. conſ. 47. num. 376. ipſique repetiti, locum habere poteſt in eiſdem perſonis, & rebus, non in diuerſis, & ſeparatis, Paris. conſ. 87. num. 46. in 2. Ramon. d. num. 55. Hondede. conſ. 90. num. 7. in 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 178. num. 31. conſ. 130. num. 10. conſ. 151. num. 43. conſ. 11. num. 24. 26. conſ. 117. num. 38. 44. Fuſar. conſ. 69. num. 27. conſ. 183. num. 35. conſ. 190. nu. 21. plene, de ſubſtit. queſt. 450. num. 10. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 11. & lib. 10. tit. 6. num. 23. 24. Marta, p. 4. clauſ. 23. num. 6. Peregr. de fideicom. artic. 16. num. 11. 54. 90. 91. Barboſ. clauſ. 123. verbo 3. Balthax. de Thomas. in append. ad tract. 1. num. 1177. verſ. vigeſima tertia.

Non obſtat Tertium, Quia tertia non eſt, Cyn. opinio in auth. ſed ſi quis num. 6. C. de ſecund. nupt. licet eam ſequantur, ibid. Alber. num. 3. Bald. num. 8. Angel. ad fin. Caſtr. Alex. Socc. Iun. Achil. Ralat. Rube. Galganet. Suare. Pereg. Molin. Mantalin. Parladori. Mattienz. & alij citati, num. 95. Attamen contra, Cyn. eiuſque aſſeclas, veriuſue ſic teſtantur, Angel. Marzoli. Socc. Iun. Alex. Bal. Suarez. Paz. Aleiat. Grat. Bief. Caſſan. & alij, in Tertia huius quæſt. argum.

Ex

Ex quibus conſtat etiam ſolutio ad regulam *l. cum vxori Cagnanti dies legat. ced.* ibi, enim erat legatum ex ſui natura tranſmiſſibile, per conditionem tamen ſuſpenſum; qua extante legatum remanet purum; ideoque ad omnes trãſmittitur; quod ceſſat hoc in caſu, in quo licet conditio filiorum extiterit reſpectu primi donatarij, & ſequentium, non tamen durauit reſpectu omnium, cum vltimus ſine filijs maſculis deceſſerit; poſita, (vt diximus) conditionem, (*ſine filijs*) primo donatario adiectam; in quocumque ſubſtituto etiam in contractu repetitam cenſeri. Audiendus ergo non eſt *Maria*, *vol.* 110. diſtinguens Feuda ab Allodijs, quod *Cyn.* & aliorum opinio procedat in feudis; quorum ſi finita eſt linea, ad Regem concedentem deuoluuntur feuda: ſecus in allodijs; quæ non acquiruntur reſpectu lineæ, ſed in perpetuum. Quia quæſtionis huius reſolutio a pacto pendet reuerſiuo, quo donator ad tempus conceſſit titulum, vel bona, vt copioſius iam probauimus.

Hinc minus recte loquutum intelligo, *Gratian. diſcept.* 554. Quia eius rationibus reſpondet, *Fuſar.* (*poſt hæc ſcripta viſus*) *conſ.* 4.

Mentem ſubit, aliqua me de feudo refutato hactenus aduocaſſe. Quibus etiam ſi multa addi poſſent, ea tamen aptiori in loco diſcutienda duxi. Verum, hæc in Gloſ. adijcere conſtitui, (vt facilius tractatus iſte, de Titulis, eorumque dignitate, examinari valeat) non ignarus, quam latè pateat, hac de re diſputatio. Pro Coronide ergo obſeruandum eſt, quod filio, cui pater feudum refutauit, ſine filijs decedente, patre & fratre, aut ſorore ſuperſtitibus; ſolum patrem refu-
103 tantem ſuccedere; † alijs excluſis, *Anna*, *rub. de Vaſall. decrep. ætat. à num.* 367. qui contra fratrem pro patre à S. C. bis iudicatum refert; & pro patre contra ſororem reſoluit, *Rouit. pragm.* 1. *num.* 57. 59. 61. *de titul. ebus. in Scriben. ſublat.* non reuerſionis, ſed ſucceſſionis iure, *Iſern. c.* 1. *tit. quid iur. ſit. Zaſ. de feud. p.* 8. *num.* 2. *Curt. de feud. p.* 2. *p.* 3. *num.* 45. *Anna*, *d. rub. de Vaſall. decrep. ætat. à num.* 350. *Rouit. d. pragm.* 1. *num.* 60. 63. *Franc. deciſ.* 3. *Schrader.*
104 *de feud. p.* 7. *c.* 6. *num.* 4. Qui ad onera † a filio contracta exoluenda, cogi poterit, *Rouit. d. pragm.* 1. *num.* 63. licet pacti & prouidentiæ, ſui natura, ſit feudum.

Ex his illud controuerſum vidi ſepius. Filius refutatarius; ſi titulum Comitis aut alium maiorem à Rege interim obtinuit in feudo refutato. An pater eiuſdem refutati
105 feudi ſucceſſor † in eod. Comitatus titulo ſuccedet? Qua in re Doct. variant; Frequentius tamen opinantur in eo patrem ſuccedere; quia contractus ſui natura perpetuus eſt & ad heredes tranſmittitur; vnde ſi contrarium expreſſe non conſtet ex verbis diſpoſitionis, aut qualitate rei, de qua diſponitur; Realis ſemper cenſendus eſt, ac perpetuus; Et generatim, qualitas etiam rei, circa quam verſatur priuilegium, attendi debet, vt dignoſcatur, An priuilegium ipſum ſit perſonale, vel reale; *ita poſt Abb. c. aduerſus. num.* 17. *de immun. eccleſ.* & *Anchar.* latè id tradentem, *in c. priuilegium, quæſt.* 1. *de reg. iur. in* 6. & alios docet, *Suarez, lib.* 8. *de legib. c.* 3. *num.* 13. *Monet. de commut. vlt. vol. c.* 8. *nu.* 253. ideo ſi res ipſa, tranſmiſſibilis non eſt ad hæredes, perſonale erit priuilegium; *Monet. d. num.* 253. *Menoch. lib.* 3. *præſum.* 103. *num.* 35. Vel ſi determinata ſit, vt perſonæ induſtriam non exigat; erit priuilegium reale; alias ſi res, circa quam illud verſatur, indeterminata ſit, & perſonæ induſtriam requirat, erit perſonale, ex *multis à Menoch. d. præſump.* 103. *num.* 16. 35. *Barbos. l. quia tale. num.* 45. *ff. ſolu. matrim.* Qui contra vtrumque hoc Menoch. dictum vehementius inſurgit, *Id. num.* 45. 46. 47. Ex quibus meo iudicio, ea dumtaxat vigent, quæ contra primũ; *Barbos.* adducit de re determinata; atque adeo id mihi quoque dubium videtur; ex *Monet. d. num.* 253. Sunt ergo Pro Solutione plures Caſus cõſtituẽdi.

Primus eſt, ſi datus à Rege fuit Titulus pro ſe, & hæredibus, Tunc in eo ſuccedet pater, *Rouit. d. pragm.* 1. *num.* 63. quia realis eſt, *Barbos. d. l. quia tale. num.* 34. *Menoch. d. præſump.* 103. *num.* 44. *Monet. d. c.* 8. *num.* 246.

Proinde reſpondit, *Tiraq. de primog. quæſt.* 86. *num.* 4. primogenitum renuntiantem primogenituram in fauorem Secundogeniti, ius primogenituræ adhuc habere, ſi ſecundogenitus abſque liberis moriatur, *idem repetit. quæſt.* 27. & *lib.* 1. *vectig.* §. 26. *gloſ.* 2. *num.* 4. *ex Barbat. ad Bald.* §. *præterea ducatus. de prohib. feud. alien. Bors. deciſ.* 204. *num.* 40. probat ex multis Caldas, *de renouat. emphit. quæſt.* 10. *num.* 64. *Palacz. de Maior. p.* 3. *quæſt.* 18. *num.* 22. *p.* 4. *quæſt.* 19. *num.* 63.

Secundus caſus eſt, ſi conceſſus ſit titulus principaliter Feudo, & in conſequentiam perſonæ, tranſit titulus cum ipſo Feudo, *Fitea. de ſubfeud. lib.* 2. *tit. quindicat. Comes, num.* 53. *Rouit. d. pragm.* 1. *num.* 64. addi & hoc in caſu poſſunt quæ, *Suarez*, ſcripſit, *lib.* 8. *de leg. c.* 3. *num.* 3. *Monet. de commut. vlt. volunt. c.* 8. *num.* 237. 238. 239. 244. etſi feudum deuoluatur ad Regem, *Bald. tit. de Pac. conſtant.* §. *hoc quod*

nos.

not. num. 12. *Ponte, conſ.* 1. *num.* 58. *in.* 1. *Rouit. d. nu.* 64. *Intrigl. feud. cent.* 1. *queſt.* 8. *num.* 93. 94. Tum maxime, ſi priuilegium detur perſonæ propter res, tranſit ad ſucceſſores, *l. verum. §. fin. ff. de minor. l. forma. §. quamquam, ff. de cenſib. Natt. conſ.* 340. *num.* 15. & vbi priuilegium conuentionale eſt, ſeu conceſſio per modum contractus, & pacti, Tunc reale illud erit, quamuis ad perſonam referatur ex multis probat, *Barbos. l. quia tale. num.* 43. *ff. ſol. matr. Menoch. d. præſump.* 103. *num.* 14. 22. *Monet. d. c.* 8. *num.* 249.

Tertius caſus eſt, ſi perſona conceſſus fuit titulus, & in conſequentiam rei, Tunc ad patrem non tranſit, quia perſonalis eſt titulus, *Suarez. de inoffic. teſtam. limit.* 11. *num.* 3. *Rouit. d. pragm.* 1. *num.* 65. Tum maxime ſi in conceſſione exprimitur qualitas perſonæ cohærens conceſſio dicetur facta intuitu perſonæ, *Bart. conſ.* 189. *num.* 3. *Thomat. deciſ.* 50. *nu.* 455. quæ proxima videtur, & immediata cauſa conceſſionis, *Barbos. l. quia tale. num.* 6. *ff ſolut. matrim. Ponte, conſ.* 1. *num.* 69. *in* 1. *Thomat. deciſ.* 50. *num.* 456.

Declar. I. Vt perſonalis conceſſio perſonam non egrediatur, *l. maritum, l. quia tale ff. ſolut. matrim. Menoch. de arbitr. queſt.* 69. *num.* 1. *Decian. conſ.* 5. *num.* 3. 4. 37. *in* 5. *Monet. de commut. vlt. vol. c.* 8. *num.* 236. *a* 44. niſi hæredis non. en conceſſioni adiectum ſit, *l. apud. Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de legat.* 1. *Fului. Conſtant. l.* 1. *num.* 127. *C. de fili. Offic. lib.* 12. *Menoch. d. præſump.* 103. *num.* 44. *Barbos. l. quia tale. num.* 34. *ff. ſol. matr. Monet. de commut. vlt. volunt. c.* 8. *num.* 246, ita tamen, vt priuilegium hoc cedi non poſſit, ex *Barbos. & Menoch. quos citat Monet. d. num.* 246.

Declar. II. Niſi titulus conceſſus ſit filio contemplatione patris *Rouit. d. pragm.* 1. *num.* 69. 70. 71. quia conceſſum contemplatione alicuius ei acquiri, eiuſque perſonam conſiderari, cuius contemplatione facta eſt conceſſio, *Bald. l. cum oportet. num.* 4. *C. de bon. quæ liber. Bart.* & reliqui, *l. ſed & ſi plures. §. in arrogato & ibid. Ias. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. Bart. l.* 2. *§. interdum. nu.* 2. *ff. ad trebell. Crauet. conſ.* 91. *num.* 6. *Dec. conſ.* 407. *num.* 9. *Ruin. conſ.* 1. *nu.* 10. *in* 1. *Menoch. conſ.* 81. *num.* 49. 50. *conſ.* 136. *num.* 17. *conſ.* 192. *num.* 10. *Surd. deciſ.* 182. *num.* 16. 17. *deciſ.* 291. *num* 3. 4. *conſ.* 140. *num.* 16. *Thomat. deciſ.* 92. *num.* 2. Nec nominatum attendi dicimus, cuius intereſt, ſed totum negotium ad contemplatum pertinet, qui pro principali contrahente habetur, quaſi non curemus de perſona, cui diriguntur verba, ſed in quam effectus confertur, *l. ſi cui legetur. §. fin. l. fideiuſſor. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de legat.* 1. *l. & licet. ff. de conſtit. pecun. Gratian. diſcept.* 527. *num.* 39. *diſcep.* 768. *num.* 1. *Thomat. deciſ.* 92. *nu.* 3. *Monet. de commut. vlt. volunt. c.* 8. *num.* 245. quod procedit, tum in contractibus, tum in vltimis voluntatibus, late, *Dec. conſ.* 407. *nu.* 9. *Alba, conſ.* 404. *nu.* 4. *Gratian. diſcept.* 768. *num.* 2. *Thomat. deciſ.* 92. *num.* 4. ſed cauſa ſemper conſiderari debet ad cognoſcendum cuius contemplatione, conceſſum, quid ſit *Decian. conſ.* 9. *num.* 16. *in* 3. *Suarez, lib.* 8. *de legib. c.* 3. *num.* 8. 9. 12. *Barbos. l. quia tale. d. num.* 2. *ff. ſol. matr. Menoch. lib.* 3. *præſump.* 103. *nu.* 9. *iuncto nu.* 26. *Monet. d. c.* 8. *n.* 245.

Verboſior fortaſsè videar fuiſſe in hac Gloſa, ſed non longa ea cenſenda oratio, quæ vtilis eſt, ac neceſſaria. Acceſſere etiam multi difficultatum vepres, ac tricæ, è quibus euaſiſſem numquam, niſi me eripuiſſet Illa, cuius auſpicijs hoc quodcumquè laboris exanthlandum ſuſcepi ex Illuſtriſſimi Senatus præſcripto; illa inquam veræ Sapientiæ Parens, quæ cum data ad Senatum Meſſanenſem Epiſtola, Ciuitatis vniuerſæ patrocinium ſuſcepiſſet, Mihi etiam ſui, & Patriæ amantiſſimo eas ſuffecit ingenij vires, quæ me è tam perplexo feudalis doctrinę Labyrinto educerent. Illud etiam adiungo (quod ad longitudinis excuſationem, quam maximè facit) me vt omnium vtilitati conſulerem, non ſolum *Caroli V. Cap.* 118. quod tranſmiſſam, continuatamque ab Auis ad Nepotes, feudorum poſſeſſionem continet, declaraſſe; ſed etiam *Ferdinandi Regis, Cap.* 43. de Continuatione in vniuerſum cuiuſcumque poſſeſſionis, & defuncti, in quoſlibet hæredes diligentius enucleaſſe: quæ omnia tenues

inge-

Digitized by Google

ingenioli mei vires, tanto oneri impares oppreſſiſſent profectò, niſi me ſupra Naturæ ordinem ſubleuaſſet Illa; quæ apud Nos extare voluit Literas illas, Obſides ſuæ in Nos beneuolentiæ, ac Patrocinij: O ſingulare Præſidium? O Decus noſtrum? O Meſſanenſis Gloria?

